ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΤΟΥ ΧΑΙΡΩΝΕΩΣ

ΤΑ ΗΘΙΚΑ.

PLUTARCHI

CHÆRONENSIS

MORALIA,

ID EST

OPERA, EXCEPTIS VITIS, RELIQUA.

GRÆCA EMENDAVIT,
NOTATIONEM EMENDATIONUM, ET LATINAM XYLANDRI INTERPRETATIONEM CASTIGATAM, SUBJUNXIT,
ANIMADVERSIONES EXPLICANDIS REBUS AC VERBIS, ITEM INDICES COPIOSOS, ADJECIT,

DANIEL WYTTENBACH,
HIST. ELOQ. LITT. GR. ET LAT.
IN ILLUSTRI ATHEN. AMSTELOD. PROFESSOR.

TOMUS V.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
M DCCC.

Hoc Volumine V, continentur,

PLUTARCHI MORALIA,

GRÆCE ET LATINE,

INTERJECTA EMENDATIONUM NOTATIONE.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΤΑ ΑΛΟΓΑ ΛΟΓΩ ΧΡΗΣΘΑΙ.

ΠΡΟΣΩΠΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. ΚΙΡΚΗ. ΓΡΥΛΛΟΣ.

PERSONÆ COLLOQUII.

ULYSSES. CIRCE. GRYLLUS.

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΟΥ ΤΑ ΑΛΟΓΑ ΛΟΓΩ ΧΡΗΣΘΑΙ.

PLUTARCHI

BRUTA ANIMALIA RATIONE UTI.

α΄. ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ταῦτα μὲν, ὦ Κίρκη, μεμαθηκέναι δοκῶ καὶ διαμνημονεύειν· ἡδέως δ' ἂν σου πυθοίμην εἴ τινας ἔχεις Ἕλληνας ἐν τούτοις οὓς λύκους καὶ λέοντας ἐξ ἀνθρώπων πεποίηκας.

E ΚΙΡΚΗ. Καὶ πολλοὺς, ὦ ποθούμενε Ὀδυσσεῦ· πρὸς τί δὲ τοῦτο ἐρωτᾷς;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ὅτι, νὴ Δία, καλήν ἄν μοι δοκῶ γενέσθαι φιλοτιμίαν πρὸς τοὺς Ἕλληνας, εἰ χάριτι σῇ λαβὼν τούτους, αὖθις ἀνθρώπους ἑταίρους ἀνασώσαιμι, καὶ μὴ περιίδοιμι καταγηράσαντας παρὰ φύσιν ἐν σώμασι θηρίων, οἰκτρὰν καὶ ἄτιμον οὕτω δίαιταν ἔχοντας.

E. 4. ἑταίρους] Sic B. Xyl. Mez. Reisk. Vulgo, ἑτέρους.

I. ULYSSES. Hæc quidem, O Circe, percepiſſe me atque memoria tenere arbitror. Sed libet ex te quærere, an inter hos, quos de hominibus lupos et leones feciſti, aliquos habeas Græcos.

CIRCE. Ac multos quidem, ſuaviſſime Ulyſſes. Sed quorſum iſthuc interrogas?

ULYSSES. Quia magnam me mihi apud Græcos paraturum, mehercle, opinor gloriam, ſi hoſce rurſum tuo beneficio vitæ humanæ reſtituam, neque patiar ut ob meam incuriam ita miſere fœdeque vitam tolerantes in beſtiarum forma contra naturam conſeneſcant.

ΚΙΡΚΗ. Οὗτος ὁ ἀνὴρ οὐχ αὑτῷ μόνον οὐδὲ τοῖς ἑταίροις, ἀλλὰ τοῖς μηδὲν προσήκουσιν οἴεται δεῖν ὑπὸ ἀβελτηρίας συμφορὰν γενέσθαι τὴν αὑτοῦ φιλοτιμίαν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἕτερον αὖ τινα τοῦτον, ὦ Κίρκη, κυκεῶνα λόγων ταράττεις καὶ ὑποφαρμάττεις, ἐμὲ γοῦν ἀτεχνῶς ποιοῦσα θηρίον, εἰ πεί- F
σομαί σοι ὡς συμφορά ἐστιν ἄνθρωπον ἐκ θηρίου γενέσθαι.

ΚΙΡΚΗ. Οὐ γὰρ ἤδη τούτων ἀτοπώτερα πεποίηκας σεαυτὸν, ὃς τὸν
ἀθάνατον καὶ ἀγήρω σὺν ἐμοὶ βίον ἀφεὶς, ἐπὶ γυναῖκα θνητὴν, ὡς δ'
ἐγώ φημι, καὶ γραῦν ἤδη, διὰ μυρίων ἔτι κακῶν σπεύδεις, ὡς δὴ περί- 986
βλεπτος ἐκ τούτου καὶ ὀνομαστὸς ἔτι μᾶλλον ἢ νῦν γενόμενος, κενὸν ἀγαθὸν καὶ εἴδωλον ἀντὶ τῆς ἀληθείας διώκων;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἐχέτω ταῦτα ὡς λέγεις, ὦ Κίρκη· τί γὰρ δεῖ πολλάκις ζυγομαχεῖν ἡμᾶς περὶ τῶν αὐτῶν; τούτους δέ μοι δὸς ἀναλύσασα καὶ χάρισαι τοὺς ἄνδρας.

ΚΙΡΚΗ. Οὐχ οὕτως γε ἁπλῶς, μὰ τὴν Ἑκάτην· οὐ γὰρ οἱ τυχόντες εἰσίν· ἀλλ' ἐροῦ πρότερον αὐτοὺς εἰ θέλουσιν· ἂν δὲ μὴ φῶσι, διαλεχθεὶς, ὦ γενναῖε, πεῖσον· ἐὰν δὲ μὴ πείσῃς, ἀλλὰ καὶ περιγένωνται διαλεγόμενοι, ἱκανὸν ἔστω σοι περὶ σεαυτοῦ καὶ τῶν φίλων κακῶς βεβουλεῦσθαι.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Τί μου καταγελᾷς, ὦ μακαρία; πῶς γὰρ ἂν ἢ δοῖεν B
οὗτοι λόγον ἢ λάβοιεν, ἕως ὄνοι καὶ σύες καὶ λέοντές εἰσι;

ΚΙΡΚΗ. Θάῤῥει, φιλοτιμότατε ἀνθρώπων· ἐγώ σοι παρέξω καὶ συν-

CIRCE. Hic homo non ſibi modo et ſociis, ſed etiam nihil ad ſe pertinentibus præ ſtultitia vult ſuam ambitionem eſſe calamitoſam.

ULYSSES. Hoc tu jam alterum poculum monſtroſæ orationis miſces, omnino me in beſtiam mutatura, ſi tibi hoc adſentiar, calamitatis loco habendum ſi quis e beſtia fiat homo.

CIRCE. Quaſi vero non pejus jam ante tibi conſulueris, qui immortali et ſenectutis immuni vita, quam apud me licebat degere, dimiſſa, ad mulierem mortalem, adde etiam vetulam, per infinita quæ te manent mala contendis, ſcilicet ut celebrior ac nobilior, quam adhuc es, factus, inane bonum et imaginem, veritatis loco, conſequare.

ULYSSES. Sint iſthæc, ita uti dicis; ne de eadem re ſæpius altercemur. Iſtos tamen tu mihi viros reſtitue et largire.

CIRCE. Non per Proſerpinam, non hoc ita ſimpliciter fiet: ſunt enim non vulgares. Sed prius ex iis quære, an fieri hoc velint: quod ſi negent, diſſerendo iis tu, homo præclare, perſuade: ſi vero non perſuadeas, ſed diſputando ab iis vincare, ſatis tibi ſit de tuis amicorumque rebus male ſtatuiſſe.

ULYSSES. Cur me, beata, rides? quomodo enim cum iis colloquar, quomodo reſpondeant, dum aſini, ſues, ac leones ſunt?

CIRCE. Bono ſis animo, hominum ambitio-

ιέντας αὐτοὺς καὶ διαλεγομένους· μᾶλλον δὲ εἷς ἱκανὸς ἔσται καὶ διδοὺς καὶ λαμβάνων ὑπὲρ πάντων λόγον· ἰδοὺ τούτῳ διαλέγου.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Καὶ τίνα τοῦτον, ὦ Κίρκη, προσαγορεύσομεν; ἢ τίς ἦν ποτ' ἀνθρώπων;

ΚΙΡΚΗ. Τί γὰρ τοῦτο πρὸς τὸν λόγον; ἀλλὰ καὶ κάλει αὐτόν, εἰ βούλει, Γρύλλον· ἐγὼ δὲ ἐκστήσομαι ὑμῖν, μὴ καὶ παρὰ γνώμην ἐμοὶ δοκῇ χαριζόμενος διαλέγεσθαι.

β'. ΓΡΥΛΛΟΣ. Χαῖρε, Ὀδυσσεῦ.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Καὶ σύ, νὴ Δία, Γρύλλε.

C ΓΡΥΛΛΟΣ. Τί βούλει ἐρωτᾶν;

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἐγὼ γινώσκω ὑμᾶς ἀνθρώπους γεγονότας· οἰκτείρω μὲν οὖν ἅπαντας οὕτως ἔχοντας, εἰκὸς δέ μοι μᾶλλον διαφέρειν ὅσοι Ἕλληνες ὄντες εἰς ταύτην ἀφῖχθε τὴν δυστυχίαν· νῦν οὖν ἐποιησάμην τῆς Κίρκης δέησιν, ὅπως τὸν βουλόμενον ὑμῶν ἀναλύσασα καὶ καταστήσασα πάλιν εἰς τὸ ἀρχαῖον εἶδος ἀποπέμψῃ μεθ' ἡμῶν.

ΓΡΥΛΛΟΣ. Παῦε, Ὀδυσσεῦ, καὶ περαιτέρω μηδὲν εἴπῃς· ὡς καὶ σοῦ πάντες ἡμεῖς καταφρονοῦμεν, ὡς μάτην ἄρα δεινὸς ἐλέγου, καὶ τῷ φρονεῖν πολὺ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐδόκεις διαφέρειν, ὃς αὐτὸ τοῦτο ἔδεισας, τὴν μεταβολὴν ἐκ
D χειρόνων εἰς ἀμείνω, μὴ σκεψάμενος· ὥσπερ οἱ παῖδες τὰ φάρμακα τῶν ἰατρῶν φοβοῦνται, καὶ τὰ μαθήματα φεύγουσιν, ἃ μεταβάλλοντα ἐκ νοσερῶν καὶ

C. 2. γινώσκω] Sic E. Harl. Ald. Baſ. Xyl. Vulgo, γινώσκων, quod Steph. ſumſit a Pol. Schott. Jannot.
D. 1. ὥσπερ] Forte, ὡς γάρ.

ſiſſime, ego tibi eos præbebo et intelligentes et differentes: aut potius unum ſufficiat audire voces, et reddere, loco omnium. En tibi huncce, habes quicum diſputes.

Ulysses. Quo autem, mea Circe, hunc nomine compellabo, aut quiſnam hic eſt hominum?

Circe. Quid hoc ad rem? vocetur tibi, ſi videtur, Gryllus: ego autem vos relinquam, ne quid videatur in meam gratiam dicere præter animi ſui ſententiam.

II. Gryllus. Salve, Ulyſſes.

Ulysses. Et tu, per Jovem, Grylle.

Gryllus. Quid vis interrogare?

Ulysses. Intelligo vos fuiſſe homines: itaque miſeror univerſos, qui hanc in conditionem decideritis; par autem eſt eorum me habere rationem majorem qui cum fuerint Græci, huc miſeriæ pervenerunt. Exoravi itaque Circen, ut, quicunque ex vobis ita velit, eum illa reſtitutum priſtinæ formæ mecum dimittat.

Gryllus. Deſine Ulyſſes, neque verbum addideris ulterius: uſque adeo a nobis tu omnibus contemneris, qui fruſtra callidus, reliquiſque multo prudentior hominibus jactabare; cum tu tamen, per imprudentiam et incogitantiam, mutationem de ſtatu deteriore in meliorem reformidaveris: quo modo pueri ſolent ſubterfugere remedia, eaque reformidant pati, quæ de morboſis ac fatuis ſanio-

ἀνοήτων ὑγιεινοτέρους καὶ φρονιμωτέρους ποιοῦσιν αὐτοὺς, οὕτως σὺ διεκρούσω τὸ ἄλλος ἐξ ἄλλου γενέσθαι, καὶ νῦν αὐτός τε φρίττων καὶ ὑποδειμαίνων τῇ Κίρκῃ συνεῖναι, μή σε ποιήσῃ λαθοῦσα σῦν, ἢ λύκον, ἡμᾶς τε πείθεις, ἐν ἀφθόνοις ζῶντας ἀγαθοῖς, ἀπολιπόντας ἅμα τούτοις τὴν ταῦτα παρασκευάζουσαν, ἐκπλεῖν μετὰ σοῦ, τὸ πάντων φιλοποτμότατον ζῶον αὖθις ἀνθρώπους γενομένους.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἐμοὶ σὺ, Γρύλλε, δοκεῖς οὐ τὴν μορφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ E τὴν διάνοιαν ὑπὸ τοῦ πόματος ἐκείνου διεφθάρθαι, καὶ γεγονέναι μεστὸς ἀτόπων καὶ διαλελωβημένων παντάπασι δοξῶν· ἢ σέ τις αὖ συνηθείας ἡδονὴ πρὸς τόδε τὸ σῶμα κατεγοήτευσεν.

ΓΡΥΛΛΟΣ. Οὐδέτερα τούτων, ὦ βασιλεῦ Κεφαλλήνων· ἂν δὲ διαλέγεσθαι μᾶλλον ἐθέλῃς ἢ λοιδορεῖσθαι, ταχύ σε μεταπείσομεν, ἑκατέρου τῶν βίων ἐμπείρως ἔχοντες, ὅτι ταῦτα πρὸ ἐκείνων εἰκότως ἀγαπῶμεν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἀλλὰ μὴν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς ἀκροᾶσθαι.

γ΄. ΓΡΥΛΛΟΣ. Καὶ ἡμεῖς τοίνυν λέγειν. Ἀρκτέον δὲ πρῶτον ἀπὸ τῶν ἀρετῶν, ἐφ' αἷς ὁρῶμεν ὑμᾶς μέγα φρονοῦντας, ὡς τῶν θηρίων πολὺ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ F φρονήσει καὶ ἀνδρείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαφέροντας. Ἀπόκριναι δή μοι, σοφώτατε ἀνδρῶν· ἤκουσα γάρ σου ποτὲ διηγουμένου τῇ Κίρκῃ περὶ τῆς τῶν Κυκλώ-

D. 5. συνεῖναι] Reisk. σύνει, probabiliter.
D. 7. φιλοποτμότατον] Forte in unam hanc duæ veteres confusæ sint lectiones, φιλοπονώτατον, et βαρυποτμότατον.
E. 4. κατεγοήτευσεν] Ex B. Venet. Pol. Jannot. prætuli vulgato καταγεγοήτευκεν.
E. 8. ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς] Legendum vel ἐγὼ πρόθυμος cum Reiskio, vel ἔχω προθύμως cum Valckenario ad Herodot. p. 472.

res et usu rationis valentiores efficiunt, eodem tu pacto mutari ex alio in alium renuisti: nuncque cum ipse horres ac metuis, ne si cum Circe degas, ea te imprudentem rei in lupum aut suem convertat, tum nobis auctor sis, ut relicta vita omnium rerum copia affluente, simulque ea quæ nobis ista bona parat deserta, tecum discedamus rursum homines facti, quo animali nullum est ærumnosius.

ULYSSES. Videre mihi, Grylle, non formam tantum, sed animum quoque perdidisse poculi istius veneficio, ac repletus esse absurdis et fœdis usquequaque opinionibus: nisi forte quædam consuetudinis voluptas ad hoc corpus te præstigiis suis devinxit.

GRYLLUS. Neutrum horum est, O rex Cephalleniæ. Quod si colloqui placet, non conviciari, facile nos, qui utrumque vitæ genus callemus, in eam te sententiam traducemus, recte nos hanc isti vitam anteferre.

ULYSSES. Enimvero, Grylle, paratus sum isthæc e vobis audire.

III. GRYLLUS. Proinde nos quoque parati sumus dicere. Ordiamur autem a virtutibus, quarum gratia videmus vos superbire, ut qui justitia, prudentia, fortitudine, aliisque virtutibus bruta majorem in modum superetis. Responde igitur mihi, hominum sapientissime. Memoria teneo te aliquando Circæ narrasse de agro Cyclopum, quod

πων γῆς, ὡς οὔτε ἀρουμένη τοπαράπαν, οὔτε τινὸς εἰς αὐτὴν φυτεύοντος οὐδὲν,
οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ καὶ γενναία τὴν φύσιν, ὥστε ἅπαντας ἐκφέρειν τοὺς καρ-
987 ποὺς ἀπ' αὐτῆς· πότερον οὖν ταύτην ἐπαινεῖς μᾶλλον, ἢ τὴν αἰγίβοτον
Ἰθάκην καὶ τραχεῖαν, ἢ μόλις ἀπ' ἔργων τε πολλῶν καὶ διὰ πόνων
μεγάλων, μικρὰ καὶ γλίσχρα καὶ μηδενὸς ἄξια τοῖς γεωργοῦσιν ἀναδίδωσι;
καὶ ὅπως οὐ χαλεπῶς οἴσεις, παρὰ τὸ φαινόμενον, εὐνοίᾳ τῆς πατρίδος,
ἀποκρινόμενος.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἀλλ' οὐ δεῖ ψεύδεσθαι· φιλῶ μὲν γὰρ καὶ ἀσπάζομαι τὴν ἐμαυτοῦ πατρίδα καὶ χώραν μᾶλλον, ἐπαινῶ δὲ καὶ θαυμάζω τὴν ἐκείνων.

ΓΡΥΛΛΟΣ. Οὐκοῦν τοῦτο μὲν οὕτως ἔχειν φήσομεν, ὡς ὁ φρονιμώτατος
ἀνθρώπων ἄλλα μὲν οἴεται δεῖν ἐπαινεῖν καὶ δοκιμάζειν, ἄλλα δὲ αἱρεῖσθαι
B καὶ ἀγαπᾶν· ἐκεῖνο δὲ οἶμαί σε καὶ περὶ τῆς ψυχῆς ἀποκεκρίσθαι· ταυτὸν
γάρ ἐστι τῷ περὶ τῆς χώρας, ὡς ἀμείνων ἥτις ἄνευ πόνου τὴν ἀρετὴν
ὥσπερ αὐτοφυῆ καρπὸν ἀναδίδωσιν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἔστω σοι καὶ τοῦτο οὕτως.

ΓΡΥΛΛΟΣ. Ἤδη οὖν ὁμολογεῖς τὴν τῶν θηρίων ψυχὴν εὐφυεστέραν εἶναι πρὸς γένεσιν ἀρετῆς καὶ τελειοτέραν· ἀνεπίτακτος γὰρ καὶ ἀδίδακτος, ὥσπερ ἄσπορος καὶ ἀνήροτος ἐκφέρει καὶ αὔξει, κατὰ φύσιν, τὴν ἑκάστῳ προσήκουσαν ἀρετήν.

ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Καὶ τίνος ποτὲ ἀρετῆς, ὦ Γρύλλε, μέτεστι τοῖς θηρίοις;

is neque arante quoquam neque plantante quidquam, tamen ea ſit ſoli præſtantia, ut ultro omnis generis fruges edat. Utram ergo præfers, hancne terram, an capris compaſcuam iſtam Ithacam et aſperam, quæ magno culta labore et moleſtiis diuturnis, vix tandem paucos quoſdam et nullius pretii fructus cultoribus reddit? Ac cave ſis, ne patriæ amore ægre feras mea dicta, et præter animi tui ſententiam reſpondeas.

ULYSSES. Atqui mentiendum non eſt. Magis quidem amo et amplector meam patriam: iſtam autem Cyclopum regionem laudibus et admiratione majore dignor.

GRYLLUS. Sic ergo rem habere dicemus, ut prudentiſſimus hominum cenſeat, alia magis laudanda et approbanda, alia magis deligenda et diligenda eſſe. Atque hoc ipſum etiam de anima abs te reſponſum eſſe cenſeo: eadem eſt enim ratio animæ, ut melior ſit ea, quæ ſine labore virtutem, tanquam ſponte enatum fructum, edat.

ULYSSES. Conceſſum ſit tibi hoc quoque.

GRYLLUS. Proinde id ſimul jam das, animam brutorum ad virtutem eſſe natura feraciorem ac perfectiorem. Nam ſine imperio et diſciplina, tanquam terra non arata neque conſita, naturæ inſtinctu producit augetque unicuique convenientem virtutem.

ULYSSES. Et quænam ſit ea virtus, Grylle, cujus beſtiæ ſint participes?

δ'. ΓΡΥΛΛΟΣ. Τίνος μὲν οὖν οὐχὶ μᾶλλον, ἢ τῷ σοφωτάτῳ τῶν ἀνθρώπων; Σκόπει δὲ πρῶτον, εἰ βούλει, τὴν ἀνδρείαν, ἐφ' ᾗ σὺ φρονεῖς μέγα, καὶ οὐκ ἐγκαλύπτῃ θρασὺς καὶ πτολίπορθος ἀποκαλούμενος, ὅστις, ὦ σχετλιώτατε, δόλοις καὶ μηχαναῖς ἀνθρώπους ἁπλοῦν καὶ γενναῖον εἰδότας πολέμου τρόπον, ἀπάτης δὲ καὶ ψευδῶν ἀπείρους, παρακρουσάμενος, ὄνομα τῇ πανουργίᾳ προστίθης τῆς ἀρετῆς, ἥκιστα πανουργίαν προσιεμένης. Ἀλλὰ τῶν γε θηρίων τοὺς πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς ὑμᾶς ἀγῶνας ὁρᾷς, ὡς ἄδολοι καὶ ἄτεχνοι, καὶ μετ' ἐμφανοῦς γυμνοῦ τε τοῦ θαῤῥεῖν, πρὸς ἀληθινῆς ἀλκῆς ποιοῦνται τὴν ἄμυναν· καὶ οὔτε νόμου καλοῦντος, οὔτε ἀστρατείας δεδοικότα γραφὴν, ἀλλὰ φύσει φεύγοντα τὸ κρατεῖσθαι, D μέχρι τῶν ἐσχάτων ἐγκαρτερεῖ καὶ διαφυλάττει τὸ ἀήττητον· οὐ γὰρ ἡττᾶται κρατούμενα τοῖς σώμασιν, οὐδὲ ἀπαγορεύει ταῖς ψυχαῖς, ἀλλὰ ταῖς μάχαις ἐναποθνήσκει· πολλῶν δὲ θνησκόντων ἡ ἀλκὴ μετὰ τοῦ θυμοειδοῦς ἀποχωρήσασά που καὶ συναθροισθεῖσα περὶ ἕν τι τοῦ σώματος μόριον, ἀνθίσταται τῷ κτείνοντι, καὶ πηδᾷ καὶ ἀγανακτεῖ, μέχρις ἂν ὥσπερ πῦρ ἐγκατασβεσθῇ παντάπασι καὶ ἀπόληται· δέησις δὲ οὐκ ἔστιν, οὐδ' οἴκτου παραίτησις, οὐδ' ἐξομολόγησις ἥττης, οὐδὲ δουλεύει λέων λέοντι, καὶ ἵππος ἵππῳ, δι' ἀνδρείαν, ὥσπερ ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ, τὸ τῆς δειλίας ἐπώνυμον, εὐκόλως E ἐνασπαζόμενος. Ὅσα δὲ ἄνθρωποι πάγαις ἢ δόλοις ἐχειρώσαντο, τὰ μὲν

(C at line "ἐφ' ᾗ σὺ φρονεῖς")

E. 1. δι' ἀνδρείαν] Legendum δι' ἀνανδρίαν, cum Mez. et Reiſk.
E. 1. δειλίας ἐπώνυμον] Addendum his proxime δουλείαν, cum Xyl.

IV. Gryllus. Imo nulla eſt virtus, qua non magis præditæ ſint, quam hominum aliquis ſapientiſſimus. Ac ſi placet, primo loco fortitudinem conſidera, ob quam tu ſuperbis, neque pudori tibi ducis quod *audax* et *domitor urbis* appellaris: cum quidem dolis, improbiſſime, et technis homines ſimplicem ingenuumque belli modum callentes, fraudis et mendaciorum rudes, deceperis, ac virtutis nomen verſutiæ addas, quæ minime verſutiam admittit. Atqui brutorum inter ſe et adverſum homines certamina vides ut ſine arte ac fraude, aperta et nuda cum virium fiducia, peragantur: ut ſuo freta robore ſe defendant, neque legem vocantem ad pugnam, neque actionem deſertæ militiæ metuentia, ſed, quia natura metuunt ſuperari, uſque ad extremum perdurantia invicta. Non enim vincuntur quando corpore ſuperantur, neque deſpondent animum, ſed inter pugnandum moriuntur. Ac multis, dum moriuntur, robur et iræ ardor in unam aliquam corporis partem recedens atque coïens, interficienti reſiſtit, ſubſultatque et fremit, donec ignis inſtar prorſum exſtinguatur et pereat. Nulla hic deprecatio, nulla miſericordiæ imploratio: neque victa ſe fatentur: neque leo leoni ob ignaviam ſervit, aut equus equo: ſicut homo homini ſervit, ac facile amplectitur timiditatis cognominem ſervitutem. Quæ vero homines tendiculis aut dolo ceperant, ea ſi

ἤδη τέλεια, καὶ τροφὴν ἀπωσάμενα καὶ πρὸς δίψαν ἐγκαρτερήσαντα,
τὸν πρὸ δουλείας ἐπάγεται καὶ ἀγαπᾷ θάνατον· νεοσσοῖς δὲ καὶ σκύμ-
νοις τούτων, δι᾽ ἡλικίαν εὐαγώγοις καὶ ἁπαλοῖς οὖσιν, πολλὰ καὶ ἀπα-
τηλὰ μειλίγματα καὶ ὑποπετλεύματα προσφέροντες καὶ καταφαρμάτ-
τοντες, ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα, καὶ διαίτης ἀδρανῆ χρόνον κατειρ-
γάσαντο καὶ προσεδέξαντο, καὶ ὑπέμειναν τὴν καλουμένην ἐξημέρωσιν,
F ὥσπερ ἀπογυναίκωσιν τοῦ θυμοειδοῦς· οἷς δὴ μάλιστα δηλονότι τὰ θηρία
πρὸς τὸ θαῤῥεῖν εὖ πέφυκε. Τοῖς δὲ ἀνθρώποις ἡ παῤῥησία καὶ παρὰ
φύσιν ἐστίν· ἐκεῖθεν δ᾽ ἄν, ὦ βέλτιστε Ὀδυσσεῦ, μάλιστα καταμάθοις·
ἐν γὰρ τοῖς θηρίοις ἰσοῤῥοπεῖ πρὸς ἀλκὴν ἡ φύσις, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤ-
ῥενος οὐδὲν ἀποδεῖ, πονεῖν τε τοὺς ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοις πόνους, ἀγωνί-
ζεσθαί τε τοὺς ὑπὲρ τῶν τέκνων ἀγῶνας· ἀλλὰ καὶ Κρομμυωνίαν τινὰ
σῦν ἀκούεις, ἣ πράγματα πολλά, θῆλυ θηρίον οὖσα, τῷ Θησεῖ παρ-
988 έσχε· καὶ τὴν Σφίγγα ἐκείνην οὐκ ἂν ὤνησεν ἡ σοφία περὶ τὸ Φύκιον
ἄνω καθεζομένην αἰνίγματα καὶ γρίφους πλέκουσαν, εἰ μὴ ῥώμῃ καὶ
ἀνδρείᾳ πολὺ τῶν Καδμείων ἐπεκράτει· ἐκεῖ δέ που καὶ Τελμησίαν
ἀλώπεκα, μέρμερον χρῆμα, καὶ πλησίον ὄφιν τῷ Ἀπόλλωνι περὶ τοῦ
χρηστηρίου μονομαχοῦσαν ἐν Δελφοῖς γενέσθαι, λέγουσιν· τὴν δ᾽ Αἴ-
θην ὁ βασιλεὺς ὑμῶν ἔλαβε παρὰ τοῦ Σικυωνίου μισθὸν ἀστρατείας,

E. 6. ὑποπετλεύματα] Malim ὑποπέμματα cum Mez.

E. 7. γευόμενα—κατειργάσαντο] Legam, καταφαρμάττοντες ταῦτα, ἕως, ἡδονῶν παρὰ φύσιν γευόμενα καὶ διαίτης ἀδρανοῦς, χρόνῳ κατεργασθέντα προσεδέξαντο. Harl. habet. ἀδρανεῖ, quod omittit Schott. χρόνῳ eſt in Harl. Colleg. Nov. Pol. Schott. Leonic. pro κατειργάσαντο eſt καταργήσαντο in Colleg. Nov. unde in promtu ſit etiam καταργήσαντα.

F. 3. καταμάθοις] Sic E. Harl. Vulgo, καταμάθῃς.

jam adulta ſunt, inedia ac ſiti mori malunt quam ſervire. Pulli et catuli ob ætatem tenelli ac deceptu faciles, multis iiſque fallacibus illecebris atque invitamentis tanquam veneficio deliniuntur, ut contra naturam guſtatis voluptatibus elangueſcant tempore, ſuſtineantque eam quæ cicuratio dicitur, cum ſit effœminatio ferociæ nativæ. Unde maxime patet bruta natura ad audaciam proclivia, hominum vero confidentiam præter naturam eſſe. Quod vel hinc potiſſimum, Ulyſſes optime, addiſcere poſſis. In brutis natura paria ad robur momenta in utroque poſuit ſexu, ut fœmina mari nihil concedat vel in tolerandis neceſſariis laboribus, vel in propugnando pro fœtu. Sed et ſuem quandam Crommyoniam celebrari audis, quæ multum negotii Theſeo exhibuit: et illam in Phycio Sphingem deſidentem, et ænigmata et griphos texentem, non tutata eſſet ſua ſapientia, ſi non viribus et fortitudine Thebanis multum antecelluiſſet: circum quæ loca etiam vulpem Telmeſiam fuiſſe aiunt, animal pernicioſum: et in vicinia ſerpentem fœmellam, quæ apud Delphos cum Apolline de oraculo certamine ſingulari decreverit. Atque Ætham rex veſter a Sicyonio illo ac-

ἄριστα βουλευσάμενος, ὃς δειλοῦ προετίμησεν ἀνδρὸς ἵππον ἀγαθὴν καὶ φιλόνικον. Αὐτὸς δὲ καὶ παρδάλεις καὶ λεαίνας πολλάκις ἑώρακας, ὡς οὐδέν τι τὰ θήλεα τοῖς ἄρρεσιν ὑφίεται τοῦ θυμοῦ καὶ ἀλκῆς· ὥσπερ ἡ σὴ γυνὴ, σοῦ B
πολεμοῦντος, οἴκοι κάθηται πρὸς ἐσχάραν πυρὸς, οὐκ ἂν οὐδ' ὅσον αἱ χελιδόνες ἀμυνομένη τοὺς ἐπ' αὐτὴν καὶ τὸν οἶκον βαδίζοντας, καὶ ταῦτα Λάκαινα οὖσα. Τί οὖν ἔτι σοι λέγω τὰς Καρικὰς, ἢ Μαιονίδας; Ἀλλ' ἐκ τούτων γε δῆλόν ἐστιν ὅτι τοῖς ἀνδράσιν οὐ φύσει μέτεστι τῆς ἀνδρείας· μετῆν γὰρ ἂν ὁμοίως καὶ ταῖς γυναιξὶν ἀλκῆς. Ὥσθ' ὑμεῖς κατὰ νόμων ἀνάγκην, οὐχ ἑκούσιον οὐδὲ βουλομένην, ἀλλὰ δουλεύουσαν ἔθεσι καὶ ψόγοις καὶ δόξαις ἐπήλυσι, καὶ λόγοις πλαττομένην, μελετᾶτε ἀνδρείαν· καὶ τοὺς πόνους ὑφίστασθε καὶ τοὺς κινδύνους, οὐ πρὸς ταῦτα θαρροῦντες, ἀλλὰ τῷ ἕτερα μᾶλλον τούτων δε- C
διέναι. Ὥσπερ οὖν τῶν σῶν ἑταίρων ὁ φθάσας πρῶτος ἐπὶ τὴν ἐλαφρὰν ἀνίσταται κώπην, οὐ καταφρονῶν ἐκείνης, ἀλλὰ δεδιὼς καὶ φεύγων τὴν βαρυτέραν· οὕτως ὁ πληγὴν ὑπομένων, ἵνα μὴ λάβῃ τραύματα, καὶ πρὸς αἰκίας τινὸς ἢ θανάτου πολέμιόν τινα ἀμυνόμενος, οὐ πρὸς ταῦτα θαρραλέος, ἀλλὰ πρὸς ἐκεῖνα δειλός ἐστιν. Οὕτως δ' ἀναφαίνεται ὑμῖν ἡ μὲν ἀνδρεία, δειλία φρόνιμος οὖσα, τὸ δὲ θάρσος, φόβος ἐπιστήμην ἔχων τοῦ δι' ἑτέρων ἕτερα φεύγειν. Ὅλως δὲ, εἰ πρὸς ἀνδρείαν οἴεσθε βελτίους εἶναι τῶν θηρίων, τί ποτε ὑμῶν οἱ ποιηταὶ τοὺς κράτιστα τοῖς πολεμίοις μαχομένους, λυκόφρονας D
καὶ θυμολέοντας καὶ συῒ ἰκέλους ἀλκὴν προσαγορεύουσιν; ἀλλ' οὐ λέοντά τις

C. 6. ἀναφαίνεται] Sic margo Venet. Jannot. Vulgo, ἀναφαίνει.

cepit mercedis loco, ut eum immunem militiæ faceret: optimo ſane conſilio, ut qui homini timido equam bonam ac certandi cupidam anteponeret. Ipſe pantheras ac leænas ſæpius vidiſti, nihilo maſculis ferocia et robore inferiores: cum tua uxor, te belligerante, domi ad focum deſideat, et ne tantum quidem, quantum hirundines, moliatur contra eos, qui ipſam familiamque oppreſſum eunt: et quidem ea Spartana eſt. Quid igitur Caricas tibi aut Mæonidas mulieres narrem? Ex his tamen quæ dixi, liquet viros non naturali eſſe præditos fortitudine: alioquin hæc etiam mulieribus adeſſet. Sed legum neceſſitate coacti, non ſponte veſtra, moribus, reprehenſionibus, adventitiiſque opinionibus ſervientem, verbiſque effictam meditamini fortitudinem: laboreſque et pericula ſubſiſtitis, non quod animos adverſum ea geratis confidentes, ſed quod alia his magis metuitis. Sicut itaque tuorum ſociorum qui reliquos antevertit, is remum levem arripit, non quod hunc contemnat, ſed quod ſibi a graviore metuit: ita qui ictum ſuſtinet ne vulneretur, et hoſtem ulciſcitur ne cruciatum aut mortem perferat, non animoſus adverſum illa, ſed ad hæc timidus eſt. Itaque apparet fortitudinem veſtram, prudentem eſſe timiditatem, confidentiam autem metum cum ſcientia conjunctum alia per alia evitandi. Denique ſi fortitudine vos præire brutis putatis, cur poëtæ veſtri eos qui optime in hoſtem pugnant, *luporum*, *leonum*, aut *apri robore ſimiles* perhibent? cum viciſſim nemo leonem ho-

αὐτῶν ἀνθρωπόθυμον, οὐ σὺν ἀνδρὶ εἴκελον ἀλκὴν προσαγορεύει. Ἀλλ' ὥσπερ, οἶμαι, τοὺς ταχεῖς, ποδηνέμους, καὶ τοὺς καλοὺς, θεοειδεῖς, ὑπερβαλλόμενοι ταῖς εἰκόσιν, ὀνομάζουσιν· οὕτω τῶν δεινῶν μάχεσθαι πρὸς τὰ κρείττονα ποιοῦνται τὰς ἀφομοιώσεις. Αἴτιον δὲ, ὅτι τῆς μὲν ἀνδρείας οἷον βαφή τις ὁ θυμός ἐστι καὶ στόμωμα· τούτῳ δὲ ἀκράτῳ τὰ θηρία χρῆται πρὸς τοὺς ἀγῶνας, ὑμῖν δὲ προσμιγνύμενος πρὸς τὸν λογισμὸν,
E ὥσπερ οἶνος πρὸς ὕδωρ, ἐξίσταται παρὰ τὰ δεινὰ, καὶ ἀπολείπει τὸν καιρόν. Ἔνιοι δὲ ὑμῶν οὐδὲ ὅλως φασὶ χρῆναι παραλαμβάνειν ἐν ταῖς μάχαις τὸν θυμὸν, ἀλλ' ἐκποδὼν θεμένους, νήφοντι χρῆσθαι τῷ λογισμῷ, πρὸς μὲν σωτηρίας ἀσφάλειαν ὀρθῶς, πρὸς δὲ ἀλκὴν καὶ ἄμυναν αἴσχιστα λέγοντες. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον αἰτιᾶσθαι μὲν ὑμᾶς τὴν φύσιν ὅτι μὴ κέντρα προσέφυσε τοῖς σώμασι, μηδὲ ἀμυντηρίους ὀδόντας, μηδὲ ἀγκύλους ὄνυχας, αὐτοὺς δὲ τῆς ψυχῆς τὸ σύμφυτον ἀφαιρεῖν ὅπλον καὶ κολούειν;

ε'. ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Παπαὶ, ὦ Γρύλλε, δεινός μοι δοκεῖς γεγονέναι σοφιστὴς, ὅς γε καὶ νῦν ἐκ τῆς συηνίας φθεγγόμενος, οὕτω νεανικῶς πρὸς τὴν ὑπό-
F θεσιν ἐπικεχείρηκας· ἀλλὰ τί οὐ περὶ τῆς σωφροσύνης ἐφεξῆς διεξῆλθες;

ΓΡΥΛΛΟΣ. Ὅτι ᾤμην σε τῶν εἰρημένων πρότερον ἐπιλήψεσθαι· σὺ δὲ σπεύδεις ἀκοῦσαι τὸ περὶ τῆς σωφροσύνης, ἐπεὶ σωφρονεστάτης μὲν ἀνὴρ εἶ γυναικὸς, ἀπόδειξιν δὲ σωφροσύνης αὐτὸς οἴει δεδωκέναι, τῶν Κίρκης ἀφροδισίων περιφρονήσας. Καὶ τούτῳ μὲν οὐδενὸς τῶν θηρίων

E. 1. παρὰ τὰ δεινὰ] Sic vera et legitima forma B. E. Harl. Vulgo, περὶ τὰ δεινά.
F. 5. τούτῳ] Sic Venet. Xyl. Vulgo, τούτων: E. et Jannot. τοῦτο: Colleg. Nov. τούτου.

mini animo vel robore ſimilem dicat. Sed nimirum ſicut veloces aiunt ventorum celeritatem in pedibus habere, et formoſos deorum formæ æquales, re nimis exaggerata dicunt: ſic etiam pugnacium ſimilitudinem a præſtantiore ducunt. Cujus rei cauſſa eſt, quod fortitudinis tanquam acies et induratio eſt animi fervor, quo puro utuntur bruta in certaminibus: vobis cum ratione commixtus, veluti aqua dilutum vinum, cedit periculis, et occaſionem dimittit. Sunt quidam veſtrum qui omnino in pugna negent debere animum excandeſcere, ſed, hoc fervore excluſo, ſobria utendum ratione, recte dicentes, quod ad ſalutem tutandam attinet, peſſime quod ad ultionem et robur exſerendum. Qui enim non ſit abſurdum, quod, cum naturam incuſetis, quæ corporibus non adjecit ſtimulos, neque dentes ad ulciſcendum paratos, aut curvos ungues, ipſi arma animæ a natura data aufertis aut enervatis?

V. Ulysses. Papæ, Grylle, videre mihi egregius factus ſophiſta, qui etiam nunc ex ſuilla loquens cute tam ſtrenue de propoſito argumentaris. Sed cur non deinceps de temperantia diſſeruiſti?

Gryllus. Quia dicta exiſtimabam te prius reprehenſurum. Sed tu feſtinas ad auditionem de hac virtute, quia et pudiciſſimam habes uxorem, et ipſe videris documentum edidiſſe temperantiæ, Circes concubitu ſpreto. Atque profecto nihil hac

διαφέρεις πρὸς ἐγκράτειαν· οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνα τοῖς κρείττοσιν ἐπιθυμεῖ πλησιάζειν, ἀλλὰ καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τοὺς ἔρωτας πρὸς τὰ ὁμόφυλα 989
ποιεῖται. Οὐ θαυμαστὸν μὲν οὖν ἐστιν, εἰ καθάπερ ὁ Μενδήσιος ἐν Αἰγύπτῳ τράγος λέγεται πολλαῖς καὶ καλαῖς συνειργνύμενος γυναιξὶν, οὐκ ἔστι μίγνυσθαι πρόθυμος, ἀλλὰ πρὸς τὰς αἶγας ἐπτόηται μᾶλλον, οὕτω σὺ χαίρων ἀφροδισίοις συνήθεσιν, οὐ θέλεις ἄνθρωπος ὢν θεᾷ συγκαθεύδειν. Τὴν δὲ Πηνελόπης σωφροσύνην μυρίαι κορῶναι κρώζουσαι γέλωτα θήσονται καὶ καταφρονήσουσιν, ὧν ἑκάστης ἂν ἀποθάνῃ ὁ ἄῤῥην, οὐκ ὀλίγον χρόνον, ἀλλὰ ἐννέα χηρεύει γενεὰς ἀνθρώπων· ὥστε σοι τὴν καλὴν Πηνελόπην ἐννάκις ἀπολείπεσθαι τοῦ σωφρονεῖν ἧς βούλει B
κορώνης.

ϛʹ. Ἀλλὰ ἐπεί σε μὴ λέληθα σοφιστὴς ὤν, φέρε χρήσωμαι τάξει τινὶ τοῦ λόγου, τῆς μὲν σωφροσύνης ὅρον θέμενος, κατὰ γένος δὲ τὰς ἐπιθυμίας διελόμενος. Ἡ μὲν οὖν σωφροσύνη βραχύτης τίς ἐστιν ἐπιθυμιῶν καὶ τάξις, ἀναιροῦσα μὲν τὰς ἐπεισάκτους καὶ περιττὰς, καιρῷ δὲ καὶ μετριότητι κοσμοῦσα τὰς ἀναγκαίας. Ταῖς δὲ ἐπιθυμίαις ἐφορᾷς που μυρίαν διαφορὰν, καὶ τὴν πόσιν ἅμα τῷ φυσικῷ καὶ τὸ ἀναγκαῖον ἐχούσαν· αἱ δὲ τῶν ἀφροδισίων, αἷς ἀρχὰς ἡ φύσις ἐνδίδωσιν, ἔστι δήπου καὶ μὴ χρώμενον ἔχειν

F. 6. διαφέρεις] Sic Venet. Xyl. verſ. Mez. Vulgo, διαφέρει.
A. 2. θαυμαστὸν μὲν οὖν] μὲν forte delendum cum Harl. et Colleg. Nov.
A. 4. ἐπτόηται] Malim ἐπτοῆσθαι.
A. 7. ἑκάστης] Præſtat ἑκάστη.
B. 1. τοῦ σωφρονεῖν] Malim, τῷ σωφρονεῖν.
B. 8. καὶ τὴν πόσιν] Supplendum, καὶ τὴν μὲν περὶ τὴν βρῶσιν καὶ τὴν πόσιν—ut fere Mez. et Reiſk.

in re antecellis animalibus brutis. Nam hæc quoque voluptates et amores captant a ſui generis animalibus. Itaque admiratione dignum non eſt, ſi, quemadmodum Mendeſius in Ægypto caper incluſus cum multis ac formoſis mulieribus coïtu abhorret, et capras deſiderat, ita tu venere conſueta utens, homo cum ſis, concumbere cum Dea noluiſti. Ceterum Penelopes tuæ caſtitatem innumeræ cornices crocitantes ridiculam eſſe oſtendent atque contemtui exponent, quarum uniuſcujuſque ſi moriatur mas, viduitatem non per exiguum tempus, ſed per novem ætates hominum ſervant: ut, ſi libeat comparare, unaquævis cornix novies caſtitatem tuæ ſuperet Penelopes.

VI. Sed quando obſervaviſti me eſſe ſophiſtam, agedum diſpoſitione quadam utar orationis, expoſitaque temperantiæ definitione, concupiſcentiarum genera perſequar dividendo. Eſt ergo temperantia contractio quædam cupiditatum, et ordo, perimens ſupervacaneas et adſcititias, tempeſtive autem et mediocriter cum decori ratione obſequens neceſſariis. Jam in appetitionibus nonne cernis ineſſe infinitum differentiarum numerum? Cibus ac potus et a natura deſideratur, et a neceſſitate flagitatur. Res venerea, quanquam ſuum habet a natura principium, tamen ſunt qui ea nullo cum

C ἰσχυρῶς, ἀπαλλαγῶσι· φυσικαὶ μὲν οὖν, οὐκ ἀναγκαῖαι δὲ ἐκλήθησαν.
Τὸ δὲ τῶν μήτε ἀναγκαίων μήτε φυσικῶν, ἀλλ' ἔξωθεν ὑπὸ δόξης κενῆς
δι' ἀπειροκαλίαν ἐπικεχυμένων γένος, ὑμῶν μὲν ὀλίγου δεῖν τὰς φυσικὰς
ἀπέκρυψεν ὑπὸ πλήθους ἁπάσας, ἔχει δὲ καθάπερ ξένων ὄχλος ἔπηλυς
ἐν δήμῳ, καταβιαζόμενος πρὸς τοὺς ἐγγενεῖς πολίτας. Τὰ δὲ θηρία
παντάπασιν ἀβάτους καὶ ἀνεπιμίκτους ἔχοντα τοῖς ἐπεισάκτοις πάθεσι τὰς
ψυχάς, καὶ τοῖς βίοις πόῤῥω τῆς κενῆς δόξης, ὥσπερ θαλάσσης, ἀπῳκισ-
μένα, τοῦ γλαφυρῶς καὶ περιττῶς διάγειν ἀπολείπεται· τὸ δὲ σωφρονεῖν
D καὶ μᾶλλον εὐνομεῖσθαι ταῖς ἐπιθυμίαις, οὔτε πολλαῖς συνοικούσαις, οὔτε
ἀλλοτρίαις, σφόδρα διαφυλάττεται. Ἐμὲ γοῦν ποτε καὶ αὐτὸν, οὐχ ἧττον
ἢ σὲ νῦν, ἐξέπληττε μὲν χρυσὸς, ὡς κτημάτων ἄλλων οὐδενὶ παραβλητόν·
ᾕρει δὲ ἄργυρος καὶ ἐλέφας· ὁ δὲ πλεῖστα τούτων κεκτημένος, ἐδόκει μα-
κάριός τις εἶναι καὶ θεοφιλὴς ἀνὴρ, εἴτε Φρὺξ εἴτε Κὰρ ἦν, τοῦ Δόλωνος
ἀγεννέστερος καὶ τοῦ Πριάμου βαρυποτμότερος· ἐνταῦθα ἀνηρτημένος ἀεὶ
ταῖς ἐπιθυμίαις, οὔτε χάριν οὔτε ἡδονὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων πραγμάτων ἀφ-
θόνων ὄντων καὶ ἱκανῶν ἐκαρπούμην τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ὡς τῶν μεγίστων
E ἐνδεὴς καὶ ἄμοιρος ἀγαθῶν ἀπολελειμμένος. Τοιγαροῦν ὥς σε μέμνημαι
ἐν Κρήτῃ θεασάμενος ἀμπεχόνῃ κεκοσμημένον πανηγυρικῶς, οὐ τὴν
φρόνησιν ἐζήλουν, οὐδὲ τὴν ἀρετήν· ἀλλὰ τοῦ χιτῶνος εἰργασμένου περιττῶς

D. 8. τὸν ἐμαυτοῦ βίον] Forte excidit μεμφόμενος, vel ſimile.
E. 1. ὥς σε] Legendum cum Mez. Τοιγαροῦν σε, ὡς μέμνημαι, ἐν Κρήτῃ θεασάμενος.

incommodo careant: itaque naturalis hæc, non etiam neceſſaria vocatur. Sed eæ appetitiones, quæ neque a natura neque a neceſſitate oriuntur, ob imperitiam autem recti foris ex inani quadam opinione intro ſuperfuſæ ſunt, parum abeſt quin veſtras naturales obruerint cupiditates ſua multitudine univerſas: itaque ſe gerunt, ut turba peregrinorum convena vi urgens cives atque indigenam populum. At enim omnes beſtiæ animabus præditæ iis quæ inacceſſæ ſint omnibus foris introductis affectionibus, et a vanis opinionibus tanquam a mari longe remotam vitam agant, elegantia et ſupervacaneo vitæ degendæ cultu vobis ſunt inferiores: temperantiam præclare tuentur, appetitioneſque rectis legibus regunt, quæ iis adſunt neque multæ neque alienæ. Me quidem ipſum, non minus quam nunc te, aurum perculit, ut cui nulla res digne poſſet comparari, ad ſe trahebant me ebur et argentum: qui horum poſſideret plurimum, mihi felix et Diis charus videbatur homo, ſive Phryx eſſet, ſive Car, et vel Dolone ignavior, vel Priamo calamitoſior: huc ego ſemper meis accommodatis cupiditatibus nullam neque gratiam neque voluptatem aliis ex bonis vitæ percepi, cum quidem eſſent abunde, quod me maximorum indigum et exſortem bonorum eſſe arbitrarer. Itaque memoria recolo me, quo tempore te in Creta vidi amictum veſte ad ſolennem facta oſtentationem, non admiratum fuiſſe prudentiam aut virtutem tuam, ſed amiculi textum tenuitatis eximiæ,

τὴν λεπτότητα, καὶ τῆς χλαμύδος οὔσης ἀλουργοῦ τὴν οὐλότητα, καὶ τὸ κάλλος ἀγαπῶν καὶ τεθηπώς, εἶχε δέ τι καὶ ἡ πόρπη χρυσοῦς οὖσα παίγνιον, οἶμαι, τορείας διηκριβωμένον, καὶ εἰπόμην γεγοητευμένος, ὥσπερ αἱ γυναῖκες. Ἀλλὰ νῦν ἀπηλλαγμένος ἐκείνων τῶν κενῶν δοξῶν καὶ κεκαθαρμένος, χρυσὸν μὲν καὶ ἄργυρον ὥσπερ τοὺς ἄλλους λίθους περιορῶν ὑπερβαίνω, ταῖς δὲ σαῖς χλανίσι καὶ τάπησιν οὐδὲν ἂν μὰ Δία ἥδιον ἢ βαθεῖ καὶ μαλθακῷ πηλῷ μεστὸς ὢν ἐγκατακλιθείην ἀναπαυόμενος. F
Τὰ δὲ τοιαῦτα τῶν ἐπεισάκτων ἐπιθυμιῶν οὐδεμία ταῖς ἡμετέραις ἐνοικίζεται ψυχαῖς· ἀλλὰ τὰ μὲν πλεῖστα ταῖς ἀναγκαίαις ὁ βίος ἡμῶν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς διοικεῖται, ταῖς δὲ οὐκ ἀναγκαίαις ἀλλὰ φυσικαῖς μόνον, οὔτε ἀτάκτως οὔτε ἀπλήστως ὁμιλοῦμεν.

ζ΄. Καὶ ταύτας γε πρῶτον διέλθωμεν. Ἡ μὲν οὖν περὶ τὰ εὐώδη 990
καὶ κινοῦντα ταῖς ἀποφοραῖς τὴν ὄσφρησιν οἰκείως ἡδονή, πρὸς τῷ τὸ ὄφελος καὶ προῖκα καὶ ἁπλοῦν ἔχειν, ἅμα χρείαν τινὰ συμβάλλεται τῇ διαγνώσει τῆς τροφῆς. Ἡ μὲν γὰρ γλῶττα τοῦ γλυκέος καὶ δριμέος καὶ αὐστηροῦ γνώμων ἐστί τε καὶ λέγεται, ὅταν τῷ γνωστικῷ προσμιγνύντες οἱ χυμοὶ σύγχυσίν τινα λάβωσιν. Ἡ δὲ ὄσφρησις ἡμῶν πρὸ τῶν χυμῶν, γνώμων οὖσα τῆς δυνάμεως ἑκάστου, πολὺ τῶν βασιλικῶν προγευστῶν σκεπτικώτερον

E. 4. τὴν λεπτότητα] Hoc E. habet, et requirit conſtructio. Vulgatum εἰς λεπτότητα per ſe bonum, non hoc loco.
F. 2. Τὰ δὲ τοιαῦτα] Legam cum Mez. Τῶν δὲ τοιούτων—.
A. 2. ὄσφρησιν—πρὸς] Ita E. Venet. Vulgo, ὄσφρησιν, οἰκεῖος ἡδονὴ πρὸς—.
A. 5. γνωστικῷ] Mez. γευστικῷ.
A. 7. σκεπτικώτερον] Sic B. Vulgo, σκεπτότερον.

et coruſcationem in læna coloris purpurei, attonitumque fuiſſe ob pulchritudinem veſtitus: ſed et fibula aurea habebat, ſi recte memini, aliquid operis elegantis cælo parati ſubtiliſſime: denique mulieris in modum præſtigiis captus te ſectabar. Nunc inanibus iſtis opinionibus evacuatis, aurum et argentum ſicut quoſvis lapides contemno et ſuper ea incedo, tuis autem lænis et tapetibus non per Jovem ſuavius indormiam, quam plenus cibi alto mollique cœno. Atque hujuſmodi quidem foris adſcitarum cupiditatum nulla in animo habitat noſtro: ſed major pars vitæ noſtræ neceſſariis appetitionibus atque concupiſcentiis temperatur: et voluptatibus non neceſſariis, ſed naturalibus duntaxat, neque incompoſite neque profuſe indulgemus.

VII. Atque has quidem primo loco perpendamus. Voluptas ea, quam ex fragrantibus, et odore ſuo exhalante olfactum adficientibus percipimus, præterquam quod ſimplicem ſui præbet, eamque gratis, uſuram, ſimul etiam diſcernendo alimento conducit. Nam lingua et eſt et dicitur norma ſaporum, ut dulcis, acris, auſteri, reliquorum, quando ii confuſi offeruntur ſenſui. Olfactus autem noſter ante ſaporem deprehendens vim uniuſcujuſque alimenti, longeque accuratius quam regii ſo-

διαισθανομένη, τὸ μὲν οἰκεῖον εἴσω παρίησι, τὸ δὲ ἀλλότριον ἀπελαύνει
B καὶ οὐκ ἐᾷ θιγεῖν, οὐδὲ λυπῆσαι τὴν γεῦσιν, ἀλλὰ διαβάλλει καὶ κατηγορεῖ
τὴν φαυλότητα πρὶν ἢ βλαβῆναι· τἆλλα δὲ οὐκ ἐνοχλεῖ, καθάπερ ὑμῖν
τὰ θυμιάματα καὶ κιννάμωμα καὶ νάρδους καὶ φύλλα καὶ καλάμους Ἀραβι-
κούς, μετὰ δεινῆς τινος καὶ δευσοποιοῦ φαρμακίδος τέχνης, ἣ μυρεψικῆς ὄνομα, *
συνάγειν εἰς ταὐτὸ καὶ συμφοιτᾷν ἀναγκάζουσι, χρημάτων πολλῶν ἡδυ-
πάθειαν ἄνανδρον καὶ κορασιώδη καὶ πρὸς οὐδὲν οὐδαμῶς χρήσιμον ὠνου-
μένους. Ἀλλὰ καίπερ οὖσα τοιαύτη διέφθαρκεν οὐ μόνον πάσας γυναῖκας,
ἀλλὰ καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς πλείστους, ὡς μηδὲ ταῖς αὐτῶν ἐθέλειν συγγίνεσθαι
C γυναιξίν, εἰ μὴ μύρων ὑμῖν ὀδωδυῖαι καὶ διαπασμάτων εἰς ταὐτὸ φοιτῷεν.
Ἀλλὰ κάπρους τε σύες, καὶ τράγους αἶγες, καὶ τὰ ἄλλα θήλεα τοὺς
συννόμους αὐτῶν ταῖς ἰδίαις ὀσμαῖς ἐπάγεται, δρόσου τε καθαρᾶς καὶ
λειμώνων ὀδωδότα καὶ χλόης, συμφέρεται πρὸς τοὺς γάμους ὑπὸ κοινῆς
φιλοφροσύνης, οὐχὶ θρυπτόμεναι μὲν αἱ θήλειαι, καὶ προϊσχόμεναι τῆς ἐπι-
θυμίας ἀπάτας καὶ γοητείας καὶ ἀρνήσεις, οἱ δὲ ἄῤῥενες ὑπὸ οἴστρου καὶ μαρ-
γότητος ὠνούμενοι μισθοῦ καὶ πόνου καὶ λατρείας τὸ τῆς γενέσεως ἔργον, ἄδολον
δὲ σὺν καιρῷ καὶ ἄμισθον ἀφροδίτην μετιόντες, ἣ καθ' ὥραν ἔτους, ὥσπερ
φυτῶν βλάστην, ἐγείρουσα τῶν ζῴων τὴν ἐπιθυμίαν εὐθὺς ἔσβεσεν, οὔτε τοῦ

B. 4. ὄνομα] Hoc certe revocare debui, et ſententia jubente, et auctoritate veterum librorum Ald. Baſ. Xyl. B. E. Harl. Colleg. Nov. Mez. Vulgo, ἀνόμοια quod Steph. exhibuit ex Pol. Leonic. Schott. Anon. Locus ceterum etiam corruptus, ita refingendus eſſe videtur—καθάπερ ὑμῖν—τέχνης, ἣ μυρεψικῇ ὄνομα, συνάπτειν εἰς ταυτὸ καὶ συμφοιτᾷν ἀναγκάζουσι, χρημάτων πολλῶν—ὠνουμένοις. Reddidimus in Latinis.

lent præguſtatores ſenſu eam percipiens, id quod naturæ conveniens eſt admittit, alienum amolitur, neque guſtare id ſinit aut guſtatum offendere: ſed vitium rei olfactæ defert atque accuſat, antequam injuriam ea attulerit. De cetero autem moleſtus nobis non eſt odoratus ſicut vobis, cogentibus ſuffitus, cinnamoma, nardos, malobathra, calamos Arabicos, cum ſubtili quadam medicatrice arte, cui ſeplaſiariæ nomen eſt, commiſceri et coire, magna pecunia parum virilem, ac potius puellas decentem, nullaque omnino utilitate comitatam delectationem redimentibus. Et vero is odoratus, quanquam hoc modo affectus, corrupit tamen non mulieres tantum omnes, ſed et pleroſque viros, ut ne cum ſuis quidem coire velint uxoribus, niſi unguenta eæ et odoratos pulveres redoleant. Atqui porcæ ſues, et capros capræ, aliæque fœminæ ſui generis mares proprio odore alliciunt, purumque rorem, prata, herbaſque ubi redolent, communi amore ad miſcendum corpora cientur. Non hic, ut inter homines, fœminæ ſimulatione recuſationis ludunt, aut libidini fraudes, præſtigias, denegationeſque prætexunt: neque mares ſtimulo et luxuria agitati, mercede, labore atque obſequiis coitum redimunt: ſed doli expertem ac ſine mercede tempeſtivam ſectamur venerem, quæ ſtato anni tempore cupiditatem animalium veluti germen aliquod excitans, illico reſtinguit, neque fœ-

θήλεος προσιεμένου μετὰ τὴν κύησιν, οὔτε πειρῶντος ἐπὶ τοῦ ἄρρενος. Οὕτω D
μικρὰν ἔχει καὶ ἀσθενῆ τιμὴν ἡδονὴ παρ' ἡμῖν, τὸ δὲ ὅλον ἡ φύσις. Ὅθεν οὔτε ἄρρενος πρὸς ἄρρεν, οὔτε θήλεος πρὸς θῆλυ μίξιν αἱ τῶν θηρίων ἐπιθυμίαι, μέχρι γε νῦν ἐνηνόχασιν. Ὑμῶν δὲ πολλὰ τοιαῦτα τῶν σεμνῶν καὶ ἀγαθῶν· ἐῶ γὰρ τοὺς οὐδενὸς ἀξίους· ὁ μὲν Ἀγαμέμνων τὴν Βοιωτίαν ἐπῆλθε κυνηγετῶν τὸν Ἄργυννον ὑποφεύγοντα, καὶ καταψευδόμενος τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πνευμάτων, εἶτα καλὸν καλῶς ἑαυτὸν βαπτίζων εἰς τὴν Κωπαΐδα λίμνην, ὡς αὐτόθι κατασβέσων τὸν ἔρωτα, καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἀπαλλαξόμενος· ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὁμοίως ἑταῖρον ἀγένειον ἐπιδιώκων, ἀπελείφθη τῶν ἀρι- E
στέων, καὶ προὔδωκε τὸν στόλον· ἐν δὲ τῇ θόλῳ τοῦ Πτώου Ἀπόλλωνος λαθών τις ὑμῶν ἐνέγραψεν, Ἀχιλλεὺς Καλός, ἤδη τοῦ Ἀχιλλέως υἱὸν ἔχοντος· καὶ τὰ γράμματα πυνθάνομαι διαμένειν. Ἀλεκτρυὼν δὲ ἀλεκτρυόνος ἐπιβαίνων, θηλείας μὴ παρούσης, καταπίμπραται ζωός, μάντεώς τινος ἢ τερατοσκόπου μέγα καὶ δεινὸν ἀποφαίνοντος εἶναι τὸ γινόμενον. Οὕτως καὶ παρ' αὐτῶν ὡμολόγηται τῶν ἀνθρώπων ὅτι μᾶλλον τοῖς θηρίοις σωφρονεῖν προσήκει, καὶ μὴ παραβιάζεσθαι ταῖς ἡδοναῖς τὴν φύσιν. Τὰ δὲ ἐν
ὑμῖν ἀκόλαστα οὐδὲ τὸν νόμον ἔχουσα σύμμαχον ἡ φύσις ἐντὸς ὅρων F
καθείργνυσιν, ἀλλ' ὥσπερ ὑπὸ ῥεύματος ἐκφερόμενα πολλαχοῦ ταῖς ἐπιθυμίαις δεινὴν ὕβριν καὶ ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἐν τοῖς ἀφροδισίοις

D. 3. αἱ—ἐπιθυμίαι] Prius est a Mez. posterius ex Harl. Vulgo, εἶναι—ἐπιθυμία.
D. 6. Ἄργυννον] Ita recte ad historiæ auctoritatem edidit Steph. ex Pol. Leonic. Jannot. Schott. Anon. Nam priores editores Ald. Bas. Xyl. et libri nostri scripti B. E. Venet. Harl. Colleg. Nov. habent Ἀργαῖον.
F. 2. ἐκφερόμενα] Sic B. Mez. Vulgo, ἐκφερόμενον.

mella marem a conceptu admittente, neque aggrediente mare. Adeo exilem et imbecillum honorem apud nos voluptas obtinet, omnia naturæ deferuntur. Itaque in hunc usque diem inter nos neque mas marem, neque fœminam fœmina amavit. Qualia multa memorabiles, et præclari viri apud vos commiserunt: ut viles missos faciam. Agamemnon quidem Bœotiam perlustravit Argynnum venans subterfugientem, falsisque mare et ventos onerans criminibus, tandem pulchre pulchrum sese in lacum Copaïdem demersit, ut ibi amorem exstingueret, ac se cupiditate liberaret. Itidem Hercules imberbem sectans amasium, deseruit fortissimos socios, classemque et institutum prodidit. Et in tholo Apollinis Ptoi quidam vestrum clam scripsit, *Achilles Pulcher*; cum jam Achilles filium haberet: audioque durare adhuc eam scripturam. At gallus si gallum conscendat absente gallina, vivus comburitur aruspice aliquo pronunciante grave atroxque id esse ostentum. Ita ipsi homines hoc confessi sunt, castitate a brutis se superari, eaque naturæ vim non facere voluptatum percipiendarum caussa. Vestras libidines natura, quanquam legis auxilio fulta, tamen intra suos non potest coërcere fines: quin eæ instar fluvii exundantes atrocem fœditatem, tumultum, confusionemque

ἀπεργάζεται τῆς φύσεως. Καὶ γὰρ αἰγῶν ἐπειράθησαν ἄνδρες καὶ ὑῶν
991 καὶ ἵππων μιγνύμενοι, καὶ γυναῖκες ἄῤῥεσι θηρίοις ἐπεμάνησαν· ἐκ γὰρ
τῶν τοιούτων γάμων ὑμῖν Μινώταυροι καὶ Αἰγίπανες, ὡς δ᾽ ἐγῷμαι, καὶ
Σφίγγες ἀναβλαστάνουσι, καὶ Κένταυροι. Καίτοι διὰ λιμόν ποτε, ἀνθρώ-
που καὶ κύων ἔφαγεν ὑπ᾽ ἀνάγκης, καὶ ὄρνις ἐπεγεύσατο· πρὸς δὲ συνου-
σίαν οὐδέ ποτε θηρίον ἐπεχείρησεν ἀνθρώπῳ χρήσασθαι. Θηρία δὲ
ἄνθρωποι καὶ πρὸς ταῦτα καὶ πρὸς ἄλλα πολλὰ καθ᾽ ἡδονὰς βιάζονται
καὶ παρανομοῦσιν.

η'. Οὕτω δὲ φαῦλοι καὶ ἀκρατεῖς περὶ τὰς εἰρημένας ἐπιθυμίας
ὄντες, ἔτι μᾶλλον ἐν ταῖς ἀναγκαίαις ἐλέγχονται πολὺ τῷ σωφρονεῖν ἀπο-
λειπόμενοι τῶν θηρίων. Αὗται δέ εἰσιν αἱ περὶ βρῶσιν καὶ πόσιν· ὧν ἡμεῖς μὲν
B τὸ ἡδὺ μετὰ χρείας τινὸς ἀεὶ λαμβάνομεν· ὑμεῖς δὲ τὴν ἡδονὴν μᾶλλον ἢ
τὸ κατὰ φύσιν τῆς τροφῆς διώκοντες, ὑπὸ πολλῶν καὶ μακρῶν κολάζεσθε νοση-
μάτων, ἅπερ ἐκ μιᾶς πηγῆς ἀπαντλούμενα τῆς πλησμονῆς τοῖς σώμασιν,
παντοδαπῶν πνευμάτων καὶ δυσκαθάρτων ὑμᾶς ἐμπίπλησι. Πρῶτον μὲν γὰρ
ἑκάστῳ γένει ζώου μία τροφὴ σύμφυλός ἐστι, τοῖς μὲν πόα, τοῖς δὲ ῥίζα
τις ἢ καρπός· ὅσα δὲ σαρκοφαγεῖ, πρὸς οὐδὲν ἄλλο τρέπεται βορᾶς εἶδος,
οὐδὲ ἀφαιρεῖται τῶν ἀσθενεστέρων τὴν τροφήν· ἀλλὰ ἐᾷ νέμεσθαι καὶ λέων
ἔλαφον, καὶ λύκος πρόβατον, ᾗ πέφυκεν. Ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐπὶ πάντα ταῖς

B. 3. ἀπαντλούμενα] Immo, ἐπαντλούμενα.

naturæ gignunt in re venerea. Nam et capras, porcas, equas iniverunt viri, et fœminæ inſano maſcularum beſtiarum amore exarſerunt. Ex hujuſmodi enim coïtibus vobis ſunt Minotauri, Ægipanes ſeu Sylvani, atque, ut mea fert ſententia, etiam Sphinges, et Centauri nati. Enimvero fame coactus canis aut avis aliquando cadavere humano veſcitur: ad coïtum nullus unquam eſt homo a beſtia ſollicitatus. Beſtias vero cum ad hanc, tum ad alias voluptates vos vi trahitis ac contra jus uſurpatis.

VIII. Porro homines ita vitioſi et incontinentes cum ſint in dicto cupiditatis genere; tamen evinci poteſt, multo etiam brutis intemperantiores eos eſſe, quod attinet ad appetitus neceſſarios, id eſt potum et cibum. Hic nos voluptatem ſemper cum aliqua utilitate captamus. Vos, qui voluptatem potius, quam naturæ conveniens alimentum perſequimini, multis ac diuturnis multamini morbis, qui tanquam uno aliquo e fonte hauſti abundantia, corpus omnis generis flatibus expurgatu difficilibus replent. Primum enim unicuilibet animalis generi ſuum eſt quoddam cognatum naturæ alimentum: aliis herba, aliis radix, aut fructus: et quæ carne veſcuntur, nullum alium fructum ea appetunt, neque infirmioribus alimentum eripiunt: ſed et cervum paſci ſinit leo, et lupus ovem, quantum natura ſtatuit. Homo autem gulæ ſtudio ad omnia

ἡδοναῖς ὑπὸ λαιμαργίας ἐξαγόμενος, καὶ πειρώμενος πάντων καὶ ἀπογευόμενος, ὡς οὐδέπω τὸ προσφορὸν καὶ οἰκεῖον ἐγνωκὼς, μόνος γέγονε C τῶν ὄντων πάμφαγον. Καὶ σαρξὶ χρῆται πρῶτον, ὑπ' οὐδεμιᾶς ἀπορίας οὐδὲ ἀμηχανίας, ᾧ πάρεστιν ἀεὶ καθ' ὥραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἀπὸ φυτῶν καὶ σπερμάτων τρυγῶντι καὶ λαμβάνοντι καὶ δρεπομένῳ, μὴ κάμνειν διὰ πλῆθος· ἀλλ' ὑπὸ τρυφῆς καὶ κόρου τῶν ἀναγκαίων, βρώσεις ἀνεπιτηδείους καὶ οὐ καθαρὰς σφαγαῖς ζώων μετερχόμενος, πολὺ τῶν ἀγριωτάτων θηρίων ὠμότερον. Αἷμα μὲν γὰρ καὶ φόνος καὶ σάρκες ἰκτίνῳ καὶ λύκῳ καὶ δράκοντι σιτίον οἰκεῖον, ἀνθρώπῳ δὲ ὄψον ἐστίν. Ἔπειτα D παντὶ γένει χρώμενος, οὐχ, ὡς τὰ θηρία, τῶν πλείστων ἀπέχεται, ὀλίγοις δὲ πολεμεῖ, διὰ τὴν τῆς τροφῆς ἀνάγκην· ἀλλ' οὔτε τι πτηνὸν, οὔτε νηκτὸν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὔτε χερσαῖον ἐκπέφευγε τὰς ἡμέρους δὴ λεγομένας ὑμῶν καὶ φιλοξένους τραπέζας.

θ'. Εἶεν. Ἀλλ' ὄψοις χρῆσθε τούτοις ἐφηδύνοντες τὴν τροφήν· τί οὖν ἐπ' αὐτὰ ταῦτα φῶντας; Ἀλλ' ἡ τῶν θηρίων φρόνησις τῶν μὲν ἀχρήστων καὶ ματαίων τεχνῶν οὐδεμιᾷ χώραν δίδωσι· τὰς δὲ ἀναγκαίας, οὐκ ἐπεισάκτους παρ' ἑτέρων, οὐδὲ μισθοῦ διδακτὰς, οὐδὲ κολλῶσα μελέτῃ καὶ συμπηγνύουσα

C. 3. πάμφαγον] Sic nostri B. E. Harl. Venet. Ald. Bas. Xyl. Vulgo, παμφάγων.

C. 8. ὠμότερον] Forte, ὠμότερος ἀναπέφανται cum Reisk. aut hoc enim aut simile verbum requiritur: ὠμότερος habet etiam Harl.

D. 7. ταῦτα φῶντας] Desunt in B. E. eorumque loco spatium lacunæ adest. Monstrum scripturæ, forte purgandum ut legamus, ταῦτα φονᾶτε: quod in Latinis expressimus. Forte etiam post φονᾶτε excidit, Ἀλλὰ τέχνης τοῦτο ἔργον εἶναι φατέ.

se ferens, omnia tentans, omnia gustans, ut sui et naturæ ipsius convenientis ignarus etiamnum nutrimenti, solus inter omnia animalia omnibus vescitur. Primum utitur carnibus, nulla cogente inopia, nulla penuria; cum liceat ei quovis tempore alios e seminibus et plantis decerpere cibos, multitudine nunquam defectura: sed luxuria, et satietate necessariorum, alienas et pollutas cædibus animalium escas sectatur, immanitate etiam sævissimas vincens feras. Sanguis enim et cædes et carnes milvo, lupo, draconi conveniens sunt cibus, homini autem obsonium. Deinde cum omnibus utatur generibus, non sicut bestiæ a plerisque formis abstinet homo, paucis ob necessitatem nutrimenti infestus est: sed neque avis ulla, neque in aquis degens, aut in terra vivens animal ullum effugit vestras illas, quæ benignæ hospitalesque dicuntur, mensas.

IX. Esto his vos obsoniis dulciores reddere cibos. Quid ergo in hæc ipsa cædis cupiditate sævitis? Sed animalium brutorum nullam inutilem aut inanem admittit artem prudentia: necessarias non ab aliis importatas, aut mercede data cognitas, vel cura glutinante singula, parceque oblatis con-

E γλίσχρως τῶν θεωρημάτων ἕκαστον πρὸς ἕκαστον, ἀλλ' αὐτόθεν ἐξ αὐτῆς οἷον ἰθαγενεῖς καὶ συμφύτους ἀναδίδωσι. Τοὺς μὲν γὰρ Αἰγυπτίους πάντας ἰατροὺς ἀκούομεν εἶναι· τῶν δὲ ζώων ἕκαστον οὐ μόνον πρὸς ἴασιν αὐτότεχνόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς διατροφὴν καὶ πρὸς ἀλκήν, θήραν τε καὶ φυλακήν, καὶ μουσικῆς ὅσον ἑκάστῳ προσήκει κατὰ φύσιν. Παρὰ τίνος γὰρ ἡμεῖς ἐμάθομεν νοσοῦντες ἐπὶ τοὺς ποταμοὺς χάριν τῶν καρκίνων βαδίζειν; τίς δὲ τὰς χελώνας ἐδίδαξε, τῆς ἔχεως φαγούσας, τὴν ὀρίγανον ἐπεσθίειν; τίς δὲ τὰς Κρητικὰς αἶγας, ὅταν περιπέσωσι
F τοῖς τοξεύμασι, τὸ δίκταμνον διώκειν, οὗ βρωθέντος ἐκβάλλουσι τὰς ἀκίδας; Ἂν γὰρ εἴπῃς, ὅπερ ἀληθές ἐστι, τούτων διδάσκαλον εἶναι τὴν φύσιν, εἰς τὴν κυριωτάτην καὶ σοφωτάτην ἀρχὴν ἀναφέρεις τὴν τῶν θηρίων φρόνησιν· ἣν εἰ μὴ λόγον οἴεσθε δεῖν μηδὲ φρόνησιν καλεῖν, ὥρα σκοπεῖν ὄνομα κάλλιον αὐτῇ καὶ τιμιώτατον, ὥσπερ ἀμέλει καὶ δι' ἔργων ἀμείνονα καὶ
992 θαυμασιωτέραν παρέχεται τὴν δύναμιν· οὐκ ἀμαθὴς οὐδὲ ἀπαίδευτος, αὐτομαθὴς δέ τις μᾶλλον οὖσα καὶ ἀπροσδεής, οὐ δι' ἀσθένειαν, ἀλλὰ ῥώμῃ καὶ τελειότητι τῆς κατὰ φύσιν ἀρετῆς, χαίρειν ἐῶσα τὸν παρ' ἑτέρων διὰ μαθήσεως τοῦ φρονεῖν συνερανισμόν. Ὅσα γοῦν ἄνθρωποι τρυφῶντες ἢ παίζοντες εἰς τὸ μανθάνειν καὶ μελετᾶν ἄγουσιν, τούτων ἡ διάνοια καὶ παρὰ φύσιν τοῦ σώματος καὶ περιουσίᾳ συνέσεως ἀναλαμβάνει τὰς

E. 1. γλίσχρως] Sic B. Harl. Vulgo, γλίσχρῳ. Paulo ante, malim, μελέτῃ.
F. 2. ὅπερ] Hoc ex Harl. dedimus. Vulgo, nulla diſtinctione, ἂν γὰρ εἴπῃς ὅτι ἀληθές ἐστι τούτων—.
F. 5. τιμιώτατον] Legendum, τιμιώτερον cum Mez. et Reiſk.

templationibus compingente nanciſcitur, ſed a natura habet germanas et cognatas, atque profert. Ægyptios univerſos aiunt eſſe medicos. At vero quodvis brutum animal non tantum ex ſeſe arte ad ſanandum eſt præditum, ſed etiam alimentum quærendi, robur parandi, adverſa declinandi, convenientia quærendi, atque etiam ad muſicen, pro modo cuique animalium a natura præſcripto. Nam a quo didicimus porci, quando ægrotamus, ad fluvium deſcendere cancrorum capiendorum gratia? Quis docuit teſtudines devoratis viperis origanum poſtea edere? Quis capris Cretenſibus præcepit, ut ſagittis ictæ dictamnum quærant, quo comeſto cuſpides excidunt? Si enim dicas, ut verum eſt, harum rerum magiſtram eſſe naturam, brutorum intelligentiam refers ad principium præcipuum atque ſapientiſſimum. Tum ſi iſtam intelligentiam non dignamini rationis aut intelligentiæ nomine, tempus eſt ut circumſpiciatis de nomine alio honeſtiore et auguſtiore: ſicut nimirum re ipſa oſtendit majorem admirabilioremque facultatem ſibi eſſe, non rudis aut indocta, ſed a ſeipſa docta et nihil extra ſe deſiderans, non ob imbecillitatem, ſed naturalis virtutis perfectionem ac vigorem, juſſa valere ea diſciplina, qua veluti collecta ſtipe aliunde diſcitur. Quæ enim animalia homines ludentes aut luxuriantes ad diſcendum quid ac meditandum educant, horum intelligentia etiam contra corporis naturam adſequitur illius artificii facultatem, freta vi percipiendi innata at-

μαθήσεις. Ἐῶ γὰρ ἰχνεύειν σκύλακας, καὶ βαδίζειν ἐν ῥυθμῷ πώλους μελετῶντας, ἀλλὰ κόρακας διαλέγεσθαι, καὶ κύνας ἅλλεσθαι διὰ τροχῶν περιφερομένων· ἵπποι δὲ καὶ βόες ἐν θεάτροις κατακλίσεις καὶ χορείας B
καὶ στάσεις παραβόλους, καὶ κινήσεις οὐδὲ ἀνθρώποις πάνυ ῥᾳδίας ἀκριβοῦσιν, ἐκδιδασκόμενοι καὶ μνημονεύοντες, εὐμαθείας ἐπίδειξιν ὡς ἄλλο οὐδὲν οὐδαμῶς χρήσιμον ἔχουσιν. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς ὅτι τέχνας μανθάνομεν, ἄκουσον ὅτι καὶ διδάσκομεν. Αἵ τε γὰρ πέρδικες ἐν τῷ προφεύγειν τοὺς νεοττοὺς ἐθίζουσιν ἀποκρύπτεσθαι καὶ προΐσχεσθαι βῶλον ἀνθ᾽ ἑαυτῶν τοῖς ποσὶν ὑπτίους ἀναπεσόντας· καὶ τοῖς πελαργιδεῦσιν ὁρᾷς ἐπὶ τῶν τεγῶν ὡς οἱ τέλειοι παρόντες ἀναπειρωμένοις ὑφηγοῦνται τὴν πτῆσιν· αἱ δὲ ἀηδόνες τοὺς νεοσσοὺς προδιδάσκουσιν ᾄδειν, οἱ δὲ ληφθέντες ἔτι νήπιοι καὶ τραφέντες ἐν χερσὶν ἀνθρώπων χεῖρον ᾄδουσιν, ὥσπερ πρὸ ὥρας ἀπὸ C
διδασκάλου γεγονότες. Καταδὺς δὲ εἰς τουτὶ τὸ σῶμα, θαυμάζω τοὺς λόγους ἐκείνους οἷς ἀνεπειθόμην ὑπὸ τῶν σοφιστῶν, ἄλογα καὶ ἀνόητα πάντα πλὴν ἀνθρώπου νομίζειν.

ι΄. ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Νῦν μὲν οὖν, Γρύλλε, μεταβέβλησαι σύ, καὶ τὸ πρόβατον λογικὸν ἀποφαίνεις καὶ τὸν ὄνον;

ΓΡΥΛΛΟΣ. Αὐτοῖς μὲν οὖν τούτοις, ὦ βέλτιστε Ὀδυσσεῦ, μάλιστα δεῖ τεκμαίρεσθαι τὴν τῶν θηρίων φύσιν ὡς λόγου καὶ συνέσεως οὐκ ἔστιν ἄμοιρος. Ὥσπερ οὐκ

B. 3. ὡς ἄλλο—ἔχουσιν] Legendum, εἰς ἄλλο—ἔχουσαν.
C. 2. γεγονότες. Καταδὺς] Inter has duas voces quædam excidiſſe videntur; ut monuit etiam Mez.
C. 8. Ὥσπερ] Forte, Ὡς γάρ.

que copioſiſſima. Non dicam de catulis feras indagantibus, aut pullis equorum ad certum numerum gradi diſcentibus: ſed et corvi loqui, et canes per obverſos ſaltare orbes diſcunt: et equi ac boves in theatris mirabiles motus, ſeſſiones, inſtitiones, choreas, ne hominibus quidem factu omnino faciles, accurate exhibent: itaque meminerunt quam didicerunt oſtentationem docilitatis ad nil aliud utilem. Quod ſi negas diſci a nobis artes, etiam doceri eas a nobis audi. Perdices ſuos pullos docent inter fugiendum occultare ſeſe, et glebam pedibus pro ſe obtendere, poſtquam ſupini corruerunt: et vides ut ciconiæ ſuos pullos volare doceant, primum id tentantes. Luſciniæ quoque ſuos pullos cantare docent: et capti ante tempus, enutritique inter hominum manus, deterius canunt, quia præpropere a magiſtro ſunt remoti. Ego jam, ex quo in hoc corpus ſum illapſus, miror rationes iſtas, quibus mihi a ſophiſtis perſuaderi paſſus ſum omnia animalia, homine demto, eſſe bruta et rationis expertia.

X. Ulysses. Nunc ergo tu, Grylle, a mutatione tua etiam ovi atque aſino rationem tribuis?

Gryllus. Mi Ulyſſes, ex his ipſis colligere par eſt, beſtiarum naturam non eſſe mentis atque intelligentiæ expertem. Sicut enim non eſt ſtirps

ἐστι δένδρον ἕτερον ἑτέρου μᾶλλον οὐδὲ ἧττον ἄψυχον, ἀλλ᾽ ὁμοίως ἔχει D πάντα πρὸς ἀναισθησίαν· οὐδενὶ γὰρ αὐτῶν ψυχῆς μέτεστιν· οὕτως οὐκ ἂν ἐδόκει ζῶον ἕτερον ἑτέρου τῷ φρονεῖν ἀργότερον εἶναι καὶ δυσμαθέστερον, εἰ μὴ πάντα λόγου καὶ συνέσεως, ἄλλα δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ἄλλων πως μετεῖχεν. Ἐννόησον δὲ ὅτι τὰς ἐνίων ἀβελτηρίας καὶ βλακείας ἐλέγχουσιν ἑτέρων πανουργίαι καὶ δριμύτητες, ὅταν ἀλώπεκι καὶ λύκῳ καὶ μελίττῃ παραβάλῃς ὄνον καὶ πρόβατον· ὥσπερ εἰ σαυτῷ τὸν Πολύφημον, ἢ τῷ πάππῳ σου τῷ Αὐτολύκῳ τὸν Κορίνθιον ἐκεῖνον Ὅμηρον· οὐ γὰρ οἶμαι θηρίου πρὸς θηρίον ἀπόστασιν εἶναι τοσαύτην ὅσον ἄνθρωπος ἀνθρώπου τῷ φρονεῖν καὶ λογίζεσθαι καὶ μνημονεύειν ἀφέστηκεν.

E ΟΔΥΣΣΕΥΣ. Ἀλλὰ ὅρα, Γρύλλε, μὴ δεινὸν ᾖ καὶ βίαιον ἀπολιπεῖν λόγον οἷς οὐκ ἐγγίνεται θεοῦ νόησις.

ΓΡΥΛΛΟΣ. Εἶτά σε μὴ φῶμεν, ὦ Ὀδυσσεῦ, σοφὸν οὕτως ὄντα καὶ περιττὸν, ἐκ τοῦ Σισύφου γεγονέναι;

D. 7. Ὅμηρον] Delet hoc, et Κορίνθιον de Glauco accipit Mez. Similiter Xyl. de eodem accipiens, corrigi vult Ὁμήρου vel Ὁμηρικὸν itaque vertit. Quæ rationes, ut in loco valde dubio, non omnino repudiandæ.
E. 4. γεγονέναι] Magnam libri partem periiſſe, vere monet Mez.

I. QUA tandem de cauſſa Socratem Deus aliis obſtetricis miniſterium præſtare juſſit, ipſum gignere prohibuit? ut in Theæteto dicitur. Neque enim ſuo more ludens et jocans, adhibuiſſet Dei nomen. Et alioqui Plato eo in libro multa arroganter ac per jactantiam dicta Socrati tribuit: de quibus etiam hoc eſt: *Multi enim, O mirifice, ita erga me affecti fuerunt, ut parati eſſent me mordere, poſtquam aliquid delirii eis ademiſſem: nec putarent ductum benevolentia hoc me facere: admodum quippe ignorantes neminem Deum male velle hominibus, ac proinde me quoque nihil horum malevolentiæ impulſu facere, ſed quia nefas ducam mendacio aſſentiri, aut veritatem obruere.*

Πότερον οὖν τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὡς κριτικωτέραν ἢ γονιμωτέραν οὖσαν, θεὸν προσεῖπε; καθάπερ Μένανδρος, "Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεός·" καὶ Ἡράκλειτος, "Ἦθος ἀνθρώπου δαίμων." Ἢ θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὡς ἀληθῶς αἴτιον ὑφηγήσατο Σωκράτει τοῦτο τῆς φιλοσοφίας τὸ γένος, ᾧ τοὺς ἄλλους ἐξετάζων ἀεί, τύφου καὶ πλάνης καὶ ἀλαζονείας, καὶ τοῦ βαρεῖς εἶναι πρῶτον μὲν αὐτοῖς, εἶτα καὶ τοῖς συνοῦσιν, ἀπήλλαττε; Καὶ γὰρ ὥσπερ ἐκ τύχης τότε φορὰν γενέσθαι συνέβη σοφιστῶν ἐν τῇ Ἑλλάδι· καὶ τούτοις οἱ νέοι πολὺ τελοῦντες ἀργύριον, οἰήματος ἐπληροῦντο, καὶ δοξοσοφίας, καὶ F
λόγων ἐζήλουν σχολὴν καὶ διατριβὰς ἀπράκτους ἐν ἔρισι καὶ φιλοτιμίαις, καλὸν δὲ καὶ χρήσιμον οὐδ' ὁτιοῦν. Τὸν οὖν ἐλεγκτικὸν λόγον ὥσπερ καθαρτικὸν ἔχων φάρμακον ὁ Σωκράτης, ἀξιόπιστος ἦν, ἑτέρους ἐλέγχων, τῷ μηδὲν ἀποφαίνεσθαι· καὶ μᾶλλον ἥπτετο, δοκῶν ζητεῖν κοινῇ τὴν ἀλήθειαν, οὐκ αὐτὸς ἰδίᾳ δόξῃ βοηθεῖν.

β'. Ἔπειτα τοῦ κρίνειν ὄντος ὠφελίμου, τὸ γεννᾶν ἐμπόδιόν ἐστι. 1000
Τυφλοῦται γὰρ τὸ φιλοῦν περὶ τὸ φιλούμενον· φιλεῖται δὲ τῶν ἰδίων οὐδὲν οὕτως ὡς δόξα καὶ λόγος ὑπὸ τοῦ τεκόντος. Ἡ γὰρ λεγομένη τέκνων δικαιοτάτη διανομή, πρὸς λόγους ἐστὶν ἀδικωτάτη· δεῖ γὰρ ἐκεῖ λαβεῖν μὲν τὸ ἴδιον, ἐνταῦθα δέ, κἂν ἀλλότριον ᾖ, τὸ βέλτιστον.

E. 2. ἢ γονιμωτέραν] ἢ flagitante ſententia receptum ex uno T. pro vulgato, καί.
E. 6. πλάνης] B. E. πλάνου.
F. 2. ἐζήλουν] Sic E. T. et B. pro varia lectione. Vulgo, ζῆλον. B. ἐζήτουν.
F. 2. φιλοτιμίαις, καλὸν] Sic Ald. Baſ. Xyl. B. E. Vulgo, φιλοτιμίαις ἄγοντες, καλόν.

Utrum igitur ſuam ipſe naturam ut majore judicii vi quam fœcunditate præditam, Dei nomine affecit? ſicut Menander:

Nam mens nobis Deus eſt.——

et Heraclitus: *Ingenium hominis numen.* An divina aliqua cauſſa, geniuſque revera Socrati hunc philoſophandi morem præcepit? ut ſemper alios examinans, faſtu eos et errore atque arrogantia, quibus rebus primum ſibi ipſi, deinde etiam una agentibus, erant moleſti, liberaret. Ea enim tempeſtate, veluti caſu frequens in Græcia Sophiſtarum contigit proventus, quibus adoleſcentes multum pendentes pecuniæ, replebantur doctrinæ ac ſapientiæ opinione, ſtudioque inficiebantur nullius quidem præclari negotii, ſed literati otii vacui ab actione, in diſputatione et contentione tranſigendi. Socrates igitur ratione diſſerendi ad redarguendum appoſita inſtructus, eaque tanquam purgante utens medicamento, eo fidem ſibi auctoritatemque comparabat, quod alios refellens nihil ipſe affirmaret: et magis eos tangebat; quod una quærere veritatem, non ſuam opinionem defendere videretur.

II. Atqui judicium, res quamvis utilis, impeditur gignendo. Amantem enim res amata cæcum facit. Noſtrarum porro rerum nullam perinde amamus atque opinionem ſententiamque a nobis partam et inventam. Etenim quæ juſtiſſima dicitur natorum diviſio, hic fit injuſtiſſima: iſthic enim ſuam quiſque prolem debet accipere: hic teneri debet quod eſt optimum, etiam ſi alienum ſit.

Ὅθεν ὁ γεννῶν ἴδια, γίνεται φαυλότερος ἑτέρων κριτής. Καὶ καθάπερ
Ἠλείους τῶν σοφῶν τις ἔφη "βελτίους ἂν εἶναι τῶν Ὀλυμπίων ἀγωνοθέτας, εἰ
B "μηδὲ εἷς Ἠλείων ἦν ἀγωνιστής," οὕτως ὁ μέλλων ἐν λόγοις ὀρθῶς ἐπι-
στατήσειν καὶ βραβεύσειν, οὐ δίκαιός ἐστιν αὐτὸς φιλοστεφανεῖν, οὐδὲ ἀντα-
γωνίζεσθαι τοῖς κρινομένοις. Καὶ γὰρ οἱ τῶν Ἑλλήνων στρατηγοὶ τὴν περὶ
τῶν ἀριστείων ψῆφον φέροντες, αὐτοὺς ἀρίστους ἔκριναν ἅπαντες. Καὶ τῶν
φιλοσόφων οὐδείς ἐστιν ὃς οὐ τοῦτο πέπονθε, δίχα τῶν, ὥσπερ Σωκράτης,
ὁμολογούντων μηδὲν ἴδιον λέγειν· οὗτοι δὲ καθαροὺς μόνοι καὶ ἀδεκάστους
τῆς ἀληθείας παρέχουσιν ἑαυτοὺς δικαστάς. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν ἀήρ,
ἂν μὴ σταθερὸς ᾖ μηδὲ φωνῆς ἰδίας ἔρημος, ἀλλὰ ἤχου καὶ ῥοίζου μεστός,
C οὐκ ἀκριβῶς ἀντιλαμβάνεται τῶν φθεγγομένων· οὕτω τὸ τοὺς λόγους ἐν
φιλοσοφίᾳ κρῖνον, ἂν ἔνδοθεν ἀντιπαταγῇ καὶ ἀντηχῇ, δυσξύνετον ἔσται
τῶν λεγομένων ἔξωθεν. Ἡ γὰρ οἰκεία δόξα καὶ σύνοικος οὐ προσδέξεται
τὸ διαφωνοῦν πρὸς αὐτήν, ὡς μαρτυρεῖ τῶν αἱρέσεων τὸ πλῆθος· ὧν, ἂν
ἄριστα πράττῃ, φιλοσοφία μίαν ἔχει κατορθοῦσαν, οἰομένας δὲ τὰς ἄλλας
ἁπάσας καὶ μαχομένας πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

γʹ. Ἔτι τοίνυν εἰ μὲν οὐδέν ἐστι καταληπτὸν ἀνθρώπῳ καὶ γνωστόν,
εἰκότως ὁ θεὸς ἀπεκώλυσεν αὐτὸν ὑπηνέμια καὶ ψευδῆ καὶ ἀβέβαια

A. 7. σοφῶν] Sic B. E. Vulgo, σοφιστῶν.
B. 2. καὶ βραβεύσειν] Addidi ex B. E.
B. 4. ἅπαντες] Sic Mez. item vidit Bryan. ad Vit. Plut. T. I. p. 95. Vulgo, ἅπαντας.
C. 2. ἔνδοθεν] Addendum videtur τί.
C. 3. σύνοικος—ἀλήθειαν] Ita locum mutilum restitui ex B. E. Vulgo, σύνοικος, ὧν ἂν ἄριστα πράττῃ, φιλοσοφίαν ἔχει κατορθοῦσαν, οἰομένας δὲ τὰς ἄλλας ἁπάσας πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

Quo fit, ut qui ipse gignit opiniones, eo deterior sit alienarum judex. Ac sicut sapientum quidam dixit, *Eleos meliores fore Olympicorum certaminum arbitros, si nemo Eleus certaret*; ita qui in sententiarum judicio recte praeesse velit, non ipse debet ambire coronam, neque adversus eos qui sunt judicandi, in certamen descendere. Nam et Graecorum duces suffragia ferentes de his qui rem optime gessissent, seipsum quisque optimum pronunciavit: neque ullus est philosophus qui non eodem egerit modo, extra eos qui Socratis exemplo professi sunt nihil se de suo dicere: atque hi soli puros se et incorruptos judices veritatis praebent. Nam sicut aër in auribus contentus si non tranquillus sit propriaeque vocis expers, sed sonitu ac fremitu plenus, non accurate excipit voces; sic in philosophia ea facultas quae de sententiarum veritate judicat, si intus sit quo commoveatur et quod obstrepat, recte intelligere nequit ea quae foris dicuntur. Domestica enim et nobiscum habitans opinio aliam ab ipsa discrepantem non facile recipiat, ut apparet e multitudine sectarum; quarum Philosophia, si optime cum ea agitur, unam habet veri compotem, reliquas opinantes et vero repugnantes.

III. Praeterea, si comprehendere homo ac pernoscere nihil potest; haud injuria Deus Socrati interdixit procreatione ventosarum, falsarum, in-

γεννᾷν, ἐλέγχειν δὲ τοὺς ἄλλους ἠνάγκαζε τοιαῦτα δοξάζοντας· οὐ γὰρ μικρὸν ἦν ὄφελος, ἀλλὰ μέγιστον, ὁ τοῦ μεγίστου τῶν κακῶν ἀπάτης καὶ κενοφροσύνης ἀπαλλάττων λόγος,

Οὐδ' Ἀσκληπιάδαις τοῦτό γ' ἔδωκε θεός·

οὐ γὰρ σώματος ἡ Σωκράτους ἰατρεία, ψυχῆς δὲ ἦν ὑπούλου καὶ διεφθαρ- D
μένης καθαρμός. Εἰ δέ ἐστιν ἐπιστήμη τοῦ ἀληθοῦς, ἓν δὲ τὸ ἀληθές, οὐκ ἔλαττον ἔχει τοῦ εὑρόντος ὁ μαθὼν παρὰ τοῦ εὑρόντος· λαμβάνει δὲ μᾶλλον ὁ μὴ πεπεισμένος ἔχειν, καὶ λαμβάνει τὸ βέλτιστον ἐξ ἁπάντων, ὥσπερ ὁ μὴ τεκὼν παιδοποιεῖται τὸν ἄριστον.

δ'. Ὅρα δὲ μὴ τἄλλα μὲν οὐδεμιᾶς ἦν ἄξια σπουδῆς ποιήματα καὶ μαθήματα, καὶ λόγοι ῥητόρων, καὶ δόγματα σοφιστῶν, ἃ Σωκράτην γεννᾷν τὸ δαιμόνιον ἀπεκώλυσεν· ἣν δὲ μόνην ἡγεῖτο Σωκράτης σοφίαν περὶ τὸ θεῖον καὶ νοητὸν, ἐρωτικὴν ὑπ' αὐτοῦ προσαγορευομένην, ταύτης οὐ γένεσίς ἐστιν ἀνθρώποις οὐδὲ εὕρεσις, ἀλλὰ ἀνάμνησις. Ὅθεν οὐδὲν ἐδίδασκε E
Σωκράτης, ἀλλὰ ἐνδιδοὺς ἀρχὰς ἀπορειῶν, ὥσπερ ὠδίνων, τοῖς νέοις, ἐπήγειρε καὶ ἀνεκίνει καὶ συνεξῆγε τὰς ἐμφύτους νοήσεις· καὶ τοῦτο μαιωτικὴν τέχνην ὠνόμαζεν, οὐκ ἐντιθεῖσαν ἔξωθεν, ὥσπερ ἕτεροι προσεποιοῦντο, νοῦν τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλ' ἔχοντας οἰκεῖον ἐν ἑαυτοῖς, ἀτελῆ δὲ

D. 3. παρὰ τοῦ εὑρόντος] Sic B. E. et Xyl. corrigendum ſuſpicatus eſt. Vulgo, παρὰ τοῦ μὴ εὑρόντος.
D. 5. παιδοποιεῖται] Forte corrigendum, παῖδα ποιεῖται.
D. 6. ἦν ἄξια] Sic Ald. Baſ. Xyl. B. E. Vulgo, ᾖ ἄξια.

ſtabilium ſententiarum: et alios talibus ſententiis laborantes redarguere coëgit. Nam haud exigua, ſed maxima utilitas erat ejus rationis, quæ hominem maximo malorum, vanitate opinionis, liberaret:

Non Aſclepiadis hocce Deus dederat.

Non enim corpori medicinam faciebat Socrates, ſed animum occulto vitio expurgabat. Quod ſi, contra, veritatis aliqua eſt ſcientia, unica autem eſt veritas; non minus fert eo qui eam invenit, is qui ex inventore eam diſcit: is autem magis aſſumit veritatem, qui non perſuadet ſibi ſe eam habere: et ex omnibus optimum aſſumit, ſicut is qui non genuit filium, optimum adoptat.

IV. Vide vero, ne nulla opera ſtudioque digna fuerint reliqua et carmina, et diſciplinæ, et orationes oratorum, et ſophiſtarum decreta, quæ gignere Socratem Deus prohibuit: quam vero ſolam is exiſtimabat ſapientiam, et amatoriam appellabat, Dei et rerum intelligibilium cognitionem, hujus in hominibus nulla ſit generatio, nulla inventio, ſed reminiſcentia. Quapropter nihil docebat Socrates, ſed principia dubitandi, tanquam dolores partum præeuntes, adoleſcentibus adhibens excitabat, movebat, producebat inſitas notitias: obſtetriciam hanc appellans artem, quæ non, ut alii profitebantur, intelligentiam extrinſecus inferret auditoribus, ſed demonſtraret eam in ipſis

καὶ συγκεχυμένον καὶ δεόμενον τοῦ τρέφοντος καὶ βεβαιοῦντος ἐπιδεικνύουσαν.

ΖΗΤΗΜΑ Β'.

F α'. Τί δήποτε τὸν ἀνωτάτω θεὸν, πατέρα τῶν πάντων καὶ ποιητὴν προσεῖπεν;

Ἢ τῶν μὲν θεῶν τῶν γεννητῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων πατήρ ἐστιν, ὡς Ὅμηρος
ἐπονομάζει, ποιητὴς δὲ τῶν ἀλόγων καὶ ἀψύχων; οὐ γὰρ χορίου φησὶ Χρύ-
σιππος πατέρα καλεῖσθαι τὸν παρασχόντα τὸ σπέρμα, καίπερ ἐκ τοῦ σπέρματος
γεγονότος. Ἢ τῇ μεταφορᾷ χρώμενος, ὥσπερ εἴωθε, τὸν αἴτιον πατέρα τοῦ
κόσμου κέκληκεν; ὡς τῶν ἐρωτικῶν λόγων πατέρα Φαῖδρον ἐν Συμποσίῳ
1001 προσεῖπεν, εἰσηγητὴν αὐτῶν γενόμενον· ἐν δὲ τῷ ὁμωνύμῳ διαλόγῳ καλλί-
παιδα· πολλοὺς γὰρ καὶ καλοὺς λόγους ἐν φιλοσοφίᾳ γενέσθαι τὴν ἀρχὴν
ἐκείνου παρασχόντος. Ἢ διαφέρει πατήρ τε ποιητοῦ καὶ γεννήσεως ποίησις;
ὡς γὰρ τὸ γεγεννημένον, καὶ πεποίηται, οὐ μὴν ἀνάπαλιν, οὕτως ὁ γεννήσας
καὶ πεποίηκεν· ἐμψύχου γὰρ ποίησις ἡ γέννησίς ἐστι· καὶ ποιητοῦ μὲν, οἷος
οἰκοδόμος ἢ ὑφάντης, ἢ λύρας δημιουργὸς, ἢ ἀνδριάντος, ἀπήλλακται
γενόμενον τὸ ἔργον· ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ γεννήσαντος ἀρχὴ καὶ δύναμις ἐγκέκραται

E. 6. συγκεχυμένον—ἐπιδεικνύουσαν] Item restitui ex B. E. Vulgo, συγκεχυμένην τοῦ τρέφοντος ἐπιδεικνύουσαν.
F. 1. τῶν πάντων] τῶν addidi ex B. E.
A. 1. αὐτῶν] Sic B. E. Mez. Vulgo, αὐτόν.
A. 1. καλλίπαιδα] Ita correxi ex Phædro p. 350. G. Vulgo, Καλλιππίδαν.
A. 2. πολλοὺς γὰρ καὶ καλοὺς] Sic B. E. Vulgo, πολλοὺς γὰρ ἦν καὶ καλούς.
A. 3. γεννήσεως ποίησις;—ποίησις ἡ γέννησίς ἐστι] Ald. Baſ. Xyl. B. E. γεννήσεως γένεσις· ὡς γὰρ τὸ γεγεννημένον καὶ γέγονεν, οὐ μὴν ἀνάπαλιν, οὕτως ὁ γεννήσας καὶ πεποίηκεν· ἐμψύχου γὰρ γένεσις ἡ γέννησίς ἐστι. Stephanus ita dedit ut exhibuimus, excepto ultimo ποίησις. Prius ποίησις habent item Pol. Leonic. Jannot. Schott. Anon. Amiot. tum in πεποίηται, pro γέγονεν, conſentit Pol. et Amiot. porro poſt πεποίηκεν, recte iterat οὐ μὴν ἀνάπαλιν Mez. denique, quod conſequens erat, ultimum ποίησις pro γένεσις dedi, ſententia item flagitante, et confirmantibus libris, Collat. Muret. Amiot. T. V. B. Mez.
A. 7. γενόμενον τὸ ἔργον] Sic B. E. Vulgo, τὸ γενόμενον ἔργον.

inſitam eſſe, imperfectam tamen, confuſam, indigam nutritore et confirmatore.

QUÆSTIO II.

I. Cur ſupremum Deum omnium patrem et opificem appellavit?

An deorum qui creati ſunt et hominum pater eſt, ut Homerus vocat, brutorum autem et anima carentium opifex? Neque enim ſecundarum, licet e ſemine ortarum, pater vocatur is qui ſemen præbuit, ut ait Chryſippus. An vero Plato uſus eſt tranſlatione more ſuo, et auctorem mundi patrem ejus nominavit? ſicut in Convivio Phædrum *patrem amatoriæ diſputationis*, quam is introduxerat: et in cognomine Phædri dialogo ipſum Phædrum vocat *pulchræ prolis parentem:* quo initium præbente multa ac præclara de philoſophia erant diſputata. Aut intereſt aliquid inter *patrem* et *factorem*, *generationem et facturam?* Sicut enim quod generatum eſt, id omnino etiam factum eſt, non viciſſim: ita qui genuit, is etiam fecit: factura enim animati, eſt generatio. Tum opus opificis, ut ædificatoris, textoris, lyræ fabri, aut ſtatuarii, ſemel confectum prorſus ab auctore ſuo abſceſſit ac ſolutum eſt: vis autem et principium procreantis,

τῷ τεκνωθέντι, καὶ συνέχει τὴν φύσιν, ἀπόσπασμα καὶ μόριον οὖσαν τοῦ B
τεκνώσαντος. Ἐπεὶ τοίνυν οὐ πεπλασμένοις ὁ κόσμος οὐδὲ συνηρμοσ-
μένοις ποιήμασιν ἔοικεν, ἀλλ' ἔνεστιν αὐτῷ μοῖρα πολλὴ ζωότητος καὶ θειό-
τητος, ἣν ὁ θεὸς ἐγκατέσπειρεν ἀφ' ἑαυτοῦ τῇ ὕλῃ καὶ κατέμιξεν, εἰκότως
ἅμα πατήρ τε τοῦ κόσμου, ζώου γεγονότος, καὶ ποιητὴς ἐπονομάζεται.

β'. Τούτων δὲ μάλιστα τῆς Πλάτωνος ἁπτομένων δόξης, ἐπίστησον εἰ
κἀκεῖνα λεχθήσεται πιθανῶς· ὅτι δυοῖν ὄντοιν ἐξ ὧν ὁ κόσμος συνέστηκε,
σώματος καὶ ψυχῆς, τὸ μὲν οὐκ ἐγέννησε θεὸς, ἀλλὰ τῆς ὕλης παρασχομένης,
ἐμόρφωσε καὶ συνήρμοσε, πέρασιν οἰκείοις καὶ σχήμασι δήσας καὶ ὁρίσας C
τὸ ἄπειρον· ἡ δὲ ψυχὴ, νοῦ μετασχοῦσα καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας, οὐκ
ἔργον ἐστὶ τοῦ θεοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ μέρος, οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ
καὶ ἐξ αὐτοῦ γέγονεν.

ΖΗΤΗΜΑ Γ'.

α'. Ἐν τῇ Πολιτείᾳ, τοῦ παντὸς ὥσπερ μιᾶς γραμμῆς τετμη-
μένης ἄνισα τμήματα, πάλιν τέμνων ἑκάτερον τμῆμα εἰς δύο ἀνὰ
τὸν αὐτὸν λόγον, τό, τε τοῦ ὁρωμένου γένος καὶ τὸ τοῦ νοουμένου· περὶ τὰ
πάντα ποιήσας, τοῦ μὲν νοητοῦ πρῶτον ἀποφαίνει, τὸ περὶ τὰ πρῶτα εἴδη,
δεύτερον τὸ μαθηματικόν, τοῦ δὲ αἰσθητοῦ πρῶτον μὲν τὰ στερέμνια σώματα, D

B. 3. ἔνεστιν] Ita B. E. Vulgo, ἔστιν.

C. 5. ΖΗΤΗΜΑ Γ'.] Haud dubitavi, hoc loco novi principium capitis ponere, ipſius rei evidentia ductus; nam in omnibus libris hæc ut unum caput continuantur. Vidit partim et Mez. Induxit librarios in errorem particula γοῦν, perperam orta ex τοῦ: nam Ald. Baſ. Xyl. habent, Ἐν τῇ Πολιτείᾳ γοῦν παντὸς—: Steph. addidit τοῦ ex Leonic. Pol. Jannot. Schott. Equidem γοῦν delevi.

C. 8. περὶ τὰ πάντα] Non ſunt Platonis, cujus verba in νοουμένου deſinunt. B. E. παρὰ τὰ πάντα, quod non magis probo quam vulgatum. Suſpicetur quis περιττὰ πάντα: atqui magis cum literarum ductibus, quam cum conſilio diſputationis congruit. Forte verum eſt τέτταρα πάντα.

inſita eſt progeniei, ejuſque continet naturam, portiuncula quædam a genitore avulſa. Quando itaque mundus non effictis aut compactis operibus ſimilis eſt, ſed magna ei ineſt pars vitæ atque divinitatis, quam a ſe Deus materiæ inſeruit atque admiſcuit, haud injuria juxta et pater mundi, quippe in vitam producti, et opifex appellatur.

II. Hæc cum maxime ad ſententiam Platonis accedant, conſidera an et hæc probabiliter dici poſſint. Cum mundus conſtet e duabus partibus, corpore et anima, corpus quidem non genuit Deus, ſed a materia exhibitum conformavit ac concinnavit, ſuis terminis ac figuris devinciens definienſque infinitum: anima autem mentis, rationis, concentuſque particeps, non opus modo, ſed et pars Dei eſt, neque ab ipſo facta, ſed de ipſo et ex ipſo exſtitit.

QUÆSTIO III.

I. In Republica Univerſo comparato lineæ in partes inæquales duas ſectæ, utramque rurſum in duas eadem proportione partes dividit, et cum eorum quæ videntur, tum eorum quæ mente ſola intelliguntur genera conſtituit: eorum quæ mente intelliguntur, prius genus quod complectitur primas formas, alterum mathematicum: eorum quæ ſentiuntur, prius quod continet ſolida corpora,

δεύτερον δὲ τὰς εἰκόνας καὶ τὰ εἴδωλα τούτων· καὶ κριτήριον ἑκάστῳ τῶν τεττάρων ἀποδίδωσιν ἴδιον, νοῦν μὲν τῷ πρώτῳ, διάνοιαν δὲ τῷ μαθηματικῷ, τοῖς δὲ αἰσθητοῖς πίστιν, εἰκασίαν δὲ τοῖς περὶ τὰ εἴδωλα καὶ τὰς εἰκόνας. Τί οὖν διανοηθεὶς ἄνισα τὰ τμήματα τὸ πᾶν ἔτεμνε; καὶ πότερον τῶν τμημάτων, τὸ νοητὸν ἢ τὸ αἰσθητὸν μεῖζόν ἐστιν; αὐτὸς γὰρ οὐ δεδήλωκε.

Δόξει δὲ αὐτόθεν μὲν εἶναι μεῖζον τὸ αἰσθητόν· ἡ γὰρ ἀμέριστος οὐσία καὶ κατὰ ταὐτὸν ὡσαύτως ἔχουσα τῶν νοητῶν, ἐστὶν εἰς βραχὺ συνηγμένη καὶ
E καθαρόν· ἡ δὲ σκεδαστὴ περὶ τὰ σώματα καὶ περιπλανὴς τὸ αἰσθητὸν παρέσχεν. Ἔτι, τὸ μὲν ἀσώματον πέρατος οἰκεῖον, τὸ δὲ σῶμα τῇ μὲν ὕλῃ ἄπειρον καὶ ἀόριστον, αἰσθητὸν δὲ γινόμενον, ὅταν ὁρισθῇ μετοχῇ τοῦ νοητοῦ. Ἔτι, καθάπερ αὐτῶν τῶν αἰσθητῶν ἕκαστον εἰκόνας ἔχει πλείους καὶ σκιὰς καὶ εἴδωλα, καὶ ὅλως ἀφ' ἑνὸς παραδείγματος πάμπολλα μιμήματα γίνεσθαι καὶ φύσει καὶ τέχνῃ δυνατόν ἐστιν, οὕτως ἀνάγκη τὰ ἐνταῦθα τῶν ἐκεῖ πλήθει διαφέρειν, κατὰ τὸν Πλάτωνα, παραδείγματα καὶ ἰδέας τὰ
F νοητὰ τῶν αἰσθητῶν, ὥσπερ εἰκόνων ἢ ἐμφάσεων, ὑποτιθέμενον. Ἔτι, τῶν εἰδῶν νόησιν ἐξ ἀφαιρέσεως καὶ περικοπῆς σώματος ἐπάγεται, τῇ τῶν μαθημάτων τάξει καταβιβάζων ἀπὸ τῆς ἀριθμητικῆς ἐπὶ γεωμετρίαν, εἶτα μετὰ ταύτην ἐπ' ἀστρολογίαν, ἐπὶ πάσαις δὲ τὴν ἁρμονικὴν τιθείς·

E. 2. τὸ μὲν ἀσώματον πέρατος οἰκεῖον] Veterem lectionem ut majoris et elegantiæ et auctoritatis revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. B. E. cujus loco, neſcio quare, Stephanus invexit τοῦ μὲν ἀσωμάτου πέρας οἰκεῖον.

ſecundum quod viſa et imagines eorum. Unicuique porro horum generum ſuam vim qua perciperetur atque judicaretur adſignavit, primo mentem, mathematico intellectum, ſenſilibus fidem, ſimulacris et viſis conjecturam. Quid autem voluit ſibi, cum Univerſum in partes inæquales divideret? et utra major eſt, ſenſilis an intelligibilis? Ipſe enim hoc non explicavit.

Et primo quidem obtutu major videatur eſſe portio ſenſilis. Nam diviſionem non admittens, eodemque ſemper modo habens natura intelligibilium, in arctum contracta eſt et pura: ea quæ diſſipari circum corpora poteſt et hinc inde vagari, ſenſilem partem præbuit. Jam quod corpore vacat, ſuo continetur termino: corpus materiæ ratione infinitum eſt atque immenſum: cum ſenſile fit, participanda mente definitur. Præterea ſicut ipſarum rerum ſenſilium quævis complures habet imagines, umbras, et ſimulacra, et univerſe ab uno exemplari permulta exempla fieri natura atque arte poſſunt; ita neceſſe eſt quæ hic ſunt, multitudine iis quæ iſthic ſunt præſtare, de Platonis ſententia, qui ſenſilium rerum tanquam formarum in materia expreſſarum ſpecies (*ideas* ipſe vocat) et exemplaria eſſe res intelligibiles ſtatuit. Ceterum Plato intelligentiam idearum per inductionem colligit ablatione et quaſi circumciſione corporis; per diſciplinarum gradus nos deducens ab arithmetica ad geometriam, hinc ad aſtrologiam, denique ad muſicam ſeu harmonicam dedu-

γίνεται μὲν γὰρ τὰ γεωμετρούμενα, τοῦ ποσοῦ μέγεθος προσλαβόντος· τὰ δὲ στερεά, τοῦ μεγέθους βάθος· τὰ δὲ ἀστρολογούμενα, τοῦ στερεοῦ κίνησιν· τὰ δὲ ἁρμονικά, τῷ κινουμένῳ σώματι φωνῆς προσγινομένης· ὅθεν ἀφαιροῦντες φωνὴν μὲν τῶν κινουμένων, κίνησιν δὲ τῶν στερεῶν, βάθος δὲ τῶν ἐπιπέδων, μέγεθος δὲ τῶν ποσῶν ἐν αὐταῖς γενησόμεθα ταῖς νοηταῖς 1002
ἰδέαις, οὐδεμίαν διαφορὰν ἐχούσαις πρὸς ἀλλήλας κατὰ τὸ ἓν καὶ μόνον· οὐ γὰρ ποιεῖ μονὰς ἀριθμόν, ἂν μὴ τῆς ἀπείρου δυάδος ἅψηται· ποιήσασα δὲ οὕτως ἀριθμόν, εἰς στιγμάς, εἶτα γραμμάς, ἐκ δὲ τούτων εἰς ἐπιφανείας καὶ βάθη καὶ σώματα πρόεισι, καὶ σωμάτων ποιότητας ἐν πάθεσι γινομένων. Ἔτι, τῶν μὲν νοητῶν ἓν κριτήριον ὁ νοῦς· καὶ γὰρ ἡ διάνοια, νοῦς ἐστιν ἐν τοῖς μαθηματικοῖς, ὥσπερ ἐν κατόπτροις, ἐμφαινομένων τῶν νοητῶν. Ἐπὶ δὲ τὴν τῶν σωμάτων γνῶσιν ὑπὸ πλήθους πέντε δυνάμεις καὶ διαφορὰς αἰσθητηρίων ἡ φύσις ἔδωκεν ἡμῖν· καὶ οὐ πάντα φωρᾶται B
ταύταις, ἀλλὰ ἐκφεύγει πολλὰ διὰ μικρότητα τὴν αἴσθησιν. Ἐν ᾧ καίπερ ἡμῶν ἑκάστου συνεστῶτος ἔκ τε τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, μικρόν ἐστι τὸ ἡγεμονικὸν καὶ νοερὸν ἐν πολλῷ τῷ τῆς σαρκὸς ὄγκῳ κεκρυμμένον· οὕτως εἰκὸς ἔχειν ἐν τῷ παντὶ τὸ νοητὸν πρὸς τὸ αἰσθητόν. Καὶ γὰρ ἄρχει τὰ νοητὰ τῶν σωματικῶν· ἀρχῆς δὲ πάσης πλέον τὸ ἐξ αὐτῆς καὶ μεῖζον.

A. 7. ἐμφαινομένων] Sic B. margo E. T. V. Vulgo, ἐκφαινομένων.
B. 1. φωρᾶται] Antiqua et proba lectio, revocata ex Ald. Baſ. Xyl. B. E. Vulgo, ἐφορᾶται.
B. 2. διὰ μικρότητα] Sic E. In διὰ aſſentitur B. in μικρότητα Pol. Leonic. Schott. Anon. T. V. B.
B. 2. Ἐν ᾧ καίπερ] Ita omnes libri: corrupte, puto, et corrigendum, Ἔτι, ὥσπερ: itaque verti.
B. 5. τὸ νοητὸν πρὸς τὸ αἰσθητόν] Sic B. E. Vulgo, τὸ αἰσθητὸν καὶ νοητόν.

cit: nam geometricæ fiunt res magnitudine ad numerum accedente, ſolidæ accedente magnitudini craſſitie, aſtrologicæ cum moventur ſolida, harmonicæ ubi motum ſequitur ſonus. Quo fit ut ſi vocem motis, motum ſolidis, craſſitiem ſuperficiebus, magnitudinem quantis adimamus, jam in ipſis ſimus intelligibilibus ideis, quæ invicem nullam differentiam habentes diſcernuntur ratione Unius et Solius. Non enim numerum unitas efficit, niſi infinitum ſi attingat binarium; ſic facto numero, ad puncta, tum lineas, deinde ſuperficies, craſſities, mox corpora, et qualitates corporum affectorum progredimur. Porro autem quæ mente cernuntur, unicum habent quo judicentur, mentem. Intellectus enim mens eſt in mathematicis in quibus, ſicut in ſpeculis, apparent formæ ſola mente cernendæ. Ad corporum vero cognitionem, ob multitudinem, quinque nobis ſenſus natura dedit qui de iis judicent: neque tamen hi omnia deprehendunt, multis ſenſum ob ſui exilitatem ſubterfugientibus. Porro, ſicuti quiſque noſtrum animo et corpore conſtat, et vis princeps mentis exigua latet in magna corporis mole; eodem modo in Univerſo ſe habere intelligibilia et ſenſilia, conſentaneum eſt. Nam intelligibilia priora ſunt corporeis: principio autem quovis plus eſt, et majus id, quod ex principio oritur.

β΄. Πρὸς δὲ τοὐναντίον εἴποι τις ἄν· πρῶτον, ὅτι συγκρίνοντες τὰ αἰσθητὰ τοῖς νοητοῖς, τρόπον τινὰ τὰ θνητὰ τοῖς θείοις ἐξισοῦμεν· ὁ γὰρ
C θεὸς ἐν τοῖς νοητοῖς. Ἔπειτα πανταχοῦ δήπου τὸ περιεχόμενον, ἔλαττόν ἐστι τοῦ περιέχοντος· ἡ δὲ τοῦ παντὸς φύσις τῷ νοητῷ περιέχει τὸ αἰσθητόν. Ὁ γὰρ θεὸς τὴν ψυχὴν εἰς τὸ μέσον θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε, καὶ ἔξωθεν τὰ σώματα αὐτῇ περιεκάλυψεν. Ἔστι δὲ ἀόρατος ἡ ψυχὴ, καὶ πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν ἀναίσθητος, ὡς ἐν τοῖς Νόμοις εἴρηται· διὸ καὶ φθαρτὸς ἡμῶν εἷς ἕκαστός ἐστιν· ὁ δὲ κόσμος οὐ φθαρησόμενος. Ἡμῶν μὲν γὰρ ἑκάστου τὴν ζωτικὴν δύναμιν ἐντὸς περιέχει τὸ θνητοειδὲς καὶ διάλυτον· ἐν δὲ τῷ κόσμῳ τοὐναντίον, ὑπὸ τῆς κυριωτέρας ἀρχῆς καὶ κατὰ ταὐτὰ
D ὡσαύτως ἐχούσης ἀεὶ σώζεται τὸ σωματικὸν ἐν μέσῳ περιεχόμενον. Καὶ μὴν ἀμερές γε λέγεται καὶ ἀμέριστον, τὸ μὲν σῶμα μικρότητι, τὸ δὲ ἀσώματον καὶ νοητὸν, ὡς ἁπλοῦν, καὶ εἰλικρινὲς, καὶ καθαρὸν ἁπάσης στερεότητος καὶ διαφορᾶς. Καὶ ἄλλως εὔηθές ἐστι τοῖς σωματικοῖς τεκμαίρεσθαι περὶ τῶν ἀσωμάτων. Τὸ γοῦν Νῦν, ἀμερὲς μὲν καλεῖται καὶ ἀμέριστον, ἅμα δὲ πανταχοῦ ἐνέστηκε, καὶ οὐδέν τι τῆς οἰκουμένης μέρος αὐτοῦ ἔρημόν ἐστιν· ἀλλὰ καὶ πάθη πάντα καὶ πράξεις, φθοραί τε πᾶσαι καὶ γενέσεις αἱ ὑπὸ τὸν κόσμον ἐν τῷ Νῦν περιέχονται. Κριτήριον δὲ τοῦ νοητοῦ μόνου ἐστὶν ὁ νοῦς,

B. 7. πρῶτον, ὅτι] ὅτι assumtum ex B. E.
C. 8. ἀρχῆς] Additum ex B. E.
D. 1. Καὶ μὴν ἀμερές γε] Sic B. E. Anon. Vulgo, Καὶ μὴ ἀμερές τι, quod ab Aldo Baf. et Steph. retinuerunt. Xyl. et T. καὶ μὴν ἀμερές τι.
D. 7. αἱ ὑπὸ τὸν κόσμον] Sic B. E. Vulgo, αἱ ὑπὸ τοῦ κόσμου: quorum αἱ Steph. habet ex Schott. Anon. Nam Ald. Baf. Xyl. καὶ ὑπὸ τοῦ κόσμου.

II. Contra autem aliquis dicet, Primum nos ſenſilia intelligibilibus comparando, quodammodo mortalia divinis exæquare. Deus enim eſt ex genere intelligibilium. Deinde ubique id quod continetur, continente minus eſt. At Univerſi natura intelligibilibus ſenſilia continet; Deus enim Animam in medio poſitam per omnia extendit, eamque foris corporibus circumdedit. Videri autem non poteſt Anima, neque ullo alio ſenſu percipi, ut in Legibus dictum eſt: itaque et noſtrum unuſquiſque interitui obnoxius eſt, mundus nequaquam interibit. Nam quivis noſtrum intus vitalem vim mortali ac diſſolubili corpore continet: in mundo contra a principe parte et ſemper eodem modo ſe habente, corporea perpetuo conſervatur natura in medio ſita. Et vero diverſis modis ſenſile et intelligibile corporiſque expers dicuntur individua eſſe, nullamque admittere partitionem: illud ob exiguitatem, hoc ob ſimplicitatem ac ſinceritatem, et quod omnis craſſitiei expers eſt atque differentiæ. Quin et alioqui ineptum eſt ex corporeis rebus judicare de incorporeis velle. Nam *Nunc* individuum dicitur, et quod in partes ſcindi nequeat, ſimul tamen ubique inſtat, neque eo ulla mundi pars vacat: ſed et affectiones omnes, et actiones, interituſque et ortus eo, quod *Nunc* dicitur, continentur. De intelligibilibus, quippe quæ ſola mente percipiuntur,

ὡς φωτὸς ὄψις, δι' ἁπλότητα καὶ ὁμοιότητα· τὰ δὲ σώματα πολλὰς δια- E
φορὰς ἔχοντα καὶ ἀνομοιότητας, ἄλλοις ἄλλα κριτηρίοις, ὥσπερ ὀργάνοις,
ἁλίσκεσθαι πέφυκεν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τῆς ἐν ἡμῖν νοητῆς καὶ νοερᾶς
δυνάμεως καταφρονοῦσιν ὀρθῶς· πολλὴ γὰρ οὖσα καὶ μεγάλη, περίεισι
παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ, καὶ μέχρι τῶν θείων ἐξικνεῖται. Τὸ δὲ μέγιστον, αὐτὸς
ἐν Συμποσίῳ διδάσκων πῶς δεῖ τοῖς ἐρωτικοῖς χρῆσθαι, μετάγοντα τὴν
ψυχὴν ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν καλῶν ἐπὶ τὰ νοητά, παρεγγυᾷ "μήτε σώματός
"τινος μήτ' ἐπιτηδεύματος μήτ' ἐπιστήμης κάλλει μιᾶς ὑποτελάχθαι καὶ F
"δουλεύειν, ἀλλ' ἀποστάντα τῆς περὶ ταῦτα μικρολογίας, ἐπὶ τὸ πολὺ τοῦ
"καλοῦ πέλαγος τρέπεσθαι."

ΖΗΤΗΜΑ Δ'.

Τί δήποτε τὴν ψυχὴν ἀεὶ πρεσβυτέραν ἀποφαίνων τοῦ σώματος, αἰτίαν τε τῆς ἐκείνου γενέσεως καὶ ἀρχήν, πάλιν φησίν, "Οὐκ ἂν γενέσθαι "ψυχὴν ἄνευ σώματος, οὐδὲ νοῦν ἄνευ ψυχῆς, ἀλλὰ ψυχὴν μὲν ἐν "σώματι, νοῦν δὲ ἐν τῇ ψυχῇ;" Δόξει γὰρ τὸ σῶμα καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, συνυπάρχον ἅμα τῇ ψυχῇ καὶ γεννώμενον ὑπὸ τῆς ψυχῆς.

Ἢ τὸ πολλάκις ὑφ' ἡμῶν λεγόμενον ἀληθές ἐστιν; Ἡ μὲν γὰρ ἄνους ψυχὴ 1003
καὶ τὸ ἄμορφον σῶμα συνυπῆρχον ἀλλήλοις ἀεί, καὶ οὐδέτερον αὐτῶν γένεσιν εἶχεν οὐδὲ ἀρχήν· ἐπεὶ δὲ ἡ ψυχὴ νοῦ μετέλαβε καὶ ἁρμονίας, καὶ γενομένη διὰ συμφωνίας ἔμφρων, μεταβολῆς αἰτία γέγονε τῇ ὕλῃ, καὶ κρατήσασα

A. 1. Ἢ τὸ πολλάκις] Sic omnes libri, excepto Steph. qui vulgavit ἢ τὸ πολλάκις.

sola mens judicat, sicut solus visus de luce, ob simplicitatem et similitudinem. Corpora autem cum varias habeant differentias et diversitates, alias aliis judicandi instrumentis percipiuntur. Ceterum ne hoc quidem recte, quod eam quæ in nobis est intelligentem intelligibilemque facultatem, despiciunt: quæ cum sit magna atque multa, complectitur omnia sensilia, et usque ad res divinas pertingit. Id vero maximum est, quod ipse in Convivio docens quo pacto amatoriis uti debeamus, animum a sensilibus bonis ad intelligibilia traducendo, hortatur nos, *ne ullius corporis, studii, aut scientiæ pulchritudini addicti serviamus: sed abjecta ista pusillanimitate ad vastum pulchritudinis mare nos convertamus.*

QUÆSTIO IV.

Qua de caussa Plato, cum semper Animam dicat corpore antiquiorem, eique ortus principium et caussam, tamen dicit, *Neque Animam exstitisse sine corpore, neque Mentem sine Anima, sed Animam in corpore, Mentem in Anima?* sic enim videbitur corpus et esse et non esse, quod et simul cum Anima exsistat, et ab Anima gignatur.

An verum est id quod sæpe diximus? Scilicet mentis expers Anima, et corpus informe, semper simul fuerunt, neutrumque eorum ortum habet aut principium. Postquam autem Anima Mentem et harmoniam participavit, atque ob concentum sapiens facta mutationem materiæ intulit, suisque

ταῖς αὐτῆς κινήσεσι τὰς ἐκείνης ἐπεσπάσατο καὶ ἐπέστρεψεν, οὕτω τὸ σῶμα τοῦ κόσμου γένεσιν ἔσχεν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ κατασχηματιζόμενον καὶ συνομοιούμενον. Οὐ γὰρ ἐξ αὐτῆς ἡ ψυχὴ τὴν τοῦ σώματος ἐδημιούργει φύσιν, οὐδ᾽ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος, ἀλλ᾽ ἐκ σώματος ἀτάκτου καὶ ἀσχη-
B ματίστου σῶμα τεταγμένον ἀπειργάσατο καὶ πειθήνιον. Ὥσπερ οὖν εἰ φαίη τις, ἀεὶ τὴν τοῦ σπέρματος δύναμιν εἶναι μετὰ σώματος, γεγονέναι μέντοι τὸ σῶμα τῆς συκῆς ἢ τῆς ἐλαίας ὑπὸ σπέρματος, οὐδὲν ἐρεῖ διάφωνον· αὐτὸ γὰρ τὸ σῶμα, κινήσεως αὐτῷ καὶ μεταβολῆς ὑπὸ τοῦ σπέρματος ἐγγενομένης, ἔφυ τοιοῦτο καὶ διεβλάστησεν· οὕτως ἡ ἄμορφος ὕλη καὶ ἀόριστος ὑπὸ τῆς ψυχῆς ἐνούσης σχηματισθεῖσα, μορφὴν ἔσχε τοιαύτην καὶ διάθεσιν.

ΖΗΤΗΜΑ Ε΄.

α΄. Διὰ τί τῶν μὲν εὐθυγράμμων, τῶν δὲ κυκλικῶν σωμάτων καὶ
C σχημάτων ὄντων, τὰς τῶν εὐθυγράμμων ἀρχὰς ἔλαβε τὸ ἰσοσκελὲς τρίγωνον καὶ τὸ σκαληνόν, ὧν τὸ μὲν τὸν κύβον συνέστησε γῆς στοιχεῖον ὄντα, τὸ δὲ σκαληνὸν τήν τε πυραμίδα καὶ τὸ ὀκτάεδρον καὶ τὸ εἰκοσάεδρον, τὸ μὲν πυρὸς σπέρμα, τὸ δὲ ἀέρος, τὸ δὲ ὕδατος γενόμενον· τὸ δὲ τῶν κυκλικῶν ὅλως παρῆκε, καίτοι μνησθεὶς τοῦ σφαιροειδοῦς, ἐν οἷς φησι τῶν κατηριθμημένων σχημάτων ἕκαστον σώματος περιφεροῦς εἰς ἴσα διανεμητικὸν εἶναι;

Πότερον, ὡς ὑπονοοῦσιν ἔνιοι, τὸ δωδεκάεδρον τῷ σφαιροειδεῖ προσένειμεν, εἰπὼν ὅτι τούτῳ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς ὁ θεὸς κατεχρήσατο φύσιν,

motibus ſuperior motiones ejus ad ſe traxit atque convertit; ita corpus mundi ab Anima principium duxit, eique conforme et ſimile eſt factum. Non enim ex ſeipſa naturam corporis eſt fabricata Anima, neque ex nihilo, ſed ex incompoſito et informi corpore conditum atque obtemperans reddidit. Ergo ſicut is, qui dicit ſemper vim ſeminis eſſe cum corpore, tamen corpus ficus aut oleæ a ſemine factum, nihil dicat diſſonans: ipſum quippe corpus, motus et mutationis principio a ſemine indito, ſic natum eſt atque pullulavit: ita informis et indefinita materia ab inſita Anima cum formaretur, talem formam atque diſpoſitionem accepit.

QUÆSTIO V.

I. Cur, cum corpora et figuræ partim circulis, partim rectis lineis contineantur, rectilineorum principia ſtatuit triangulum æquilaterum, et inæqualium omnium laterum, qui *ſcalenus* dicitur: quorum illud cubum confecerit terræ elementum, hoc pyramidem, octaëdrum, icoſaëdrum, ignis, aëris, et aquæ primordia: circularia autem omnino omiſit, quanquam globi mentionem feciſſet, ubi dictarum figurarum a quavis rotundum corpus ait poſſe in æqualia dividi?

An vera eſt eorum ſententia, qui eum *dodecaëdrum*, id eſt duodecim baſium corpus, globo adſcripſiſſe dicunt, cum ait Deum eo uſum in ex-

ἐκεῖνο διαζωγραφῶν; Καὶ γὰρ μάλιστα τῷ πλήθει τῶν στοιχείων, ἀμβλύτητι δὲ τῶν γωνιῶν τὴν εὐθύτητα διαφυγὸν, εὐκαμπές ἐστι, καὶ τῇ περιτάσει, καθάπερ αἱ δωδεκάσκυτοι σφαῖραι, κυκλοτερὲς γίνεται καὶ περιληπτικόν· ἔχει γὰρ εἴκοσι γωνίας στερεὰς, ὧν ἑκάστην ἐπίπεδοι περιέχουσιν ἀμβλεῖαι τρεῖς· ἑκάστη γὰρ ὀρθῆς ἐστι καὶ πέμπτου μορίου· συνήρμοσται δὲ καὶ συμπέπηγεν ἐκ δώδεκα πενταγώνων ἰσογωνίων καὶ ἰσοπλεύρων, ὧν ἕκαστον ἐκ τριάκοντα τῶν πρώτων σκαληνῶν τριγώνων συνέστηκε· διὸ καὶ δοκεῖ τὸν ζωδιακὸν ἅμα καὶ τὸν ἐνιαυτὸν ἀπομιμεῖσθαι ταῖς διανομαῖς τῶν μοιρῶν ἰσαρίθμοις οὔσαις. D

β΄. Ἢ πρότερόν ἐστι κατὰ φύσιν τὸ εὐθὺ τοῦ περιφεροῦς, μᾶλλον E
δὲ ὅλως πάθος τι τῆς εὐθείας ἡ περιφερής; κάμπτεσθαι γὰρ λέγεται τὸ ὀρθὸν, καὶ ὁ κύκλος γράφεται κέντρῳ καὶ διαστήματι· τοῦτο δέ ἐστιν εὐθείας τόπος, ὑφ' ἧς καὶ μετρεῖται· τὸ γὰρ περιέχον ἐκ τοῦ μέσου πανταχόθεν ἴσον ἀφέστηκε. Γεννᾶται δὲ καὶ κῶνος καὶ κύλινδρος ἀπ' εὐθυγράμμων· ὁ μὲν, τριγώνου περὶ μίαν πλευρὰν μένουσαν τῇ ἑτέρᾳ πλευρᾷ καὶ τῇ βάσει περιενεχθέντος· ὁ δὲ κύλινδρος, παραλληλογράμμου ταὐτὸ τοῦτο παθόντος. Ἔτι, τῆς μὲν ἀρχῆς ἐγγυτέρω τὸ ἔλαττον, ἐλαχίστη δὲ πασῶν ἡ εὐθεῖα· τῆς γὰρ περιφεροῦς τὸ μέν ἐστι κοῖλον, τὸ ἐντός· τὸ δὲ κυρτὸν, τὸ ἐκτός. F
Ἔτι, τῶν σχημάτων οἱ ἀριθμοὶ πρότεροι· καὶ γὰρ ἡ μονὰς τῆς στιγμῆς· ἔστι γὰρ

E. 7. παραλληλογράμμου] Ita omnes libri, exceptis Ald. et Steph. ſ. Vulg. ubi eſt παρ' ἀλληλογράμμου.
F. 1. κοῖλον, τὸ ἐντός· τὸ δὲ κυρτὸν, τὸ ἐκτός] Sic Steph. vulgavit, ad ſententiam bene, ex Pol. Leonic. Schott. Anon. Nam Ald. Baſ. Xyl. P. κοῖλον· κυρτὸν δὲ τὸ ἐκτός. B. E. Venet. Voſſ. κοῖλον, τὸ δὲ κυρτὸν τὸ ἐκτός.

pingenda Univerſi natura? Etenim corpus duodecim baſium, multitudine laterum, angulorumque amplitudine, recti naturam ſubterfugiens, flexile eſt, et circum extendendo, ſicut globi e duodecim pellibus compacti, circulum imitatur, ac multa complectitur. Habet enim viginti angulos ſolidos, quorum quivis tribus planis obtuſis continetur, ſingulis rectum et ejus quintam partem continentibus. Compingitur autem atque concinnatur ex duodecim quinquangulis æquilateris atque æquiangulis, quorum quodvis conſtat e triginta primis ſcalenis. Itaque videtur ſimul et Zodiacum et annum repræſentare, quod in æquales cum illis numero portiones dividatur.

II. An quia ordine naturæ rectum circumferentiæ antecedit? aut potius circumferentia accidens quodpiam recti eſt omnino? flecti enim dicitur rectum, et circulus deſcribitur e centro, certa inter id et circumferentiam intercapedine, quæ rectam lineam capit, et ſui menſuram habet; undiquaque enim circumferentia a medio æque diſtat. Tum conus quoque et cylindrus a rectilineis propagantur: ille, ſi fixo latere uno trianguli, reliqua in orbem circum agantur: hic, ſi idem parallelogrammo contingat. Et quando principio id eſt propius, quod eſt minus: minima utique eſt omnium linearum recta, utpote ſimplex; cum in circumferente aliud ſit concavum, aliud convexum. Præterea numeri figuris ſunt priores, ſicut et unitas prior puncto: quod eſt unitas in poſitu conſiderata. At vero

ἡ στιγμὴ μονὰς ἐν θέσει καὶ μὴν ἡ μονὰς τρίγωνός ἐστι· πᾶς γὰρ τρί-
γωνος ἀριθμὸς ὀκτάκις γενόμενος, καὶ μονάδα προσλαβὼν, γίνεται τε-
τράγωνος· τοῦτο δὲ καὶ τῇ μονάδι συμβέβηκε· πρότερον οὖν τοῦ κύκλου
τὸ τρίγωνον· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ εὐθεῖα τῆς περιφερείας. Ἔτι, τὸ στοιχεῖον
εἰς οὐδὲν διαιρεῖται τῶν συνισταμένων ἐξ αὐτοῦ, τοῖς δὲ ἄλλοις εἰς τὸ
1004 στοιχεῖον ἡ διάλυσις· εἰ τοίνυν τὸ μὲν τρίγωνον εἰς οὐδὲν περιφερὲς δια-
λύεται, τὸν δὲ κύκλον εἰς τέτταρα τρίγωνα τέμνουσιν αἱ δύο διάμετροι,
πρότερον ἂν τῇ φύσει καὶ στοιχειωδέστερον εἴη τοῦ κυκλικοῦ τὸ εὐθύγραμμον.
Ὅτι τοίνυν προηγούμενον μέν ἐστι τὸ εὐθύγραμμον, τὸ δὲ κυκλικὸν,
ἐπιγινόμενον καὶ συμβεβηκὸς, αὐτὸς ὁ Πλάτων ἐνεδείξατο· τὴν γὰρ γῆν
ἐκ κύβων συστησάμενος, ὧν ἕκαστον εὐθύγραμμοι περιέχουσιν ἐπιφάνειαι,
σφαιροειδὲς αὐτῆς γεγονέναι τὸ σχῆμά φησι καὶ στρογγύλον. Ὥστε οὐδὲν
ἔδει ποιεῖν τῶν περιφερῶν ἴδιον στοιχεῖον, εἰ καὶ τοῖς εὐθυγράμμοις πρὸς ἀλ-
B ληλά πως συναρμοττομένοις ὁ σχηματισμὸς οὗτος ἐπιγίνεσθαι πέφυκεν.

γʹ. Ἔτι, εὐθεῖα μὲν ἥ τε μείζων ἥ τε μικροτέρα τὴν αὐτὴν εὐθύτητα
διατηρεῖ, τὰς δὲ τῶν κύκλων περιφερείας, ἂν ὦσι μικρότεραι, καμπυλω-
τέρας καὶ σφιγγομένας τῇ κυρτότητι μᾶλλον ὁρῶμεν· ἂν δὲ μείζους, ἀνει-
μένας· ἱστάμενοι γοῦν κατὰ τὴν κυρτὴν περιφέρειαν, οἱ μὲν κατὰ σημεῖον, οἱ δὲ κατὰ
γραμμὴν ἅπτονται τῶν ὑποκειμένων ἐπιπέδων· ὥστε ὑπονοήσειεν ἄν τις εὐθείας
κατὰ μικρὰ πολλὰς συντιθεμένας τὴν περιφερῆ γραμμὴν ἀποτελεῖν.

δʹ. Ὅρα δὲ μὴ τῶν ἐνταῦθα κυκλικῶν καὶ σφαιροειδῶν οὐδέν ἐστιν ἀπη-

quævis unitas, triangulus eſt. Nam omnis triangulus numerus, ſi octies ſumtus unitatem adſciſcat, quadratum exhibet: eſtque hoc ei cum unitate commune. Prior ergo circulo eſt triangulus: ac proinde etiam recta circumferentem antecedit. Jam elementum nullum in ea dividitur, quæ ex ipſo ſunt compoſita; hæc in elementa reſolvuntur ſua. At triangulus non reſolvitur in ullam circumferentia comprehenſam figuram: circulum duæ diametri in quatuor dividunt triangulos: ergo prius eſt rectilineum circulo, magiſque elementi naturam habet. Sed et ipſe Plato oſtendit rectilineum eſſe priore loco, circulum ejus quaſi appendicem quandam et accidens. Ubi enim terram ex cubis conſtituit, quorum quivis rectilineis continetur ſuperficiebus, ait, corpus ejus globoſum fieri ac teres. Non itaque opus fuit peculiare elementum rotundis ponere: quando etiam certo modo inter ſe concinnata rectilinea hanc figuram præſtare poſſunt.

III. Adde, quod rectæ lineæ, ſive magnæ ſint ſive parvæ, eandem prorſus conſervant rectitudinem: circulorum circumferentiæ quanto ſunt minores, tanto magis curvatæ atque arctatæ ſunt: quanto majores, tanto laxiores. Inſiſtentes itaque in ſuperficie convexa, aliæ in puncto, aliæ in linea, attingunt ſubjectas planas ſuperficies: ut ſuſpicari non nemo poſſit, a rectis paulatim multis compoſitis circumferentem lineam abſolvi.

IV. Hoc etiam vide, ne eorum quæ in caduca ſunt natura circularium et globoſorum, fortaſſe

κριβωμένον, ἀλλ' ἐνστάσει καὶ περιτάσει τῶν εὐθυγράμμων, ἢ μικρότητι τῶν μορίων, τῆς διαφορᾶς λανθανούσης, ἐπιφαίνεται τὸ στρογγύλον καὶ κυκλοειδές· ὅθεν οὐδὲ κινεῖται φύσει τῶν ἐνταῦθα σωμάτων ἐγκυκλίως C
οὐδέν, ἀλλ' ἐπ' εὐθείας ἅπαντα· τὸ δὲ ὄντως σφαιροειδές, οὐκ ἔστιν αἰσθητοῦ σώματος, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ νοῦ στοιχεῖον, οἷς καὶ τὴν κυκλοφορητικὴν κίνησιν, ὡς προσήκουσαν κατὰ φύσιν, ἀποδίδωσιν.

ΖΗΤΗΜΑ ϛ'.

Πῶς ποτε ἐν τῷ Φαίδρῳ λέγεται τὸ τὴν τοῦ πτεροῦ φύσιν, ὑφ' ἧς ἄνω τὸ ἐμβριθὲς ἀνάγεται, κεκοινωνηκέναι μάλιστα τῶν περὶ τὸ σῶμα τοῦ θεοῦ;

Πότερον, ὅτι περὶ ἔρωτος ὁ λόγος ἐστί; κάλλους δὲ τοῦ περὶ τὸ σῶμα ὁ ἔρως, τὸ δὲ κάλλος ὁμοιότητι τῇ πρὸς τὰ θεῖα κινεῖ καὶ ἀναμιμνήσκει τὴν ψυχήν; Ἢ μᾶλλον, οὐθὲν περιεργαστέον, ἀλλ' ἁπλῶς ἀκουστέον ὅτι τῶν περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δυνάμεων πλειόνων οὐσῶν, ἡ διαλογιστικὴ D
καὶ διανοητικὴ μάλιστα τοῦ θείου κεκοινώνηκεν, ἣν τῶν θείων καὶ οὐρανίων ἔφησεν; ἣν οὐκ ἀπὸ τρόπου πτερὸν προσηγόρευσεν, ὡς τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν ταπεινῶν καὶ θνητῶν ἀναφέρουσαν.

ΖΗΤΗΜΑ Ζ'.

α'. Πῶς ποτέ φησιν ὁ Πλάτων τὴν ἀντιπερίστασιν τῆς κινήσεως, διὰ τὸ μηδαμοῦ κενὸν ὑπάρχειν, αἰτίαν εἶναι τῶν περὶ τὰς ἰατρικὰς σικύας

B. 9. ἐνστάσει] ἐντάσει B. E. Exempl. Turneb.

nihil fit ex omni parte ſuo reſpondens nomini: ſed inſiſtentia et extenſione rectilineorum, aut exiguitate particularum, latente diſcrimine, ut id quod non eſt, videatur rotundum atque teres. Itaque ergo caducorum corporum nullum circulari motu circumagitatur, ſed ad rectam omnia lineam. Vere autem globoſum eſſe, non eſt ſenſilis corporis, ſed Animæ et Mentis elementum: quibus etiam circularem revolutionem, ut naturæ convenientem eorum, adſignat.

QUÆSTIO VI.

Quomodo in Phædro dicitur naturam alæ, qua id quod grave eſt ſurſum evehitur, ex rebus corporeis unam maxime Dei participem eſſe?

An quia de amore ſermo eſt? amor autem eſt pulchritudinis corpori inhærentis: pulchritudo autem ſimilitudine rerum divinarum movet animum, eique eas in memoriam redigit. Aut potius, abſque ulla curioſa interpretatione, verba ſimpliciter ſunt accipienda: nempe quod multis animi facultatibus circa corpus occupatis, vis ratiocinandi et intelligendi maxime divinam participet naturam: quam ille vim divinarum ac cœleſtium rerum capacem cum dixiſſet, non abs re alam appellavit, ut quæ Animam ab humilibus et caducis rebus ſurſum evehat.

QUÆSTIO VII.

I. Qua tandem ratione ait Plato, *Motus circumreſiſtentiam* (hoc enim nobis ſit antiperiſtaſis) *eo quod nuſquam quicquam ſit inane, cauſſam eſſe ea-*

παθημάτων, καὶ τῶν περὶ τὴν κατάποσιν, καὶ τὰ ῥιπτούμενα βάρη, καὶ τὰ τῶν ὑδάτων ῥεύματα, καὶ κεραυνοὺς, τήν τε φαινομένην πρὸς ἤλεκτρα καὶ τὸν
E λίθον τὸν Ἡράκλειον ὁλκὴν, τάς τε τῶν φθόγγων συμφωνίας; Δόξει γὰρ ἀτόπως αἰτίαν παμπόλλων καὶ ἀνομοίων γενέσιν ὑπάγειν παθῶν.

β΄. Τὸ μὲν γὰρ περὶ τὴν ἀναπνοὴν, ὡς γίνεται τῇ ἀντιπεριστάσει τοῦ ἀέρος, αὐτὸς ἱκανῶς ἀποδέδειχε· τὰ δὲ λοιπὰ πάντα φήσας θαυματουργεῖσθαί τε καὶ εἶναι μηδὲν, περιωθεῖν τε αὐτὰ ταῦτα εἰς ἄλληλα, καὶ διαμείβεσθαι πρὸς τὰς αὐτῶν ἕδρας ἰόντα, τὴν καθ' ἕκαστον ἐξεργασίαν ἡμῖν ἀφῆκε.

F γ΄. Πρῶτον μὲν οὖν τὸ περὶ τὴν σικύαν τοιοῦτόν ἐστιν· ὁ περιληφθεὶς ὑπ' αὐτῆς πρὸς τῇ σαρκὶ μετὰ θερμότητος ἀὴρ ἐκπυρωθεὶς, καὶ γενόμενος τῶν τοῦ χαλκοῦ πόρων ἀραιότερος, ἐξέπεσεν οὐκ εἰς κενὴν χώραν, οὐ γάρ ἐστιν, εἰς δὲ τὸν περιεστῶτα τὴν σικύαν ἔξωθεν ἀέρα, κἀκεῖνον ἀπέωσεν· ὁ δὲ τὸν πρὸ αὐτοῦ· καὶ τοῦτο πάσχων ἀεὶ καὶ ἄγων ὁ ἔμπροσθεν ὑποχωρεῖ, τῆς κενουμένης
1005 γλιχόμενος χώρας, ἣν ὁ πρῶτος ἐξέλιπεν· οὕτω δὲ τῇ σαρκὶ περιπίπτων ἧς ἡ σικύα δέδρακται, καὶ ἀναζέων ἅμα συνεκθλίβει τὸ ὑγρὸν εἰς τὴν σικύαν.

δ΄. Ἡ δὲ κατάποσις γίνεται τὸν αὐτὸν τρόπον. Αἱ γὰρ περὶ τὸ στόμα καὶ τὸν στόμαχον κοιλότητες, ἀέρος ἀεὶ πλήρεις εἰσίν· ὅταν οὖν ἐμπιεσθῇ τὸ σιτίον ὑπὸ

E. 2. αἰτίαν—ὑπάγειν παθῶν] Forte corrigendum μία αἰτία—ὑπάγειν: vel μίαν—ἐπάγειν. Poſtremum, id eſt ἐπάγειν habet Xyl. Anon. T. V. ſed requiritur præterea μίαν.

E. 3. Τὸ μὲν γὰρ] Sic E. Baſ. Xyl. Pol. Leonic. Schott. P. Vulgo, Τὸν μὲν γάρ.

F. 5. ἄγων] Corrigo, ῥέων. Proxime excidiſſe quid arbitror, ita reſtituendum—ὁ ἔμπροσθεν ὑποχωρεῖ, ὁ δ' ὄπισθεν ἐπιχωρεῖ τῆς κενουμένης γλιχ—.

A. 2. ἀναζέων] Sic dedi quia omnes libri habent; exceptis Ald. et Steph. in quibus eſt ἀναξέων, quod ipſum non caret ſpecie. Suſpicor tamen Auctorem ſcripſiſſe—τῇ σαρκὶ περιπίπτων, ἧς ἡ σικύα δέδρακται, ἀναξαινομένῃ, συνεκθλίβει τ. ὑ. ε. τ. σ.

rum quæ eveniunt medicorum cucurbitulis, glutitioni, onerum jactationi, aquarum fluxui, fulminibus, ſuccino et Herculeo lapidi res ad ſe trahentibus, et ſonorum conſonantiæ? Videtur enim abſurde tam multorum tamque diverſorum effectuum una cauſſa adferri.

II. Nam quomodo ob circumreſiſtentiam aëris reſpiratio fiat, ipſe ſatis explicavit: reliqua omnia dicens, ut præſtigiatorum artificia magis ſpecie quam re mirabilia effici, nihilque eſſe, atque ipſa ſeſe invicem contrudere, et viciſſim impellendo ſuas ſedes petere, ſingula nobis explicanda reliquit.

III. Primum de cucurbitula res ita habet. Aër carni proximus ab ea cum calore comprehenſus et inflammatus, rariorque quam ſint æris meatus redditus, excidit non in vacuum ſpatium (quod nullum eſt) ſed in eum aërem qui foris ambit cucurbitulam, eumque impellit: is ante ſe ſitum: atque ita ſemper aërem aër impellit cedentem, appetens ſuccedere in locum vacuatum prioris ceſſione. Sic autem aër accidens ad carnem a cucurbitula comprehenſam, atque efferveſcens, ſimul humorem in cucurbitulam elidit.

IV. Eadem eſt deglutiendi ratio. Cavitates enim quæ circa os ſunt et ſtomachum, aëris ſunt plenæ: cum ergo cibus in eas deprimitur a lingua

τῆς γλώττης, ἅμα καὶ τῶν παρισθμίων ἐνταθέντων, ἐκθλιβόμενος ὁ ἀὴρ πρὸς τὸν οὐρανὸν, ἔχεται τοῦ ὑποχωροῦντος, καὶ συνεπωθεῖ τὸ σιτίον.

έ. Τὰ δὲ ῥιπτούμενα βάρη τὸν ἀέρα σχίζει μετὰ πληγῆς ἐκπεσόντα, καὶ διΐστησιν· ὁ δὲ περιῤῥέων ὀπίσω, τῷ φύσιν ἔχειν ἀεὶ τὴν ἐρημουμένην χώραν διώκειν καὶ ἀναπληροῦν, συνέπεται τῷ ἀφιεμένῳ, τὴν κίνησιν συνεπιταχύνων.

ς'. Αἱ δὲ τῶν κεραυνῶν πτώσεις, καὶ αὐταὶ ῥίψεσιν ἐοίκασιν. Ἐκπηδᾷ B
γὰρ ὑπὸ πληγῆς ἐν τῷ νέφει γινομένης τὸ πυρῶδες εἰς τὸν ἀέρα· κἀκεῖνος ἀντιῤῥαγεὶς ὑποχωρεῖ, καὶ πάλιν εἰς ταυτὸ συμπίπτων ἄνωθεν, ἐξωθεῖ κάτω παρὰ φύσιν ἀποβιαζόμενος τὸν κεραυνόν.

ζ'. Τὸ δὲ ἤλεκτρον οὐδὲν ἕλκει τῶν παρακειμένων, ὥσπερ οὐδ' ἡ σιδηρῖτις λίθος, οὐδὲ προσπηδᾷ τι τούτοις ἀφ' ἑαυτοῦ τῶν πλησίον· ἀλλ' ἡ μὲν λίθος τινὰς ἀποῤῥοίας ἐξίησιν ἐμβριθεῖς καὶ πνευματώδεις, αἷς ὁ συνεχὴς ἀναστελλόμενος ἀὴρ ὠθεῖ τὸν πρὸ αὐτοῦ· κἀκεῖνος ἐν κύκλῳ περιϊὼν, καὶ ὑπονοστῶν αὖθις ἐπὶ τὴν κενουμένην χώραν, ἀποβιάζεται καὶ συνεφέλκεται τὸν σίδηρον. Τὸ δὲ ἤλεκτρον C
ἔχει μέν τι φλογοειδὲς ἢ πνευματικὸν, ἐκβάλλει δὲ τοῦτο τρίψει τῆς ἐπιφανείας, τῶν πόρων ἀναστομωθέντων· τὸ δὲ ταυτὸ μὲν ἐκπεσὸν ποιεῖ τῷ τῆς σιδηρίτιδος, ἐφέλκεται δὲ τῶν πλησίον τὰ κουφότατα καὶ ξηρότατα διὰ λεπτότητα καὶ ἀσθένειαν· οὐ γάρ ἐστιν ἰσχυρὸν, οὐδ' ἔχει βάρος, οὐδὲ ῥύμην πλῆθος ἀέρος ἐξῶσαι δυνα-

A. 6. πρὸς τὸν οὐρανὸν] Sic Steph. et, ut videtur, Cod. Venet. ex quo nil varietatis notatum: reliqui omnes πρὸς τὸ εἶκον: unde natum, in Variis Lect. ad calcem Græco-Latinæ, πρὸς τὸν οἶκον. Credo utrumque ex veriore lectione ortum, quarum alterutram recipiendam: οὐρανὸν falsum, ex recto θύραθεν· τὸ εἶκον ex τοῦ ἐκτός. Res concipienda ex ratione ἀντιπεριστάσεως.

B. 7. ἐμβριθεῖς] ἐκβριθεῖς Steph. retinuit ex Ald. consentiunt Bas. Xyl. reliqui unde nil varietatis allatum. Receptam lectionem B. E. Voss. Anon. P. Exempl. Turneb. habent, et verterunt Amiot. et Xyl.

simul, et tonsillis intentis, elisus aër cedentem insequitur, unaque cibum detrudit.

V. Pondera autem jactata aërem scindunt, cum ictu incidentia, ac dissipant: is autem retro circumfluens, eo quod ejus natura est hæc ut vacuatum sequatur impleatque locum, subinde impulsum insequitur, motumque accelerat.

VI. Fulminum autem casus ipsi quoque similes sunt jactationi. Ab ictu enim, qui in nube fit, ignea materia explosa in aërem exsilit, isque contra ruptus cedit, ac rursum in sese concidens desuper, vi deorsum et contra naturam fulmen deprimit.

VII. Electrum vero nihil eorum attrahit quæ ei apposita sunt, ut neque Herculeus lapis, neque quicquam ad ea sponte sua adsilit. Sed lapis hic halitus emittit graves, quibus continens aër impulsus, eum qui ante se est trudit, isque in orbem agitatus, ac ad vacuatum revertens locum, vi una trahit ferrum. Electro quippiam inest flammeum aut spirabile: atque hoc attritione superficiei reclusis meatibus emissum, idem agit quod magnes: trahit quippe secum proximorum corporum levissima atque siccissima, ob tenuitatem et imbecillitatem: non enim ita validum est, neque gravitate impetuve præditum, quo multum aëris impellere, et

μένῃ, ᾧ τῶν μειζόνων, ὥσπερ ἡ σιδηρῖτις, ἐπικρατήσει. Πῶς οὖν οὔτε λίθον οὔτε ξύλον ὁ ἀὴρ, ἀλλὰ τὸν σίδηρον μόνον ὠθεῖ, καὶ προστέλλει πρὸς τὸν λίθον; Αὕτη δ' ἐστὶ μὲν ἀπορία κοινὴ πρός τε τοὺς ὁλκῇ τοῦ λίθου,
D καὶ τοὺς φορᾷ τοῦ σιδήρου τὴν σύμπηξιν οἰομένους γίνεσθαι τῶν σωμάτων. Ὁ σίδηρος οὔτε ἄγαν ἀραιός ἐστιν ὡς ξύλον, οὔτε ἄγαν πυκνὸς, ὡς χρυσὸς, ἢ λίθος, ἀλλὰ ἔχει πόρους καὶ οἴμας καὶ τραχύτητας διὰ τὰς ἀνωμαλίας τῷ ἀέρι συμμέτρους· ὥστε μήτε ἀπολισθαίνειν, ἀλλὰ ἕδραις τισὶν ἐνισχόμενον καὶ ἀντερείσεσι περιπλοκὴν σύμμετρον ἐχούσαις, ὡς ἂν ἐμπέσῃ πρὸς τὸν λίθον φερόμενος ἀποβιάζεσθαι καὶ προωθεῖν τὸν σίδηρον. Τούτων μὲν οὖν τοιοῦτός τις ἂν εἴη λόγος.

η'. Ἡ δὲ τῶν ἐπὶ γῆς ὑδάτων ῥύσις, οὐχ ὁμοίως εὐσυνόπτον ἔχει
E τὸν τῆς ἀντιπεριώσεως τρόπον. Ἀλλὰ χρὴ καταμανθάνειν τὰ λιμναῖα τῶν ὑδάτων ἀτρεμοῦντα καὶ μένοντα, τῷ περικεχύσθαι καὶ συναγαγεῖν πανταχόθεν αὐτοῖς ἀκίνητον ἀέρα, μηδαμοῦ κενὴν ποιοῦντα χώραν. Τὸ γοῦν ἐπιπολῆς ὕδωρ ἔν τε ταῖς λίμναις καὶ ἐν τοῖς πελάγεσι, δονεῖται καὶ κυμαίνεται, τοῦ ἀέρος σάλον λαμβάνοντος· ἕπεται γὰρ εὐθὺς μεθισταμένῳ καὶ συναπορρεῖ διὰ τὴν ἀνωμαλίαν· ἡ γὰρ κάτω πληγὴ τὴν κοιλότητα ποιεῖ τοῦ κύματος· ἡ δὲ ἄνω τὸν ὄγκον, ἄχρις οὗ καταστῇ καὶ παύσηται τῆς περιεχούσης τὰ

C. 7. πρὸς τὸν λίθον] Legendum πρὸς τὴν λίθον.
D. 1. τῶν σωμάτων. Ὁ σίδηρος] Post σωμάτων lacuna est in B. E. lacunæ loco in Voss. est ἰλυσπᾶν. Ergo quid excidisse, quanquam sententia nil requirere videatur.
D. 3. οἴμας] Hoc omnes habent libri, excepto uno Pol. οἴμους, quod Steph. recepit.
E. 2. τῷ περικεχύσθαι] Forte, τῷ περικεχύσθαι: itaque verti.

majoribus, magnetis in morem, vim facere possit. Cur vero neque lapidem aër, neque lignum, sed ferrum modo ad Herculeum promovet lapidem? hæc enim est quæstio communis et horum qui tractione lapidis, et eorum qui incitatione ferri existimant istorum corporum fieri coïtionem. Ferrum neque adeo rarum est ut lignum, neque ita solidum omnino ut aurum vel lapis: sed meatus habet quosdam et transitus atque asperitates, quæ ob inæqualitatem aëri proportione respondent: quibus efficitur ut non elabatur aër, sed sedibus quibusdam receptus, et a ferro moderate reluctante comprehensus, cum in id ad lapidem revertens incidisset, una secum rapiat atque perferat. Atque horum quidem hæc fere est ratio.

VIII. Modus autem quo aquæ per terram fluentes contra aërem circumagunt, non perinde est evidens. Sed animadvertendum est lacuum ac paludum aquas immotas manere: quod quasi aggeribus inclusæ sunt, et sibi undiquaque colligunt aërem immobilem, qui nusquam vacuum præbeat locum. Itaque ergo, quæ in superficie est aqua lacuum et marium, turbatur atque fluctuat aëre exagitato: sequitur enim statim, eo locum mutante, atque ob inæqualitatem una defluit. Nam ictus qui inferne accidit, cavitatem fluctus efficit, qui superne, tumorem; donec considat et conquiescat humor, ejus ulteriorem motum impediente loco

ὑγρὰ χώρας ἱσταμένης. Αἱ ῥύσεις οὖν τῶν φερομένων ἀεὶ τὰ ὑποχωροῦντα τοῦ ἀέρος διώκουσαι, τοῖς δὲ ἀντιπεριωθουμένοις ἐλαυνόμεναι, τὸ ἐνδελεχὲς F
καὶ ἀλώφητον ἔχουσι. Διὸ καὶ φέρονται θᾶττον οἱ ποταμοὶ πληθύοντες· ὅταν δὲ ὀλίγον ᾖ καὶ κοῖλον, ἵεται τὸ ὑγρὸν ὑπὸ ἀσθενείας, οὐχ ὑπείκοντος τοῦ ἀέρος, οὐδὲ πολλὴν ἀντιπερίστασιν λαμβάνοντος. Οὕτω δὲ καὶ τὰ πηγαῖα τῶν ὑδάτων ἀναγκαῖόν ἐστιν ἀναφέρεσθαι, τοῦ θύραθεν ἀέρος εἰς τὰς κενουμένας ἐν βάθει χώρας ὑποφερομένου, καὶ πάλιν θύραζε τὸ ὕδωρ ἐκπέμποντος. Οἴκου δὲ βαθυσκίου καὶ περιέχοντος ἀέρα νήνεμον, ὕδατι 1006
ῥανθὲν ἔδαφος πνεῦμα ποιεῖ καὶ ἄνεμον, μεθισταμένου τοῦ ἀέρος ἐξ ἕδρας παρεμπίπτοντι τῷ ὑγρῷ, καὶ πληγὰς λαμβάνοντος. Οὕτως ἐξωθεῖσθαί τε ὑπ' ἀλλήλων καὶ ἀνθυπείκειν ἀλλήλοις πέφυκεν· οὐκ οὔσης κενότητος, ἐν ᾗ θάτερον ἱδρυνθὲν, οὐ μεθέξει τῆς θατέρου μεταβολῆς.

θ'. Καὶ μὴν τὰ περὶ τῆς συμφωνίας αὐτὸς εἴρηκεν, ὃν τρόπον ὁμοιοῦσι τοὺς φθόγγους. Ὀξὺς μὲν γὰρ ὁ ταχὺς γίνεται, βαρὺς δὲ ὁ βραδύς· διὸ καὶ πρότερον κινοῦσι τὴν αἴσθησιν οἱ ὀξεῖς· ὅταν δὲ τούτοις ἤδη μαραινομένοις καὶ ἀπολήγουσιν οἱ βραδεῖς ἐπιβάλωσιν ἀρχόμενοι, τὸ κραθὲν αὐτῶν δι' ὁμοιοπάθειαν, B
ἡδονὴν τῇ ἀκοῇ παρέσχεν ἣν συμφωνίαν καλοῦσιν. Ὅτι δὲ τούτων ὄργανον ὁ

E. 8. ἱσταμένης] Forte legendum ἐνισταμένης *impediente:* itaque verſionem correxi.
F. 3. ἵεται] Haud ſcio an corrigendum ſit ἀνίεται, vel ἵσταται.
F. 6. κενουμένας] Ita B. E. Venet. Voſſ. T. P. et verterunt Amiot. et Xyl. Ceteri omnes κινουμένας.
A. 1. νήνεμον] Non dubitavi, ſine libris, corrigere vulgatum ἢ νήνεμον, quam Steph. ex corrupta lectione Pol. Leonic. Schott. Anon. ἢ νήμενον confecit; recte quidem, modo ἢ abjeciſſet, quod eſt librarii notantis variam lectionem. Ald. Baſ. Xyl. B. E. Voſſ. ἢ ἄνεμον. Venet. nil adfert diverſitatis a Stephaniana lectione.
A. 5. ἱδρυνθὲν] Ita B. E. Voſſ. P. Vulgo, ἱδρυθέν.

ipſo cui incluſus eſt humor. Fluxus ergo aquarum, quæ ita feruntur ut ſubinde cedentem aërem inſequantur, viciſſimque ab impulſu adverſo circumactis impellantur, abſque fine continuantur. Atque hæc eſt cauſſa, quod fluvii, aucti aquis, celerius currunt: iidem tenues et cavo alveo tardius meant ob imbecillitatem, non cedente aëre, neque magnam circumreſiſtentiam percipiente. Sic et fontium aquas neceſſe eſt effluere, aëre extrinſecus in loca vacuata ſuccedente in profundum, rurſumque aquam foras ejiciente. In domo enim opaca et aërem quietum continente, ſolum aqua conſperſum edit ſpiritum aut ventum; quod humori incidenti ictumque afferenti aër e ſuis ſedibus cedit. Ita natura comparatum eſt, ut mutuo ſe pellant, viciſſimque cedant aër et aqua; quod nullum eſt vacuum in quo alterum ſubſiſtens ab altero non moveatur.

IX. De conſonantia ipſe modum aperuit, quo ſoni concinunt. Sonus enim celer, fit acutus, tardus autem gravis. Itaque enim ſenſum citius movent acuti ſoni: quibus jam evaneſcentibus, ubi ſuperveniunt graves, quod ex iis ob ſimilem affectionem contemperatur, id voluptatem auditui adfert, quæ *concentus* dicitur. Facile autem ex iis quæ ante dicta ſunt intelligitur, horum inſtrumen-

ἀήρ ὄντι, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν προειρημένων. Ἔστι γὰρ ἡ φωνὴ πληγὴ τοῦ αἰσθανομένου δι' ὤτων ὑπ' ἀέρος· πλήττει γὰρ πληγεὶς ὁ ἀὴρ ὑπὸ τοῦ κινήσαντος, ἂν μὲν ᾖ σφοδρὸν, ὀξέως, ἂν δ' ἀμβλὺ, μαλακώτερον· ὁ δὲ σφόδρα καὶ συντόνως πληγεὶς προσμίγνυσι τῇ ἀκοῇ πρότερος, εἶτα περιιὼν πάλιν καὶ καταλαμβάνων τὸν βραδύτερον, συνέπεται καὶ συμπαραπέμπει τὴν αἴσθησιν.

ΖΗΤΗΜΑ Η΄.

C α΄. Πῶς λέγει τὰς ψυχὰς ὁ Τίμαιος εἴς τε γῆν καὶ σελήνην, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ὄργανα χρόνου σπαρῆναι;

Πότερον οὕτως ἐκίνει τὴν γῆν, ὥσπερ ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ τοὺς πέντε πλανήτας, οὓς ὄργανα χρόνου διὰ τὰς τροπὰς προσηγόρευε; καὶ ἔδει τὴν γῆν ἰλλομένην περὶ τὸν διὰ πάντων πόλον τεταμένον, μὴ μεμηχανῆσθαι συνεχομένην καὶ μένουσαν, ἀλλὰ στρεφομένην καὶ ἀνειλουμένην νοεῖν; ὡς ὕστερον Ἀρίσταρχος καὶ Σέλευκος ἀπεδείκνυσαν· ὁ μὲν, ὑποτιθέμενος μόνον· ὁ δὲ Σέλευκος, καὶ ἀποφαινόμενος. Θεόφραστος δὲ καὶ προσιστορεῖ τῷ Πλάτωνι πρεσβυτέρῳ γενομένῳ μεταμελεῖν ὡς οὐ προσήκουσαν ἀποδόντι τῇ γῇ τὴν μέσην χώραν τοῦ παντός.

D β΄. Ἢ τούτοις μὲν ἀντίκειται πολλὰ τῶν ὁμολογουμένως ἀρεσκόντων τῷ ἀνδρί· μεταγραπτέον δὲ τὸ Χρόνου, Χρόνῳ, λαμβάνοντα ἀντὶ

C. 5. ἰλλομένην] Proba et antiqua lectio in Platone, quanquam edita ejus exempla habent εἱλουμένην, ut hoc loco Voss. nec multum diverse margo B. εἰλλουμένην. Omnes reliqui libri receptam obtinent. Vid. D. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. Voc. Γῆν ἰλλομένην.

C. 5. τεταμένον] Controversa quidem, tamen certior lectio: quam in hoc loco unus præbuit Voss. reliqui omnes τεταγμένον, ut multi Platonis libri.

tum esse aërem. Quippe vox est ictus sentientis per aures ab aëre illatus: icit enim aër a movente re ictus: quod movens, si vehemens fuit, acute icit; si languidum, molliuscule: et quidem aër cum vehementia et contentione ictus, ad aures celerius accidit: deinde circumiens et assumens tardiorem, assequitur et comitatur sensum.

QUESTIO VIII.

I. Quomodo ait Timæus animas in Terram, Lunam, et quæ alia sunt instrumenta temporis dispersas esse?

An hoc modo moveri statuebat Terram quo Solem, Lunam, et quinque Planetas, quos conversionum caussa appellat *instrumenta temporis?* et oportuit Terram devinctam circa axem Universi, non ita fabricatam intelligi, ut uno contenta loco maneret, sed quæ converteretur et circumageretur? ut postmodo Aristarchus et Seleucus ostenderunt: sane hoc ille ita ut poneret tantum, hic etiam pronuncians. Theophrastus porro etiam id narrat, Platonem jam natu grandem pœnitentia fuisse ductum, quod Terram in medio Universi non suo loco collocavisset.

II. An vero his repugnant multæ aliæ haud dubie probatæ Platoni sententiæ? Mutata igitur scriptura, dativus χρόνῳ pro genitivo χρόνου legendus

τῆς ψυχικῆς τὴν δοπικὴν, καὶ δεκτέον, ὄργανα μὴ τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ τὰ σώματα τῶν ζώων λέγεσθαι· καθάπερ Ἀριστοτέλης ὡρίσατο τὴν ψυχὴν ἐνδελέχειαν σώματος φυσικοῦ ὀργανικοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος. Ὥστε τοιοῦτον εἶναι τὸν λόγον· "αἱ ψυχαὶ εἰς τὰ προσήκοντα ὀργανικὰ σώματα "ἐν χρόνῳ κατεσπάρησαν." Ἀλλὰ καὶ τοῦτο παρὰ τὴν δόξαν ἐστίν· οὐ γὰρ ἅπαξ ἀλλὰ πολλάκις ὄργανα χρόνου τοὺς ἀστέρας εἴρηκεν, ὅπου καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν εἰς διορισμὸν καὶ φυλακὴν ἀριθμῶν χρόνου γεγονέναι φησὶ E
μετὰ τῶν ἄλλων πλανητῶν.

γ'. Ἄριστον οὖν τὴν γῆν ὄργανον ἀκούειν χρόνου, μὴ κινουμένην, ὥσπερ τοὺς ἀστέρας, ἀλλὰ τῷ περὶ αὐτὴν μενοῦσαν ἀεὶ παρέχειν ἐκείνοις φερομένοις ἀνατολὰς καὶ δύσεις, αἷς τὰ πρῶτα μέτρα τῶν χρόνων ἡμέραι καὶ νύκτες ὁρίζονται· διὸ καὶ φύλακα καὶ δημιουργὸν αὐτὴν ἀτρεκῆ νυκτὸς καὶ ἡμέρας προσεῖπε. Καὶ γὰρ οἱ τῶν ὡρολογίων γνώμονες οὐ συμμεθιστάμενοι ταῖς σκιαῖς, ἀλλὰ ἑστῶτες, ὄργανα καὶ χρόνου μέτρα γεγόνασι, F
μιμούμενοι τῆς γῆς τὸ ἐπιπροσθοῦν τῷ ἡλίῳ περὶ αὐτὴν ὑποφερομένῳ, καθάπερ εἶπεν Ἐμπεδοκλῆς,

Νύκτα δὲ γαῖα τίθησιν, ὑφισταμένη φαέεσσι.

Τοῦτο μὲν οὖν τοιαύτην ἔχει τὴν ἐξήγησιν.

δ'. Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἄν τις ὑπίδοιτο, μὴ παρὰ τὸ εἰκὸς ὁ ἥλιος καὶ ἀτόπως λέγηται μετὰ τῆς σελήνης καὶ τῶν πλανητῶν εἰς διορισμὸν

E. 4. περὶ αὐτὴν] Ita ex P. et ſæpe reſtituendum vel tacentibus libris. Vulgo, περὶ αὐτήν.

videtur; ut intelligas non ſidera, ſed animalium corpora appellari inſtrumenta: quo modo Ariſtoteles Animam definivit *actum corporis naturalis inſtrumentis præditi ac facultate vitæ.* Talis ergo fuerit ſententia: *Animæ in congruentia ipſis et inſtrumentis prædita corpora in tempore ſunt diſperſæ.* Sed et hæc aliena eſt opinio. Non enim ſemel, ſed ſæpius, ſtellas *inſtrumenta temporis* appellavit: quando etiam ipſum Solem ait cum reliquis errantibus ſtellis factum ad definiendos et cuſtodiendos temporis numeros.

III. Optimum igitur fuerit ſic accipere, dici Terram *inſtrumentum temporis*, non quæ itidem ut ſtellæ moveatur, ſed quod ſuo ipſa ſemper in loco manens, iis motu cuique ſuo citatis ortuum et occaſuum cauſſa ſit: quibus primæ temporum menſuræ dies et nox definiuntur. Itaque *cuſtodem eam, et veracem noctis dieique artificem* dixit. Etenim horologiorum quoque gnomones non quia una cum umbris locum mutent, ſed quia ſuo in loco perſiſtant, inſtrumenta ſunt dimetiendi temporis: eoque terram imitantur, quæ Solis infra ipſam delati lumen intercipit, ſicut ait Empedocles,

Noctem terra facit, dum lucem intercipit almam.

Hoc ergo hanc habet expoſitionem.

IV. Id vero magis etiam ſuſpicetur non nemo dictum eſſe præter probabilitatem, atque adeo abſurde, Solem et Lunam ac Planetas factos eſſe ad

χρόνου γεγονέναι. Καὶ γὰρ ἄλλως μέγα τοῦ ἡλίου τὸ ἀξίωμα· καὶ ὑπ'
αὐτοῦ Πλάτωνος ἐν Πολιτείᾳ βασιλεὺς ἀνηγόρευται παντὸς τοῦ αἰσθητοῦ
1007 καὶ κύριος, ὥσπερ τοῦ νοητοῦ τὸ ἀγαθόν· ἐκείνου γὰρ ἔκγονος λέγεται, παρ-
έχων τοῖς ὁρατοῖς μετὰ τοῦ φαίνεσθαι τὸ γίνεσθαι, καθάπερ ἀπ' ἐκείνου
τὸ εἶναι καὶ τὸ γινώσκεσθαι τοῖς νοητοῖς ὑπάρχει. Τὸν δὴ τοιαύτην φύσιν
ἔχοντα καὶ δύναμιν τηλικαύτην θεόν, ὄργανον χρόνου γεγονέναι καὶ μέτρον
ἐναργὲς τῆς πρὸς ἀλλήλας βραδυτῆτι καὶ τάχει τῶν ὀκτὼ σφαιρῶν δια-
φορᾶς, οὐ πάνυ δοκεῖ πρεπῶδες οὐδὲ ἄλλως εὔλογον εἶναι. Ῥητέον οὖν,
τοὺς ὑπὸ τούτων ταραττομένους δι' ἄγνοιαν οἴεσθαι τὸν χρόνον μέτρον εἶναι
κινήσεως καὶ ἀριθμὸν κατὰ πρότερον καὶ ὕστερον, ὡς Ἀριστοτέλης εἶπεν·
B ἢ τὸ ἐν κινήσει ποσόν, ὡς Σπεύσιππος· ἢ διάστημα κινήσεως, ἄλλο δὲ
οὐδέν, ὡς ἔνιοι τῶν Στωϊκῶν· ἀπὸ συμβεβηκότος ὁριζόμενοι, τὴν δὲ οὐσίαν
αὐτοῦ καὶ τὴν δύναμιν οὐ συνορῶντες· ἣν ὅ, τε Πίνδαρος ἔοικεν οὐ
φαύλως ὑπονοῶν, εἰπεῖν,

Ἄνα τῶν πάντων ὑπερβάλλοντα χρόνον μακάρων·

ὅ, τε Πυθαγόρας, ἐρωτηθεὶς τί χρόνος ἐστί, τὴν τοῦ οὐρανοῦ ψυχὴν εἰπεῖν.
Οὐ γὰρ πάθος οὐδὲ συμβεβηκὸς ἧς ἔτυχε κινήσεως ὁ χρόνος ἐστίν, αἰτία δὲ
καὶ δύναμις καὶ ἀρχὴ τῆς πάντα συνεχούσης τὰ γινόμενα συμμετρίας καὶ
τάξεως, ἣν ἡ τοῦ ὅλου φύσις ἔμψυχος οὖσα κινεῖται· μᾶλλον δὲ κίνησις οὖσα

B. 6. τὴν τοῦ οὐρανοῦ ψυχὴν] Non ſatis certæ lectio auctoritatis, quam ab Amioto et Turnebo recepiſſe videtur Steph. Omnes alii libri habent τὴν τούτου ψυχήν.

diſtinctionem temporis. Nam cum alias magna eſt Solis dignitas, tum ab ipſo Platone in Republica vocatur *rex dominuſque omnis ſenſilis naturæ*, ſicut Bonum naturæ intelligibilis: nam Boni ſoboles dicitur, adſpectabilibus rebus hoc dans ut et ſint et conſpiciantur: ſicut res intelligibiles id a Bono habent, ut ſint et cognoſcantur. Eum igitur Deum, tali natura tantaque potentia, inſtrumentum temporis, ac conſpicuam menſuram diſcriminis, quod ratione tarditatis ac celeritatis octo orbibus inter ſe intercedit, non admodum dictu decorum ac probabile videtur. Reſpondendum eſt, eos, qui his rationibus turbantur, ignoratione labi, quod putant tempus *menſuram* eſſe *motus*, et *numerum ſecundum prius ac poſterius*, ut Ariſtoteles dixit: aut *quantitatem in motu*, ut Speuſippus: aut *intervallum motus*, aliud nihil, ut Stoicorum nonnulli: ab accidente ſcilicet rem definientes, naturam autem ejus et vim non perſpicientes. Quam quidem Pindarus non inepte videtur intellectam protuliſſe his verbis:

Ad tempus, quod omnibus præſtat cœlitibus.

Pythagoras quoque interrogatus quid eſſet tempus, *animam Univerſi* reſpondit. Non enim affectio aut accidens cujuſvis motionis eſt tempus; ſed cauſſa, vis, et principium omnia orta continentis concinnitatis atque ordinis, quo natura Univerſi movetur, animata ea: aut potius ipſa cum ſit mo-

καὶ τάξις αὕτη καὶ συμμετρία, χρόνος καλεῖται· πάντα γὰρ δι' ἀψόφου
βαίνων κελεύθου κατὰ δίκην τὰ θνητὰ ἄγει· καὶ γὰρ ἡ ψυχῆς οὐσία, C
κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἀριθμὸς ἦν αὐτὸς ἑαυτὸν κινῶν. Διὸ δὴ καὶ Πλάτων
ἔφη χρόνον ἅμα μετ' οὐρανοῦ γεγονέναι, κίνησιν δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ
οὐρανοῦ γενέσεως. Χρόνος δὲ οὐκ ἦν· οὐδὲ γὰρ τάξις, οὐδὲ μέτρον
οὐδὲν, οὐδὲ διορισμὸς, ἀλλὰ κίνησις ἀόριστος, ὥσπερ ἄμορφος ὕλη χρόνου
καὶ ἀσχημάτιστος· ἐπικλύσασα δ' ἐν χρόᾳ καὶ καταβαλοῦσα, τὴν μὲν
ὕλην σχήμασι, τὴν δὲ κίνησιν περιόδοις, τὴν μὲν κόσμον ἅμα, τὴν δὲ
χρόνον ἐποίησεν. Εἰκόνες δέ εἰσιν ἄμφω τοῦ θεοῦ, τῆς μὲν οὐσίας ὁ
κόσμος, τῆς δὲ ἀϊδιότητος ὁ χρόνος ἐν κινήσει, καθάπερ ἐν γενέσει θεὸς
ὁ κόσμος. Ὅθεν ὁμοῦ γεγονότας φησὶν ὁμοῦ καὶ λυθήσεσθαι πάλιν,
ἄν τις αὐτοὺς καταλαμβάνῃ λύσις. Οὐ γὰρ οἷόν τε χωρὶς χρόνου τὸ D
γεννητὸν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ νοητὸν, αἰῶνος· εἰ μέλλει τὸ μὲν ἀεὶ μένειν, τὸ
δὲ μηδέποτε διαλύεσθαι γινόμενον. Οὕτως οὖν ἀναγκαίαν πρὸς τὸν
οὐρανὸν ἔχων συμπλοκὴν καὶ συναρμογὴν ὁ χρόνος, οὐχ ἁπλῶς ἐστὶ κίνησις,
ἀλλ', ὥσπερ εἴρηται, κίνησις ἐν τάξει μέτρον ἐχούσῃ καὶ πέρατα καὶ περι-
όδους· ὧν ὁ ἥλιος ἐπιστάτης ὢν καὶ σκοπὸς, ὁρίζειν καὶ βραβεύειν καὶ ἀνα-
δεικνύναι καὶ ἀναφαίνειν μεταβολὰς καὶ "ὥρας, αἳ πάντα φέρουσι," καθ'

C. 5. ὕλη χρόνου—καταβαλοῦσα] Locus, si quis alius, fœde corruptus. Primo, delendum χρόνου. Tum monstrum lectionis ἐπικλύσασα δ' ἐν χρόᾳ quomodo expurgem nescio, nisi forte legendo ἐπακολουθήσασα δὲ συμμετρίᾳ. Postremum in καταλαβοῦσα mutandum res ipsa indicat.

D. 1. Οὐ γὰρ οἷόν τε] Addendum εἶναι.

D. 2. τὸ μὲν ἀεὶ] μὲν adjeci ex Jannot.

D. 4. οὐχ ἁπλῶς ἐστὶ] ἐστὶ addidi ex Voss.

tus et ordo, ac concinnitas, tempus dicitur: omnia enim mortalia juste temperat, viam absque strepitu ambulans suam. Etenim anima secundum antiquos *numerus* est *seipsum movens*: itaque etiam Plato ait tempus una cum cœlo exstitisse, motum ante cœli ortum fuisse, tempus non item: neque enim ordo tum erat, neque mensura, neque definitio, sed motus infinitus, tanquam informis et rudis materia temporis: quæ motio cum deinde figuris materiam, motum conversionibus seu circuitionibus informasset, ex altero mundum, ex altero tempus fecit. Haud injuria autem ambo hæc Deo tribuuntur: substantiæ mundus, æternitati tempus in motu, sicut in ortu mundus est Deus. Itaque simul orta cœlum et motum simul ait desitura, siquidem eis interitus accidat. Fieri enim non potest, ut quod ortum est absque tempore sit, ut neque intelligibile esse potest sine æternitate: quando id semper manere debet, illud ortum nunquam dissolvi. Adeo itaque necessariam cum cœlo habet complexionem et compagem tempus, non simpliciter motus est, sed, ut diximus, motus ordinatus, mensura sua, finibus, et revolutionibus contentus. Quibus præfectus Sol cum sit, eorumque inspector; ut definiat, temperet, producatque in lucem mutationes et discrimina *temporum, quæ*, ut

E Ἡράκλειτον, οὐδὲ φαύλων οὐδὲ μικρῶν, ἀλλὰ τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων τῷ ἡγεμόνι καὶ πρώτῳ θεῷ γίνεται συνεργός.

ΖΗΤΗΜΑ Θ'.

α'. Περὶ τῶν τῆς ψυχῆς δυνάμεων ἐν Πολιτείᾳ Πλάτωνος τὴν τοῦ λογικοῦ καὶ θυμοειδοῦς καὶ ἐπιθυμητικοῦ συμφωνίαν ἁρμονίᾳ μέσης καὶ ὑπάτης καὶ νήτης εἰκάσαντος ἄριστα, διαπορήσειεν ἄν τις πότερον κατὰ τῆς
F μέσης τὸ θυμοειδὲς ἢ τὸ λογιστικὸν ἔταξεν· οὗτος γὰρ ἔν γε τούτοις οὐ δεδήλωκεν. Ἡ μὲν οὖν κατὰ τόπον τῶν μερῶν τάξις εἰς τὴν τῆς μέσης χώραν τίθεται τὸ θυμοειδὲς, τὸ δὲ λογιστικὸν, εἰς τὴν τῆς ὑπάτης. Τὸ γὰρ ἄνω καὶ πρῶτον, ὕπατον οἱ παλαιοὶ προσηγόρευον· ᾗ καὶ Ξενοκράτης, Δία, τὸν ἐν μὲν τοῖς κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσιν, ὕπατον καλεῖ, νέατον δὲ, τὸν ὑπὸ σελήνην· πρότερον δὲ Ὅμηρος τὸν τῶν ἀρχόντων ἄρχοντα θεὸν, ὕπατον κρειόντων
1008 προσεῖπε. Καὶ δικαίως τῷ κρατίστῳ ἀποδέδωκε τὴν ἄνω χώραν ἡ φύσις, ὥσπερ κυβερνήτην ἐνιδρύσασα τῇ κεφαλῇ τὸν λογισμὸν, ἔσχατον δὲ καὶ νέατον ἀποικίσασα πόρρω τὸ ἐπιθυμητικόν. Ἡ γὰρ κάτω νεάτη προσαγορεύεται τάξις, ὡς δηλοῦσιν αἱ τῶν νεκρῶν κλήσεις νερτέρων καὶ ἐνέρων προσαγορευομένων· ἔνιοι δὲ καὶ τῶν ἀνέμων φασὶ τὸν κάτωθεν ἐκ τοῦ ἀφανοῦς πνέοντα, νότον ὠνομάσθαι. Ἣν οὖν τὸ ἔσχατον ἔχει πρὸς τὸ πρῶτον ἀντίθεσιν, καὶ τὸ νέατον πρὸς τὸ ὕπατον, ταύτην τοῦ ἐπιθυμητικοῦ πρὸς τὸ λογιστικὸν ἔχοντος,

F. 1. οὗτος γὰρ] Sic omnes libri, corrupte credo: Steph. in deterius etiam οὕτως mutavit. Legendum, αὐτός.

Heraclitus dicebat, *omnia ferunt*; non vilibus aut exilibus, ſed maximis ac præcipuis ſummamque continentibus in rebus principi ac primo Deo operam navat.

QUÆSTIO IX.

I. Cum Plato in Republica de animæ facultatibus differens, conſonantiam Rationis, Iracundiæ, et Concupiſcentiæ optime comparaverit concentui imæ, mediæ, et ſupremæ chordæ: haud abs re dubitaverit aliquis, Rationemne, an vero Iracundiam in medio collocaverit: neque enim id ibi expreſſe ſignificavit. Sane facultatum, ratione loci facta, diſpoſitio Iracundiam mediæ chordæ loco ponet, Rationem ſummæ, quam Græci *hypaten* vocant. Antiquitus enim primum et ſupremum ii *hypaton* dicebant: ita etiam Xenocrates *Jovem* in rebus immutabilibus *hypatum* vocat, imum in iis quæ ſunt infra Lunam: et ante eum Homerus principum principem Deum vocavit ὕπατον κρειόντων. Juſte autem natura præſtantiſſimam partem ſummo ſtatuit loco, Ratione, gubernatoris inſtar, in capite collocata: longe autem hinc, et ultimo atque infimo loco poſuit Concupiſcentiam: imus enim locus *nete* et *neatos* vocatur: quod ex mortuorum appellationibus patet, qui νέρτεροι et ἔνεροι dicuntur: quidam etiam ventum, qui ex imo et obſcuro loco ſpirat, inde *Notum* vocari autumant. Quo itaque modo ultimum primo, imum ſummo opponitur, cum ſe Concupiſcentia habeat eodem modo ad Rationem,

οὐκ ἔστιν ἀνωτάτω μὲν εἶναι καὶ πρῶτον, ὕπατον δὲ μὴ εἶναι τὸ λογιστικὸν, ἀλλὰ B ἕτερον. Οἱ γὰρ ὡς κυρίαν δύναμιν αὐτῷ τὴν τῆς μέσης ἀποδιδόντες, ἀγνοοῦσιν ὅτι τὴν κυριωτέραν ἀφαιροῦνται τὴν τῆς ὑπάτης, μήτε τῷ θυμῷ μήτε τῇ ἐπιθυμίᾳ προσήκουσαν· ἑκάτερον γὰρ ἄρχεσθαι καὶ ἀκολουθεῖν, οὐδέτερον δ' ἄρχειν ἢ ἡγεῖσθαι τοῦ λογιστικοῦ πέφυκεν. Ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ φύσει φανεῖται τὸ θυμοειδὲς τῷ τόπῳ τὴν μέσην ἔχον ἐκείνων τάξιν· εἴ γε δὴ τῷ μὲν λογιστικῷ τὸ ἄρχειν, τῷ δὲ θυμοειδεῖ τὸ ἄρχεσθαι καὶ τὸ ἄρχειν κατὰ φύσιν ἐστὶν, ὑπηκόῳ μὲν ὄντι τοῦ λογισμοῦ, κρατοῦντι δὲ καὶ κολάζοντι τὴν ἐπιθυμίαν, ὅταν ἀπειθῇ τῷ λογισμῷ. Καὶ καθάπερ ἐν γράμμασι τὰ ἡμίφωνα μέσα τῶν C ἀφώνων ἐστὶ καὶ τῶν φωνηέντων, τῷ πλέον ἐκείνων ἠχεῖν, ἔλαττον δὲ τούτων· οὕτως ἐν τῇ ψυχῇ τοῦ ἀνθρώπου τὸ θυμοειδὲς οὐκ ἀκράτως παθητικόν ἐστιν, ἀλλὰ φαντασίαν καλοῦ πολλάκις ἔχει μεμιγμένην ἀλόγῳ τῇ τῆς τιμωρίας ὀρέξει. Καὶ Πλάτων αὐτὸς, εἰκάσας συμφύτῳ ζεύγει καὶ ἡνιόχῳ τὸ τῆς ψυχῆς εἶδος, ἡνίοχον μὲν, ὡς παντὶ δῆλον, ἀπέφηνε τὸ λογιστικόν· τῶν δ' ἵππων, τὸ μὲν περὶ τὰς ἐπιθυμίας, ἀπειθὲς καὶ ἀνάγωγον παντάπασι, περὶ ὦτα λάσιον, κωφὸν, μάστιγι μετὰ κέντρων μόγις ὑπεῖκον· τὸ δὲ θυμοειδὲς, εὐήνιον τὰ πολλὰ τῷ λογισμῷ καὶ σύμμαχον. Ὥσπερ οὖν συνωρίδος οὐχ ὁ ἡνίοχός ἐστιν D ἀρετῇ καὶ δυνάμει μέσος, ἀλλὰ τῶν ἵππων ὁ φαυλότερος μὲν τοῦ ἡνιόχου,

B. 1. λογιστικὸν, ἀλλὰ] Priorem vocem ſumſi ab E. Venet. Voſſ. pro λογικόν.

C. 2. ἠχεῖν] Ita Steph. cum Pol. Leonic. Schott. Anon. Nec tamen ἔχειν plane repudiandum erat, quod habent Ald. Baſ. Xyl. B. E. Venet. Voſſ.

C. 7. περὶ ὦτα λάσιον] Ita B. E. Voſſ. T. V. ipſe Plato Phædr. p. 347. G. Quo magis mirandum, ridiculum illud περὶ ὦ ταλάσιον tam diu in editionibus locum obtinuiſſe.

non poteſt Ratio ſummum eſſe et primum, non etiam ſupremum, ſed aliud. Qui autem ei medium locum, ut principem, tribuunt, ignorant ſe ei præſtantiorem adimere, nempe ſummum; qui neque Iracundiæ tribui, neque Concupiſcentiæ poteſt: cum utriuſque ea ſit natura, ut regi et obſequi Rationi poſſit, neutrius ut ei imperet. Magis etiam ita videbitur comparatum natura, ut Iracundia in medio conſtituatur reliquarum. Nam Rationis quidem ea eſt natura, ut imperet: Iracundiæ, ut et regat et regatur; cum et pareat Rationi, et compeſcat coërceatque Concupiſcentiam Rationi non obedientem. Ac ſicut literæ eæ quæ ſemivocales dicuntur, mediæ ſunt inter mutas et vocales, quod his minus, iis plus habent: ita in animo hominis Iracundia non intemperate patiendi poteſtatem habet tantum, ſed ſæpe admixtam honeſti imaginem cum irrationali vindictæ appetitu. Ipſe Plato cum animam naturæ ex pari equorum et auriga conjunctæ contuliſſet, aurigam, quod neminem fallit, Rationem facit: de equis eum qui Concupiſcentiæ inſtar habet, omnino contumacem et refractarium, hirtum circa aures, ſurdum, et qui vix flagello ſtimuliſque pareat: at Iracundiæ ſocium equum facit fræno plerumque obſequentem Rationis, ejuſque adjutricem. Sicut ergo in bigis non auriga eſt virtute et poteſtate medius, ſed equorum alter, deterior idem rectore,

βελτίων δὲ τοῦ ὁμοζύγου, οὕτω τῆς ψυχῆς οὐ τῷ κρατοῦντι τὴν μέσην
ἀπένειμε τάξιν, ἀλλ' ᾧ πάθους μὲν ἧττον ἢ τῷ πρώτῳ, λόγου δὲ μᾶλλον
ἢ τῷ τρίτῳ μέτεστιν. Αὕτη γὰρ ἡ τάξις καὶ τὴν τῶν συμφωνιῶν ἀναλο-
γίαν φυλάσσει, τοῦ μὲν θυμοειδοῦς πρὸς τὸ λογιστικὸν, ὡς ὑπάτην τὸ
διὰ τεσσάρων· πρὸς δὲ τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς νήτην τὸ διὰ πέντε· τοῦ δὲ
λογιστικοῦ πρὸς τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὡς ὑπάτη πρὸς νήτην τὸ διὰ πασῶν.
Ἐὰν δὲ τὸν λογισμὸν εἰς τὸ μέσον ἕλκωμεν, ἔσται πλέον ὁ θυμὸς ἀπ-
E ἔχων τῆς ἐπιθυμίας, ὃν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων ἐπιθυμίᾳ ταὐτὸν εἶναι δι'
ὁμοιότητα νομίζουσιν.

β'. Ἢ τὸ μὲν τοῖς τόποις ἀπονέμειν τὰ πρῶτα καὶ τὰ μέσα καὶ
τὰ τελευταῖα, γελοῖόν ἐστιν, αὐτὴν τὴν ὑπάτην ὁρῶντας ἐν μὲν λύρᾳ τὸν
ἀνωτάτω καὶ πρῶτον, ἐν δὲ αὐλοῖς τὸν κάτω καὶ τὸν τελευταῖον ἐπέ-
χουσαν, ἔτι δὲ τὴν μέσην ἐν ᾧ τις ἂν χωρίῳ τῆς λύρας θέμενος ὡσαύτως
ἁρμόσηται, φθεγγομένην ὀξύτερον μὲν ὑπάτης, βαρύτερον δὲ νήτης. Καὶ
F γὰρ ὀφθαλμὸς οὐκ ἐν παντὶ ζώῳ τὴν αὐτὴν ἔχει τάξιν, ἐν παντὶ δὲ καὶ
πανταχοῦ κείμενος κατὰ φύσιν ὁρᾶν ὁμοίως πέφυκεν. Ὥσπερ οὖν ὁ παιδ-
αγωγὸς, καὶ πρόσθεν καὶ ὄπισθεν βαδίζων, ἄγειν λέγεται· καὶ ὁ τῶν
Τρώων στρατηγὸς

—— ὁτὲ μέν τε μετὰ πρώτοισι φάνεσκεν,
Ἄλλοτε δ' ἐν πυμάτοισι κελεύων·

D. 4. ἀλλ' ᾧ πάθους—μέτεστιν] Nec ad ſententiam, nec ad nexum recte. Puto ſcriptum fuiſſe ab Auctore, ἀλλ' ᾧ πάθους μὲν ἧττον ἢ τῷ τρίτῳ μᾶλλον δὲ ἢ τῷ πρώτῳ, λόγου δὲ μᾶλλον ἢ τῷ τρίτῳ ἧττον δὲ ἢ τῷ πρώτῳ μέτεστιν.
D. 6. πρὸς τὸ λογιστικὸν] Sic Voſſ. et P. Vulgo, πρὸς τὸ λογικόν.

idemque jugali ſuo melior; ita in Anima Plato non principi parti medium locum tribuit, ſed ei facultati quæ minus rationis habet quam princeps pars, plus quam tertia. Hic ordo etiam conſonantiarum proportionem conſervat, cum Iracundia mediæ chordæ vicem gerens ad Rationem veluti *hypaten* ſive ſummam, referat *diateſſaron* (*Quartam* vulgo dicunt) ad Concupiſcentiam vero, utpote quæ *neten* ſeu imam chordam repræſentat, *diapente* conficiat (quæ *Quinta* uſurpatur). Ratio autem ad Concupiſcentiam, tanquam *hypate* ad *neten*, *diapaſon* (ſive Octavam) exhibet. At ſi medio loco Rationem collocares, jam longius Iracundiam a Concupiſcentia dimoveres: cum nonnulli Philoſophi ſimilitudine harum moti, Iram et Cupiditatem idem ſtatuerint eſſe.

II. An potius ridiculum videtur, primum, medium, et ultimum, locis deſcribere? cum videamus *hypaten* in lyra ſupremam, in tibia ultimam habere ſedem, et quocunque loco *meſen* in lyra poſueris eodem modo contentam, eam acutius *hypate* gravius *nete* ſonare. Sane oculus non in omnibus animalibus eundem obtinet locum: ubicunque autem ſitus ſit, hoc a natura habet ut videat. Pædagogus etiam non præcedens, ſed a tergo ſequens, ducere dicitur: et Trojanorum ille ductor exercitus,

Nunc inter primos cernendus prœlia obibat,
Nunc acies inter poſtremas imperitabat:

ἑκατέρωθι δὲ ἦν πρῶτος, καὶ τὴν πρώτην δύναμιν εἶχεν· οὕτω τὰ τῆς ψυχῆς μόρια δεῖ μὴ τοῖς τόποις καταβιάζεσθαι, μηδὲ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἀναλογίαν ἐξετάζειν. Τὸ γὰρ τῇ θέσει πρῶτον 1009
ἱδρύσθαι τὸ λογιστικὸν ἐν τῷ σώματι τοῦ ἀνθρώπου, κατὰ συμβεβηκός ἐστι· τὴν δὲ πρώτην ἔχει καὶ κυριωτάτην δύναμιν, ὡς μέση πρὸς ὑπάτην μὲν τὸ ἐπιθυμητικὸν, νήτην δὲ τὸ θυμοειδὲς, τῷ χαλᾷν καὶ ἐπιτείνειν, καὶ ὅλως συνῳδὰ καὶ σύμφωνα ποιεῖν, ἑκατέρου τὴν ὑπερβολὴν ἀφαιρῶν, καὶ πάλιν οὐκ ἐῶν ἀνίεσθαι παντάπασιν, οὐδὲ καταδαρθάνειν. Τὸ γὰρ μέτριον καὶ τὸ σύμμετρον ὁρίζεται μεσότητι. Μᾶλλον δὲ τοῦτο ἀτελές ἐστι τῆς τοῦ λόγου δυνάμεως, μεσότητας ἐν τοῖς πάθεσι ποιεῖν, ἃς ἱερὰς καλοῦσιν οὐσίας, ἐχούσας τὴν τῶν ἄκρων πρὸς τὸν λόγον καὶ πρὸς ἄλληλα διὰ τοῦ λόγου B
σύγκρασιν. Οὐ γὰρ ἡ συνωρὶς μέσον ἔχει τῶν ὑποζυγίων τὸ κρεῖττον· οὐδὲ τὴν ἡνιοχείαν ἀκρότητα θετέον, ἀλλὰ μεσότητα τῆς ἐν ὀξύτητι καὶ βραδύτητι τῶν ἵππων ἀμετρίας· ὥσπερ ἡ τοῦ λόγου δύναμις ἀντιλαμβανομένη κινουμένων ἀλόγως τῶν παθῶν, καὶ συναρμόττουσα περὶ αὐτὴν εἰς τὸ μέτριον, ἐλλείψεως καὶ ὑπερβολῆς μεσότητα καθίστησι.

ΖΗΤΗΜΑ Ι'.

α'. Διὰ τί Πλάτων εἶπε τὸν λόγον ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων κεράννυσθαι; Δοκεῖ γὰρ πάντα πλὴν δυεῖν τούτων τὰ μέρη τοῦ

A. 4. τῷ χαλᾷν] Sic Voss. Leonic. Schott. Anon. Vulgo et ceteri, τὸ χαλᾷν.
A. 7. Μᾶλλον δὲ τοῦτο ἀτελές] Legendum Μᾶλλον δὲ αὐτὸ τοῦτο τέλος. Voss. quidem αὐτὸ dat. Itaque verti. Simile quid voluit Amiotus.

utrobique tamen primus erat, et primaria potentia pollebat. Eodem pacto Animæ facultates non loci ratione in ordinem cogendæ sunt; sed vires et proportio examinandæ. Quod enim Ratio in corpore hominis principe loco inest, id per accidens fit. Primam autem atque primariam vim tanquam *mese* ad *hypatem*, Concupiscentiam, et ut ad *netem*, Iracundiam habet Ratio: quatenus utramque et laxat et intendit, omninoque consonantiam earum efficit, vel auferendo id quod est nimium, vel non sinendo eas plane luxari atque torpere: moderatum enim et concinnum quod sit atque proportione respondens, mediocritate definitur. Atque adeo hic ipse est finis, hoc propositum Rationis facultatis mediocritates in animi affectionibus facere, quas sacras vocant substantias, extremorum ad rationem, et inter se ratione temperaturam habentes. Non enim in bigis medio loco habetur jumentorum præstantius: neque summo loco ponenda est aurigatio, sed mediocritas in inæqualitate celeritatis atque tarditatis equorum: quo modo Rationis vis corripiens absurde concitatos affectus, et ad se accommodans, inque modum redigens, mediocritatem inter nimium et parum constituit.

QUÆSTIO X.

I. Cur dixit Plato Orationem e Nominibus et Verbis temperari? Omnes enim aliæ partes Ora-

λόγου μηθέν· Ὅμηρον δὲ καὶ νεανιευσάμενον εἰς ἕνα στίχον ἐμβαλεῖν
ἅπαντα τοῦτον,

C Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε τὸ σὸν γέρας· ὄφρ' εὖ εἰδῇς·

καὶ γὰρ ἀντωνυμία, καὶ μετοχὴ, καὶ ὄνομα, καὶ ῥῆμα, καὶ πρόθεσις, καὶ ἄρθρον,
καὶ σύνδεσμος, καὶ ἐπίρρημα ἔνεστι. Τὸ γὰρ ΔΕ μόριον νῦν ἀντὶ τῆς ΕΙΣ
προθέσεως τέτακται· τὸ γὰρ Κλισίηνδε, τοιοῦτόν ἐστιν οἷον τὸ Ἀθήναζε.
Τί δὴ ῥητέον ὑπὲρ τοῦ Πλάτωνος;

Ἢ ὅτι πρῶτον λόγον οἱ παλαιοὶ, τὴν τότε καλουμένην πρότασιν, νῦν
δὲ ἀξίωμα, προσηγόρευον, ὃ πρῶτον λέγοντες, ἀληθεύουσιν ἢ ψεύδονται;
τοῦτο δὲ ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος συνέστηκεν, ὧν τὸ μὲν πτῶσιν οἱ δια-
λεκτικοὶ, τὸ δὲ κατηγόρημα καλοῦσιν. Ἀκούσαντες γὰρ ὅτι Σωκράτης φι-
λοσοφεῖ, καὶ πάλιν ὅτι Σωκράτης τρέπεται, τὸν μὲν, ἀληθῆ λόγον εἶναι, τὸν
D δὲ, ψευδῆ φήσομεν, οὐδενὸς ἄλλου προσδεηθέντες. Καὶ γὰρ εἰκὸς ἀνθρώπους
ἐν χρείᾳ λόγου τοπρῶτον καὶ φωνῆς ἐνάρθρου γενέσθαι, τάς τε πράξεις καὶ
τοὺς πράττοντας αὐτὰς καὶ τὰ πάθη καὶ τοὺς πάσχοντας ἀλλήλοις διασαφεῖν
καὶ ἀποσημαίνειν βουλομένους. Ἐπεὶ τοίνυν τῷ μὲν ῥήματι τὰ πράγ-
ματα καὶ τὰ πάθη, τῷ δὲ ὀνόματι τοὺς πράττοντας αὐτὰ καὶ πάσχοντας
ἀποχρώντως δηλοῦμεν, ὡς αὐτὸς εἴρηκε, ταῦτα σημαίνειν ἔδοξε· τὰ δὲ
ἄλλα φαίη τις ἂν οὐ σημαίνειν, οἷον οἱ στεναγμοὶ καὶ ὀλολυγμοὶ τῶν ὑπο-
E κριτῶν· καὶ νὴ Δία πολλάκις ἐπιμειδίασις καὶ ἀποσιώπησις ἐμφαντικώτερον

tionis præter has nihil fierent. Juvenili quidem ſtudio quodam Homerus omnes in hunc verſum conjecit:

Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε τὸ σὸν γέρας· ὄφρ' εὖ εἰδῇς·

nam Pronomen, Participium, Nomen, Verbum, Præpoſitio, Articulus, Conjunctio, ac Adverbium in eo ſunt: particula δε loco Præpoſitionis εἰς poſita, cum Κλισίηνδε tale ſit, quale eſt Ἀθήναζε. Quid ergo pro Platone afferemus?

Nempe antiquos ab initio id Orationem ſive λόγον appellaſſe, quod *enunciatum* nobis, tunc *protaſis*, nunc *axioma* Græcis dicitur: quod ſcilicet primum ubi effertur, veritas in eo vel falſitas ineſt. Ea vero Oratio e Nomine et Verbo conſtat: hoc *prædicatum*, illud *ſubjectum* dialectici appellant. Cum enim hæc audimus, *Socrates philoſophatur*, *Socrates mutatur*; nihil præterea deſiderantes, alterum verum, alterum falſum eſſe dicimus. Apparet nempe homines ab initio ad hoc orationem et vocem articulis diſtinctam deſideraſſe, ut et actiones et qui eas agerent, itemque affectiones et qui iis afficerentur invicem ſignificare et explicare poſſent. Quoniam igitur actiones et affectiones Verbo, qui agunt et afficiuntur Nomine ſatis diſerte exprimuntur, ſicut ipſe inquit, hæc ſignificare ideo videntur. Reliqua autem dixerit aliquis non ſignificare: ita, gemitus, et ululatus hiſtrionum, atque adeo arriſio et reticentia interdum faciunt ut majore vi ſermo ali-

ποιεῖ τὸν λόγον, οὐ μὴν ἀναγκαίαν ἔχει πρὸς τὸ σημαίνειν, ὡς τὸ ῥῆμα, καὶ τοὔνομα, δύναμιν, ἀλλ' ἐπίθετόν τινα ποικίλλουσαν τὸν λόγον· ὥσπερ τὰ στοιχεῖα ποικίλλουσιν οἱ τὰ πνεύματα καὶ τὰς δασύτητας αὐτῶν, ἐκτάσεις τε καὶ συστολὰς ἐνίων αὐτὰ καθ' αὑτὰ στοιχεῖα τιθέμενοι, πάθη μᾶλλον ὄντα καὶ συμβεβηκότα, καὶ διαφορὰς στοιχείων, ὡς ἐδήλωσαν οἱ παλαιοὶ, F
διὰ τῶν ἑκκαίδεκα φράζοντες ἀποχρώντως καὶ γράφοντες.

β'. Ἔπειτα σκόπει μὴ παρακούωμεν τοῦ Πλάτωνος, ἐκ τούτων κεράννυσθαι τὸν λόγον, οὐ διὰ τούτων εἰρηκότος· εἶτα ὥσπερ ὁ τὸν λέγοντα τὸ φάρμακον ἐκ κηροῦ μεμίχθαι καὶ χαλβάνης συκοφαντῶν, ἐπεὶ τὸ πῦρ παρέλιπε καὶ τὸ ἀγγεῖον, ὧν χωρὶς οὐκ ἐνῆν μεμίχθαι· καὶ ἡμεῖς ὁμοίως ἐγκαλῶμεν ὅτι συνδέσμους καὶ προθέσεις καὶ τὰ τοιαῦτα παρῆκεν· οὐ γὰρ ἐκ τούτων ὁ λόγος, ἀλλὰ, εἴπερ ἄρα, διὰ τούτων καὶ οὐκ ἄνευ τούτων κεράννυσθαι πέφυκεν. Οὐ γὰρ ὥσπερ ὁ τὸ Τύπτειν φθεγξάμενος ἢ τὸ Τύπτεσθαι, 1010
καὶ πάλιν τὸ Σωκράτης ἢ τὸ Πυθαγόρας, ἀμωσγέπως νοῆσαί τι καὶ διανοηθῆναι παρέσχηκεν, οὕτω τοῦ ΜΕΝ ἢ ΓΑΡ ἢ ΠΕΡΙ καθ' αὑτὸ ἐκφωνηθέντος, ἔστιν ἔννοιάν τινα λαβεῖν ἢ πράγματος ἢ σώματος· ἀλλ' ἐὰν μὴ περὶ ἐκεῖνα καὶ μετ' ἐκείνων ἐκφέρηται, ψόφοις κενοῖς καὶ ἤχοις ἔοικεν· ὅτι ταῦτα μὲν οὔτε καθ' αὑτὰ σημαίνειν, οὔτε μετ' ἀλλήλων οὐδὲν πέφυκεν, ἀλλ' ὅπως ἂν συμπλέκωμεν ἢ μιγνύωμεν εἰς ταὐτὸ συνδέσμους καὶ ἄρθρα καὶ

E. 2. ἀναγκαίαν ἔχει] ἔχει, pro vulgato ἔχειν, est ex B. E. Voss.
A. 4. ἐὰν μὴ] Sic revocavi ex Ald. Bas. Xyl. B. E. P. Vulgo, ἐὰν μή τι, quod Steph. habet cum Pol. Leonic. Jannot. Schott.

quid exprimat: non tamen ita, ut Nomen et Verbum, necessariam habent significandi vim, sed adscititiam quandam, quae Orationem variet: quo pacto literas variant, qui spiritus et quantitates literis annotant, quæ non sunt literæ, sed affectiones potius, et accidentia atque differentiæ literarum: quod manifestum fecerunt veteres, quibus sedecim literæ suffecerunt ad eloquenda et scribenda omnia.

II. Porro vide ne non observemus Platonem dicere *ex his*, non *per hæc* Orationem misceri: ac proinde, ut si quis dicat *medicamentum e cera et galbano misceri*, aliquis, id calumnians, objiciat *ignem et vas omissa esse*, sine quibus mixtio fieri non potuit: ita nos Platonem culpemus, quod Conjunctiones et Præpositiones aliaque id genus omiserit. Non enim ex his Oratio, tamen eorum opera, neque sine his confici videtur. Nam qui *verberare* aut *verberari* dicit, qui *Socrates* aut *Pythagoras*, is utcunque aliquid intelligendum ac cogitandum præbet: non item si quis *Quidem* aut *Enim* seorsim pronunciet, licet concipere animo corporis aut rei alicujus notionem: sed nisi talia vocabula cum nominibus et verbis efferuntur, inanibus sonis ac strepitibus similia sunt: nam neque seorsim, neque inter se conjuncta illa quicquam notant rei: sed utut conjungamus inter se et in unum confundamus Conjunctiones, Articulos, et

B προθέσεις, ἔν τι πειρώμενοι κοινὸν ἐξ αὐτῶν ποιεῖν, τερετίζειν μᾶλλον ἢ διαλέγεσθαι δόξομεν· ῥήματος δὲ ὀνόματι συμπλεκομένου, τὸ γινόμενον εὐθὺς διάλεκτός ἐστι καὶ λόγος. Ὅθεν εἰκότως ἔνιοι μόνα ταῦτα μέρη τοῦ λόγου τίθενται· καὶ Ὅμηρος ἴσως τοῦτο βούλεται δηλοῦν ἑκάστοτε λέγων,

—— ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν·

ἔπος γὰρ τὸ ῥῆμα καλεῖν εἴωθεν, ὥσπερ ἐν τούτοις,

Ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες·

καὶ,

Χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε· ἔπος δ᾽ εἴπέρ τι λέλεκται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.

C Οὔτε γὰρ σύνδεσμον, οὔτε ἄρθρον, οὔτε πρόθεσιν δεινόν ἐστι καὶ θυμαλγὲς εἰπεῖν, ἀλλὰ ῥῆμα πράξεως ἐμφαντικὸν αἰσχρᾶς, ἢ πάθους τινὸς ἀνεπιτηδείου. Διὸ καὶ ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς εἰώθαμεν ἐπαινεῖν ἢ ψέγειν, οὕτω πως λέγοντες, Ἀττικοῖς ὀνόμασιν ὁ δεῖνα κέχρηται, καλοῖς ῥήμασιν, ἢ πάλιν, πεζοῖς· ὅδε δὲ, πεζοῖς, ἢ καλοῖς, πάλιν, καὶ Ἀττικοῖς ἄρθροις, οὐκ ἂν εἴποι τις Εὐριπίδην ἢ Θουκυδίδην διειλέχθαι.

γ΄. Τί οὖν; (φήσαι τις ἂν) οὐθὲν ταῦτα συμβάλλεται πρὸς λόγον; Ἔγωγε φήσαιμ᾽ ἂν ὥσπερ ἅλας συμβάλλεσθαι πρὸς ὄψον, ὕδωρ δὲ πρὸς μάζαν. Εὔηνος δὲ καὶ τὸ πῦρ ἔφασκεν ἡδυσμάτων εἶναι ἄριστον, οὔτε πῦρ οὔτε ἅλας ἑψήματος ἢ βρώματος, ὧν ἀεὶ τυγχάνομεν δεόμενοι· οὕτως ὁ

C. 2. ἢ πάθους] Ita dedi ex uno Mez. Vulgo, ἐκ πάθους.
C. 5. ὅδε δὲ] Sic Steph. nec varietas est nisi in Ald. Bas. Xyl. ὁ δέ. Legendum puto, τὸ δέ.
C. 9. εἶναι ἄριστον—οὕτως ὁ λόγος—] Sic Steph. partim ex Turneb. et Amiot. Nam Ald. Bas. Xyl. B. E. P. εἶναι λέγομεν—οὐχ ὥσπερ ὁ λόγος—. Mez. ita corrigit, εἶναι ἄριστον· ἀλλ᾽ οὐ λέγομεν οὔτε πῦρ οὔτε ἅλας ἑψήματος ἢ βρώματος μέρη, ὧν ἀεὶ τυγχάνομεν δεόμενοι· οὕτως ὁ λόγος—Ita verti.

Præpositiones, conati aliquid unum ex iis facere, videbimur inanes sonos præcinere, non disserere. Nomine autem cum Verbo constructo quod componitur, illico jam Oratio est. Itaque non injuria nonnulli has tantum partes Orationis ponunt. Atque Homerus etiam fortassis hoc declarare voluit, subinde dicens,

— ἔπος τ᾽ ἔφατ᾽ ἔκ τ᾽ ὀνόμαζεν·

Verbum enim voce ἔπος solet significare, ut in his,

Ὦ γύναι, ἦ μάλα τοῦτο ἔπος θυμαλγὲς ἔειπες·

et,

Χαῖρε πάτερ ὦ ξεῖνε· ἔπος δ᾽ εἴπέρ τι λέλεκται
Δεινὸν, ἄφαρ τὸ φέροιεν ἀναρπάξασαι ἄελλαι.

Non enim Conjunctio, aut Præpositio, aut Articulus potest vocari δεινὸν *grave*, et θυμαλγὲς *animo dolorem adferens*, sed Verbum actionem designans turpem aut passionem ineptam. Itaque etiam poëtas et scriptores laudantes aut vituperantes, solemus dicere, *aliquem usum verbis Atticis*, *bonis*, aut contra, *pedestribus*: at *talibus usum articulis Euripidem aut Thucydidem* nemo dicat.

III. Quid? inquies, nihilne reliquæ partes ad orationem conducunt? Respondeo sic conducere, ut salem ad obsonium, aquam ad mazam. Euenus quoque ignem condimentorum optimum dixit: at non dicimus, ignem aut salem, quibus semper opus habemus, cibi aut elixi esse partes: sicut ora-

λόγος πολλάκις ἐκείνων ἀπροσδεής ἐστιν. Ὡς δοκεῖ μοι περὶ Ῥωμαίων D
λέγειν, ὧν μὲν λόγῳ νῦν ὁμοῦ τι πάντες ἄνθρωποι χρῶνται· προθέσεις τε γὰρ ἀφῄρηκε πλὴν ὀλίγων ἁπάσας, τῶν τε καλουμένων ἄρθρων οὐδὲν προσδέχεται τοπαράπαν, ἀλλ' ὥσπερ κρασπέδοις χρῆται τοῖς ὀνόμασι. Καὶ οὐ θαυμαστόν ἐστιν, ὅπου καὶ Ὅμηρος ἐπέων κόσμῳ περιγινόμενος, ὀλίγοις τῶν ὀνομάτων ἄρθρα, ὥσπερ λαβὰς ἐκπώμασι δεομένοις, ἢ λόφους κράνεσιν, ἐπιτίθησι· διὸ καὶ παράσημα τῶν ἐπῶν ἐν οἷς ταῦτα ποιεῖ, γέγονεν, ὡς τό,

> Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε
> Τῷ Τελαμωνιάδῃ·

καὶ τό,

> Ποίεεν ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο·

καὶ βραχέα πρὸς τούτοις ἕτερα. Τοῖς δὲ ἄλλοις μυρίοις οὖσιν ἄρθρου μὴ E
προσόντος, οὐδὲν εἰς σαφήνειαν οὐδὲ κάλλος ἡ φράσις βλάπτεται.

δʹ. Καὶ μὴν οὔτε ζῶον, οὔτε ὄργανον, οὔτε ὅπλον, οὔτε ἄλλο τῶν ὄντων οὐδὲν, οἰκείου μέρους ἀφαιρέσει καὶ στερήσει πέφυκε γίνεσθαι κάλλιον, οὐδὲ ἐνεργέστερον, οὐδὲ ἥδιον· λόγος δὲ, συνδέσμων ἐξαιρεθέντων, πολλάκις ἐμπαθεστέραν καὶ κινητικωτέραν ἔχει δύναμιν· ὡς ὁ τοιοῦτος,

> Ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
> Ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν· F

D. 2. ὧν μὲν λόγῳ] Item Stephano debetur; nam Ald. Baſ. Xyl. B. E. P. ὅρω μέλλω. Venet. ὅρων μέλλων: quod ex varia lectione ὁ Ῥωμαίων ortum putem quam integram hanc fuiſſe: Ὡς δοκεῖ μοι ὁ Ῥωμαίων ἔχειν, ᾧ νῦν ὁμοῦ τι—.

D. 4. κρασπέδοις] ἀκρασπέδοις Mez. in quam ſententiam et verterat Mez. et ego Latina correxi.

tio iſtis ſæpe videtur nihil opus habere. Id quod de Romana lingua dicere poſſum, qua fere omnes hodie homines utuntur. Præpoſitiones enim paucis exceptis omnes ſuſtulit, neque ullis omnino utitur Articulis; ſed iis, veluti fimbriis, omiſſis, ſola per ſe nomina uſurpat. Neque hoc eſt mirum, quando etiam Homerus heroici carminis ornatu omnibus ſuperior, paucis Nominibus Articulos, tanquam poculis anſas, aut galeis criſtas, adjecit. Itaque etiam notati ſunt ii verſus in quibus Articuli exprimuntur: ut,

> Αἴαντι δὲ μάλιστα δαΐφρονι θυμὸν ὄρινε
> Τῷ Τελαμωνιάδῃ·

et,

> Ποίεεν ὄφρα τὸ κῆτος ὑπεκπροφυγὼν ἀλέοιτο·

et pauca horum ſimilia. In aliis infinitis Articulus omiſſus neque perſpicuitati neque elocutioni quicquam detraxit.

IV. Et vero neque animal ullum, neque inſtrumentum, neque armorum genus, neque ulla denique alia res partis ſuæ alicujus ſublatione fieri ſolet pulchrior, efficacior, gratior. Oratio Conjunctionibus ademtis ſæpe majorem ſortitur ad movendum vim: ut in hoc,

> Ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
> Ἄλλον τεθνειῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν·

καὶ τὰ τοῦ Δημοσθένους ταυτὶ, "Πολλὰ γὰρ ἂν ποιήσειεν ὁ τύπτων, ὧν ὁ
"παθὼν ἔνια οὐδ᾽ ἂν ἀπαγγεῖλαι δύναιτο ἑτέρῳ· τῷ σχήματι, τῷ βλέμ-
"ματι, τῇ φωνῇ· ὅταν ὑβρίζων, ὅταν ἐχθρὸς ὑπάρχων, ὅταν κονδύλοις,
"ὅταν ἐπὶ κόρρης· ταῦτα κινεῖ, ταῦτα ἐξίστησιν αὑτῶν ἀνθρώπους ἀήθεις
"τοῦ προπηλακίζεσθαι." Καὶ πάλιν, "Ἀλλ᾽ οὐ Μειδίας· ἀλλ᾽ ἀπὸ
"ταύτης τῆς ἡμέρας λέγει, λοιδορεῖται, βοᾷ· χειροτονεῖταί τι; Μειδίας
1011 "Ἀναγυῤῥάσιος προβέβληται· Πλουτάρχῳ προξενεῖ, τὰ ἀπόῤῥητα οἶδεν,
"ἡ πόλις αὐτὸν οὐ χωρεῖ." Διὸ καὶ σφόδρα τὸ ἀσύνδετον σχῆμα παρὰ τοῖς
τέχνας γράφουσιν εὐδοκιμεῖ· τοὺς δὲ ἄγαν νομίμους ἐκείνους καὶ μηδένα σύν-
δεσμον ἐκ τῆς συνηθείας ἀφιέντας, ὡς ἀργὴν καὶ ἀπαθῆ καὶ κοπώδη τῷ ἀμετα-
βλήτῳ τὴν φράσιν ποιοῦντας αἰτιῶνται. Τὸ δὲ τοὺς διαλεκτικοὺς μάλιστα
συνδέσμων δεῖσθαι πρὸς τὰς τῶν ἀξιωμάτων συναφὰς καὶ συμπλοκὰς
καὶ διαζεύξεις, ὥσπερ ἡνιόχους ζυγῶν, καὶ τὸν Κύκλωπος Ὀδυσσέα
λύγων πρὸς τῶν προβάτων * οὐ μέρος λόγου τὸν σύνδεσμον, ἀλλὰ ὄρ-
B γανόν τι συνδετικὸν ἀποφαίνει, καθάπερ ὠνόμασται, καὶ συνεκτικὸν οὐ πάν-
των, ἀλλὰ τῶν οὐχ ἁπλῶς λεγομένων· εἰ μὴ καὶ τοῦ φορτίου τὸν ἱμάντα,
καὶ τοῦ βιβλίου τὴν κόλλαν ἀξιοῦσι μέρος εἶναι, καὶ τὰς διανομὰς τοῦ
πολιτεύματος, ὡς ἔλεγε Δημάδης, κόλλαν ὀνομάζων τὰ θεωρικὰ τῆς

A. 8. λύγων πρὸς τῶν προβάτων] Sic editi libri Ald. Bas. Xyl. Steph. in quorum postremo asteriscus additur. Nam hæc verba absunt, relicto vacuo spatio, in B. E. Venet. P. At Mez. corrigit, καὶ τὸν Ὀδυσσέα λύγων, πρὸς τὰ τοῦ Κύκλωπος πρόβατα: in quo, ut probabili, acquiesco.

B. 4. θεωρικὰ] Sic B. E. Mez. Vulgo, θεωρητικά.

et ista Demosthenis: *Multa facere potest verberans, quorum aliqua percussus ne indicare quidem alii possit, figura, vultu, voce, quando contumeliose agens, quando inimicus, quando pugnis, quando in malam: hæc movent, hæc de statu rationis deturbant homines qui contumeliis non sunt adsueti.* Item; *Quid? nonne Midias ab hac ipsa die perorat, criminatur, clamitat? Si in suffragia mittitur populus, Midias Anagyrrasius obtruditur, Plutarchi publicus est hospes, arcana novit, urbs ipsum non capit.* Hinc est quod ea figura, qua conjunctiones omittuntur, valde ab iis commendatur qui Artis Oratoriæ præcepta scribunt: iidemque eos, qui nimis adstricti legibus ac consuetudini nullam prætermittunt Conjunctionem, incusant ut otiosam languidamque molestamque, eo quod omni varietate careat, Orationem efficientes. Jam res ipsa ostendit dialecticos, qui maxime conjunctionibus opus habent ad connexiones aut disjunctiones enunciatorum, ita eas usurpare, ut jugo auriga utitur, et viminibus Ulysses ad oves Cyclopis. Non enim partem Orationis aut compagem ista vocabula, sed colligandi instrumentum significant, quod ipsa docet appellatio: neque constringuntur iis omnia, sed ea tantum, quæ non dicuntur simpliciter. Nisi velis etiam lorum oneris, et gluten libri partem esse, ac divisiones pecuniæ partem reipublicæ gerendæ: quomodo Demades dixit *pecuniam, quæ populo ex ærario dabatur ad spectaculorum usum, gluten esse popularis in republica sta-*

δημοκρατίας. Ποῖος δὲ σύνδεσμος οὕτως ἓν ἐκ πολλῶν ἀξίωμα ποιεῖ συμπλέκων καὶ συνάπτων, ὡς ἡ μάρμαρος τὸν συλλιπαινόμενον διὰ τοῦ πυρὸς σίδηρον; ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὐδὲ λέγεται τοῦ σιδήρου μέρος· καίτοι ταῦτά γε τοῖς κεραννυμένοις ἐνδυόμενα καὶ συντηκόμενα ποιεῖ τι καὶ πάσχει κοινὸν ἐκ πλειόνων. Τοὺς δὲ συνδέσμους εἰσὶν οἱ μὴ νομίζοντες C ἕν τι ποιεῖν, ἀλλ' ἐξαρίθμησιν εἶναι τὴν διάλεκτον, ὥσπερ ἀρχόντων ἐφεξῆς ἡμερῶν καταλεγομένων.

ε΄. Καὶ μὴν τῶν γε λοιπῶν ἡ μὲν ἀντωνυμία περιφανῶς γένος ὀνόματός ἐστιν, οὐχ ᾗ πτώσεων μετέχει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ κυριωτάτην ἅμα τῇ φύσει ποιεῖν δεῖξιν ἐνίας ἐπὶ τῶν ὡρισμένων ἐκφερομένας. Καὶ οὐκ οἶδ' ὅτι μᾶλλον ὁ Σωκράτην φθεγξάμενος, ἢ ὁ Τοῦτον εἰπὼν, ὀνομαστὶ πρόσωπον δεδήλωκεν.

ς΄. Ἡ δὲ καλουμένη μετοχὴ, μίγμα ῥήματος οὖσα καὶ ὀνόματος, καθ' ἑαυτὴν μὲν οὐκ ἔστιν, ὥσπερ οὐδὲ τὰ κοινὰ θηλυκῶν καὶ ἀρρενικῶν ὀνό- D ματα, συντάττεται δὲ ἐκείνοις, ἐφαπτομένη τοῖς μὲν χρόνοις τῶν ῥημάτων, ταῖς δὲ πτώσεσι τῶν ὀνομάτων. Οἱ δὲ διαλεκτικοὶ τὰ τοιαῦτα καλοῦσιν ἀνακλάστους, οἷον ὁ Φρονῶν ἀπὸ τοῦ Φρονίμου, καὶ ὁ Σωφρονῶν ἀπὸ τοῦ Σώφρονός ἐστιν, ὡς ὀνομάτων καὶ προσηγορίαν καὶ δύναμιν ἔχοντα.

B. 5. ἓν ἐκ πολλῶν] ἓν addidi ex E. habuerunt item Amiot. Mez.
C. 2. ἐφεξῆς ἡμερῶν] Rectius Amiot. et Mez. ἐφεξῆς ἢ ἡμερῶν: itaque in Latinis reddidi.
C. 5. ἅμα τῇ φύσει ποιεῖν δεῖξιν ἐνίας] ἐνίας revocavi ex Ald. Bas. Xyl. B. E. Venet. P. probante Mez. Vulgo, ἐννοίας, quod cum Steph. habent Amiot. Pol. Leonic. Schott. Anon. Porro φύσει mutandum censeo in φάσει: vertendo quidem reddidi.

tus. Quæ vero *Conjunctio* ita ex multis unum facit pronunciatum copulando atque connectendo, ut marmor colliquefactum igni ferrum constringit? Neque tamen marmor ferri pars vel est vel dicitur: quanquam id quidem genus res, dum in liquata subeunt atque penetrant, et afficiunt et afficiuntur vicissim. Conjunctiones sunt qui censeant non unum aliquid efficere, sed esse recensionem, tanquam cum ordine aliquot enumerantur, vel prætores, vel dies.

V. Porro ad reliquas quod attinet Orationis partes, Pronomen manifesto Nominis est species: non tantum quia casus habet eosdem, sed quod nonnulla Pronomina, ubi subjunguntur rebus antea dicendo definitis, simul ac pronunciantur ita continuo efficiunt demonstrationem ejusmodi quæ omnium maxime vim nominis proprii habeat. Neque video uter magis nominatim hominem appellet, isne qui *Socratem*, an is qui *Hunc* dicat.

VI. Quod *Participium* appellatur, mixtum quidpiam e Nomine et Verbo, ipsum pro se nihil est, ut neque communia fœmineorum et virilium Nomina: construitur ergo cum Nomine et cum Verbo, Temporum ratione Verba, Casuum caussa Nomina attingens. Dialectici talia vocant ἀνακλάστους, quasi si *refracta* aut *decerpta* diceres: quia scilicet Nominum et appellationum vim habent: ut cum *militantem* pro milite, *amantem* pro amatore dicas.

ζʹ. Τάς γε μὴν προθέσεις ἔστιν ἐπικράνοις καὶ βάσεσι καὶ ὑποθέμασιν, ὡς οὐ λόγους ἀλλὰ περὶ τοὺς λόγους μᾶλλον οὔσας ὁμοιοῦν. Ὅρα δὲ μὴ κόμμασι καὶ θραύσμασιν ὀνομάτων ἐοίκασιν, ὥσπερ γραμμάτων
E σπαράγμασι καὶ κεραίαις οἱ σπεύδοντες γράφουσι. Τὸ γὰρ Ἐμβῆναι καὶ Ἐκβῆναι, συγκοπὴ προφανής ἐστι τοῦ Ἐντὸς βῆναι καὶ τοῦ Ἐκτὸς βῆναι· καὶ τὸ Προγενέσθαι, τοῦ Πρότερον γενέσθαι· καὶ τὸ Καθίζειν, τοῦ Κάτω ἵζειν· ὥσπερ ἀμέλει τὸ Λίθους βάλλειν καὶ Τοίχους ὀρύσσειν, Λιθοβολεῖν καὶ Τοιχωρυχεῖν, ἐπιταχύνοντες, καὶ σφίγγοντες τὴν φράσιν, λέγουσι.

ηʹ. Διὸ χρείαν μέν τινα τῷ λόγῳ παρέχεται τούτων ἕκαστον, μέρος δὲ λόγου καὶ στοιχεῖον οὐδέν ἐστι, πλὴν, ὥσπερ εἴρηται, τὸ ῥῆμα καὶ τοὔνομα, ποιοῦντα τὴν πρώτην τό, τε ἀληθὲς καὶ τὸ ψεῦδος δεχομένην σύνθεσιν, ἣν
F οἱ μὲν πρότασιν, οἱ δὲ ἀξίωμα, Πλάτων δὲ λόγον προσηγόρευκεν.

VII. Præpoſitiones galearum criſtis, et baſibus atque ſubjicibus licet comparare, quod non Orationes ſint, ſed circa Orationem verſentur. Tu vide, ne fruſtis potius fragmentiſque vocabulorum ſimiles ſint: ſicut literarum portiunculis et apicibus ſcribunt qui feſtinant. Nam ἐμβῆναι et ἐκβῆναι manifeſtum eſt conciſa eſſe pro integris ἐντὸς βῆναι, et ἐκτὸς βῆναι: et προγενέσθαι loco πρότερον γενέσθαι: et καθίζειν pro κάτω ἵζειν ſicut haud dubie etiam λίθους βάλλειν et τοίχους ὀρύττειν feſtinantes orationemque coarctantes dixere λιθοβολεῖν et τοιχωρυχεῖν.

VIII. Proinde unumquodque horum uſum Orationi aliquem præſtat, pars autem et elementum ejus non eſt. Hoc enim, ut docuimus, ſolis Nomini et Verbo debetur honoris; quæ primam iſtam conficiunt juncturam, in qua verum falſumve locum habet, quam *protaſin* alii, alii *axioma*, Plato *logon* ſive Orationem appellat.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝ ΤΙΜΑΙΩ ΨΥΧΟΓΟΝΙΑΣ.

1012 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΗΣ ΕΝ ΤΙΜΑΙΩ ΨΥΧΟΓΟΝΙΑΣ.

Ο ΠΑΤΗΡ ΑΥΤΟΒΟΥΛΩ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΑΡΧΩ

ΕΥ ΠΡΑΤΤΕΙΝ.

PLUTARCHI

DE

ANIMÆ PROCREATIONE, IN TIMÆO PLATONIS.

PATER FILIIS AUTOBULO ET PLUTARCHO S.

B α'. ΕΠΕΙ τὰ πολλάκις εἰρημένα καὶ γεγραμμένα σποράδην ἐν ἑτέροις ἕτερα, τὴν Πλάτωνος ἐξηγουμένοις δόξαν ἣν εἶχεν ὑπὲρ ψυχῆς, ὡς ὑπενοοῦμεν ἡμεῖς, οἴεσθε δεῖν εἰς ἓν συναχθῆναι, καὶ τυχεῖν ἰδίας ἀναγραφῆς, τὸν λόγον τοῦτον οὔτε ἄλλως εὐμεταχείριστον ὄντα, καὶ, διὰ τὸ τοῖς πλείστοις τῶν ἀπὸ Πλάτωνος ὑπεναντιοῦσθαι, δεόμενον παραμυθίας, προεκθήσομαι τὴν λέξιν ὡς ἐν Τι-

B. 6. προεκθήσομαι—] Exordio aliquid ad abſolutionem ſententiæ deeſſe videtur. Mox locus Platonis non niſi partim refertur, etſi Commentarius Plutarchi ad proximum deinceps Platonis locum item accommo-

I. QUANDOQUIDEM cenſuiſtis colligenda, et peculiari comprehendenda commentario ea, quæ ſparſe vel diſſeruimus vel ſcripſimus alias alia, quibus Platonis de Anima ſententiam interpretati ſumus ita, ut nobis ſenſiſſe is viſus fuit; cum ea diſputatio alioqui tractatu difficilis, etiam excuſatione opus habeat, quia pleriſque Platonicorum nonnihil adverſatur, ipſa ego verba de Ti-

μαίῳ γέγραπται. "Τῆς ἀμεροῦς καὶ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ ἐχούσης οὐσίας, καὶ C
"τῆς αὖ περὶ τὰ σώματα γινομένης μεριστῆς, τρίτον ἐξ ἀμφοῖν ἐν μέσῳ
"συνεκεράσατο οὐσίας εἶδος, τῆς τε ταυτοῦ φύσεως αὖ πέρι καὶ τῆς θα-
"τέρου· καὶ κατὰ ταῦτα συνέστησεν ἐν μέσῳ τοῦ τε ἀμεροῦς αὐτὴν καὶ
"τοῦ κατὰ τὰ σώματα μεριστοῦ· καὶ τρία λαβὼν αὐτὰ ὄντα, συνεκερά-
"σατο εἰς μίαν πάντα ἰδέαν, τὴν θατέρου φύσιν δύσμικτον οὖσαν εἰς τὸ
"αὐτὸ συναρμόττων βίᾳ· μιγνὺς δὲ μετὰ τῆς οὐσίας, καὶ ἐκ τριῶν ποιη-
"σάμενος ἕν, πάλιν ὅλον τοῦτο μοίρας εἰς ἃς προσῆκε διένειμεν· ἑκάστην
"δὲ τούτων ἔκ τε ταυτοῦ καὶ θατέρου καὶ τῆς οὐσίας μεμιγμένην· ἤρχετο
"δὲ διαιρεῖν ὧδε." Ταῦτα πρῶτον ὅσας παρέσχηκεν τοῖς ἐξηγουμένοις D
διαφορὰς, ἄπλετον ἔργον ἐστὶ διελθεῖν ἐν τῷ παρόντι, πρὸς δὲ ὑμᾶς ἐντετυχηκότας ὁμοῦ ταῖς πλείσταις καὶ περιττόν. Ἐπεὶ δὲ τῶν δοκιμωτάτων ἀνδρῶν τοὺς μὲν Ξενοκράτης προσηγάγετο, τῆς ψυχῆς τὴν οὐσίαν, ἀριθμὸν αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον ἀποφηνάμενος· οἱ δὲ Κράντορι τῷ Σολεῖ προσέθεντο μιγνύντι τὴν ψυχὴν ἔκ τε τῆς νοητῆς καὶ τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστῆς φύσεως· οἶμαί τι τὴν τούτων ἀνακαλυφθέντων σαφήνειαν ὥσπερ ἐνδόσιμον ὑμῖν παρέξειν.

β'. Ἔστι δὲ βραχὺς ὑπὲρ ἀμφοῖν ὁ λόγος. Οἱ μὲν γὰρ οὐδὲν ἢ γένεσιν

detur, qui locus infra demum post ipsius Commentarium p. 1027, B. refertur, idque novo cum exordio. Nil video, nisi forte aut paginas ab antiquis librariis præpostere descriptas: aut duos Plutarchi de eodem hoc argumento, diversis hominibus inscriptos libros in unum confusos esse. Hinc quidem ad p. 1017. C. omnia continua et apta videntur.

D. 8. ὑμῖν] ἡμῖν B. E. Xyl. et Amiot. vertendo.

mæo Platonis proponam. *Ea ex essentia, quæ Individua est, semperque eodem modo habet, tum ex ea quæ circum corpora Dividua est, tertium quoddam genus intermedium contemperavit, quod etiam inter Ejusdem et Diversi naturam medio loco intercederet: ac proinde id constituit in medio Individuæ naturæ, et ejus quæ circa corpus esset Dividua. Hæc deinde tria sumsit, et in unam omnia ideam sive speciem contemperavit, Diversi naturam, quæ difficulter miscetur, in Idem vi concinnans. Miscens autem cum Essentia, ubi ex tribus unum fecisset, totum hoc in partes, quot esse conveniebat, divisit: quarum quævis conflata esset ex Eodem, Diverso, et Essentia. Sic autem cœpit dividere.* Jamprimum narrare hæc quantam interpretibus materiam dissentiendi præbuerint, in præsentia immensi sit operis, supervacanei etiam apud vos, qui plerasque sententias legistis. Sed quoniam præstantissimorum virorum quosdam Xenocrates ad se pertraxit, Animam dicens numerum esse qui a seipso moveatur: alii Crantorem Solensem amplexi sunt, qui Animam misceri dixit e duabus naturis, quarum altera mente cernatur, alia opinabilis sit et sensilibus inhæreat: nisi fallor, horum, ubi explicata fuerint, perspicuitas quoddam nobis exordium suggeret.

II. Est autem de utroque brevis disputatio. Nam priores nihil putant intelligi debere, quam

E ἀριθμοῦ δηλοῦσθαι νομίζουσι τῇ μίξει τῆς ἀμερίστου καὶ μεριστῆς οὐσίας·
ἀμέριστον μὲν γὰρ εἶναι τὸ ἓν, μεριστὸν δὲ τὸ πλῆθος, ἐκ δὲ τούτων γίνεσθαι
τὸν ἀριθμὸν τοῦ ἑνὸς ὁρίζοντος τὸ πλῆθος, καὶ τῇ ἀπειρίᾳ πέρας ἐντι-
θέντος, ἣν καὶ δυάδα καλοῦσιν ἀόριστον· καὶ Ζαράτας ὁ Πυθαγόρου
διδάσκαλος ταύτην μὲν ἐκάλει τοῦ ἀριθμοῦ μητέρα, τὸ δὲ ἓν, πατέρα·
διὸ καὶ βελτίονας εἶναι τῶν ἀριθμῶν ὅσοι τῇ μονάδι προσεοίκασι· τοῦτον δὲ
F μήπω ψυχὴν τὸν ἀριθμὸν εἶναι· τὸ γὰρ κινητικὸν καὶ τὸ κινητὸν ἐνδεῖν αὐτῷ·
τοῦ δὲ ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου συμμιγέντων, ὧν τὸ μέν ἐστι κινήσεως ἀρχὴ καὶ
μεταβολῆς, τὸ δὲ μονῆς, ψυχὴν γεγονέναι, μηδὲν ἧττον τοῦ ἱστάναι καὶ ἵστασθαι
δύναμιν ἢ τοῦ κινεῖσθαι καὶ κινεῖν οὖσαν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Κράντορα μά-
λιστα τῆς ψυχῆς ἴδιον ὑπολαμβάνοντες ἔργον εἶναι τὸ κρίνειν τά τε νοητὰ
καὶ τὰ αἰσθητὰ, τάς τε τούτων ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς ἄλληλα γινομένας
διαφορὰς καὶ ὁμοιότητας, ἐκ πάντων φασὶν, ἵνα πάντα γινώσκῃ, συγκε-
1013 κρᾶσθαι τὴν ψυχήν· ταῦτα δὲ εἶναι τέτταρα, τὴν νοητὴν φύσιν ἀεὶ κατὰ
τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσαν, καὶ τὴν περὶ τὰ σώματα παθητικὴν καὶ
μεταβλητήν· ἔτι δὲ τὴν ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου, διὰ τὸ κἀκείνων ἑκατέραν
μετέχειν ἑτερότητος καὶ ταυτότητος.

γ΄. Ὁμαλῶς δὲ πάντες οὗτοι, χρόνῳ μὲν οἴονται τὴν ψυχὴν μὴ γεγονέναι, μηδὲ εἶναι γεννητὴν, πλείονας δὲ δυνάμεις ἔχειν, εἰς ἃς ἀναλύοντα θεωρίας ἕνεκα τὴν οὐσίαν αὐτῆς, λόγῳ τὸν Πλάτωνα γινομένην ὑποτίθεσθαι.

F. 3. τὸ δὲ μονῆς, ψυχὴν] Sic B. E. T. V. Xyl. Anon. Vulgo, τὸ δὲ μονὴν ψυχῆς.

exortum numeri, Individuæ et Dividuæ naturæ mixtione geniti; unitatem nimirum eſſe Individuam, Dividuam multitudinem: hinc naſci numerum unitate multitudinem definiente, terminumque infinitati imponente, quam binarium infinitum appellant. Zaratas quoque Pythagoræ præceptor, binarium vocavit numeri matrem, unitatem patrem: ideoque meliores numeros eos eſſe dixit, qui adſimiles eſſent unitati. Hunc tamen numerum nondum eſſe Animam; ei enim deeſſe adhuc vim qua moveat et moveatur. Eodem autem et Diverſo mixtis, (quorum alterum motus eſt et mutationis initium, alterum quietis) Animam exſtitiſſe, vim ſcilicet, cujus eſſet non minus ſiſtere et ſtare, quam moveri et movere. Crantor, ut qui id maxime proprium Animæ officium putaret, judicare ſenſilia et ſub intellectum cadentia, eorumque et inter ſe in ſuo et invicem in diverſo genere diſcrimina atque ſimilitudines, Animam, ut omnia poſſit cognoſcere, ex omnibus ait eſſe concretam: eſſe autem hæc quatuor, naturam intelligibilem quæ ſemper eodem habet modo: tum eam quæ corporibus adeſt mutabilem atque perpeſſionibus obnoxiam: ad hæc Ejuſdem et Diverſi, quod etiam iſtarum utraque particeps ſit Ejuſdem et Diverſi proprietatum.

III. Iſti omnes æque ita ſentiunt, Animam tempore non eſſe ortam, neque originem habere, ſed pluribus eſſe præditam facultatibus, in quas eam Plato contemplationis gratia diſſolvens, po-

καὶ συγκεραννυμένην· τὰ δ' αὐτὰ καὶ περὶ τοῦ κόσμου διανοούμενον, ἐπίστασθαι μὲν ἀΐδιον ὄντα καὶ ἀγένητον· τὸ δὲ ᾧ τρόπῳ συντέτακται καὶ διοικεῖται καταμαθεῖν οὐ ῥᾴδιον ὁρῶντα τοῖς μήτε γένεσιν αὐτοῦ, μηδὲ τῶν B
γενητικῶν σύνοδον ἐξ ἀρχῆς προϋποθεμένοις, ταύτην τὴν ὁδὸν τραπέσθαι. Τοιούτων δὲ τῶν καθόλου λεγομένων, ὁ μὲν Εὔδωρος οὐδετέρους ἀμοιρεῖν οἴεται τοῦ εἰκότος· ἐμοὶ δὲ δοκοῦσι τῆς Πλάτωνος ἀμφότεροι διαμαρτάνειν δόξης, εἰ κανόνι τῷ πιθανῷ χρηστέον, οὐκ ἴδια δόγματα περαίνοντας, ἀλλ' ἐκείνῳ τι βουλομένους λέγειν ὁμολογούμενον. Ἡ μὲν ἐκ τῆς νοητικῆς καὶ τῆς αἰσθητικῆς οὐσίας λεγομένη μίξις οὐ διασαφεῖται πῆ ποτε ψυχῆς μᾶλλον, ἢ τῶν ἄλλων ὅ, τι ἂν τις εἴποι, γένεσίς ἐστιν. C
Αὐτός τε γὰρ ὁ κόσμος οὗτος, καὶ τῶν μερῶν ἕκαστον αὐτοῦ συνέστηκεν ἔκ τε σωματικῆς οὐσίας καὶ νοητῆς· ὧν ἡ μὲν ὕλην καὶ ὑποκείμενον, ἡ δὲ μορφὴν καὶ εἶδος τῷ γενομένῳ παρέσχε· καὶ τῆς μὲν ὕλης τὸ μετοχῇ καὶ εἰκασίᾳ τοῦ νοητοῦ μορφωθὲν εὐθὺς ἁπτὸν καὶ ὁρατόν ἐστιν, ἡ ψυχὴ δὲ πᾶσαν αἴσθησιν ἐκπέφευγεν. Ἀριθμόν γε μὴν ὁ Πλάτων οὐδέποτε τὴν ψυχὴν προσεῖπεν, ἀλλὰ φύσιν αὐτοκίνητον ἀεὶ, καὶ κινήσεως πηγὴν καὶ ἀρχήν· ἀριθμῷ δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἁρμονίᾳ διακεκόσμηκε τὴν οὐσίαν αὐτῆς, ὑποκειμένην καὶ δεχομένην τὸ κάλλιστον εἶδος ὑπὸ τούτων ἐγγινόμενον. D

B. 7. νοητικῆς καὶ τῆς αἰσθητικῆς] Puto corrigendum νοητῆς καὶ τῆς αἰσθητῆς.
C. 1. εἴποι] Melius videtur, sumtum ex B. E. Oxon. Vulgo, εἴπῃ.
C. 7. φύσιν] Sic Steph. ex Schott. Leonic. Anon. Nam Pol. et φύσιν habet, et aliam lectionem κινητικὸν καί. Jannot. κινητικήν. Antea erat κίνησιν, quod magno consensu tuentur Ald. Bas. Xyl. B. E. Oxon. Venet. item in versionibus Turneb. Amiot. Xyl. nec displicet ad sensum, et plus auctoritatis habet recepto.

nit natam esse et commixtam. Eademque illum de mundo etiam sensisse: quem cum sciret esse æternum et nunquam ortum, videret autem difficulter considerari posse quo modo compositus esset et gubernaretur, nisi quis ortum ejus et caussarum ipsum conficientium congressionem ab initio posuisset, isti viæ ac rationi institisse. His ita universe dictis, Eudorus neutrum putat non habere pro se aliquid probabile. Mihi, si probabilitas pro regula judicandi sit habenda, utrique videntur a Platonis opinione aberrasse: si quidem non propria placita concinnare, sed consentientia Platonis sententiæ dicere sit propositum. Quippe illa mixtione ex intelligibili et sensili substantia quam dicunt, non declaratur qui Animæ magis, quam aliarum quarumvis rerum sit procreatio. Nam cum ipse mundus, tum quælibet ejus pars ex istis duabus constat substantiis: quarum hæc materiam et subjectum, illa formam et speciem rei nascenti præbuit: et quidquid materiæ informatum est participatione atque adsimilatione intelligibilis substantiæ statim hoc consequitur, ut tangi viderique possit; Anima autem omnem sensum subterfugit. Plato quidem Animam nusquam dixit esse numerum, sed motum qui seipsum semper cieat, fonsque sit et principium motus: naturam vero ejus numero et harmonia exornavit, subjectam his, formamque in se pulcherrimam recipientem.

Οἴομαι δὲ μὴ ταυτὸν εἶναι τῷ κατὰ ἀριθμὸν συνεστάναι τὴν ψυχὴν τὸ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἀριθμὸν ὑπάρχειν· ἐπεὶ καθ' ἁρμονίαν συνέστηκεν, ἁρμονία δὲ οὐκ ἔστιν, ὡς αὐτὸς ἐν τῷ περὶ Ψυχῆς ἀπέδειξεν. Ἐκφανῶς δὲ τούτοις ἠγνόηται τὸ περὶ ταυτοῦ καὶ τοῦ ἑτέρου. Λέγουσι γὰρ ὡς τὸ μὲν στάσεως, τὸ δὲ κινήσεως συμβάλλεται δύναμιν εἰς τὴν τῆς ψυχῆς γένεσιν· αὐτοῦ Πλάτωνος ἐν τῷ Σοφιστῇ, τὸ ὂν καὶ τὸ ταυτὸν καὶ τὸ ἕτερον, πρὸς δὲ τούτοις, στάσιν καὶ κίνησιν, ὡς ἕκαστον ἑκάστου διαφέρον, καὶ πέντε ὄντα, χωρὶς ἀλλήλων τιθεμένου καὶ διορίζοντος.

E δ'. Ὅ γε μὴν οὗτοί τε κοινῇ καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν χρωμένων Πλάτωνι, φοβούμενοι καὶ παραλυπούμενοι, πάντα μηχανῶνται, καὶ παραβιάζονται καὶ στρέφουσιν, ὥς τι δεινὸν καὶ ἄρρητον οἰόμενοι δεῖν περικαλύπτειν καὶ ἀρνεῖσθαι, τήν τε τοῦ κόσμου τήν τε τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γένεσιν καὶ σύστασιν, οὐκ ἐξ ἀϊδίου συνεστώτων, οὐδὲ τὸν ἄπειρον χρόνον οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ τε λόγου τέτυχε, καὶ νῦν ἀρκέσει ῥηθέν, ὅτι τὸν περὶ θεῶν ἀγῶνα καὶ λόγον, ᾧ Πλάτων ὁμολογεῖ φιλοτιμότατα καὶ παρ' ἡλι-
F κίαν πρὸς τοὺς ἀθέους κεχρῆσθαι, συγχέουσι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἀναιροῦσιν. Εἰ γὰρ ἀγένητος ὁ κόσμος ἐστίν, οἴχεται τῷ Πλάτωνι τὸ πρεσβύτερον τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν οὖσαν ἐξάρχειν μεταβολῆς καὶ κινήσεως πάσης, ἡγεμόνα καὶ πρωτουργόν, ὡς αὐτὸς εἴρηκεν, ἐγκαθεστῶσαν. Τίς δὲ οὖσα

E. 2. παραλυπούμενοι] Ita omnes libri exceptis T. V. Anon. qui habent παραμυθούμενοι, quod præferrem ſi majorem haberet auctoritatem. Nunc malim παραφυλαττόμενοι, vel παραιτούμενοι.

E. 6. περὶ θεῶν] Sic Ald. Baſ. Xyl. B. E. Oxon. At vulgo male, ἐπὶ θεῶν. Significatur locus Leg. X, p. 673. E.

Puto autem non idem eſſe, *ſecundum numerum Animam eſſe conſtitutam*, et *naturam Animæ eſſe numerum*. Nam ſecundum harmoniam conſtituta quidem Anima, nec tamen ipſa harmonia eſt, ut ipſe in Phædone demonſtravit. Liquet autem hos vim Ejuſdem et Diverſi ignoraviſſe, dum alterum quietis, alterum motus cauſſam faciunt: cum Plato in Sophiſta Ens, Idem, Diverſum, Statum, Motum, ut quinque numero, et omnia a ſe invicem differentia poſuerit.

IV. Quod autem communiter hi, et plerique Platonis ſectatorum timentes atque ægre ferentes, omnia moliuntur, vique pervertunt, putantque tanquam flagitioſam et infandam ſententiam debere occultari et negari, quæ mundum ejuſque animam non ex ſempiternis conſtituit principiis, neque infinito tempore talem fuiſſe affirmat; id peculiari diſputatione explicatum eſt: et nunc tantum ſatis eſt dicere, iſtos concertationem, qua Plato fatetur ſumma contentione et præter ætatem ſe uſum adverſus eos qui Deum eſſe negant, confundere, aut potius totam tollere. Si enim origine caret mundus, actum eſt de Platonis ſententia, qui Animam corpore priorem ætate, initium ait motui ac quieti præbuiſſe intus habitantem, eorumque ducem et primam effectricem cauſſam fuiſſe. Quæ

καὶ τίνος ὄντος ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος προτέρα καὶ πρεσβυτέρα λέγεται γεγονέναι, προϊὼν ὁ λόγος ἐνδείξεται· τοῦτο γὰρ ἠγνοημένον ἔοικε τὴν πλείστην ἀπορίαν καὶ ἀπιστίαν παρέχειν τῆς ἀληθοῦς δόξης.

ε΄. Πρῶτον οὖν ἣν ἔχω περὶ τούτων διάνοιαν ἐκθήσομαι, πιστούμενος 1014
τῷ εἰκότι, καὶ παραμυθούμενος ὡς ἔνεστι τὸ ἄηθες τοῦ λόγου καὶ παράδοξον· ἔπειτα ταῖς λέξεσιν ἐπάξω, συνοικειῶν ἅμα τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν ἀπόδειξιν. Ἔχει γὰρ οὕτω κατά γε τὴν ἐμὴν τὰ πράγματα δόξαν. Κόσμον τόνδε, φησὶν Ἡράκλειτος, οὔτε τις θεῶν οὔτ' ἀνθρώπων ἐποίησεν, ὥσπερ φοβηθεὶς μὴ θεοῦ ἀπογνόντες, ἄνθρωπόν τινα γεγονέναι τοῦ κόσμου δημιουργὸν ὑπονοήσωμεν. Βέλτιον οὖν Πλάτωνι πειθομένους, τὸν μὲν κόσμον ὑπὸ θεοῦ γεγονέναι λέγειν καὶ ᾄδειν· ὁ μὲν γὰρ κάλλιστος τῶν γεγονότων, ὁ δὲ
ἄριστος τῶν αἰτιῶν· τὴν δὲ οὐσίαν καὶ ὕλην ἐξ ἧς γέγονεν, οὐ γενομένην, B
ἀλλὰ ὑποκειμένην ἀεὶ τῷ δημιουργῷ, εἰς διάθεσιν καὶ τάξιν αὐτῆς, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐξομοίωσιν ὡς δυνατὸν ἦν ἐμπαρασχεῖν. Οὐ γὰρ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἡ γένεσις, ἀλλ' ἐκ τοῦ μὴ καλῶς μηδ' ἱκανῶς ἔχοντος, ὡς οἰκίας καὶ ἱματίου καὶ ἀνδριάντος. Ἀκοσμία γὰρ ἦν τὰ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως· ἀκοσμία δὲ οὐκ ἀσώματος, οὐδὲ ἀκίνητος, οὐδὲ ἄψυχος· ἀλλὰ ἄμορφον μὲν καὶ ἀσύστατον τὸ σωματικὸν, ἔμπληκτον δὲ καὶ ἄλογον

A. 2. ἄηθες] Non dubitavi vel ex conjectura, sed certissima illa, reponere: item jam Turnebus vertit. Omnes libri habent ἀληθές.

B. 2. τάξιν αὐτῆς] Forte corrigendum, τάξιν αὐτήν.

B. 3. ἐμπαρασχεῖν] Verbum Plutarchei coloris præbent B. E. Oxon. Vulgo, παρασχεῖν.

autem sit vis ratioque Animæ et corporis, ut hæc illo antiquior fuerit, progressu orationis aperietur. Hoc enim ignoratum, videtur plurimum invexisse dubitationis, et de fide veræ sententiæ tantundem derogasse.

V. Principio meam de re sententiam explicabo, eique fidem quantam possum faciam probabilitate inducenda, qua id quod novum plerisque et contrarium receptis videbitur opinionibus excusem. Postea ipsis verbis cum interpretationem tum demonstrationem accommodabo. Sic enim res habet, ut mea quidem fert sententia. *Mundum hunc*, Heraclitus ait, *neque Deorum quisquam, neque hominum fecit:* metuens scilicet, ne postquam de Diis desperavissemus, hominem aliquem mundi opificem fuisse suspicaremur. Præstat itaque Platonis sententiam sequi, atque hoc et dicere et canere, mundum a Deo esse factum: nam et mundus omnium operum est pulcherrimum, et Deus omnium caussarum præstantissima: substantiam autem et materiam ex qua factus est mundus, non natam, sed semper subjectam opifici disponendam se et ordinandam, adque ipsius similitudinem quantum ejus fieri potest effingendam præbuisse. Non enim ex eo quod nihil esset exstitit mundus, sed ex eo quod non pulchre, non recte aut perfecte esset, quomodo fiunt domus, vestis, statua. Fuit nimirum, antequam mundus nasceretur, materies, non corporis illa, non motus, non Animæ expers: sed corpore informi atque incomposito, temerario

τὸ κινητικὸν ἔχουσα· τοῦτο δ' ἦν ἀναρμοσία ψυχῆς οὐκ ἐχούσης λόγον.
C Ὁ γὰρ θεὸς οὔτε σῶμα τὸ ἀσώματον, οὔτε ψυχὴν τὸ ἄψυχον ἐποίησεν·
ἀλλ' ὥσπερ ἁρμονικὸν ἄνδρα καὶ ῥυθμικὸν οὐ φωνὴν ποιεῖν οὐδὲ κίνησιν,
ἐμμελῆ δὲ φωνὴν καὶ κίνησιν εὔρυθμον ἀξιοῦμεν· οὕτως ὁ θεὸς οὔτε τοῦ σώ-
ματος τὸ ἁπτὸν καὶ ἀντίτυπον, οὔτε τῆς ψυχῆς τὸ φανταστικὸν καὶ κινητικὸν
αὐτὸς ἐποίησεν· ἀμφοτέρας δὲ τὰς ἀρχὰς παραλαβὼν, τὴν μὲν, ἀμυδρὰν
καὶ σκοτεινὴν, τὴν δὲ, ταραχώδη καὶ ἀνόητον, ἀτελεῖς δὲ τοῦ προσήκοντος
ἀμφοτέρας καὶ ἀορίστους, ἔταξε καὶ διεκόσμησε καὶ συνήρμοσε, τὸ κάλλιστον
ἀπεργασάμενος καὶ τελειότατον ἐξ αὐτῶν ζῷον. Ἡ μὲν οὖν σώματος
D οὐσία τῆς λεγομένης ὑπ' αὐτοῦ πανδεχοῦς φύσεως, ἕδρας τε καὶ τιθήνης
τῶν γεννητῶν οὐχ ἑτέρα τις ἐστίν.

ς'. Τὴν δὲ τῆς ψυχῆς ἐν Φιλήβῳ μὲν, ἀπειρίαν κέκληκεν ἀριθ-
μοῦ καὶ λόγου στέρησιν οὖσαν, ἐλλείψεώς τε καὶ ὑπερβολῆς καὶ διαφορᾶς
καὶ ἀνομοιότητος ἐν αὐτῇ πέρας οὐδὲν, οὐδὲ μέτρον ἔχουσαν· ἐν δὲ
Τιμαίῳ, τὴν τῇ ἀμερίστῳ συγκεραννυμένην φύσει, καὶ περὶ τὰ σώματα
γίνεσθαι λεγομένην μεριστὴν, οὔτε πλῆθος ἐν μονάσι καὶ στιγμαῖς,
οὔτε μήκη καὶ πλάτη λέγεσθαι νομιστέον, ἃ σώμασι προσήκει, καὶ σω-
E μάτων μᾶλλον ἢ τῆς ψυχῆς ἐστιν, ἀλλὰ τὴν ἄτακτον καὶ ἀόριστον, αὐτο-
κίνητον δὲ καὶ κινητικὴν ἀρχὴν, ἐκείνην ἣν πολλαχοῦ μὲν ἀνάγκην, ἐν δὲ
τοῖς Νόμοις ἄντικρυς ψυχὴν ἄτακτον εἴρηκε καὶ κακοποιόν· αὕτη γὰρ ἦν

D. 8. μήκη καὶ πλάτη] Sic B. E. Venet. Oxon. Vulgo, μήκει καὶ πλάτει. Ald. Bas. Xyl. μήκη καὶ πλάτει.

et bruto motu prædita: erat autem hoc ipsum inconcinnitas Animæ proportione carentis. Etenim Deus neque corpus de incorporeo, neque Animam de inanimo fecit. Sed quomodo virum modorum numerorumque musicorum peritum non vocem aut motum, sed concinnam vocem, numerosumque motum efficere volumus; ita Deus neque corpori ut tangi et resistere, neque Animæ ut imaginari et movere posset indidit: sed utrumque sumens principium, alterum obscurum et tenebricosum, alterum turbulentum et amens, ambo imperfecta atque indefinita, iis ordinandis, digerendis, atque concinnandis, pulcherrimum et perfectissimum confecit animal. Ergo corporis natura alia non est, quam quæ ab eo *omnium receptaculum, sedes, nutrixque* dicitur *rerum ortarum.*

VI. Animæ autem naturam in Philebo appellat infinitatem, utpote numeri et rationis privationem, et in qua defectus, abundantiæ, differentiæ, dissimilitudinis nullus terminus insit, nulla mensura. In Timæo autem cum dicitur Individuæ commixta naturæ, et quæ circa corpora versans Dividua appelletur; neque multitudo unitatum aut punctorum intelligi debet, neque longitudines aut latitudines, quæ corporibus conveniunt, et corporum magis sunt quam Animæ: sed incompositum, infinitum, seipsum movens et præditum movendi facultate principium illud, quod sæpe *Necessitatem*, in Legibus autem palam *Animam inordinatam* dixit et *maleficam.* Ipsa enim ex sese

ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν, νοῦ δὲ καὶ λογισμοῦ καὶ ἁρμονίας ἔμφρονος μετέχειν, ἵνα κόσμου ψυχὴ γένηται. Καὶ γὰρ τὸ πανδεχὲς καὶ ὑλικὸν ἐκεῖνο, μέγεθος μὲν ἐκέκτητο καὶ διάστημα καὶ χώραν· κάλλους δὲ καὶ μορφῆς καὶ σχημάτων μετριότητος ἐνδεῶς εἶχεν· ἔλαχε δὲ τούτων, ἵνα γῆς καὶ θαλάττης καὶ οὐρανοῦ καὶ ἀστέρων φυτῶν τε καὶ ζώων παντοδαπὰ σώματα καὶ ὄργανα γένηται κοσμηθέν. Οἱ δὲ τὴν ἐν Τιμαίῳ λεγομένην ἀνάγκην, ἐν δὲ Φιλήβῳ περὶ τὸ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐλλείψεως F
καὶ ὑπερβολῆς ἀμετρίαν καὶ ἀπειρίαν, τῇ ὕλῃ προστιθέντες, ἀλλὰ μὴ τῇ ψυχῇ, ποῦ θήσονται τὸ τὴν ὕλην ἀεὶ μὲν ἄμορφον καὶ ἀσχημάτιστον ὑπ' αὐτοῦ λέγεσθαι, καὶ πάσης ποιότητος καὶ δυνάμεως οἰκείας ἔρημον, εἰκάζεσθαι δὲ ἀώδεσιν ἐλαίοις, ἃ πρὸς τὰς βαφὰς οἱ μυρεψοὶ λαμβάνουσιν; Οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ ἄποιον καὶ ἀργὸν ἐξ αὑτοῦ καὶ ἀῤῥεπὲς 1015
αἰτίαν κακοῦ καὶ ἀρχὴν ὑποτίθεσθαι τὸν Πλάτωνα, καὶ καλεῖν ἀπειρίαν, αἰσχρὰν καὶ κακοποιὸν, αὖθις δὲ ἀνάγκην, πολλὰ τῷ θεῷ δυσμαχοῦσαν καὶ ἀφηνιάζουσαν. Ἡ γὰρ ἀναστρέφουσα τὸν οὐρανὸν, ὥσπερ ἐν Πολιτικῷ λέγεται, καὶ ἀνελίττουσα πρὸς τοὐναντίον ἀνάγκη, καὶ σύμφυτος ἐπιθυμία, καὶ τὸ τῆς πάλαι ποτὲ φύσεως συντρόφον πολλῆς μετέχον ἀταξίας, πρὶν εἰς τὸν νῦν κόσμον ἀφικέσθαι, πόθεν ἐγγέγονε τοῖς πράγμασιν, εἰ τὸ μὲν ὑποκείμενον ἄποιος ἦν ὕλη καὶ ἄμοιρος αἰτίας B

F. 4. ψυχῇ, ποῦ θήσονται τὸ τὴν ὕλην] Sic unus T. quod ipſa ratio recipiendum ſuaſit. Vulgo, cum ſigno lacunæ, ψυχῇ * γε οὐ θήσονται, τὸ τὴν ὕλην.

B. 1. ἄποιος—ἄμοιρος] Prius dant B. E. poſterius ſine libris correxi: utrumque neceſſario recepi. Vulgo, ἄποιον—ἄμοιρον.

natura talis erat, mentem autem et rationem harmoniamque ſolertem nacta eſt, ut fieret mundi Anima. Nam omnium capax illa materies magnitudinem, intervallum, ſpatiumque habebat: pulchritudine, ſpecie, formarumque mediocritate indigebat: adepta autem ea eſt, dum ita exornata fuit, ut terræ, maris, cœli, ſtellarum, plantarum, animaliumque omnis generis corpora et inſtrumenta exſiſterent. At qui *neceſſitatem* quæ in Timæo dicitur, in Philebo *infinitas atque menſuræ vacuitas ob exſuperantiam et defectum*, materiæ non Animæ tribuunt, quonam id referent, quod materiam idem ſemper informem, omnis qualitatis et facultatis propriæ vacuam aſſerit, ſimilemque ait eſſe olei odoris expertis quo ad tingendum utantur unguentarii? Fieri enim nequit, ut quod ſuapte natura qualitatis exſors, otioſum, et informe eſt, id Plato cauſſam mali principiumque ponat, vocetque *Infinitatem turpem ac maleficam*, rurſuſque *Neceſſitatem frequenter Deo repugnantem et frænos excutientem.* Illa enim, quæ, ut in Politico ait, *cœlum in contrariam torquet partem Neceſſitas et innata cupiditas, et illius priſcæ naturæ una quaſi educata confuſio, antequam in hunc mundum veniret*, undenam in res invecta eſt, ſi ſubjectum qualitate carebat, materies nullam vim cauſſæ habens, opi-

ἁπάσης, ὁ δὲ δημιουργὸς ἀγαθὸς καὶ πάντα βουλόμενος αὐτῷ κατὰ δύναμιν ἐξομοιῶσαι· τρίτον δὲ παρὰ ταῦτα μηθέν. Αἱ γὰρ Στωϊκαὶ καταλαμβάνουσιν ἡμᾶς ἀπορίαι, τὸ κακὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος ἀναιτίως καὶ ἀγενήτως ἐπεισάγοντας· ἐπεὶ τῶν γε ὄντων οὔτε τὸ ἀγαθὸν οὔτε τὸ ἄποιον εἰκός ἐστιν οὐσίαν κακοῦ καὶ γένεσιν παρασχεῖν. ἀλλὰ ταυτὸ Πλάτων οὐκ ἔπαθε τοῖς ὕστερον, οὐδὲ παριδὼν, ὡς ἐκεῖνοι, τὴν μεταξὺ τῆς ὕλης καὶ τοῦ θεοῦ τρίτην ἀρχὴν καὶ δύναμιν, ὑπέμεινε τῶν λόγων τὸν ἀτοπώτατον, ἐπεισόδιον οὐκ
C οἶδα ὅπως ποιοῦντα τὴν τῶν κακῶν φύσιν ἀπ' αὐτομάτου κατὰ συμβεβηκός. Ἐπικούρῳ μὲν γὰρ οὐδὲ ἀκαρὲς ἐγκλῖναι τὴν ἄτομον συγχωροῦσιν, ὡς ἀναίτιον ἐπεισάγοντι κίνησιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· αὐτοὶ δὲ κακίαν καὶ κακοδαιμονίαν τοσαύτην, ἑτέρας τε περὶ σῶμα μυρίας ἀτοπίας καὶ δυσχερείας, αἰτίαν ἐν ταῖς ἀρχαῖς οὐκ ἐχούσας, κατ' ἐπακολούθησιν γεγονέναι λέγουσιν.

ζ'. Ὁ δὲ Πλάτων οὐχ οὕτως· ἀλλὰ τήν γε ὕλην διαφορᾶς ἁπάσης ἀπαλλάττων, καὶ τοῦ θεοῦ τὴν τῶν κακῶν αἰτίαν ἀπωτάτω τιθέμενος, ταῦτα περὶ τοῦ κόσμου γέγραφεν ἐν τῷ Πολιτικῷ, "Παρὰ "μὲν γὰρ τοῦ συνθέντος πάντα τὰ καλὰ κέκτηται· παρὰ δὲ τῆς ἔμ-"προσθεν ἕξεως ὅσα χαλεπὰ καὶ ἄδικα ἐν οὐρανῷ γίνεται, ταῦτα ἐξ
D "ἐκείνης αὐτός τε ἔχει, καὶ τοῖς ζώοις ἐναπεργάζεται." Καὶ μικρὸν ἐπιπροελθὼν, "Προϊόντος δὲ," φησὶ, "τοῦ χρόνου, καὶ λήθης ἐγγινομένης ἐν

B. 8. ὑπέμεινε—φύσιν] Puto corrigendum, ὑπέμεινε, τῶν ἀλόγων τὸ ἀτοπώτατον, ἐπεισόδιον οὐκ οἶδα ὅπως ποιεῖν τὴν τῶν κακῶν φύσιν. Recepta lectio est ex B. E. Oxon. Vulgo, ὑπέμεινε τ. λ. τὸ ἀτοπώτατον, ἐ. οὐκ οἶ. ὅ. ποιοῦντα τῶν κακῶν φύσιν.

C. 9. ἔμπροσθεν] Sic recte in libris Platonis, et confirmatur ab B. E. Oxon. Anon. T. V. Vulgo, ἔξωθεν.

fex autem bonus ipse, omnia sibi quantum res ferret, similia voluit facere? nihil enim est tertium. Nam hic in Stoicorum delabemur angustias, qui malum ex non ente absque caussa et procreatione introducunt: quando de his quæ sunt, neque bonum, neque qualitatis vacuum probabile est substantiam et originem malo præbuisse. Ceterum Platoni non accidit idem quod posterioribus, neque neglecta, quod his usu venit, tertia facultate et principio quod inter materiam et Deum est medio loco, admisit absurdissimum illud commentum, quod, nescio quomodo, malorum naturam aliunde irrepsisse per accidens et casu fingit. Sane Epicuro ne momentaneam quidem atomi inclinationem concedunt, quod eum dicant motum absque caussa ex non ente introducere: ipsi malitiam, tantumque miseriarum aliasque circa corpus infinitas incommoditates et difficultates, quarum nulla in principiis caussa sit, ex consecutione quadam aiunt exstitisse.

VII. Non ita Plato: sed cum materiam omni discrimine liberasset, Deumque a malorum caussa quam longissime collocasset, hæc in Politico scripsit de mundo; *Is enim ab eo qui ipsum composuit, omnia est adeptus bona: quæ autem molesta et injusta fiunt in cœlo, cum ipse a priore habitu habet, tum in animalibus etiam efficit:* ac paulo post: *Progressu autem temporis, oblivione ei obrepente,*

" αὐτῷ, μᾶλλον δυναστεύει τὸ τῆς παλαιᾶς ἀναρμοστίας πάθος, καὶ κιν-
" δυνεύει διαλυθεὶς εἰς τὸν τῆς ἀνομοιότητος ἄπειρον ὄντα τόπον δῦναι
" πάλιν." Ἀνομοιότης δὲ περὶ τὴν ὕλην, ἄποιον καὶ ἀδιάφορον οὖσαν, οὐκ
ἔστιν. Ἀλλὰ μετὰ πολλῶν ἄλλων καὶ Εὔδημος ἀγνοήσας, κατειρωνεύεται τοῦ
Πλάτωνος, ὡς τὴν πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ μητέρα καὶ τιθήνην προσαγο-
ρευομένην, αἰτίαν κακῶν, ῥίζαν, ἀρχὴν ἀποφαίνοντος. Ὁ γὰρ Πλάτων
μητέρα μὲν καὶ τιθήνην καλεῖ τὴν ὕλην· αἰτίαν δὲ κακοῦ, τὴν κινητικὴν
τῆς ὕλης, καὶ περὶ τὰ σώματα γινομένην μεριστὴν, ἄτακτον καὶ ἄλογον, E
οὐκ ἄψυχον δὲ κίνησιν, ἣν ἐν Νόμοις, ὥσπερ εἴρηται, ψυχὴν ἐναντίαν καὶ
ἀντίπαλον τῇ ἀγαθουργῷ προσεῖπε. Ψυχὴ γὰρ αἰτία κινήσεως καὶ ἀρχὴ,
νοῦς δὲ, τάξεως καὶ συμφωνίας περὶ κίνησιν. Ὁ γὰρ θεὸς οὐκ ἀνέστησε τὴν
ὕλην ἀργοῦσαν, ἀλλ' ἔστησεν ὑπὸ τῆς ἀνοήτου ταραττομένην αἰτίας· οὐδὲ
ἀρχὰς τῇ φύσει μεταβολῆς καὶ παθῶν παρέσχεν, ἀλλ' οὔσης ἐν πάθεσι παν-
τοδαποῖς καὶ μεταβολαῖς ἀτάκτοις, ἐξεῖλε τὴν πολλὴν ἀοριστίαν καὶ πλημ- F
μέλειαν, ἁρμονίᾳ καὶ ἀναλογίᾳ καὶ ἀριθμῷ χρώμενος ὀργάνοις· ὧν
ἔργον ἐστὶν, οὐ μεταβολῇ καὶ κινήσει ἑτερότητος πάθη καὶ διαφορὰς
παρέχειν τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀπλανῆ καὶ στάσιμα, καὶ τοῖς
κατὰ τὰ αὐτὰ ὡσαύτως ἔχουσιν ὅμοια ποιεῖν. Ἡ μὲν οὖν διάνοια τοιαύτη,
κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν, τοῦ Πλάτωνος.

D. 7. ὡς τὴν πολλάκις] Vulgo, ὡς οὐκ αὐτὴν πολλάκις. B. E. ὡς τὴν πολλάκις, relicto inter primam et proximam vocem ſpatio. Atqui ut nil deeſſe videtur, et ſententia ipſa poſtulat, ita ſcripſi.
D. 8. ῥίζαν, ἀρχὴν] B. E. καὶ ἀρχήν. Scribendum, ῥίζαν καὶ ἀρχήν.

magis etiam obtinuit priſcæ inconcinnitatis morbus, periculumque eſt ne diſſolutus rurſum ſubeat infinitum diſſimilitudinis locum. Diſſimilitudo autem non eſt in materia, quæ caret qualitate et differentiis. Quod cum aliis multis ignorans Eudemus, Platonem ſubſannat, quaſi hic dum ſæpenumero *matrem et nutricem rerum* vocat materiam, etiam *malorum cauſſam, radicem, principium* dixerit. Plato enim *matris nutricisque* nomine materiam afficit: cauſſam autem malorum eam vim, quæ materiam movet, et circa corpora eſt Dividua, inordinata, bruta, non tamen Animæ exſors motio, facit: quam in Legibus, ut dixi, *Animam* vocat *contrariam et adverſantem beneficæ.* Anima enim cauſſa eſt et principium motus; mens, ordinis et conſonantiæ in motu. Neque Deus materiam otioſam conſtituit, ſed ſtabilivit a bruta turbatam cauſſa: neque principia mutationis et affectionum indidit naturæ: ſed cum ea omnis generis motibus atque affectionibus inordinatis exagitaretur, magnam illam Infinitatem pravitatemque exemit, inſtrumentis uſus harmonia, proportione, et numero; quorum opus eſt, non mutatione et motu diverſitates et diſcrimina in rebus efficere, ſed ea potius ſtabilia, certa, et eorum quæ eodem ſemper ſunt modo ſimilia reddere. Atque hæc eſt, mea quidem opinio ut fert, Platonis ſententia.

η΄. Ἀπόδειξις δὲ πρώτη μὲν, ἡ τῆς λεγομένης καὶ δοκούσης αὐτοῦ
1016 πρὸς ἑαυτὸν ἀσυμφωνίας καὶ διαφορᾶς λύσις. Οὐδὲ γὰρ σοφιστῇ κραιπα-
λῶντι, πόθεν γε δὴ Πλάτωνι, τοιαύτην ἄν τις ἀναθείη, περὶ οὓς ἐσπουδάκει
μάλιστα τῶν λόγων, ταραχὴν καὶ ἀνωμαλίαν, ὥστε τὴν αὐτὴν φύσιν ὁμοῦ καὶ
ἀγένητον ἀποφαίνειν καὶ γινομένην· ἀγένητον μὲν ἐν Φαίδρῳ τὴν ψυχήν·
ἐν δὲ Τιμαίῳ, γινομένην. Ἡ μὲν οὖν ἐν Φαίδρῳ διάλεκτος ὀλίγου δεῖν
ἅπασιν διὰ στόματός ἐστιν, τῷ ἀγενήτῳ τὸ ἀνώλεθρον, τῷ δὲ αὐτοκινήτῳ
πιστουμένη τὸ ἀγένητον αὐτῆς· ἐν δὲ Τιμαίῳ, "Τὴν δὲ ψυχὴν," φησὶν,
"οὐχ ὡς νῦν ὑστέραν ἐπιχειροῦμεν λέγειν, οὕτως ἐμηχανήσατο καὶ ὁ θεὸς
B "νεωτέραν· οὐ γὰρ ἂν ἄρχεσθαι πρεσβύτερον ὑπὸ νεωτέρου συνέρξας,
"εἴασεν· ἀλλά πως ἡμεῖς πολὺ μετέχοντες τοῦ προστυχόντος τε καὶ εἰκῇ,
"ταύτῃ πῃ καὶ λέγομεν· ὁ δὲ καὶ γενέσει καὶ ἀρετῇ προτέραν τὴν ψυχὴν σώ-
"ματος ὡς δεσπότιν καὶ ἄρξουσαν ἀρξομένου συνεστήσατο." Καὶ πάλιν,
εἰπὼν ὡς, "αὐτὴ ἐν ἑαυτῇ στρεφομένη, θείαν ἀρχὴν ἤρξατο ἀπαύστου καὶ
"ἔμφρονος βίου, Τὸ μὲν δὴ σῶμα," φησὶν, "ὁρατὸν οὐρανοῦ γέγονεν, αὐτὴ
"δὲ ἀόρατος μὲν, λογισμοῦ δὲ μετέχουσα καὶ ἁρμονίας ψυχὴ, τῶν νοητῶν
"ἀεί τε ὄντων ὑπὸ τοῦ ἀρίστου ἀρίστη γενομένη τῶν γεννηθέντων." Ἐνταῦθα
C γὰρ τὸν μὲν θεὸν ἄριστον εἰπὼν τῶν ἀεὶ ὄντων, τὴν δὲ ψυχὴν, ἀρίστην τῶν
γεννηθέντων, σαφεστάτῃ ταύτῃ τῇ διαφορᾷ καὶ ἀντιθέσει τὸ ἀΐδιον αὐτῆς
καὶ τὸ ἀγένητον ἀφῄρηται.

A. 5. γινομένην] Malim γενομένην.

VIII. Demonſtratio autem prima erit, ſi ea, in quibus ipſe ſibi dicitur ac putatur contraria dixiſſe, expediamus. Nam ne ſophiſtæ quidem ebrio, ne dum Platoni tanta imputanda ſit perturbatio et inconſtantia, ea in diſputatione quam ſummo ſtudio tractaverit; ut eandem naturam ſimul et *nunquam natam*, et *ortam*, dicat: quorum hoc in Timæo, illud in Phædro aiunt exſtare. Verba quidem de Phædro omnibus fere in ore ſunt, ubi quod Anima non ſit genita, ex eo probatur quia ſe ipſam movet: et quod non interitura, ex eo quia non ſit genita. In Timæo, *Animam vero*, inquit, *non ut nunc poſteriorem conamur dicere, ita etiam Deus machinatus eſt corpore juniorem: non enim ſiviſſet majus natu cum natu minore copulatum ei parere: ſed nos, quibus multum temeritatis ac fortuiti adeſt, ſic etiam loquimur: ille autem et ortu et virtute priorem Animam corpore, tanquam dominam et obtemperanti imperaturam condidit.* Et rurſus, cum dixiſſet, *ipſam in ſeipſa converſantem vitæ perennis et ſapientis initium divinum feciſſe*, hæc ſubdit, *Corpus cœli factum eſt adſpectabile, Anima autem quæ videri nequeat, ſed rationis ſit et harmoniæ particeps, a præſtantiſſimo intelligibilium ſemperque manentium ipſa rerum natarum præſtantiſſima facta.* Hic Deum rerum ſempiternarum præſtantiſſimum, animam rerum factarum optimam dicens, manifeſtiſſimo diſcrimine et oppoſitione uſus, æternam et non ortam naturam Animæ ademit.

θ'. Τίς τούτων ἐπανόρθωσις ἑτέρα, πλὴν ἧς αὐτὸς δίδωσι τοῖς δέχεσθαι βουλομένοις; Ἀγέννητον μὲν γὰρ ἀποφαίνει ψυχὴν τὴν πρὸ τῆς κόσμου γενέσεως πλημμελῶς πάντα καὶ ἀτάκτως κινοῦσαν· γινομένην δὲ καὶ γεννητὴν πάλιν, ἣν ὁ θεὸς ἔκ τε ταύτης καὶ τῆς μονίμου τε καὶ ἀρίστης οὐσίας ἐκείνης ἔμφρονα καὶ τεταγμένην ἀπεργασάμενος, καὶ καθάπερ εἶδος καὶ τῷ αἰσθητικῷ τὸ νοερὸν, καὶ τῷ κινητικῷ τὸ τεταγμένον ἀπ' αὐτοῦ παρασχὼν, ἡγεμόνα τοῦ παντὸς ἐγκατέστησεν. Οὕτω γὰρ καὶ τὸ σῶμα τοῦ D κόσμου, πῇ μὲν ἀγέννητον ἀποφαίνει, πῇ δὲ γεννητόν. Ὅταν μὲν γὰρ εἴπῃ, "πᾶν ὅσον ἦν ὁρατὸν, οὐχ ἡσυχίαν ἄγον, ἀλλὰ κινούμενον ἀτάκτως, τὸν "θεὸν παραλαβόντα διακοσμεῖν" καὶ πάλιν, "τὰ τέτταρα γένη, πῦρ, καὶ "ὕδωρ, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, πρὶν ἢ τὸ πᾶν ὑπ' αὐτῶν διακοσμηθὲν γενέσθαι, "σεισμὸν ἐμποιεῖν τῇ ὕλῃ, καὶ ὑπ' ἐκείνης τινάσσεσθαι διὰ τὴν ἀνωμα- "λίαν" ὄντα που ποιεῖ καὶ ὑποκείμενα τὰ σώματα πρὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. Ὅταν δὲ πάλιν λέγῃ, "τῆς ψυχῆς νεώτερον γεγονέναι τὸ σῶμα, E "καὶ τὸν κόσμον εἶναι γεννητὸν, ὅτι ὁρατὸς καὶ ἁπτὸς καὶ σῶμα ἔχων ἐστὶ, τὰ δὲ "τοιαῦτα γιγνόμενα καὶ γεννητὰ ἐφάνη," παντὶ δῆλον ὡς γένεσιν τῇ φύσει τοῦ σώματος ἀποδίδωσιν. Ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ τἀναντία λέγειν καὶ διαφέρεσθαι πρὸς αὑτὸν οὕτως ἐκφανῶς ἐν τοῖς μεγίστοις. Οὐ γὰρ ὡσαύτως οὐδὲ ταυτὸ σῶμα γίνεσθαί τε φησὶν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ εἶναι πρὶν ἢ γενέσθαι· ταῦτα γὰρ ἄντικρυς φαρμακῶντός ἐστιν· ἀλλὰ τί δεῖ νοεῖν γένεσιν, αὐτὸς

C. 8. καθάπερ εἶδος] B. κατ' εἶδος. Nec hoc, nec vulgatum, sanum videtur.

IX. Quomodo ergo hæc melius explicabuntur, quam ea ratione, quam accipere volentibus ipse tradit? Ortus enim expertem ait eam Animam, quæ ante mundi ortum omnia vitiose et confuse movit: rursum ortam et natam eam, quam Deus ex hac et stabili optimaque illa natura prudentem ordinatamque confecit, et tanquam formam sensili intelligibilem, moventi ordinatam præbens, ducem Universi constituit. Hoc enim modo etiam corpus mundi alicubi generatum, alicubi non genitum ponit. Cum enim dicit, *omne quod sub adspectum cadit non quievisse, sed cum inordinatis cieretur motibus, Deum id sumsisse et concinnasse:* item, *quatuor hæc genera, ignem, aquam, terram, et aërem, antequam Universum iis dispositis conficeretur, motum intulisse materiæ, ab eaque ob inæqualitatem fuisse concussa*, sane corpora facit quæ alicubi fuerint ac substiterint ante mundi originem. Rursum, *corpus Anima posterius* dicens, *et mundum esse factum, quia videri et tangi possit, quia corpus habeat; talia autem ostensum sit orta et nata esse*, nemo non videt eum corporis naturæ ortum tribuere. Verum longe ab eo abest Plato, ut secum ipse palam dissentiat ac pugnantia dicat de rebus maximis. Non enim eodem modo, neque idem corpus a Deo factum ait, et fuisse antequam nasceretur: hoc enim palam esset præstigiis uti: sed quid intelligendum sit vocabulo *ortus* ipse do-

F διδάσκει. “Τὸ μὲν γὰρ πρὸ τοῦ,” φησί, “ταῦτα πάντα εἶχεν ἀλόγως
“καὶ ἀμέτρως· ὅτε δὲ ἐπεχειρεῖτο κοσμεῖσθαι τὸ πᾶν, πῦρ πρῶτον καὶ
“ὕδωρ καὶ γῆν καὶ ἀέρα, ἴχνη μὲν ἔχοντα αὐτὰ αὐτῶν παντάπασιν ἦν
“διακείμενα, ὥσπερ εἰκὸς ἔχειν ἅπαν, ὅταν ἀπῇ τινὸς θεός· οὕτω δὴ τότε
“πεφυκότα ταῦτα, πρῶτον διεσχηματίσατο εἴδεσι καὶ ἀριθμοῖς.” Ἔτι δὲ
πρότερον εἰπὼν ὡς, “οὐ μιᾶς ἔργον ἦν ἀναλογίας, ἀλλὰ δυεῖν, τὸ συν-
“δῆσαι στερεὸν ὄντα καὶ βάθος ἔχοντα τὸν τοῦ παντὸς ὄγκον, καὶ διελθὼν ὅτι
“πυρὸς καὶ γῆς ὕδωρ ἀέρα τε ὁ θεὸς ἐν μέσῳ θεὶς, συνέδησε καὶ συν-
“εστήσατο τὸν οὐρανὸν, Ἔκ τε δὴ τούτων,” φησί, “τοιούτων καὶ τὸν ἀριθμὸν
1017 “τεττάρων, τὸ τοῦ κόσμου σῶμα ἐγεννήθη, δι' ἀναλογίας ὁμολογῆσαν·
“φιλίαν τε ἔσχεν ἐκ τούτων, ὥστε εἰς ταυτὸ αὐτῷ συνελθὸν, ἄλυτον ὑπὸ
“τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπὸ τοῦ συνδήσαντος, γενέσθαι·” σαφέστατα διδάσκων
ὡς οὐχὶ σώματος ἁπλῶς, οὐδὲ ὄγκου καὶ ὕλης, ἀλλὰ συμμετρίας περὶ
σῶμα καὶ κάλλους καὶ ὁμοιότητος ἦν ὁ θεὸς πατὴρ καὶ δημιουργός. Ταῦτα
δεῖ διανοεῖσθαι καὶ περὶ ψυχῆς, ὡς τὴν μὲν οὔτε ὑπὸ τοῦ θεοῦ γενομένην,
οὔτε κόσμου ψυχὴν οὖσαν, ἀλλά τινα φανταστικῆς καὶ δοξαστικῆς, ἀλόγου
δὲ καὶ ἀτάκτου φορᾶς καὶ ὁρμῆς δύναμιν αὐτοκίνητον καὶ ἀεικίνητον· τὴν
B δὲ αὐτὸς ὁ θεὸς διαρμοσάμενος τοῖς προσήκουσιν ἀριθμοῖς καὶ λόγοις
ἐγκατέστησεν ἡγεμόνα τοῦ κόσμου γεγονότος γεννητὴν οὖσαν.

F. 3. ἔχοντα—διακείμενα] In editis Platonis libris est, ἔχοντα αὐτῶν ἄττα, παντάπασι μὴν διακείμενα· itaque Xyl. edidit, recte. Nostra lectio est a Stephano, non quidem optima, nec tamen, ut nunc est, loco movenda.

cet. *Antehac*, inquit, *omnia ratione et ordine carebant: verum ubi Deus aggressus est digerere universum, ignem primum, aquam, terram, et aërem: (quæ vestigia quidem suarum formarum aliqua habebant, ita tamen affecta erant, ut par est nihil non affectum esse a quo Deus absit) hæc ergo primum conformavit specie et numero quodque suo.* Etiam ante cum dixisset, *non unius, sed duarum proportionum opus fuisse molem Universi solidam et crassitie præditam constringere*, explicavissetque, *igne, terra aqua, et aëre in medio positis Deum cælum constrinxisse atque constituisse*, hæc adjicit, *Ex his talibus et numero quaternario contentis, corpus mundi natum est, proportione consentiens: atque hinc amicitia ea præditum, ut ipsum in sese conveniens, dissolvi ab aliis rebus, eo excepto qui colligavit, nequeat.* Quibus verbis manifestissime docet, non corporis simpliciter, non molis, non materiæ, sed concinnitatis in corpore, pulchritudinis, similitudinisque Deum fuisse patrem et opificem. Hæc cogitanda sunt etiam de Anima; nimirum aliam neque a Deo esse procreatam, neque Animam esse mundi, sed facultatem imaginatricis et opiniosæ, brutæ interim incompositæque, motionis et incitationis, quæ seipsam, idque semper, moveat: aliam esse, quam Deus convenientibus numeris rationibusque conditam ac genitam, principem nato mundo indiderit atque præfecerit.

ι'. Ὅτι δὲ περὶ τούτων διενοεῖτο ταῦτα, καὶ οὐ θεωρίας ἕνεκα, τοῦ τε κόσμου μὴ γινομένου καὶ τῆς ψυχῆς ὁμοίως ὑπετίθετο σύστασιν καὶ γένεσιν, ἐκεῖνο πρὸς πολλοῖς τεκμήριόν ἐστι, τὸ τὴν μὲν ψυχὴν ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἀγένητον, ὥσπερ εἴρηται, καὶ γενητὴν λέγεσθαι· τὸν δὲ κόσμον, ἀεὶ μὲν γεγονότα καὶ γενητὸν, ἀγένητον δὲ μηδέποτε, μηδὲ ἀΐδιον. Τὰ μὲν οὖν ἐν Τιμαίῳ τί δεῖ προφέρειν; ὅλον γὰρ καὶ πᾶν τὸ σύγγραμμα περὶ κόσμου γενέσεως ἄχρι τέλους ἀπ' ἀρχῆς ἐστι. Τῶν δὲ ἄλλων, ἐν μὲν Ἀτλαντικῷ προσευχόμενος ὁ Τίμαιος ὀνομάζει, "τὸν πάλαι μὲν ἔργῳ γεγονότα, νῦν δὲ C "λόγῳ θεόν·" ἐν Πολιτικῷ δὲ ὁ Παρμενίδειος ξένος, "τὸν κόσμον ὑπὸ τοῦ θεοῦ "συντεθέντα," φησὶ, "πολλῶν ἀγαθῶν μεταλαβεῖν, εἰ δέ τι φλαῦρόν ἐστιν "ἢ χαλεπὸν, ἐκ τῆς προτέρας ἕξεως ἀναρμόστου καὶ ἀλόγου συμμεμιγμένον "ἔχειν·" ἐν δὲ τῇ Πολιτείᾳ περὶ τοῦ ἀριθμοῦ, ὃν γάμον ἔνιοι καλοῦσιν, ὁ Σωκράτης ἀρχόμενος λέγειν, "ἔστι δὲ," φησὶ, "θείῳ μὲν γενητῷ περίοδος, "ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος·" οὐκ ἄλλο καλῶν θεῖον γενητὸν, ἢ τὸν κόσμον.

ια'. Ἐνθάδε * ἡ τῶν τριῶν καὶ μιᾶς· τρίτη δὲ, ἡ τῶν ε' καὶ ς'· ὧν οὐδεμία

B. 3 τοῦ τε κόσμου μὴ γινομένου—ὁμοίως] μὴ addidi ex Veneto: tum ὁμοίως mutandum in ὅμως: itaque verti; nec ſenſus aliter conſtat. Nam aliquid deſideratum fuiſſe jam antiquitus, arguit lacunula poſt τεκμήριόν ἐστι in B. E. Nunc locum ſanatum dicam.

B. 8. προφέρειν] Sic B. Vulgo, προσφέρειν.

C. 1. προσευχόμενος] Sic B. E. Oxon. Anon. T. V. Xyl. et ipſe Plato. Vulgo, προσεχόμενος.

C. 9. Ἐνθάδε * ἡ τῶν τριῶν] Multa excidiſſe res ipſa arguit. In Ald. Baſ. Xyl. continua ſunt, ſine vacuo ſpatio. In B. E. κόσμον δὲ ἡ τριῶν. Oxon. κόσμον ἐν δὲ τριῶν. Venet. κόσμον ἐν ρα δὲ τριῶν. Jannot. T. Anon. λείπει τι. Proxima ante ἡ τριῶν ejuſmodi fuiſſe videntur: Τῆς μὲν οὖν Πυθαγορικῆς τετρακτύος ἡ πρώτη συζυγία ἐστὶ μονάδος καὶ δυάδος· δευτέρα δὲ ἡ τριῶν καὶ τεττάρων· τρίτη δὲ ἡ τῶν ε' καὶ ς'. Sic partim verti. Hæc omnia et ſequentia referuntur ad locum Timæi ſuperiori loco p. 1012 D. continuum, et infra p. 1027 B. exhibitum: quem hic excidiſſe manifeſtum eſt. Quam confuſionem fuiſſe dicam? paginarumne, an duorum diverſorum libellorum, an duarum ejuſdem libelli editionum? Confuſionem, certe.

X. Hæc illum ſenſiſſe, et non contemplationis cauſſa cum ipſius mundi, tum Animæ, quanquam non generatorum, tamen generationem et ortum finxiſſe, præter multa alia hoc etiam arguitur, quod Animam alias non genitam, alias genitam, uti docuimus, mundum ſemper ortum et natum, nunquam non natum, nunquam ſempiternum dixit. Quæ in Timæo diſputat, quid attinet huc afferre? cum is liber totus a capite ad calcem de mundi ortu ſit. Alias in Atlantico Timæus vota faciens, nominat eum *Deum qui olim opere, nunc ratione exſtet:* in Politico Parmenideus hoſpes *mundum a Deo compoſitum multa*, ait, *bona eſſe adeptum: ſi quid habet vitioſum aut incommodum, id ex admixto priore habitu inconcinno et bruto habere:* In Republica de numero diſſerere orſus Socrates, quem nonnulli Conjugium vocant, *Eſt autem divinæ*, inquit, *naturæ progenitæ ſua converſio, quæ numero perfecto comprehenditur:* divinam naturam progenitam nihil vocans aliud, quam mundum.

XI. Hic vero * prima copulatio eſt unius et duum, ſecunda ternarii et quaternarii, tertia qui-

ποιεῖ τετράγωνον, οὔτε αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν, οὔτε μετὰ τῶν ἄλλων· τετάρτη
D μέν ἐστι, συντιθεμένη δὲ ταῖς πρώταις τριακονταέξ, τετράγωνον παρέχειν. Ἡ δὲ τῶν ὑπὸ Πλάτωνος ἐκκειμένων ἀριθμῶν τετρακτὺς ἐντελεστέραν ἔσχηκε τὴν γένεσιν, τῶν μὲν ἀρτίων, ἀρτίοις διαστήμασι, τῶν δὲ περιττῶν, περιττοῖς πολλαπλασιασθέντων· περιέχει δὲ τὴν μὲν μονάδα, κοινὴν οὖσαν ἀρχὴν ἀρτίων καὶ περιττῶν, τῶν δ' ὑπ' αὐτῇ τὰ μὲν δύο καὶ τρία πρώτους ἐπιπέδους, τὰ δὲ τέτταρα καὶ ἐννέα πρώτους τετραγώνους, τὰ δὲ ὀκτὼ καὶ εἰκοσιεπτὰ πρώτους κύβους ἐν ἀριθμοῖς, ἔξω λόγου τῆς μονάδος
E τιθεμένης. Ἡ, καὶ δῆλός ἐστι βουλόμενος οὐκ ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἅπαντας, ἀλλ' ἐναλλὰξ καὶ ἰδίᾳ, τάττεσθαι τοὺς ἀρτίους μετ' ἀλλήλων, καὶ πάλιν τοὺς περιττοὺς, καὶ ὑπογέγραπται. Οὕτως καὶ αἱ συζυγίαι τῶν ὁμοίων ἔσονται πρὸς τοὺς ὁμοίους, καὶ ποιήσουσιν ἀριθμοὺς ἐπιφανεῖς κατά τε σύνθεσιν καὶ πολλαπλασιασμὸν ἐξ ἀλλήλων.

ιβ'. Κατὰ σύνθεσιν οὕτως· τὰ δύο καὶ τὰ τρία, πέντε γίνεται· τὰ τέσσαρα καὶ ἐννέα, τρισκαίδεκα· τὰ δὲ ὀκτὼ καὶ εἰκοσιεπτὰ, πέντε
F καὶ τριάκοντα. Τούτων γὰρ τῶν ἀριθμῶν οἱ Πυθαγορικοὶ, τὰ μὲν ε', τροφὸν, ὅπερ ἐστὶ φθόγγον, ἐκάλουν· οἰόμενοι τῶν τοῦ τόνου διαστημάτων πρῶτον εἶναι φθεγκτὸν τὸ πέμπτον· τὰ δὲ τρισκαίδεκα, λεῖμμα, καθάπερ Πλάτων, τὴν εἰς ἴσα τοῦ τόνου διανομὴν ἀπογινώσκοντες· τὰ δὲ πέντε καὶ τριάκοντα, ἁρμονίαν, ὅτι συνέστηκεν ἐκ δυοῖν κύβων

D 1. ἐστι, συντιθεμένη] Numeri exciderunt, et sic integrandus locus, ἐστιν ἡ τῶν ζ' καὶ η', συντιθεμένη: itaque verterunt Amiot. et Xyl. rectius quam Turnebus.

narii et senarii, quarum nulla vel per se, vel cum reliquis conjuncta quadratum numerum facit: quarta est septenarii et octonarii, quæ reliquis adjecta, XXXVI conficit, quadratum numerum. Illa autem tetractys, seu quaternio, numerorum a Platone expositorum perfectiorem habet procreationem, ubi pares paribus, impares imparibus intervallis multiplicantur. Continet autem unitatem, commune principium parium et imparium; deinde duo et tria, qui primi sunt eorum quos *planos* seu superficiem referentes dicunt; tum quatuor et novem, primos quadratos; denique octo et viginti septem, qui primi in numeris, unitate posthabita, sunt cubi. Unde etiam liquet eum numeros istos non voluisse in una recta linea disponi, sed duobus ordinibus, quorum unus pares, alter impares contineret, sicuti subscripsimus. Ita copulabuntur scilicet similes cum similibus, producentque numeros planos, et compositi inter se, et multiplicati.

XII. Compositione sic: II et III, sunt V: IV et IX, sunt XIII: VIII et XXVII, sunt XXXV. De his enim Pythagorici quinarium *trophon*, id est sonum appellaverunt, rati de tonorum intervallis quintum primum esse, quod sonari possit: XIII autem *leimma* iis dicitur, quasi defectus, quod de partitione toni in æquales partes desperavissent: XXXV autem *harmoniam* vocant, quia conflatur e duobus

πρώτων ἀπ' ἀρτίου καὶ περιττοῦ γεγονότων, ἐκ τεσσάρων δὲ ἀριθμῶν, τοῦ ϛ' καὶ τοῦ η' καὶ τοῦ θ' καὶ ιβ', τὴν ἀριθμητικὴν καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἀναλο-
γίαν περιεχόντων. Ἔσται δὲ μᾶλλον ἡ δύναμις ἐκφανὴς ἐπὶ διαγράμ- 1018
ματος. Ἔστω τὸ α' β' γ' δ', παραλληλόγραμμον ὀρθογώνιον, ἔχον τῶν πλευρῶν τὴν α' β' πέντε, τὴν δὲ α' δ' ἑπτά· καὶ τμηθείσης τῆς μὲν ἐλάττονος εἰς δύο καὶ τρία, κατὰ τὸ κ', τῆς δὲ μείζονος εἰς τρία καὶ τέτταρα κατὰ τὸ λ', διήχθωσαν ἀπὸ τῶν τομῶν εὐθεῖαι τέμνουσαι ἀλλήλας κατὰ τὸ κ', μ', ν', καὶ κατὰ τὸ λ' μ' ξ'. Καὶ τὸ μὲν α' κ' μ' λ', ἕξ· τὸ δὲ κ' β' ξ' μ' ἐννέα· τὸ δὲ λ', μ', ν', δ', ὀκτώ· τὸ δὲ μ' ξ' γ' ν', δώδεκα· τὸ δὲ ὅλον παραλληλόγραμμον τριάκοντα καὶ πέντε τοὺς τῶν συμφωνιῶν τῶν πρώτων λόγους
ἐν τοῖς τῶν χωρίων ἀριθμοῖς, εἰς ἃ διῄρηται, περιέχον. Τὰ μὲν οὖν ἓξ B
καὶ ὀκτὼ τὸν ἐπίτριτον ἔχει λόγον, ἐν ᾧ τὸ διὰ τεσσάρων· τὰ δὲ ἓξ καὶ ἐννέα, τὸν ἡμιόλιον, ἐν ᾧ τὸ διὰ πέντε· τὰ δὲ ἓξ καὶ τὰ ιβ', τὸν διπλάσιον, ἐν ᾧ τὸ διὰ πασῶν· ἔνεστι δὲ καὶ ὁ τοῦ τόνου λόγος ἐπόγδοος ὢν ἐν τοῖς ἐννέα καὶ ὀκτώ· διὰ τοῦτο καὶ ἁρμονίαν τὸν περιέχοντα τοὺς λόγους τούτους ἀριθμὸν ἐκάλεσαν. Ἑξάκις δὲ γινόμενος τὸν τῶν δέκα ποιεῖ καὶ διακοσίων ἀριθμὸν, ἐν ὅσαις λέγεται ἡμέραις τὰ ἑπτάμηνα τῶν βρεφῶν τελεογονεῖσθαι.

ιγ'. Πάλιν δὲ ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς κατὰ πολλαπλασιασμὸν, ὁ μὲν δὶς γ', τὸν ϛ' ποιεῖ· ὁ δὲ τετράκις ἐννέα, τὸν τριακονταέξ·

A. 6. Καὶ τὸ μὲν α' κ' μ' λ', ἕξ· τὸ δὲ κ' β' ξ' μ'] Addidi ex Oxon. et Jannot.
B. 10. ποιεῖ] Sic Ald. Bas. Xyl. B. E. Vulgo, ποιεῖν. Venet. ποιοῦσιν.

cubis primis paris et imparis numeri; itemque e quatuor his numeris, VI, VIII, IX, XII, quibus et arithmetica et harmonica includitur proportio, quam *progressionem* cum vulgo appellamus. Horum vis magis erit conspicua, si descriptionem proponamus. Esto parallelogrammum rectangulum α' β' γ' δ' cujus latus α' β' quinque, latus α' δ' septem sit punctorum. Seceturque α' β' in duo et tria, ubi est punctum κ': latus α' δ' in tria et quatuor puncto λ': ducantur porro a punctis sectionum lineae parallelae lateribus, ut κ' μ' ν', et λ' μ' ξ', quae se in puncto μ' invicem secant. Ita figura α' κ' μ' λ' continebit areolas sex: κ' β' ξ' μ' novem: λ' μ' ν' δ' octo: μ' ξ' γ' ν' duodecim: totum autem parallelogrammum XXXV, numeris areolarum quas continet, primarum consonantiarum rationes proponit. Nam VI et VIII sesquitertiam habent rationem, quae est in consonantia diatessaron sive Quarta: VI et IX sesquialteram rationem constituunt, quae est consonantiae diapente seu Quintae propria: VI et XII duplam rationem conficiunt, quae est consonantiae diapason seu Octavae: quin et toni proportio inest, sesquioctava nimirum, ut IX ad VIII. Ideo numerum qui hos omnes continet, *harmoniam* appellaverunt. Idem XXXV numerus sexies acceptus, CCX efficit; quot diebus septimestres foetus absolvi traditur.

XIII. Rursum novo sumto initio, multiplicando, binarius in ternarium producit senarium: qua-

C ὁ δὲ ὀκτάκις κζ΄, τὸν σις΄. Καί ἐστιν ὁ μὲν ς΄, τέλειος, ἴσος ὢν τοῖς ἑαυτοῦ μέρεσι· καὶ γάμος καλεῖται, διὰ τὴν τοῦ πρώτου ἀρτίου καὶ περιττοῦ σύμμιξιν· ἔτι δὲ συνέστηκεν ἔκ τε τῆς ἀρχῆς, καὶ τοῦ ἀρτίου, καὶ τοῦ πρώτου περιττοῦ. Ὁ δὲ λς΄, πρῶτός ἐστι τετράγωνος ἅμα καὶ τρίγωνος· τετράγωνος μὲν ἀπὸ τῆς ἑξάδος, τρίγωνος δὲ ἀπὸ τῆς ὀγδοάδος· καὶ γέγονε πολλαπλασιασμῷ μὲν τετραγώνων δυοῖν, τοῦ τέτταρα τὸν ἐννέα πολλαπλασιάσαντος· συνθέσει δὲ τριῶν κύβων, τὸ γὰρ ἓν καὶ τὰ ὀκτὼ καὶ τὰ εἰκοσιεπτὰ συντεθέντα ποιεῖ τὸν προγεγραμμένον ἀριθμόν·
D ἔτι δὲ ἑτερομήκης ἀπὸ δυεῖν πλευρῶν, τῶν μὲν δώδεκα τρὶς γινομένων, τῶν δὲ ἐννέα τετράκις. Ἂν οὖν ἐκτεθῶσιν αἱ τῶν σχημάτων πλευραὶ, τοῦ τετραγώνου τὰ ς΄, καὶ τοῦ τριγώνου τὰ ὀκτὼ, καὶ παραλληλογράμμων, τοῦ μὲν ἑτέρου τὰ ἐννέα, τοῦ δὲ ἑτέρου τὰ ιβ΄, τοὺς τῶν συμφωνιῶν ποιήσουσι λόγους. Ἔσται γὰρ τὰ δώδεκα πρὸς μὲν τὰ ἐννέα, διὰ τεσσάρων, ὡς νήτη πρὸς μέσην· πρὸς δὲ τὰ ὀκτὼ, διὰ πέντε, ὡς νήτη πρὸς παραμέσην· πρὸς δὲ τὰ ς΄, διὰ πασῶν, ὡς νήτη πρὸς ὑπάτην. Ὁ δὲ σις΄, κύβος ἐστὶν, ἀπὸ ἑξάδος ἴσος τῇ ἑαυτοῦ περιμέτρῳ.

ιδ΄. Τοιαύτας δὲ δυνάμεις τῶν ἐκκειμένων ἀριθμῶν ἐχόντων, ἴδιον
E τῷ τελευταίῳ συμβέβηκε τῷ κζ΄, τὸ τοῖς πρὸ αὐτοῦ συντιθέμενον ἴσον εἶναι πᾶσιν· ἔστι δὲ καὶ περιοδικὸς σελήνης· καὶ τῶν ἐμμελῶν διαστημάτων

C. 3. καὶ τοῦ ἀρτίου, καὶ τοῦ πρώτου περιττοῦ] Legendum, ut modo, καὶ τοῦ πρώτου ἀρτίου καὶ περιττοῦ.
D. 3. καὶ τοῦ τριγώνου τὰ ὀκτὼ, καὶ παραλληλογράμμων] Perperam hæc iterantur in Ald. Baſ. Xyl.
D. 7. παραμέσην] Ita dedi ex Venet. Jannot. verſionibus Turnebi et Amioti : huc item tendit B. E. ὡς νήτη παρὰ μέσην. Xyl. dedit ὑπάτην.

ter novem ſunt XXXVI : octies viginti ſeptem, fiunt CCXVI. De his numeris, ſex perfectus eſt, æquatque omnes ſuas partes : dicitur etiam *Conjugium*, ob paris cum impare mixtionem : ad hæc, conſtat e principio numerorum, primo pari, et primo impari. XXXVI primus eſt qui ſimul et quadratus ſit et triangulus, quadratus ſenarii, triangulus ab octonario : idem naſcitur e duorum quadratorum unius in alterum multiplicatione, IV in IX : itemque trium cuborum ſumma eſt, unitatis, VIII, et XXVII : præterea facit parallelogrammum alteram dimenſionem longiorem habens, ter duodecim, aut quatuor novies ſumtis. Proinde expoſitis numeris laterum, quadrati ſenario, trianguli octonario, et parallelogrammorum altero IX, altero XII, conficientur rationes conſonantiarum. Nam XII ad IX ratio, diateſſaron exprimit, ut eſt chorda ima ſeu nete ad meſen ſive mediam : XII ad VIII, diapente, ut ima ad parameſen : XII ad ſex, diapaſon, ut imæ ad ſummam. Denique CCXVI cubus eſt ſenarii, ſuo ambitui æqualis.

XIV. Jam cum hæ ſint proprietates dictorum numerorum ; id peculiare habet XXVII, qui ultimus eſt, quod præcedentium omnium ſummam continet. Idem dierum quibus Luna ſuam converſionem abſolvit numerus eſt : Pythagorici de

οἱ Πυθαγορικοὶ τὸν τόνον ἐν τούτῳ τῷ ἀριθμῷ τάττουσιν, διὸ καὶ τὰ τρισκαίδεκα λεῖμμα καλοῦσιν, ἀπολείπει γὰρ μονάδι τοῦ ἡμίσεως. Ὅτι δὲ οὗτοι καὶ τοὺς τῶν συμφωνιῶν λόγους περιέχουσι, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. Καὶ γὰρ διπλάσιος λόγος ἐστὶν ὁ τῶν δύο πρὸς τὸ ἕν, ἐν ᾧ τὸ διὰ πασῶν· καὶ ἡμιόλιος, ὁ πρὸς τὰ δύο τῶν τριῶν, ἐν ᾧ τὸ διὰ πέντε· καὶ ἐπίτριτος, ὁ πρὸς τὰ τρία τῶν τεσσάρων, ἐν ᾧ τὸ διὰ τεσσάρων· καὶ τριπλάσιος, ὁ
πρὸς τὰ τρία τῶν ἐννέα, ἐν ᾧ τὸ διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε· καὶ τετρα- F
πλάσιος ὁ πρὸς τὰ δύο τῶν η΄, ἐν ᾧ τὸ δὶς διὰ πασῶν· ἔνεστι δὲ καὶ ἐπόγδοος τοῦ ὀκτὼ πρὸς τὰ ἐννέα, ἐν ᾧ τὸ τονιαῖον. Ἂν τοίνυν ἡ μονάς, ἐπίκοινος οὖσα, καὶ τοῖς ἀρτίοις συναριθμῆται καὶ τοῖς περιττοῖς, ὁ μὲν ἅπας ἀριθμὸς τὸ τῆς δεκάδος παρέχεται πλῆθος· οἱ γὰρ ἀπὸ μονάδος μέχρι
τῶν δέκα συντιθέμενοι πεντεκαίδεκα, τρίγωνον ἀπὸ πεντάδος· ὁ δὲ 1019
περιττὸς τὸν τετταράκοντα κατὰ σύνθεσιν μὲν, ἐκ τοῦ δεκατριῶν καὶ τοῦ κζ γενόμενον, οἷς τὰ μελῳδούμενα μετροῦσιν εὐσήμως οἱ μαθηματικοὶ διαστήματα, τὸ μὲν δίεσιν, τὸ δὲ τόνον καλοῦντες· κατὰ τὸν πολλαπλασιασμὸν δέ, τῇ τῆς τετρακτύος δυνάμει γινόμενον· τῶν γὰρ πρώτων τεσσάρων καθ' αὑτὸν ἑκάστου τετράκις λαμβανομένου, γίνεται τέσσαρα, καὶ η΄, καὶ ιβ΄, καὶ ις΄· ταῦτα τὸν μ΄ συντίθησι, περιέχοντα τοὺς τῶν συμφωνιῶν λόγους· τὰ μὲν γὰρ ις΄, ἐπίτριτα

E. 7. δύο τῶν τριῶν—τρία τῶν τεσσάρων] Genitivos dedi ex B. E. pro vulgato τῶν τρία—τῶν τέσσαρα.

A. 1. συντιθέμενοι πεντεκαίδεκα] Inter duas has voces ſpatium unius verſus eſt in B. et E. Locus ita ſupplendus videtur, συντιθέμενοί εἰσι πεντήκοντα καὶ πέντε· καὶ ὁ μὲν ἄρτιος παρέχεται τὰ πεντεκαίδεκα. itaque in Latinis reddidi.

intervallis ad concentum pertinentibus tonum eo notaverunt: ideoque XIII vocant defectum, quod unitate a dimidio abeſt. Neque vero obſcurum eſt, quin in hiſce numeris etiam conſonantiarum rationes inſint. Nam duo ad unitatem duplam habent rationem, qua refertur diapaſon: ſeſquialtera ternarii ad binarium, qua diapente: quaternarii ad ternarium ſeſquitertia, qua diateſſaron: IX ad III triplam habent proportionem, qua diapaſon cum diapente, ſeu Duodecima quam vocant: VIII ad II quadruplam, qua diſdiapaſon ſeu Decimaquinta: VIII ad IX ſeſquioctavam, qua tonus. Jam ſi unitas promiſcue et paribus adnumeratur, et imparibus, univerſus numerus denarii ſuppeditabit multitudinem. Nam ab unitate collecti ad decem primi numeri, quinquaginta et quinque conficiunt: rurſum hi pares numeri I, II, IV, VIII, quindecim componunt, trigonum quinarii numeri: et quod ad imparium ſeriem attinet, numerus XL ex iis conſit, additis XIII ad XXVII: his enim duobus mathematici concinne metiuntur intervalla ad cantum apta; dum *dieſin* illo, hoc *tonum* deſcribunt. Idem numerus XL multiplicando fit, ex vi illius quam diximus *tetractyos*. Nam ſi primos quatuor numeros, unumquemque ſumas quater, provenient IV, VIII, XII, XVI: quorum ſumma eſt XL, in qua continentur omnes conſonantiarum proportiones: quippe XVI ſeſquitertia

B τῶν δεκαδύο ἐστὶν, τῶν δὲ η' διπλάσια, τῶν δὲ τεσσάρων τετραπλάσια· τὰ ιβ', τῶν ὀκτὼ ἡμιόλια, τῶν δὲ τεσσάρων τριπλάσια· οὗτοι δὲ οἱ λόγοι, τὸ διὰ τεσσάρων, καὶ τὸ διὰ πέντε, καὶ τὸ διὰ πασῶν, καὶ τὸ δὶς διὰ πασῶν περιέχουσιν. Ἴσος γε μὴν ἐστὶν ὁ τῶν τεσσαράκοντα δυεῖν τετραγώνοις καὶ δυσὶ κύβοις ὁμοῦ λαμβανομένοις· τὸ γὰρ ἓν καὶ τὰ τέσσαρα καὶ τὰ ὀκτὼ καὶ τὰ κζ', κύβοι καὶ τετράγωνοι γίνονται συντεθέντες. Ὥστε πολὺ τῆς Πυθαγορικῆς τὴν Πλατωνικὴν τετρακτὺν ποικιλωτέραν εἶναι τῇ διαθέσει καὶ τελειοτέραν.

ιε'. Ἀλλὰ ταῖς εἰσαγομέναις μεσότησι τῶν ὑποκειμένων ἀριθμῶν χώρας οὐ
C διδόντων, ἐδέησε μείζονας ὅρους λαβεῖν ἐν τοῖς αὐτοῖς λόγοις· καὶ λεκτέον τίνες εἰσὶν οὗτοι. Πρότερον δὲ περὶ τῶν μεσοτήτων· ὧν τὴν μὲν ἴσῳ καὶ ἀριθμὸν ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην, ἀριθμητικὴν οἱ νῦν καλοῦσι· τὴν δὲ ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων αὐτῶν ὑπερέχουσαν καὶ ὑπερεχομένην, ὑπεναντίαν. Ὅροι δέ εἰσι τῆς μὲν ἀριθμητικῆς, ς', καὶ θ', καὶ ιβ'· τὰ γὰρ ἐννέα τῷ ἴσῳ κατ' ἀριθμὸν τῶν ἓξ ὑπερέχει, καὶ τῶν ιβ' λείπεται· τῆς δὲ ὑπεναντίας, ς', η', ιβ'· τὰ γὰρ ὀκτὼ δυσὶ μὲν τῶν ς' ὑπερέχει, τέτλαρσι δὲ τῶν ιβ' λείπεται, ὧν τὰ μὲν
D δύο τῶν ἓξ, τὰ δὲ τέτλαρα τῶν δώδεκα τριτημόριόν ἐστι. Συμβέβηκεν οὖν ἐν μὲν τῇ ἀριθμητικῇ τῷ αὐτῷ μέρει τὸ μέσον ὑπερέχεσθαι καὶ ὑπερέχειν, ἐν δὲ τῇ ὑπεναντίᾳ τῷ αὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων, τοῦ μὲν ἀποδεῖν, τὸ δὲ ὑπερβάλλειν· ἐκεῖ μὲν γὰρ τὰ τρία τοῦ μέσου τρίτον ἐστὶ μέρος, ἐνταῦθα δὲ τὰ

C. 7. ὀκτὼ δυσὶ] Sic E. Vulgo, ὀκτὼ δύο.

ſunt ad XII ratione, dupla ad VIII, quadrupla ad IV: XII ad VIII ſeſquialteram proportionem tenent, ad IV triplam. His autem rationibus intervalla diateſſaron, diapente, diapaſon, et diſdiapaſon continentur. Idem numerus XL conficitur duobus primis quadratis, I et IV, ad duos primos cubos VIII et XXVII additis. Quo efficitur, Platonicam tetractyn multo eſſe Pythagorica et perfectiorem et locupletiorem.

XV. Sed cum hi, quos poſuimus, numeri ſpatium non dent *medietatibus* quas vocant, quæ in rem propoſitam introducuntur, neceſſe fuit majores terminos iiſdem in proportionibus ſumere: qui vero ii ſint, dicendum eſt. Prius autem dicemus de ipſis medietatibus. Harum una eſt, in qua poſitis tribus terminis numerorum, medius æquali quantitate alterum extremorum ſuperat, ab altero ſuperatur; *arithmeticam* vocant. Cui *Subcontraria* eſt, in qua totidem terminis poſitis, intervallorum eadem eſt proportio ad extrema. Termini arithmeticæ ſunt VI, IX, XII: nam IX eadem quantitate excedunt ſenarium, et deficiunt a duodenario. *Subcontrariæ* termini ſunt VI, VIII, XII: octonarius ſenarium binario ſuperat, quaternario ſuperatur a duodecim: ſed et binarius ſenarii, et quaternarius duodenarii eſt triens. Ergo in *arithmetica* medius terminus excedit exceditурque æquali quantitate: in *ſubcontraria* autem, eadem parte extremorum, alterum ſuperat, ab altero abeſt: illic enim ternio medii eſt triens, hic duo et

δʹ καὶ τὰ βʹ, τῶν ἄκρων ἑκάτερον ἑκατέρου· ὅθεν ὑπεναντία κέκληται. Ταύτην δὲ ἁρμονικὴν ὀνομάζουσιν, ὅτι τοῖς ὅροις τὰ πρῶτα σύμφωνα παρέχεται, τῷ μὲν μεγίστῳ πρὸς τὸν ἐλάχιστον τὸ διὰ πασῶν· τῷ δὲ μεγίστῳ πρὸς τὸν μέσον τὸ διὰ πέντε, τῷ δὲ μέσῳ πρὸς τὸν ἐλάχιστον τὸ διὰ τεσσάρων· ὅτι τοῦ μεγίστου τῶν ὅρων κατὰ νήτην τιθεμένου, τοῦ δὲ ἐλα- E χίστου καθ᾽ ὑπάτην, ὁ μέσος γίνεται ὁ κατὰ μέσην, πρὸς μὲν τὸν μέγιστον τὸ διὰ πέντε ποιοῦσαν, πρὸς δὲ τὸν ἐλάχιστον τὸ διὰ τεσσάρων· ὥστε γίνεσθαι τὰ ὀκτὼ κατὰ τὴν μέσην, τὰ δὲ δώδεκα κατὰ νήτην, τὰ δὲ ἓξ καθ᾽ ὑπάτην.

ιϛʹ. Τὸν δὲ τρόπον ᾧ λαμβάνουσι τὰς εἰρημένας μεσότητας, ἁπλῶς καὶ σαφῶς Εὔδωρος ἀποδείκνυσιν· σκόπει δὲ πρότερον ἐπὶ τῆς ἀριθμητικῆς. Ἂν γὰρ ἐκθεὶς τοὺς ἄκρους λάβῃς ἑκατέρου τὸ ἥμισυ μέρος, καὶ συνθῇς, ὁ συντεθεὶς ἔσται μέσος ἔν τε τοῖς διπλασίοις καὶ τοῖς τριπλασίοις ὁμοίως. Ἐπὶ F δὲ τῆς ὑπεναντίας, ἐν μὲν τοῖς διπλασίοις ἂν τοὺς ἄκρους ἐκθεὶς, τοῦ μὲν ἐλάττονος τὸ τρίτον, τοῦ δὲ μείζονος τὸ ἥμισυ λάβῃς, ὁ συντεθεὶς γίνεται μέσος· ἐν δὲ τοῖς τριπλασίοις ἀνάπαλιν, τοῦ μὲν ἐλάττονος ἥμισυ δεῖ λαβεῖν, τοῦ δὲ μείζονος τρίτον· ὁ γὰρ συντεθεὶς οὕτω, γίνεται μέσος· ἔστω γὰρ ἐν τριπλασίῳ λόγῳ τὰ ϛʹ ἐλάχιστος ὅρος, τὰ δὲ ιηʹ μέγιστος· ἂν οὖν τῶν ϛʹ τὸ ἥμισυ λαβὼν τὰ τρία, καὶ τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα τὸ τρίτον τὰ ϛʹ, συνθῇς, ἕξεις τὰ ἐννέα τῷ αὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων ὑπερέχοντα καὶ ὑπερεχόμενα. Οὕτως μὲν αἱ μεσότητες

E. 3. τὸ διὰ πέντε ποιοῦσαν—τεσσάρων] Vulgo, τὸν διὰ πέντε ποιοῦσα, πρὸς δὲ τὸν ἐλάχιστον, διὰ τεσσάρων. Primum τὸ eſt ex E. ποιοῦσαν ex B. E. Venet. Oxon. poſtremum τὸ additum ex E. Oxon.

quatuor ſunt extremorum trientes: unde nomen *ſubcontrariæ* invenit. Eadem *harmonica* dicitur; quod primas conſonantias ſuis terminis exprimat; maximo ad minimum, diapaſon: maximo ad medium, diapente: medio ad minimum, diateſſaron: ut ſi maximum terminum ad neten, minimum autem ad hypaten colloces, medius meſæ obtingat: et hæc cum maximo diapente, cum minimo diateſſaron ſonet; itaque VIII ad meſen, XII ad neten, VI at hypaten pertinebunt.

XVI. Modum porro hujuſmodi medietates inveniendi ſimpliciter et perſpicue Eudorus tradidit. Idque prius in *arithmetica* conſideremus. Si exponas extremos, et horum ſemiſſes conjungas, quod conſit, medius erit, ſive dupla ſit ſive tripla extremorum ratio. Jam in *ſubcontraria*, ſi extremorum dupla ſit ratio, triente minoris cum ſemiſſe majoris compoſito medium invenies: in tripla, contra, minoris ſemiſſis cum majoris triente medium conficient. Sint enim termini proportionis triplæ extremi VI et XVIII: ergo minimi ſemiſſis III, maximi triens VI conjungantur, exſiſtet IX, medius, qui eadem parte extremorum et excedit et exceditur. Hoc ergo modo medie-

1020 λαμβάνονται. Δεῖ δὲ αὐτὰς ἐκεῖ παρεντάξαι, καὶ ἀναπληρῶσαι τὰ διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα. Τῶν δὲ ἐκκειμένων ἀριθμῶν οἱ μὲν οὐδὲ ὅλως μεταξὺ χώραν ἔχουσιν, οἱ δὲ οὐχ ἱκανήν· αὔξοντες οὖν αὐτοὺς, τῶν αὐτῶν λόγων διαμενόντων, ὑποδοχὰς ποιοῦσιν ἀρκούσας ταῖς εἰρημέναις μεσότησι. Καὶ πρῶτον μὲν ἐλάχιστον ἀντὶ τοῦ ἑνὸς τὰ ἓξ θέντες, ἐπεὶ πρῶτος ἥμισύ τε καὶ τρίτον ἔχει μέρος, ἅπαντας ἑξαπλασίους τοὺς ὑποτεταγμένους ἐποίησαν, ὡς ὑπογέγραπται, δεχομένους τὰς μεσότητας ἀμφοτέρας καὶ τοῖς διπλασίοις διαστήμασιν. Εἰρηκότος δὲ τοῦ Πλάτωνος,
B "Ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ "τούτων τῶν δεσμῶν ἐν ταῖς πρόσθεν διαστάσεσι τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστή- "ματι τὰ ἐπίτριτα πάντα συνεπλήρου, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον· "τῆς δὲ τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθ- "μὸν ἐχούσης τοὺς ὅρους ς' καὶ ν' καὶ σ', πρὸς γ' καὶ μ' καὶ σ'·" διὰ ταύτην τὴν λέξιν ἠναγκάζοντο πάλιν τοὺς ἀριθμοὺς ἐπανάγειν καὶ μείζονας ποιεῖν. Ἔδει μὲν γὰρ ἐφεξῆς ἐπόγδοα γίνεσθαι δύο· τῆς δὲ ἑξάδος οὔτε αὐτόθεν ἐπόγδοον ἐχούσης, εἴτε τέμνοιτο, κερματιζομένων εἰς
C μόρια τῶν μονάδων, δυσθεωρήτου τῆς μαθήσεως ἐσομένης, αὐτὸ τὸ πρᾶγμα τὸν πολυπλασιασμὸν ὑπηγόρευσεν, ὥσπερ ἐν ἁρμονικῇ μεταβολῇ

A. 8. *ἀμφοτέρας καὶ τοῖς διπλασίοις*] Apparet ſupplendum eſſe, *ἀμφοτέρας τοῖς τε τριπλασίοις καὶ τοῖς διπλασίοις* &c. ac tale quid voluit Jannot. addens *τριπλασίου*.

B. 3. *συνεπλήρου—τῆς δὲ*] Ita Turneb. quocum alii partim conſentiunt. Nam Ald. Baſ. B. E. *συνεπλήρου τὸ λεῖπον*, &c. item Xyl. niſi quod *συνεπληροῦτο* habet. Vulgo, *συνεπληροῦτο, λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον τῆς τοῦ μορίου* &c. quod Steph. ex editis Platonis ſumſit libris, ac deterius eſt noſtra lectione, licet ne hanc quidem ſanam omnino pronunciare auſim. Ceterum, *δὲ* addidi ex Turneb. et Oxon.

tates inveniuntur. Oportebat porro eas inſeri ſupra expoſitis numeris, et duplorum ac triplorum intervalla iis expleri. Atqui eorum numerorum quidam nullam omnino habent intercapedinem, quidam non ſatis amplam. Igitur multiplicant eos ita, ut ſpatia medietatibus recipiendis habeant ſufficientia, quas diximus. Primum loco unitatis minimum ponunt ſenarium, quod is ſemiſſem trientemque habet primus: ac proinde reliquos omnes qui ſequuntur, ſeſcuplos ponunt, ſicut ex deſcriptione appoſita apparet; utraſque enim medietates duplicibus intervallis recipiunt. Cum autem dixiſſet Plato, *Jam cum intervalla ſeſquipla, ſeſquitertia, et ſeſquioctava exſtitiſſent, ex his compagibus in prioribus intervallis omnia ſeſquitertia ſeſquioctavis complevit, unicuique particulam relinquens, cujus particulæ interſtitium adſumtum facit rationem quæ eſt numeri ad numerum, ut termini ſint* CCLVI *et* CCXLIII: ob hæc ergo Platonis verba coacti ſunt numeros denuo augere. Oportebat enim continenter deinceps poſt ſenarium poni duos ſeſquioctavos: at neque octavam partem habet ſenarius, et ſi in ſcrupulos unitates comminuere velis, perplexiſſima futura ſit contemplatio. Hic ergo ipſa res multiplicandi adhibendum auxilium dictavit; ut, tanquam in harmonica muta-

τοῦ διαγράμματος ὅλου συνεπιτεινομένου τῷ πρώτῳ τῶν ἀριθμῶν. Ὁ μὲν οὖν Εὔδωρος ἐπακολουθήσας Κράντορι, πρῶτον ἔλαβε τὸν τπδ΄, ὃς γίνεται τοῦ ἓξ ἐπὶ τὰ ξδ΄ πολλαπλασιασθέντος· ἐπηγάγετο δὲ αὐτοὺς ὁ τῶν ξδ΄ ἀριθμὸς, ἐπόγδοον ἔχων τὸν ή, πρὸς τὸν οβ΄. Τοῖς δὲ ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος λεγομένοις συμφωνότερόν ἐστιν ὑποθέσθαι τὸ ἥμισυ· τούτου γὰρ
τὸ λεῖμμα τὸν τῶν ἐπογδόων ἕξει λόγον ἐν ἀριθμοῖς, οὓς ὁ Πλάτων εἴρηκεν D
ϛ΄ καὶ ν΄ καὶ σ΄, πρὸς τρία καὶ μ΄ καὶ σ΄· τῶν ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο πρώτων τιθεμένων. Ἂν δὲ ὁ τούτου διπλάσιος τεθῇ πρῶτος, ἔσται τὸ λεῖμμα λόγον μὲν ἔχον τὸν αὐτὸν, ἀριθμὸν δὲ τὸν διπλάσιον ὃν ἔχει τὰ φιβ΄ πρὸς υπδ΄· γίνεται γὰρ ἐπίτριτα, τῶν μὲν ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο, τὰ σνϛ΄· τῶν δὲ τπδ΄, τὰ φιβ΄. Καὶ οὐκ ἄλογος ἡ ἐπὶ τοῦτον ἀναγωγὴ τὸν ἀριθμὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς περὶ τὸν Κράντορα παρέχουσα τὸ εὔλογον· τὰ γὰρ ξδ΄, καὶ
κύβος ἐστὶν ἀπὸ πρώτου τετραγώνου, καὶ τετράγωνος ἀπὸ πρώτου κύβου· E
γινόμενος δὲ ἐπὶ τὸν γ΄ πρῶτον ὄντα περισσὸν, καὶ πρῶτον τρίγωνον, καὶ πρῶτον τέλειον ὄντα καὶ ἡμιόλιον, ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο πεποίηκεν, ἔχοντα καὶ αὐτὸν ἐπόγδοον, ὡς δείξομεν.

ιζ΄. Πρότερον δὲ τί τὸ λεῖμμά ἐστι, καὶ τίς ἡ διάνοια τοῦ Πλάτωνος, μᾶλλον κατόψεσθε, τῶν εἰωθότων ἐν ταῖς Πυθαγορικαῖς σχολαῖς λέγεσθαι βραχέως ὑπομνησθέντες. Ἔστι γὰρ διάστημα ἐν μελῳδίᾳ πᾶν τὸ περιεχόμενον ὑπὸ δυοῖν φθόγγων ἀνομοίων τῇ τάσει· τῶν δὲ διαστημάτων ἓν

C. 6. πρὸς τὸν οϛ΄] Xylander excidisse putat, καὶ οὗτος τὸν πα΄, idque in versione addit: quod item facit Turneb. In Jannot. additur, καὶ ὁ οϛ΄ πρὸς τὸν πα΄.

tione, secundum primi numeri incrementum tota augeretur descriptio. Eudorus itaque Crantorem secutus, primum numerum posuit CCCLXXXIV, qui fit, VI in LXIV multiplicatis: huc eos induxit, quod numerus LXIV habet sesquioctavum LXXII, isque rursus hunc LXXXI. Iis vero, quæ a Platone dicuntur, magis concinit, ut dimidium ponamus. Nam si CXCII primo loco ponamus, *leimma* seu defectus post sesquioctavos erit inter numeros ab eo positos CCLVI et CCXLIII. Si vero illius duplus CCCLXXXIV primo loco ponatur, *leimma* eadem ratione quidem, sed duplum tamen numero efficietur: nam ut DXII ad CCCCLXXXIV, ita etiam CCLVI ad CXCII, proportionem servant sesquitertiam. Neque absurda est ad hunc numerum reductio; atque adeo etiam Crantoris sententiæ rationem adfert. Nam LXIV cum cubus est primi quadrati, tum quadratus primi cubi: isque multiplicans ternarium, qui inter impares, inter triangulos, inter sesquiplos ac perfectos est primus, CXCII gignit, numerum qui et ipse suum sibi sesquioctavum habet, ut ostendemus.

XVII. Prius autem *leimma* quid sit, et sententiam Platonis magis perspicietis, si ea paucis in memoriam vobis redigantur, quæ in Pythagoricis Scholis assolent disseri. In cantu *intervallum* vocatur, quidquid continetur sub duobus sonis inæquali tenore differentibus. Horum unum est

ὁ καλούμενος τόνος, ᾧ τὸ διὰ πέντε μεῖζόν ἐστι τοῦ διὰ τεσσάρων.
F Τοῦτον οἱ μὲν ἁρμονικοὶ δίχα τεμνόμενον οἴονται δύο διαστήματα ποιεῖν, ὧν ἑκάτερον ἡμιτόνιον καλοῦσιν· οἱ δὲ Πυθαγορικοὶ τὴν μὲν εἰς ἴσα τομὴν ἀπέγνωσαν αὐτοῦ, τῶν δὲ τμημάτων ἀνίσων ὄντων λεῖμμα τὸ ἔλαττον ὀνομάζουσιν, ὅτι τοῦ ἡμίσεως ἀπολείπει· διὸ καὶ τῶν συμφωνιῶν τὴν διὰ τεσσάρων, οἱ μὲν δυοῖν τόνων καὶ ἡμιτονίου ποιοῦσιν, οἱ δὲ δυοῖν καὶ λείμματος. Μαρτυρεῖν δὲ δοκεῖ τοῖς μὲν ἁρμονικοῖς ἡ αἴσθησις, τοῖς δὲ μαθηματικοῖς ἡ ἀπόδειξις, ἧς τοιοῦτος ὁ τρόπος ἐστίν. Ἐλήφθη διὰ τῶν ὀργάνων θεωρηθέν, ὅτι τὸ μὲν διὰ πασῶν τὸν διπλάσιον λόγον ἔχει, τὸ δὲ διὰ πέντε τὸν ἡμιόλιον, τὸ δὲ διὰ τεσσάρων τὸν ἐπίτριτον, ὁ δὲ
1021 τόνος τὸν ἐπόγδοον. Ἔξεστι δὲ καὶ νῦν βασανίσαι τὸ ἀληθές, ἢ βάρη δυοῖν ἄνισα χορδῶν ἐξαρτήσαντας, ἢ δυοῖν ἰσοκοίλων αὐλῶν τὸν ἕτερον μήκει διπλάσιον τοῦ ἑτέρου ποιήσαντας· τῶν μὲν γὰρ αὐλῶν ὁ μείζων βαρύτερον φθέγξεται, ὡς ὑπάτη πρὸς νήτην· τῶν δὲ χορδῶν ἡ τῷ διπλασίῳ κατατεινομένη βάρει, τῆς ἑτέρας ὀξύτερον, ὡς νήτη πρὸς ὑπάτην· τοῦτο δ' ἐστὶ διὰ πασῶν. Ὁμοίως δὲ καὶ τρία πρὸς δύο ληφθέντα μήκη καὶ βάρη, τὸ διὰ πέντε ποιήσει· καὶ τέσσαρα πρὸς τρία, τὸ διὰ τεσσάρων· ὧν τοῦτο
B μὲν ἐπίτριτον ἔχει λόγον, ἐκεῖνο δὲ ἡμιόλιον. Ἐὰν δὲ ὡς ἐννέα πρὸς ὀκτὼ γίνηται τῶν βαρῶν ἢ τῶν μηκῶν ἡ ἀνισότης ποιήσει διάστημα τονιαῖον οὐ σύμφωνον, ἀλλὰ ἐμμελές, ὡς εἰπεῖν, ἐμβραχὺ τῷ τοὺς φθόγγους, ἂν ἀνὰ μέρος κρουσθῶσι, παρέχειν ἡδὺ φωνοῦντας καὶ προσηνές· ἂν δὲ

is qui *tonus* dicitur, quo Quinta Quartam ſuperat. Hunc tonum harmonici in partes dividi æquales putant poſſe, quarum utramque *ſemitonium* appellant: Pythagorei, deſperata in æquales partes ſectione, minus ſegmentorum ejus *leimma* vocant, quod dimidium toni non impleat. Itaque illi diateſſaron duorum tonorum et ſemitonii ſumma definiunt; hi totidem tonorum et leimmatis. Teſtimonium ferre videtur harmonicis ſenſus, mathematicis demonſtratio. Res ita habet. Sumtum hoc eſt, et in inſtrumentis obſervatum, diapaſon dupla conſtare proportione, diapente ſeſquialtera, diateſſaron ſeſquitertia, tonum ſeſquioctava. Idque explorare etiamnum licet, ſi aut duo pondera proportione dupla de nervis ſuſpendantur duobus, aut de duabus æquali cavitate tibiis alteram dupla alterius longitudine facias: major enim tibia graviorem ſonum edet, qualis hypates ad neten: de fidibus quæ duplo intenditur pondere, acutius quam altera ſonabit, ut nete ad hypaten: id autem eſt diapaſon. Eodem modo ſi tria ad duo ſumantur pondera, quæ eſt ſeſquipla ratio, diapente reddent; et ſi quatuor ad tria, quæ eſt ſeſquitertia, diateſſaron. Quod ſi ea inæqualitas longitudinum aut ponderum fuerit, quæ eſt novem ad octo, intervallum toni fiet, non conſonantibus ſonis, ſed nonnihil tamen habens modulationis, quatenus ſoni ſeorſim editi ſuave et jucundum ſonant,

ὁμοῦ, τραχὺ καὶ λυπηρόν· ἐν δὲ ταῖς συμφωνίαις κἂν ὁμοῦ κρούωνται, κἂν ἐναλλὰξ, ἡδέως προσίεται τὴν συνήχησιν ἡ αἴσθησις. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ διὰ λόγου τοῦτο δεικνύουσιν. Ἐν μὲν γὰρ ἁρμονίᾳ, τὸ διὰ πασῶν ἔκ τε τοῦ διὰ πέντε σύγκειται καὶ τοῦ διὰ τεσσάρων· ἐν δὲ ἀριθμοῖς, τὸ διπλάσιον ἔκ τε τοῦ ἡμιολίου καὶ τοῦ ἐπιτρίτου· τὰ γὰρ δώδεκα, τῶν μὲν C ἐννέα ἐστὶν ἐπίτριτα, τῶν δὲ ὀκτὼ ἡμιόλια, τῶν δὲ ς′ διπλάσια· σύνθετος οὖν ὁ τοῦ διπλασίου λόγος ἐστὶν ἐκ τοῦ ἡμιολίου καὶ τοῦ ἐπιτρίτου, καθάπερ ὁ τοῦ διὰ πασῶν, ἐκ τοῦ διὰ πέντε, καὶ τοῦ διὰ τεσσάρων· ἀλλὰ κἀκεῖ τὸ διὰ πέντε τοῦ διὰ τεσσάρων τόνῳ, κἀνταῦθα τὸ ἡμιόλιον τοῦ ἐπιτρίτου τῷ ἐπογδόῳ μεῖζόν ἐστι. Φαίνεται τοίνυν ὅτι τὸ διὰ πασῶν τὸν διπλάσιον λόγον ἔχει, καὶ τὸ διὰ πέντε τὸν ἡμιόλιον, καὶ τὸ διὰ τεσσάρων τὸν ἐπίτριτον, καὶ ὁ τόνος τὸν ἐπόγδοον.

ιη′. Ἀποδεδειγμένου δὲ τούτου, σκοπῶμεν εἰ δίχα τέμνεσθαι πέφυκε τὸ ἐπόγδοον· εἰ γὰρ μὴ πέφυκεν, οὐδὲ ὁ τόνος. Ἐπεὶ δὲ πρῶτον τὸν ἐπόγδοον λόγον ὁ θ′ καὶ ὁ η′ ποιοῦντες, οὐδὲν διάστημα μέσον ἔχουσι, διπλασιασθέντων D δὲ ἀμφοτέρων, ὁ παρεμπίπτων μεταξὺ, δύο ποιεῖ διαστήματα· δῆλον ὅτι, τούτων μὲν ἴσων ὄντων, δίχα τέμνεται τὸ ἐπόγδοον. Ἀλλὰ μὴν διπλάσια γίνεται, τῶν μὲν θ′ τὰ η′ καὶ ι′, τῶν δὲ ὀκτὼ τὰ ς′ καὶ δέκα· δέχονται δὲ οὗτοι μεταξὺ τὰ ιζ′, καὶ γίνεται τῶν διαστημάτων, τὸ μὲν, μεῖζον, τὸ δὲ, ἔλαττον· ἔστι γὰρ τὸ μὲν πρότερον ἐφεπτακαιδέκατον, τὸ δὲ δεύτερον ἐφεκκαιδέκατον. Εἰς ἄνισα

B. 5. τραχὺ] Sic B. E. Venet. et Xylandri verſio. Vulgo, παχύ.

ſimul autem, aſpere et moleſte: in conſonantiis ſive alternis, ſive ſimul nervi pulſentur, ſuaviter ſenſui accidit ſonorum concentus. Quinetiam rationibus hoc demonſtrant. Nam ut in harmonia e diapente et diateſſaron conflatur diapaſon, ita in numeris dupla ratio ex ſeſquialtera et ſeſquitertia: quippe XII ad IX ſeſquitertiam, ad VIII ſeſquiplam rationem obtinent, ad VI duplam. Compoſita ergo eſt dupla ratio e ſeſquialtera et ſeſquitertia, ſicut diapaſon e diapente et diateſſaron. Sed ut hic diapente tono amplius habet quam diateſſaron, ibi ſeſquialtera ſeſquioctavo ſeſquitertiam excedit. Apparet ergo diapaſon dupla, diapente ſeſquialtera, diateſſaron ſeſquitertia, tonum ſeſquioctava ratione intelligi.

XVIII. Hoc ita demonſtrato, videamus an ſeſquioctava ratio dividi in æquales poſſit partes: nam ſi nequeat, tonus etiam nequibit. Primum numeri qui ſeſquioctavam rationem continent VIII et IX, nullum in medio admittunt interſtitium. Quod ſi uterque dupletur, duo intervalla efficit is qui inter duplos intervenit: is eſt XVII, dupli XVI et XVIII. Liquet autem ſi æqualia ſint intervalla, in æqualia dividuam fore ſeſquioctavam rationem: at inæqualia fiunt, alterum ſeſquiſedecimum, alterum ſeſquiſeptemdecimum. Ergo inæ-

τοίνυν τέμνεται τὸ ἐπόγδοον· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ὁ τόνος. οὐδέτερον ἄρα γίνεται
διαιρεθέντος αὐτοῦ τῶν τμημάτων ἡμιτόνιον, ἀλλὰ ὀρθῶς ὑπὸ τῶν μαθηματικῶν
E λεῖμμα προσηγόρευται. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν ὁ Πλάτων, "τὰ ἐπίτριτα
"τοῖς ἐπογδόοις συμπληροῦντα τὸν θεὸν, λείπειν ἑκάστου μόριον αὐτῶν· οὗ λό-
"γος ἐστὶν, ὃν ἔχει τὰ ς΄ καὶ ν΄ καὶ σ΄, πρὸς τὰ γ΄ καὶ μ΄ καὶ σ΄." Εἰλήφθω
γὰρ τὸ διὰ τεσσάρων ἐν ἀριθμοῖς δυσὶ τὸν ἐπίτριτον λόγον περιέχουσι, τοῖς σνς΄,
καὶ τοῖς ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο· ὧν ὁ μὲν ἐλάττων, τὰ ἑκατὸν ἐνενηκοντα-
δύο, κείσθω κατὰ τὸν βαρύτατον τοῦ τετραχόρδου φθόγγον· ὁ δὲ μείζων, τὰ σνς΄,
F κατὰ τὸν ὀξύτατον. Ἀποδεικτέον ὅτι τούτου συμπληρουμένου δυσὶν ἐπογδόοις, λεί-
πεται διάστημα τηλικοῦτον, ἡλίκον ὡς ἐν ἀριθμοῖς τὰ ς΄ καὶ ν΄ καὶ σ΄ ἔχει
πρὸς τὰ γ΄ καὶ μ΄ καὶ σ΄. Τοῦ γὰρ βαρυτέρου τόνῳ ἐπιταθέντος, ὅπερ
ἐστὶν ἐπόγδοον, γίνεται σις΄· τούτου πάλιν τόνῳ ἄλλῳ ἐπιταθέντος, γίνε-
ται σμγ΄· ταῦτα μὲν γὰρ ὑπερέχει τῶν σις΄, τοῖς κζ΄· τὰ δὲ σις΄ τῶν
ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο, τοῖς εἴκοσι καὶ τέσσαρσιν· ὧν τὰ μὲν κζ΄ τῶν σις΄
ἐπόγδοά ἐστι, τὰ δὲ κδ΄ τῶν ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο. Διὸ γίνεται τῶν τριῶν
τούτων ἀριθμῶν, ὅ, τε μέγιστος ἐπόγδοος τοῦ μέσου, καὶ ὁ μέσος τοῦ ἐλα-
χίστου· τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐλαχίστου διάστημα μέχρι τοῦ μεγίστου, τουτέστι τοῦ ἀπὸ
τῶν ἑκατὸν ἐνενηκονταδύο μέχρι τῶν σμγ΄, δίτονον ἐκ δυοῖν συμπληρούμενον
1022 ἐπογδόων· ἀφαιρουμένου δὲ τούτου, περίεστι τοῦ ὅλου διάστημα λοιπὸν τὸ
μεταξὺ τῶν σμγ΄, καὶ τῶν σνς΄, τὰ τρισκαίδεκα· διὸ καὶ λεῖμμα τοῦτον

F. 2. ἔχει πρὸς τὰ γ΄ καὶ μ΄ καὶ σ΄.] Hæc addidi ex T. V. Jannot. Oxon. Suppleverant jam vertendo Turneb. et Xyl.

qualiter secatur sesquioctava, ac proinde etiam tonus. Neutra ergo divisi toni portio semitonium fit, et mathematici recte *leimma* appellaverunt. Atque hoc est quod Plato dicit, *Deum sesquitertia sesquioctavis explentem, leimma reliquisse, cujus ratio sit in numeris* CCLVI *et* CCXLIII. Sumatur enim diatessaron in duobus numeris, quorum alterum ejusque trientem alter contineat, ut sunt CCLVI et CXCII; quorum minor gravissimæ voci quatrichordii adscribatur, major acutissimæ, demonstrabimus duobus interjectis sesquioctavis, relinqui tale leimma seu intervallum, quale numeris est inter CCLVI et CCXLIII. Graviore enim voce uno tono contentiore facta, fient CCXVI: rursum tono sursum elevata, CCXLIII. Hæc XXVII numero excedunt numerum CCXVI; atque hic XXIV amplius est quam CXCII: sunt autem XXVII octava pars de CCXVI, itemque XXIV de CXCII: itaque de his tribus numeris maximus ad medium, medius ad minimum sesquioctavus est: et intervallum a minimo ad maximum duobus tonis conficitur, quos absolvunt duæ octavæ partes, una post alteram additæ. His remotis, totius sesquitertiæ inter extremos rationis nihil aliud superest, quam intervallum inter CCXLIII et CCLVI, nimirum XIII: ideoque hunc numerum *leimma*, quasi de-

τὸν ἀριθμὸν ὠνόμαζον. Ἐγὼ μὲν οὖν εὐσημότατα δηλοῦσθαι τὴν Πλάτωνος οἶμαι γνώμην ἐν τούτοις τοῖς ἀριθμοῖς.

ιθ'. Ἕτεροι δὲ τοὺς διὰ τεσσάρων ὅρους θέμενοι, τὸν μὲν ὀξὺν, ἐν τοῖς σπη', τὸν δὲ βαρὺν, ἐν τοῖς σις', ἀναλόγως ἤδη τοῖς ἑξῆς περαίνουσι· πλὴν ὅτι τὸ λεῖμμα τῶν δυοῖν τόνων μεταξὺ λαμβάνουσι· τοῦ γὰρ βαρυτέρου τόνου ἐπιταθέντος γίνεται σμγ', τοῦ δὲ ὀξυτέρου τόνου ἀνεθέντος γίνεται σνς'· ἔστι γὰρ ἐπόγδοα τὰ μὲν σμγ' τῶν σις', τὰ δὲ σπη' τῶν σνς'· ὥστε τονιαῖον εἶναι τῶν δια- B
στημάτων ἑκάτερον, λείπεσθαι δὲ τὸ μεταξὺ τῶν σμγ' καὶ τῶν σνς', ὅπερ οὐκ ἔστιν ἡμιτόνιον, ἀλλ' ἔλαττον· τὰ μὲν γὰρ σπη', τῶν σνς' ὑπερέχει τοῖς λ' καὶ δυσὶ, τὰ δὲ σμγ' τῶν σις' ὑπερέχει τοῖς κζ', τὰ δὲ σνς' τῶν σμγ' ὑπερέχει τοῖς ιγ'· ταῦτα δὲ ἀμφοτέρων τῶν ὑπεροχῶν ἐλάττω ἢ ἡμίσεά ἐστι. Διὸ δυοῖν τόνων καὶ λείμματος, οὐ δυοῖν καὶ ἡμίσεως, εὕρηται τὸ διὰ τεσσάρων. Καὶ ταῦτα μὲν ἔχει τοιαύτην ἀπόδειξιν. Ἐκεῖνο δὲ οὐ πάνυ χαλεπὸν ἐκ τῶν προειρημένων συνιδεῖν, τί δή ποτε φήσας ὁ Πλάτων ἡμιολίους καὶ ἐπιτρίτους καὶ ἐπογδόους γίνεσθαι διαστάσεις ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὰς ἐπιτρίτους ταῖς ἐπογδόοις, οὐκ ἐμ- C
νήσθη τῶν ἡμιολίων, ἀλλὰ παρέλιπε. Τὸ γὰρ ἡμιόλιον, τοῦ ἐπιτρίτου τῷ ἐπογδόῳ, ἢ τοῦ ἐπογδόου τῷ ἐπιτρίτῳ προστιθεμένου, συμπληροῦται.

A. 6. ἤδη] Sic B. E. Vulgo, τοίνυν.
A. 7. τὸ λεῖμμα τῶν] Sic recte Stephan. ſecundum Jannot. Turneb. Xyl. verſion. Reliqui omnes, τῶν λειμμάτων.
B. 5. ἀμφοτέρων] Sic Anon. et Turneb. Ceteri ἀμφότερα.
C. 2. Τὸ γὰρ ἡμιόλιον—συμπληροῦται.] Sic Steph. poſt Turnebum et Amiot. Nam Ald. Baſ. Xyl. Τὸ γὰρ ἡμιόλιον τοῦ ἐπιτρίτου τῷ ἐπογδόῳ τῷ ἐπιτρίτῳ προστιθεμένου συμπληροῦσθαι καὶ τὸ ἡμιόλιον. Mire variant ceteri. Præſtat recepta lectio, modo putida iteratio tollatur, deletis verbis ἢ τοῦ ἐπογδόου τῷ ἐπιτρίτῳ: cujuſmodi et Xylan-

fectum, dixerunt. Atque ego quidem his numeris ſententiam Platonis evidentiſſime expoſitam arbitror.

XIX. Alii terminos ponunt in modum diateſſaron, acutum numero CCLXXXVIII, gravem numero CCXVI aſſignant, reliqua eodem modo conficiunt, niſi quod leimma medio inter duos tonos loco concipiunt. Graviore enim voce uno tono ad acutiorem contenta fiunt CCXLIII; acutiore autem ad unum tonum remiſſa ſeu depreſſa, CCLVI: porro CCXLIII ad CCXVI rationem habent ſeſquioctavam, eandemque CCLXXXVIII ad CCLVI; ut utrobique toni ſit intervallum: et relinquitur id quod intereſt inter CCXLIII et CCLVI, non jam ſemitonium, ſed eo minus aliquid: CCLXXXVIII enim numero XXXII amplius ſunt quam CCLVI: et CCXLIII numero XXVII excedunt numerum CCXVI: at CCLVI major eſt quam CCXLIII, quo XIII plus habet. Atqui utriuſque exceſſuum, qui erant XXXII, et XXVII, dimidio minor eſt numerus XIII. Itaque diateſſaron conſtare deprehenſum eſt non duobus tonis et ſemiſſe toni, ſed duobus tonis et leimmate. Atque horum quidem hæc eſt demonſtratio. Id autem ex prædictis intelligi facile poteſt, cur Plato, cum dixiſſet ſeſquialtera, ſeſquitertia, et ſeſquioctava fieri intervalla, dum ſeſquitertii ſeſquioctavis interjectis explentur, nullam ſeſquialterorum fecerit mentionem, ſed ea omiſerit. Nam ſeſquitertia proportione ad ſeſquioctavam addita, conficitur ſeſquialtera.

κ'. Ὑποδεδειγμένων δὲ τούτων, τὸ μὲν συμπληροῦν τὰ διαστήματα, καὶ παρεντάττειν τὰς μεσότητας, εἰ καὶ μηδεὶς ἐτύγχανε πεποιηκὼς πρότερον, ὑμῖν ἂν αὐτοῖς ἕνεκα γυμνασίας παρῆκα· νῦν δὲ πολλοῖς κἀγαθοῖς ἀνδράσιν ἐξειργασμένου τούτου, μάλιστα δὲ Κράντορι καὶ Κλεάρχῳ καὶ Θεο-
D δώρῳ τοῖς Σολεῦσι, μικρὰ περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς εἰπεῖν οὐκ ἄχρηστόν ἐστιν. Ὁ γὰρ Θεόδωρος, οὐχ ὡς ἐκεῖνοι, δύο στίχους ποιῶν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς εὐθείας ἐφεξῆς τούς τε διπλασίους ἐκτάττων καὶ τοὺς τριπλασίους, πρῶτον μὲν ἰσχυρίζεται τῇ λεγομένῃ κατὰ μῆκος σχίσει τῆς οὐσίας, δύο ποιούσῃ μοίρας, ὡς ἐκ μιᾶς, οὐ τέσσαρας ἐκ δυεῖν· ἔπειτά φησι τὰς τῶν μεσοτήτων παρεντάξεις, οὕτω λαμβάνειν προσήκειν χώραν· εἰ δὲ μή, ταραχὴν καὶ σύγχυσιν ἔσεσθαι· καὶ μεταστὰς εἰς τὸ πρῶτον, εὐθὺς τριπλάσιον ἐκ τοῦ πρώτου διπλασίου τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ὀφειλόντων. Τοῖς δὲ περὶ
E τὸν Κράντορα βοηθοῦσιν αἵ τε θέσεις τῶν ἀριθμῶν, ἐπιπέδων ἐπιπέδοις, καὶ τετραγώνων τετραγώνοις, καὶ κύβων κύβοις ἀντιθέτως συζυγούντων, τῇ τε μὴ κατὰ τάξιν αὐτῶν λήψει, ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀρτίων καὶ ἐπὶ *

κα'. * κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχων ὡς μορφὴν καὶ εἶδος· τὸ δὲ περὶ τὰ σώ-

dri fuit correctio in Notis. Forte etiam vera lectio fuit, Τὸ γὰρ ἡμιόλιον τοῦ ἐπιτρίτου τῷ ἐπογδόῳ, ὡς τὸ ἐπιτρίτον τῷ ἐπογδόῳ τοῦ ἡμιολίου προστιθεμένου, συμπληροῦται.

C. 4. Ὑποδεδειγμένων] Sic recte omnes libri, excepto Steph. qui habet Ὑποδεδειγμένων.

D. 4. σχίσει] Sic T. V. Amiot. et Xyl. in versionibus; ipse Plato Tim. p. 528, F. Vulgo, σχέσει, quod vertendo retinuit Turneb.

D. 8. τῶν συμπληρούντων ἑκάτερον ὀφειλόντων] Hæc et ipsa sunt corrupta, et carere videntur proximis suis partibus, quippe perditis. In margine E adscriptum est ὅρα, signum corruptelæ: et hic unus codex habet levem varietatem, συμπληροῦν: ceteri cum vulgata consentiunt.

E. 1. θέσεις τῶν ἀριθμῶν] Sic E. Venet. Oxon. Vulgo, θέσεις περὶ τῶν ἀριθμῶν.

E. 3. καὶ ἐπὶ * * κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχων] Multa hic exciderunt: libri omnes spatium vacuum habent, E. quidem quatuor versuum ac dimidii quorum in medio est litera π.

XX. His ita demonstratis, quomodo impleantur intervalla et inferantur medietates, etiamsi nemo jam ante commonstrasset, tamen vobis exercitationem hanc reliquissem. Nunc cum multi iique præclari viri id absolverint, Crantor maxime, Clearchus, et Theodorus, Solenses; pauca de eorum dissidio dicere non abs re fuerit. Theodorus enim non, ut illi, duas series instituens, sed in una linea deinceps duplos triplosque exponens, primum nititur illa, quæ apud Platonem dicitur, substantiæ in longitudinem fissura, duas faciente ex una, non quatuor ex duabus partes. Deinde, inquit, medietatum insertiones ita convenit spatium nancisci; alias perturbatum confusumque rem iri, ac trajectiones exstituras in primum statim triplum ex primo duplo qui impleant utrumque * Crantorem tuentur collocationes numerorum, planos planis, quadrata quadratis, cubos cubis adversos collocantes atque conjugantes: utque non ordine sumantur, sed alternis pares et plani *

XXI. * semper eodem modo habens, ut forma

ματα γινόμενον μεριστὸν, ὡς ὑποδοχὴν καὶ ὕλην· τὸ δὲ μίγμα κοινὸν ἐξ ἀμφοῖν ἀποτελεσμένον. Ἡ μὲν οὖν ἀμέριστος οὐσία καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα, μὴ μικρότητι καθάπερ τὰ ἐλάχιστα τῶν σωμάτων, νοείσθω φεύγουσα τὸν μερισμόν· τὸ γὰρ ἁπλοῦν καὶ ἀπαθὲς καὶ καθαρὸν αὐτῆς καὶ μονοειδὲς, ἀμερὲς εἴρηται, καὶ ἀμέριστον· ᾧ καὶ τῶν συνθέτων καὶ μεριστῶν καὶ διαφε- F
ρομένων ἁμωσγέπως θίγουσα, παύει τὸ πλῆθος, καὶ καθίστησιν εἰς μίαν δι' ὁμοιότητος ἕξιν. Τὴν δὲ περὶ τὰ σώματα γινομένην, μεριστὴν εἰ μέν τις ἐθέλοι καλεῖν ὕλην, ὡς καὶ ὑποκειμένην ἐκείνῃ καὶ μεταληπτικὴν ἐκείνης φύσιν, ὁμωνυμίᾳ χρώμενος, οὐ διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· οἱ δὲ σωματικὴν ἀξιοῦντες ὕλην συμμίγνυσθαι τῇ ἀμερίστῳ, διαμαρτάνουσι. Πρῶτον μὲν ὅτι τῶν ἐκείνης 1023
ὀνομάτων οὐδενὶ νῦν ὁ Πλάτων κέχρηται· δεξαμενὴν γὰρ εἴωθε καὶ πανδεχῆ καὶ τιθήνην ἀεὶ καλεῖν ἐκείνην, οὐ περὶ τὰ σώματα μεριστὴν, μᾶλλον δὲ σῶμα μεριζόμενον εἰς τὸ καθ' ἕκαστον. Ἔπειτα τί διοίσει τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως ἡ τῆς ψυχῆς, εἴπερ ἀμφοτέροις ἔκ τε τῆς ὕλης καὶ τῶν νοητῶν γέγονεν ἡ σύστασις; Αὐτός γε μὴν ὁ Πλάτων, ὥσπερ ἀπωθέμενος τῆς ψυχῆς τὴν ἐκ σώματος γένεσιν, ἐντὸς αὐτῆς φησιν ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεθῆναι τὸ σωματικὸν, εἶτα ἔξωθεν ὑπ' ἐκείνης περικαλυφθῆναι· καὶ ὅλως ἀπεργασάμενος τῷ λόγῳ τὴν ψυχὴν, ὕστερον ἐπεισάγει τὴν περὶ τῆς ὕλης ὑπόθεσιν, μηδὲν αὐτῆς B
πρότερον, ὅτε τὴν ψυχὴν ἐγέννα, δεηθεὶς, ὡς χωρὶς ὕλης γινομένην.

A. 6. ἀπωθέμενος] Recepi ex B. E. Vulgo, ἀποθέμενος.

et ſpecies: alterum quod circa corpora Dividuum, tanquam receptaculum et materiam: mixturam autem ex omnibus communem confectam. Subſtantiam proinde quæ dividi non poteſt, et ſemper eodem modo ſe habet, non intelligendum eſt parvitate (quod fit minimis corporibus) diviſionem ſubterfugere. Simplicitas enim ejus, affectionum vacuitas, puritas, et formæ unitas, Individua dicitur et impartilis: quibus illa etiam compoſita, Dividua, et varia quodammodo attingens, multitudinem eorum tollit, habitumque unum quendam iis ob ſimilitudinem infert. Quæ vero circa corpora verſans diviſionem admittit, eam ſi quis materiam nominare velit, ut naturam priori ſubjectam, ejuſque participem, is vocis ambiguæ uſu, nihil interim noſtræ diſputationi officiet. Qui vero materiam corpoream miſceri cum Individua volunt, errant. Primum in eo, quod nullo corporeæ materiæ nomine hic utitur Plato: quam alias *receptaculum*, *omnium rerum capacem et nutricem* ſolet dicere, non circa corpora Dividuam, ſed ipſum corpus quod in ſingularia dividatur. Deinde, quid intererit inter mundi et Animæ procreationem, ſi utrumque ex materia et intelligibilibus eſt conſtitutum? Ipſe quidem Plato quaſi abominans Animæ ex corpore ortum, ait intus in ipſa corporeum fuiſſe a Deo collocatum, foriſque ab illa occultatum: cumque totam Animam ratione abſolviſſet, deinde argumentum de materia proponit, qua ante, cum Animam crearet, nihil opus habuerat, utpote ſine materia natam.

κβʹ. Ὅμοια δὲ τούτοις ἐστὶν ἀντειπεῖν καὶ τοῖς περὶ Ποσειδώνιον· οὐ γὰρ μακρὰν τῆς ὕλης ἀπέστησαν· ἀλλὰ δεξάμενοι, τὴν τῶν περάτων οὐσίαν περὶ τὰ σώματα λέγεσθαι μεριστήν, καὶ ταύτα τῷ νοητῷ μίξαντες, ἀπεφήναντο τὴν ψυχὴν ἰδέαν εἶναι τοῦ πάντη διαστατοῦ κατὰ ἀριθμὸν συνεστῶσαν, ἁρμονίαν περιέχοντα· τά τε γὰρ μαθηματικὰ τῶν πρώτων νοητῶν μεταξὺ καὶ τῶν αἰσθητῶν τετάχθαι, τῆς τε ψυχῆς τῶν νοητῶν τὸ
C ἀΐδιον, καὶ τῶν αἰσθητῶν τὸ παθητικὸν ἐχούσης, προσῆκον ἐν μέσῳ τὴν οὐσίαν ὑπάρχειν. Ἔλαθε γὰρ καὶ τοῦτον ὁ θεὸς τοῖς τῶν σωμάτων πέρασιν ὕστερον, ἀπειργασμένης ἤδη τῆς ψυχῆς, χρώμενος ἐπὶ τὴν τῆς ὕλης διαμόρφωσιν, τὸ σκεδαστὸν αὐτῆς καὶ ἀσύνδετον ὁρίζων καὶ περιλαμβάνων ταῖς ἐκ τῶν τριγώνων συναρμοττομένων ἐπιφανείαις. Ἀτοπώτερον δὲ τὸ τὴν ψυχὴν ἰδέαν ποιεῖν· ἡ μὲν γὰρ εὐκίνητος, ἡ δὲ ἀκίνητος, καὶ ἡ μὲν ἀμιγὴς πρὸς τὸ αἰσθητόν, ἡ δὲ τῷ σώματι συνειργμένη· πρὸς δὲ τούτοις ὁ θεός, τῆς μὲν ἰδέας ὡς παραδείγματος γέγονε μιμητής, τῆς δὲ
D ψυχῆς ὥσπερ ἀποτελέσματος δημιουργός. Ὅτι δὲ οὐδὲ ἀριθμὸν ὁ Πλάτων τὴν οὐσίαν τίθεται τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ ταττομένην ὑπ' ἀριθμοῦ, προείρηται.

κγʹ. Πρὸς δὲ ἀμφοτέρους τούτους κοινόν ἐστι, τὸ μήτε τοῖς πέρασιν μήτε τοῖς ἀριθμοῖς μηδὲν ἴχνος ἐνυπάρχειν ἐκείνης τῆς δυνάμεως ᾗ τὸ αἰσθητὸν ἡ

C. 1. αἰσθητῶν τὸ παθητικὸν] Ita B. E. Vulgo, αἰσθητικῶν τὸ παθητικόν. Aliter Epitome, τῷ νοητῷ τὸ ἀΐδιον, καὶ τῷ αἰσθητικῷ τὸ παθητικὸν—.

C. 6. εὐκίνητος] Forte rectius ſit ἀεικίνητος, ut Epitome.

XXII. Similia horum in Poſidonium dici poſſunt. Nam is quoque non longe a materia Animam removit: ſed Platonis verba ſic accipiens, ſubſtantiam terminorum ſeu extremitatum circa corpora eſſe Dividuam, eamque cum intelligibili miſcens, Animam pronunciavit eſſe ideam ejus quod uſquequaque dimenſiones habet, ratione numeri conſtitutam, qui harmoniam contineat: nam mathematica in medio primorum intelligibilium et ſenſilium eſſe collocata: et cum Anima perpetuitatem intelligibilium, ac ſenſilium facultatem ad percipiendas affectiones habeat in ſe; par eſſe, ut ejus natura in medio ſit. Nimirum et hunc latuit, Deum, corporum extremitatibus poſtmodo demum, jam Anima abſoluta, uſum ad conformandam materiam, cum diſſipationi obnoxiam et vinculis carentem molem definiret et includeret ſuperficiebus, quæ e triangulis erant concinnatæ. Abſurdius etiam hoc, quod Animam ideam facit, cum idea ſit immobilis, mobilis admodum Anima; et illa cum ſenſili nihil habeat commercii, hæc in corpora incluſa ſit; ad hæc Deus ideam ut exemplar fuerit imitatus, Animam ut opus opifex confecerit. Quod autem Plato Animam non ponat numerum eſſe, ſed ordinatam ratione numeri, jam ante dictum eſt.

XXIII. Adverſus utroſque illud commune eſt argumentum, quod neque extremitatibus neque numeris ullum ineſt veſtigium illius facultatis, qua res ſenſiles Anima judicat ſuapte natura.

ψυχὴ πέφυκε κρίνειν· νοῦ μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ νοητὸν ἡ τῆς νοητῆς μέθεξις ἀρχῆς ἐμπεποίηκε· δόξας δὲ καὶ πίστεις, τὸ φανταστικὸν καὶ τὸ παθητικὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸ σῶμα ποιοτήτων, ὃ οὐκ ἄν τις ἐκ μονάδων, οὐδὲ γραμμῶν, οὐδὲ ἐπιφανειῶν, ἁπλῶς νοήσειεν ἐγγινόμενον. Καὶ μὴν οὐ μόνον αἱ τῶν θνητῶν ψυχαὶ γνωστικὴν τοῦ αἰσθητοῦ δύναμιν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ τὴν E
τοῦ κόσμου, φησίν, "ἀνακυκλουμένην αὐτὴν πρὸς ἑαυτήν, ὅταν οὐσίαν "σκεδαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται, καὶ ὅταν ἀμέριστον, λέγῃ κινου-"μένην διὰ πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ τ' ἄν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ ὅτῳ ἂν ἕτερον, "πρὸς ὅ, τι τε μάλιστα, καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως συμβαίνει καταγινόμενα πρὸς "ἕκαστον εἶναι καὶ πάσχειν." Ἐν τούτοις ἅμα καὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν ποιούμενος ὑπογραφήν, ἔτι μᾶλλον τοῖς ἐφεξῆς διασαφεῖ. "Λόγος γάρ," φησίν, "ἀληθής, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος F
"ὀρθὸς ἰὼν εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γί-"νονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὖ περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ τοῦ "ταὐτοῦ κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, ἐπιστήμη ἐξ ἀνάγκης ἀπο-"τελεῖται· τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίνεσθον, ἐάν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο "πλὴν ψυχὴν προσείπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθὲς ἐρεῖ." Πόθεν οὖν ἔσχεν

D. 5. καὶ νοητὸν] Aliquanto melius καὶ νοητικὸν T. V. Anon. recepiſſem, ſi lectio, potius quam correctio videretur: hactenus placet, quod habet activam vim, quam locus requirit: ſed item articulum requirit uſus, καὶ τὸ νοητικόν. Itaque malim καὶ νόησιν.

E. 1. αἰσθητοῦ] Hoc et antecedentia et ſequentia poſtulant, atque exſtat in E. Epitom. et Anon. Vulgo, αἰσθητικοῦ.

E. 3. λέγῃ] λέγειν requirit conſtructio obliqua: apud Platonem eſt λέγει, ubi locus nonnihil rectius legitur. Inde tamen nil mutationis huc intuli niſi ἄν τι pro ἄν τις.

E. 7. Λόγος γὰρ ἀληθὴς] Plenius apud Platonem: Λόγος δὲ ὁ κατὰ ταυτὸν ἀληθὴς γιγνόμενος, περί τε θάτερον ὤν, καὶ περὶ τὸ ταυτὸν ἐν τῷ κινουμένῳ ὑφ' αὐτοῦ φερόμενος ἄνευ φθόγγου καὶ ἠχῆς, ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίγνηται &c.

Mentem quidem ei, et mente ſola cernendarum, id eſt, intelligibilium, rerum notitias communicatio principii intelligentia ſola percipiendi inſeruit: opiniones autem, et perſuaſiones, imaginationes, et affectiones a qualitatibus corpori inhærentibus profectas, ne cogitari quidem poteſt ex unitatibus, lineis aut ſuperficiebus ſimpliciter eſſe innatas. Et vero non modo mortalium Animæ vim cognoſcendi res ſenſibiles habent, ſed ipſam quoque *mundi Animam*, ait, *ipſam in ſe revolutam, ubi aliquid attigit ſubſtantia præditum diſſipabili, aut etiam Individua, hoc ipſam per ſe ipſam totam ſeſe commovendo narrare, cui idem ſit, a quo diverſum, et cujus reſpectu maxime, qua, et quomodo ſit affectum ſubſtantiæ aut motus ratione.* In his cum decem prædicamentorum aliquam poſuiſſet notationem, magis etiam idem declarat in his quæ ſequuntur. *Ratio*, inquit, *vera ubi de ſenſibili concepta eſt, et circulus Diverſi recta proficiſcens in totam Animam de eo nuncium affert, opiniones naſcuntur et perſuaſiones veræ atque conſtantes. Cum autem in iis vertitur, quæ intelligentiæ ſunt, et Ejuſdem circulus valde agilis iſta ſignificaverit, neceſſario ſcientia abſolvitur. Hæc autem duo in qua re ingenerantur, ſi quis eam aliud quicquam dixerit quam Animam, quidvis potius quam verum dixerit.* Unde autem

ἡ ψυχὴ τὴν ἀντιληπτικὴν τοῦ αἰσθητοῦ καὶ δοξαστικὴν ταύτην κίνησιν ἑτέ-
1024 ραν τῆς νοητικῆς ἐκείνης καὶ τελευτώσης εἰς ἐπιστήμην, ἔργον εἰπεῖν, μὴ θεμένους βεβαίως, ὅτι νῦν οὐχ ἁπλῶς ψυχὴν, ἀλλὰ κόσμου ψυχὴν συνίστησιν ἐξ ὑποκειμένων, τῆς τε κρείττονος οὐσίας καὶ ἀμερίστου, καὶ τῆς χείρονος, ἣν περὶ τὰ σώματα μεριστὴν κέκληκεν, οὐχ ἑτέραν οὖσαν ἢ τὴν δοξαστικὴν καὶ φανταστικὴν καὶ συμπαθῆ τῷ αἰσθητῷ κίνησιν, οὐ γενομένην, ἀλλ' ὑφεστῶσαν ἀΐδιον ὥσπερ ἡ ἑτέρα. Τὸ γὰρ νοερὸν ἡ φύσις ἔχουσα, καὶ τὸ δοξαστικὸν εἶχεν· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν, ἀκίνητον, ἀπαθὲς, καὶ περὶ τὴν ἀεὶ μένουσαν ἱδρυμένον οὐσίαν· τοῦτο δὲ, μεριστὸν καὶ πλανητὸν, ἅτε δὴ φερο-
B μένης καὶ σκεδαννυμένης ἐφαπτόμενον ὕλης. Οὔτε γὰρ τὸ αἰσθητὸν εἰλήχει τάξεως, ἀλλ' ἦν ἄμορφον καὶ ἀόριστον· ἥ τε περὶ τοῦτο τεταγμένη δύναμις, οὔτε δόξας ἐνάρθρους, οὔτε κινήσεις ἁπάσας εἶχε τεταγμένας, ἀλλὰ τὰς πολλὰς ἐνυπνιώδεις καὶ παραφόρους καὶ ταραττούσας τὸ σωματοειδὲς, ὅσα μὴ κατὰ τύχην τῷ βελτίονι περιέπιπτεν· ἐν μέσῳ γὰρ ἦν ἀμφοῖν, καὶ πρὸς ἀμφότερα συμπαθῆ καὶ συγγενῆ φύσιν εἶχε, τῷ μὲν αἰσθητικῷ τῆς ὕλης ἀντεχομένη, τῷ δὲ κριτικῷ τῶν νοητῶν.

κδ'. Οὕτω δέ πως καὶ αὐτὸς διασαφεῖ τοῖς ὀνόμασιν, "Οὗτος γὰρ," φησὶ, "παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λό-

A. 3. καὶ τῆς χείρονος] τῆς adjecimus ex E. Venet. Epitom.
A. 8. οὐσίαν] ex B. E. Oxon. Jannot. Epitom. Vulgo abeſt,
B. 2. τεταγμένη] Eſt quidem in omnibus libris et in Epitome: tamen delendum videtur.
B. 3. εἶχε] Sic B. et margo E. Vulgo, ἔχουσα.
B. 4. τὸ σωματοειδὲς] τὸ additum ex B. E. Oxon. Epitom.

hic ſenſilia apprehendendi et opinandi motus, diverſus ab intelligente illo et in ſcientiam deſinente, Animæ obtigerit, dici non poteſt; niſi hoc firmiter conſtituamus, nunc Platonem non univerſe Animam, ſed mundi Animam componere e ſubjectis, nimirum e natura præſtantiore et Individua, atque e deteriore, quam ipſam circa corpora Dividuam appellavit, non diverſam a motione opinioſa, imaginatrice et quam ſenſilia afficiant, et quæ non ſit nata, ſed perpetuo ſubſtiterit, ut etiam altera. Natura enim quæ intelligendi habuit vim, habuit etiam opinandi. Verum illa quidem motui non obnoxia, non affectioni, innixa fuit rebus ſemper eodem modo manentibus: hæc autem Dividua et vaga fuit, ut quæ appeteret materiam agitatam ac diſſipatam. Nam neque ſenſili naturæ obtigerat ordo, ſed informis erat atque indefinita: et facultas ei addicta neque opiniones probe diſtinctas, neque motiones omnes ordinatas habebat: ſed pleraſque ſomniorum ſimiles, temerarias, et quæ tumultum corporeæ facultati adferrent, niſi fortuito in idem cum meliore natura incidiſſent. Erat enim in medio amborum, naturamque habebat cum utriſque cognatam atque conſentientem, vi ſentiendi materiam apprehendens, judicio vim intelligentem.

XXIV. Atque hoc ipſe pæne diſertis verbis declarat: *Mea*, inquit, *hæc eſt, ut verbo dicam, ſen-*

„ γος, ὅν τε καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι, τρία τριχῇ καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι." Χώραν τε γὰρ καλεῖ τὴν ὕλην, ὥσπερ ἕδραν, ἔστιν ὅτε καὶ ὑποδοχήν· ὂν δὲ, τὸ C
νοητόν· γένεσιν δὲ τοῦ κόσμου μήπω γεγονότος, οὐδεμίαν ἄλλην ἢ τὴν ἐν μεταβολαῖς καὶ κινήσεσιν οὐσίαν, τοῦ τυποῦντος καὶ τοῦ τυπουμένου μεταξὺ τεταγμένην, διαδιδοῦσαν ἐνταῦθα τὰς ἐκεῖθεν εἰκόνας. Διά τε δὴ ταῦτα μεριστὴ προσηγορεύθη, καὶ ὅτι τῷ αἰσθητῷ τὸ αἰσθανόμενον, καὶ τῷ φανταστῷ τὸ φανταζόμενον ἀνάγκη συνδιανέμεσθαι καὶ συμπαρήκειν· ἡ γὰρ αἰσθητικὴ κίνησις, ἰδία ψυχῆς οὖσα, κινεῖται πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐκτός· ὁ δὲ νοῦς, αὐτὸς μὲν ἀφ' ἑαυτοῦ μόνιμος ἦν καὶ ἀκίνητος, ἐγγενόμενος δὲ τῇ ψυχῇ καὶ κρατήσας, εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει, καὶ συμπεραίνει τὴν ἐγκύκλιον φορὰν περὶ τὸ μένον ἀεὶ μάλιστα ψαύουσαν τοῦ ὄντος. Διὸ καὶ δυσανάκρατος ἡ κοινωνία γέγονεν αὐτῶν, τῷ ἀμε- D
ρεῖ τὸ μεριστὸν, καὶ τῷ μηδαμῆ κινητῷ τὸ πάντη φορητὸν μιγνύουσα, καὶ καταβιαζομένη θάτερον εἰς ταυτὸν συνελθεῖν. Ἦν δὲ τὸ θάτερον οὐ κίνησις, ὥσπερ οὐδὲ ταυτὸν στάσις, ἀλλ' ἀρχὴ διαφορᾶς καὶ ἀνομοιότητος. Ἑκάτερον γὰρ ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς κάτεισιν, τὸ μὲν ταυτὸν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, τὸ δὲ θάτερον ἀπὸ τῆς δυάδος· καὶ μέμικται πρῶτον ἐνταῦθα περὶ τὴν ψυχὴν, ἀριθμοῖς καὶ λόγοις συνδεθέντα, καὶ μεσότησιν ἐναρμονίοις, καὶ ποιεῖ θάτερον μὲν ἐγγενόμενον τῷ ταυτῷ διαφορὰν, τὸ δὲ ταυτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ τάξιν, E
ὡς δῆλόν ἐστιν ἐν ταῖς πρώταις τῆς ψυχῆς δυνάμεσιν· εἰσὶ δ' αὗται, τὸ κριτικὸν καὶ τὸ κινητικόν. Ἡ μὲν οὖν κίνησις εὐθὺς ἐπιδείκνυται περὶ τὸν οὐρανὸν,

tentia, fuiſſe ante originem cœli tria hæc ſeorſim, Ens, Spatium, Ortum. Spatii enim vocabulo adficit materiam, ut et *ſedis*, atque alias *receptaculi:* Ens autem vocat, id quod ſola mente percipitur, ſeu intelligibile: Ortum mundi nondum nati ſubſtantiam, nulla ſitam alia in re, quam in mutationibus et motibus, inter formans atque formatum medio loco ordinatam, atque effigies eorum quæ ibi ſunt huc tranſmittentem. Ergo cum ob hæc Animam hanc Dividuam dicit, tum quod ſenſili ſentiens, et imaginabili imaginans vis neceſſe eſt comitetur, eique adhæreat. Nam vis ſentiendi Animæ propria, movetur ſecundum id quod foris ſentitur: Mens ipſa per ſe ſtabilis erat, et motus expers, inſita Animæ, in eamque nacta imperium, in ſeipſam convertitur, circularemque conficit motum, ea quæ ita ſunt ut ſemper ſui maneant ſimilia potiſſimum attingens. Itaque etiam temperatu difficilis fuit eorum communio, quæ Individuo Dividuum, nuſquam mobili uſquequaque mobile, miſceret, ac Diverſa in Idem congredi cogeret. Non erat enim ipſe Motus Diverſum, ut ne Idem quidem erat quies, ſed initium diſcriminis et inæqualitatis. Utrumque enim ab altero principiorum oritur: Idem ab unitate, Diverſum a binario. Atque hæc primum in Anima fuerunt commixta, numeris, et proportionibus colligata, et medietatibus harmonicis. Efficitque Diverſum Eidem inſertum Differentiam, Idem in Diverſo ordinem; quod manifeſtum eſt in primis Animæ facultatibus, judicandi ſcilicet et movendi. Motus ſtatim in cœlo demonſtrat Diverſitatem in Iden-

ἐν μὲν τῇ ταυτότητι τὴν ἑτερότητα τῇ περιφορᾷ τῶν ἀπλανῶν, ἐν δὲ
τῇ ἑτερότητι τὴν ταυτότητα τῇ τάξει τῶν πλανητῶν· ἐπικρατεῖ γὰρ ἐν
ἐκείνοις τὸ ταυτὸν, ἐν δὲ τοῖς περὶ γῆν τοὐναντίον. Ἡ δὲ κρίσις ἀρχὰς
F μὲν ἔχει δύο, τόν τε νοῦν ἀπὸ ταυτοῦ πρὸς τὰ καθόλου, καὶ τὴν αἴσθησιν
ἀπὸ τοῦ ἑτέρου πρὸς τὰ καθ᾽ ἕκαστα. Μέμικται δὲ λόγος ἐξ ἀμφοῖν,
νόησις ἐν τοῖς νοητοῖς, καὶ δόξα γινόμενος ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· ὀργάνοις τε
ταῖς μεταξὺ φαντασίαις τε καὶ μνήμαις χρώμενος, ὧν τὰ μὲν ἐν τῷ
ταυτῷ τὸ ἕτερον, τὰ δὲ ἐν τῷ ἑτέρῳ ποιεῖ τὸ ταυτόν. Ἔστι γὰρ ἡ μὲν
νόησις, τοῦ νοοῦντος κίνησις περὶ τὸ μένον· ἡ δὲ δόξα, μονὴ τοῦ αἰσθανομένου
1025 περὶ τὸ κινούμενον· φαντασίαν δὲ, συμπλοκὴν δόξης πρὸς αἴσθησιν οὖσαν,
ἵστησιν ἐν μνήμῃ τὸ ταυτόν· τὸ δὲ θάτερον κινεῖ πάλιν ἐν διαφορᾷ τοῦ
πρόσθεν καὶ νῦν, ἑτερότητος ἅμα καὶ ταυτότητος ἐφαπτόμενον.

κέ. Δεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ κόσμου γινομένην σύνταξιν, εἰ-
κόνα λαβεῖν τῆς ἀναλογίας ἐν ᾗ διηρμόσατο ψυχήν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ
ἦν ἄκρατον πῦρ, καὶ ἡ γῆ, χαλεπὴν πρὸς ἄλληλα κραθῆναι φύσιν
ἔχοντα, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄκρατον καὶ ἀσύστατον· ὅθεν ἐν μέσῳ θέμενος
αὐτῶν, τὸν μὲν ἀέρα πρὸ τοῦ πυρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ πρὸ τῆς γῆς, ταῦτα πρῶτον
B ἀλλήλοις ἐκέρασεν, εἶτα διὰ τούτων ἐκεῖνα πρός τε ταῦτα καὶ πρὸς ἄλληλα
συνέμιξε καὶ συνήρμοσεν. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν τὸ ταυτὸν καὶ τὸ θάτερον

E. 4. ἐν μὲν τῇ ταυτότητι] μὲν receptum ex B. E. Venet. Epitom. Vulgo, δέ.
A. 6. ἄκρατον πῦρ] Forte rectius Epitome, ἄκρα τὸ πῦρ.
A. 8. πρὸ τῆς γῆς] Sic Ald. Bas. Xyl. B. E. Vulgo, πρὸς τῆς γῆς.

titate, revolutione inerrantium stellarum, et in Diversitate Identitatem ordine errantium. In his enim prævalet Idem, contrarium in iis quæ pone terram sunt. Judicium autem principia habet duo; Mentem ab Eodem ad Universalia, et Sensum a Diverso ad Singularia. Ratio ex utrisque mixta est, quæ fit intelligentia in intellectui subjectis, opinio in sensilibus: utiturque veluti instrumentis in medio inter Mentem ac Sensum positis, visis ac memoriis, quorum alia in Eodem Diversum, alia Idem in Diverso efficiunt. Est enim intelligentia motio facultatis intelligentis circa id quod permanet: opinio autem permansio ejus quod sentitur circa id quod in motu est. Visum autem (hoc *phantasiam* dico), complexum opinionis cum sensu, constituit in memoria Idem: Diversum vero rursus movet phantasiam seu visum, in discrimine præteriti ac præsentis, simul Diversitatem et Identitatem attingens.

XXV. Ceterum oportet eam contemperationem, qua corpus mundi conflatum est, adsciscere ad exemplum proportionis, secundum quam fuit Anima concinnata. Ibi enim erat purus ignis, et terra, quæ inter se contemperari difficulter possent suapte natura, imo mixturam omnino et compositionem refugerent. Itaque inter ea medio loco ponens aërem igni, aquam terræ propiorem, isthæc primum commiscuit, deinde horum opera etiam illa cum his et inter se contemperavit concinnavitque Deus. Ita hic etiam, Idem et

ἐναντίας δυνάμεις καὶ ἀκρότητας ἀντιπάλους, συνήγαγεν, οὐ δι' αὐτῶν, ἀλλὰ οὐσίας ἑτέρας μεταξὺ, τὴν μὲν ἀμέριστον περὶ τοῦ ταὐτοῦ, περὶ δὲ τοῦ θατέρου τὴν μεριστὴν, ἔστιν ᾗ προσήκουσαν ἑκατέραν ἑκατέρᾳ, τάξας, εἶτα μιχθείσαις ἐκείναις ἐπεγκεραννύμενος, οὕτως τὸ πᾶν συνύφηνε ἓν τῆς ψυχῆς εἶδος, ὡς ἦν ἀνυστὸν, ἐκ διαφόρων ὅμοιον, ἔκ τε πολλῶν ἓν ἀπειργασμένος. Οὐκ εὖ δέ τινες εἰρῆσθαι λέγουσιν δύσμικτον ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος τὴν θατέρου φύσιν, οὐκ ἄδεκτον οὖσαν ἀλλὰ καὶ φίλην μεταβολῆς· μᾶλλον δὲ τὴν τοῦ ταὐτοῦ, μόνιμον καὶ δυσμετάβλητον οὖσαν, οὐ ῥᾳδίως προσ- C
ίεσθαι μίξιν, ἀλλὰ ἀπωθεῖσθαι καὶ φεύγειν, ὅπως ἁπλῆ διαμείνῃ καὶ εἰλικρινὴς καὶ ἀναλλοίωτος. Οἱ δὲ ταῦτα ἐγκαλοῦντες, ἀγνοοῦσιν ὅτι τὸ μὲν ταὐτὸν, ἰδέα τῶν ὡσαύτως ἐχόντων ἐστὶ, τὸ δὲ θάτερον, τῶν διαφόρως· καὶ τούτου μὲν ἔργον, ὧν ἂν ἅψηται διϊστάναι καὶ ἀλλοιοῦν, καὶ πολλὰ ποιεῖν· ἐκείνου δὲ, συνάγειν καὶ συνιστάναι δι' ὁμοιότητος ἐκ πολλῶν μίαν ἀναλαμβανόντων μορφὴν καὶ δύναμιν.

κϛʹ. Αὗται μὲν οὖν δυνάμεις τῆς τοῦ παντός εἰσι ψυχῆς, εἰς δὲ θνητὰ καὶ παθητὰ παρεισιοῦσαι ὄργανα φθαρτῶν καὶ αὐτὰ σωμάτων, D
ἐν τούτοις τὸ τῆς δυαδικῆς καὶ ἀορίστου μερίδος ἐπιφαίνεται μᾶλλον εἶδος, δὲ τῆς ἁπλῆς καὶ μοναδικῆς ἀμυδρότερον ὑποδέδυκεν. Οὐ μὴν ῥᾳδίως ἄν τις οὔτε πάθος ἀνθρώπου παντάπασιν ἀπηλλαγμένον λογισμοῦ

C. 3. ταῦτα] Sic Turneb. Xyl. Anon. T. V. et proxime accedit in B. E. τ' αὐτά. Vulgo, ταύτας.
C. 5. διϊστάναι] Sic B. E. Vulgo, διιστάναι.
C. 6. ἐκ πολλῶν] Sic B. E. Vulgo, ἐκεῖ πολλῶν.
D. 3. εἶδος, δὲ τῆς ἁπλῆς] Excidit τὸ ante δέ.

Diverſum, facultates contrarias et extremitates invicem adverſantes conduxit, non ipſas per ſe, ſed duas alias ſubſtantias, Individuam juxta Idem, Dividuam juxta Diverſum conſtituens, ſuo ordine devinxit: tum illis mixtis has contemperans, ita totam Animæ formam contexuit, quantum fieri potuit ex differentibus ſimilem, ex multis unam fabricatus. Sunt qui dicant, a Platone non recte pronunciatum *Diverſi naturam mixtu difficilem eſſe*, cum ea non modo non reſpuat, ſed etiam amet mutationem: Ejuſdem potius naturam, ſtabilem et a mutatione abhorrentem, non facile admiſiſſe mixtionem, ſed averſatam fuiſſe ac fugiſſe, ut ſimplex, ſincera, et alterationis vacua permaneret. Hæc qui vitio dant Platoni, ignorant Idem eorum quæ ſemper ſunt ejuſdem modi eſſe ideam, Diverſum eorum quæ alias aliter afficiuntur, atque hujus eſſe munus quæcunque tangat, ea dividere et alterare ac multa reddere: illius, contrahere et compingere, ut multa ob ſimilitudinem unam nanciſcantur formam atque facultatem.

XXVI. Atque hæ ſunt vires Animæ Univerſi. Quæ ubi intraverunt in mortalia et affectionum capacia corporum corruptibilium inſtrumenta, ibi vis binariæ et indefinitæ partis magis ſeſe exerit, forma ſimplicis et unitati affinis facultatis obſcurius ſubeunte. Neque tamen facile affectum hominis prorſus a ratione ſeparatum de-

κατανοήσειεν, οὔτε διανοίας κίνησιν, ᾗ μηδὲν ἐπιθυμίας ἢ φιλοτιμίας ἢ τοῦ χαίροντος ἢ λυπουμένου πρόσεστι. Διὸ τῶν φιλοσόφων οἱ μὲν τὰ πάθη λόγους ποιοῦσιν, ὡς πᾶσαν ἐπιθυμίαν καὶ λύπην καὶ ὀργὴν κρίσεις
E οὔσας· οἱ δὲ τὰς ἀρετὰς ἀποφαίνουσι παθητικάς, καὶ γὰρ ἀνδρείᾳ τὸ φοβούμενον, καὶ σωφροσύνῃ τὸ ἡδόμενον, καὶ δικαιοσύνῃ τὸ κερδαλέον εἶναι. Καὶ μὴν θεωρητικῆς γε τῆς ψυχῆς οὔσης ἅμα καὶ πρακτικῆς, καὶ θεωρούσης δὲ τὰ καθ' ὅλου καὶ τὰ καθ' ἕκαστα, καὶ νοεῖν μὲν ἐκεῖνα, ταῦτα δὲ αἰσθάνεσθαι δοκούσης, ὁ κοινὸς λόγος ἀεὶ περί τε ταυτὸν ἐντυγχάνων τῷ θατέρῳ, καὶ ταυτῷ περὶ θάτερον, ἐπιχειρεῖ μὲν ὅροις καὶ διαιρέσεσι χωρίζειν τὸ ἓν καὶ τὰ πολλά, καὶ τὸ ἀμερὲς καὶ μεριστόν· οὐ δύναται δὲ καθαρῶς ἐν οὐδετέρῳ γενέσθαι, διὰ τὸ τὰς ἀρχὰς ἐναλλὰξ ἐμπε-
F πλέχθαι καὶ καταμεμίχθαι δι' ἀλλήλων. Καὶ διὰ τοῦτο τῆς οὐσίας τὴν ἐκ τῆς ἀμερίστου καὶ τῆς μεριστῆς ὁ θεὸς ὑποδοχὴν τῷ ταυτῷ καὶ τῷ ἑτέρῳ συνέστησεν, ἵνα ἐν διαφορᾷ τάξις γένηται· τοῦτο γὰρ ἦν γενέσθαι· ἐπεὶ χωρὶς τούτων, τὸ μὲν ταυτὸν οὐκ εἶχε διαφορὰν, ὥστε οὐδὲ κίνησιν, οὐδὲ γένεσιν· θάτερον δὲ τάξιν οὐκ εἶχεν, ὥστε οὐδὲ σύστασιν, οὐδὲ γένεσιν. Καὶ γὰρ εἰ τῷ ταυτῷ συμβέβηκεν ἑτέρῳ εἶναι τοῦ ἑτέρου, καὶ τῷ ἑτέρῳ πάλιν αὐτῷ ταυτὸν, οὐθὲν ἡ τοιαύτη μέθεξις ἀλλήλων ποιεῖ γόνιμον, ἀλλὰ δεῖται τρίτης τινὸς, οἷον ὕλης, ὑποδεχομένης καὶ διατιθεμένης ὑπ' ἀμφο-

E. 1. ἀνδρείᾳ—σωφροσύνῃ—δικαιοσύνῃ] Ita Xyl. et consentit in ἀνδρείᾳ Venet. Nam Ald. Baſ. B. E. Oxon. ἀνδρεία—σωφροσύνη—δικαιοσύνη. Hinc Stephan. fecit, ἀνδρεία—σωφροσύνην—δικαιοσύνην. Ita et Græco-Lat. niſi quod ἀνδρείαν aſſumſerunt.
F. 2. τῷ ταυτῷ] Sic B. E. Vulgo, τῷ αὐτῷ.

prehendas, neque motum intellectus, cui nihil cupiditatis, ſtudii, gaudii, aut moleſtiæ adſit. Itaque philoſophorum alii ipſos animi ſubitos affectus, rationes vocant, quod omnis concupiſcentia, dolor, ira, ſint judicia quædam: alii virtutes pronunciant ab iis pendere affectionibus: nam et fortitudini metum, et temperantiæ voluptatem, et juſtitiæ lucri appetitionem adeſſe. Jam cum Anima et contemplandi vim habeat, et agendi, conſideret autem cum univerſalia tum ſingularia, de quibus hæc ſentire, illa intelligere dicitur; Communis Ratio ſemper circa Idem Diverſo, circa Diverſum Eidem occurrens, conatur quidem definiendo ac dividendo ſeparare unum a multis, Individuum a Dividuo: non poteſt autem ſincere in alterutro eorum eſſe, ideo quod principia viciſſim inter ſe complicata ſunt atque commixta. Atque idcirco mixtum ex Individua et Dividua ſubſtantia receptaculum Deus Eidem et Diverſo conſtituit, ut in differentia eſſet ordo. Hoc enim erat naſci. Nam ſine his Idem non habuiſſet differentiam, ac proinde neque motum, neque ortum: Diverſum autem ordine caruiſſet, ac porro et ortu et conſtitutione. Quippe ſi Eidem accidiſſet, ut Diverſum a Diverſo eſſet, et Diverſo, ut Idem ſecum; nihil tamen hæc participatio genitabile effeciſſet: ſed tertio opus erat, quod tanquam materia utrumque in ſe reciperet, ab eoque affice-

τέρων. Αὕτη δ' ἐστὶν ἣν πρώτην συνέστησε τῷ περὶ τὰ νοητὰ μονίμῳ 1026
τοῦ περὶ τὰ σώματα κινητικοῦ τὸ ἄπειρον ὁρίσας.

κζ'. Ὡς δὲ φωνή τις ἐστὶν ἄλογος καὶ ἀσήμαντος, λόγος δὲ λέξις
ἐν φωνῇ σημαντικῇ διανοίας, ἁρμονία δὲ τὸ ἐκ φθόγγων καὶ διαστη-
μάτων, καὶ φθόγγος μὲν ἓν καὶ ταυτὸν, διάστημα δὲ φθόγγων ἑτερότης καὶ
διαφορὰ, μιχθέντων δὲ τούτων ᾠδὴ γίνεται καὶ μέλος· οὕτω τὸ παθη-
τικὸν τῆς ψυχῆς ἀόριστον ἦν καὶ ἀστάθμητον, εἶτα ὡρίσθη πέρατος ἐγ-
γινομένου καὶ εἴδους τῷ μεριστῷ καὶ παντοδαπῷ τῆς κινήσεως· συλλαβοῦσα
δὲ τὸ ταυτὸν καὶ τὸ ἕτερον, ὁμοιότησι καὶ ἀνομοιότησιν ἀριθμῶν ἐκ δια- B
φορᾶς ὁμολογίαν ἀπεργασαμένων, ζωή τε τοῦ παντός ἐστιν ἔμφρων καὶ
ἁρμονία, καὶ λόγος ἄγων πειθοῖ μεμιγμένην ἀνάγκην, ἣν εἱμαρμένην
οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· Ἐμπεδοκλῆς δὲ, φιλίαν ὁμοῦ καὶ νεῖκος· Ἡράκλειτος
δὲ, παλίντροπον ἁρμονίην κόσμου, ὅκωσπερ λύρης καὶ τόξου· Παρμενίδης
δὲ, φῶς καὶ σκότος· Ἀναξαγόρας δὲ, νοῦν καὶ ἀπειρίαν· Ζωροάστρης
δὲ, θεὸν καὶ δαίμονα, τὸν μὲν, Ὡρομάσδην καλῶν, τὸν δὲ, Ἀριμάνιον·
Εὐριπίδης δὲ οὐκ ὀρθῶς ἀντὶ τοῦ συμπλεκτικοῦ τῷ διαζευκτικῷ κέ-
χρηται,

Ζεὺς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος, εἴτε νοῦς βροτῶν· C

A. 8. συλλαβοῦσα—ζωὴ] Aliquid deeſt ad integritatem cum ſententiæ, tum conſtructionis: ζωὴ quidem cum Turnebo ſcripſi, et verti probabilius. Ald. Baſ. Xyl. Venet. ζῶν· quod in ζώη mutavit cum Anon. Stephanus: et *viva* reddidit Xyl. rectius *vita* cum Turneb.

retur. Hæc eſt materia, quam primam Deus conſtituit ſtabilitate rerum intelligibilium infinitatem mobilitatis corporibus inhærentis determinans.

XXVII. Quemadmodum autem vox quædam bruta eſt et nihil ſignificat, oratio autem dictio in voce ſenſum animi exprimens, harmonia porro e ſonis et intervallis componitur, ac ſonus unum eſt et idem, intervallum ſonorum eſt differentia et diverſitas, hiſque commixtis cantilena conficitur; ſic pars Animæ affectionibus obnoxia, indefinita erat et incertis impellebatur momentis: poſt definita fuit, cum Dividuam motus varietatem et omnigenam terminus ac forma intraſſet: qua complexa Idem et Diverſum ſimilitudinibus diſſimilitudinibuſque numerorum e diſcrepantia conſenſum efficientium, vita exſtitit Univerſi intelligens, harmoniaque et ratio, ducens neceſſitatem cum vi perſuadendi commixtam. Quam neceſſitatem, *Fati* nomine plerique adficiunt: Empedocles *Amicitiam et Diſſidium* nominat: Heraclitus *Verſatilem Mundi Harmoniam, inſtar contentionis quæ in Lyra eſt aut Arcu:* Parmenides *lucem et tenebras:* Anaxagoras *mentem et infinitatem:* Zoroaſtres *deum et genium*, illum *Oromaſdem* nominans, hunc *Arimanium.* Euripides non recte disjunctivam particulam copulativæ loco uſurpavit:

Jupiter, neceſſitas ſive hoc rerum ſiet,
Mortalium ſeu mens :——

καὶ γὰρ ἀνάγκη καὶ νοῦς ἐστιν ἡ διήκουσα διὰ πάντων δύναμις. Αἰγύπ-
τιοι μὲν οὖν μυθολογοῦντες αἰνίττονται, τοῦ Ὥρου δίκην ὄφλοντος, τῷ
μὲν πατρὶ τὸ πνεῦμα καὶ τὸ αἷμα, τῇ δὲ μητρὶ τὴν σάρκα καὶ τὴν
πιμελὴν προσνεμηθῆναι. Τῆς δὲ ψυχῆς οὐδὲν μὲν εἰλικρινὲς οὐδὲ
ἄκρατον, οὐδὲ χωρὶς ἀπολείπεται τῶν ἄλλων· ἁρμονίη γὰρ ἀφανὴς φα-
νερῆς κρείττων, καθ' Ἡράκλειτον, ἐν ᾗ τὰς διαφορὰς καὶ τὰς ἑτερότητας
ὁ μιγνύων θεὸς ἔκρυψε καὶ κατέδυσεν. Ἐμφαίνεται δὲ ὅμως αὐτῆς, τῷ
D μὲν ἀλόγῳ τὸ ταραχῶδες, τῷ δὲ λογικῷ τὸ εὔτακτον, ταῖς δὲ αἰσθήσεσι
τὸ κατηναγκασμένον, τῷ δὲ νῷ τὸ αὐτοκρατές. Ἡ δὲ ὁριστικὴ δύναμις
τὸ καθόλου καὶ τὸ ἀμερὲς διὰ συγγένειαν ἀγαπᾷ· καὶ τοὐναντίον ἡ διαι-
ρετικὴ πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα φέρεται τῷ μεριστῷ· χαίρει δὲ ὅλον τῇ διὰ τὸ
ταυτὸν ἐφ' ἃ δεῖται μεταβολῇ διὰ τὸ θάτερον. Οὐχ ἥκιστα δὲ ἥ τε πρὸς
τὸ καλὸν διαφορὰ καὶ τὸ αἰσχρὸν, ἥ τε πρὸς τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀλγεινὸν
αὖθις, οἵ τε τῶν ἐρώντων ἐνθουσιασμοὶ καὶ πτοήσεις καὶ διαμάχαι τοῦ φιλο-
κάλου πρὸς τὸ ἀκόλαστον ἐνδείκνυνται τὸ μικτὸν ἔκ τε τῆς θείας καὶ
ἀπαθοῦς, ἔκ τε τῆς θνητῆς καὶ περὶ τὰ σώματα παθητῆς μερίδος· ὧν
E καὶ αὐτὸς ὀνομάζει τὸ μὲν ἐπιθυμίαν ἔμφυτον ἡδονῶν, τὸ δὲ ἐπείσακτον
δόξαν, ἐφιεμένην τοῦ ἀρίστου. Τὸ γὰρ παθητικὸν ἀναδίδωσιν ἐξ ἑαυτῆς ἡ
ψυχὴ, τοῦ δὲ νοῦ μετέσχεν ἀπὸ τῆς κρείττονος ἀρχῆς ἐγγινομένου.

C. 2. Αἰγύπτιοι—οὐδὲν μὲν εἰλικρινὲς] Non ſatis expedita eſt hujus loci ratio: an legendum, Αἰγύπτιοι μὲν νῦν αἰνίττονται, μυθολογοῦντες &c. Mox putem corrigendum μόνη aut μέρος pro μέν.

C. 8. αὐτῆς] Sic B. E. Oxon. T. V. Vulgo, αὐτοῖς.

D. 4. χαίρει δὲ ὅλον—θάτερον] Nec locus videtur ſanus, nec ego medicinam habeo.

nam et *neceſſitas* eſt, et *mens* vis ea, quæ per omnia penetrat. Ægyptii quidem fabularum involucro rem tegentes aiunt Ori, cum is eſſet in judicio damnatus, ſpiritum et ſanguinem patri, carnem et adipem matri fuiſſe adjudicata. Animæ nulla pars ſincera eſt, nulla mixturæ expers, aut ab aliis ſecreta. *Harmonia enim occulta melior eſt evidente* ſecundum Heraclitum, in qua Deus diſcrimina et diverſitates commiſcens occultavit. Apparet tamen in bruta parte turbulenta natura, in rationem habente ordinata, in ſenſibus neceſſitas, in mente ſui ipſius poteſtas. Vis autem definiendi ob cognationem amplectitur univerſalia et quæ in partes non ſecentur: atque contra facultas dividendi partilia, ad ſingularia fertur: totum autem gaudet Ejuſdem in Diverſum mutatione, ubi ea opus eſt. Neque ſecius contrarii motus ad honeſtum et turpe, ad jucundum et moleſtum, tum amantium furores, trepidationeſque, et lucta honeſtatis ſtudii contra libidinem, Animam demonſtrant mixtam eſſe e divina perpeſſionumque exſorte parte, et mortali alia atque affectionibus obnoxia: quarum ipſe alteram appellat *cupiditatem voluptatum innatam*, alteram *opinionem adſcititiam quæ optimum expetat*. Nam affectionibus agitabilem facultatem Anima ex ſe ipſa producit; mentis autem facta eſt particeps, a meliore principio inſertæ.

κη΄. Τῆς δὲ διπλῆς κοινωνίας ταύτης οὐδὲ ἡ περὶ τὸν οὐρανὸν
ἀπήλλακται φύσις, ἀλλὰ ἑτεροῤῥέπουσα νῦν μὲν ὀρθοῦται τῇ ταυτοῦ
περιόδῳ κράτος ἐχούσῃ, καὶ διακυβερνᾷ τὸν κόσμον· ἔσται δέ τις χρό-
νου μοῖρα, καὶ γέγονεν ἤδη πολλάκις, ἐν ᾗ τὸ μὲν φρόνιμον ἀμβλύ- F
νεται καὶ καταδαρθάνει λήθης ἐμπιπλάμενον τοῦ οἰκείου, τὸ δὲ σώ-
ματι συνήθες ἐξ ἀρχῆς καὶ συμπαθὲς ἐφέλκεται καὶ βαρύνει καὶ
ἀνελίσσει τὴν ἐν δεξιᾷ τοῦ παντὸς πορείαν, ἀναῤῥῆξαι δὲ οὐ δύναται
παντάπασιν, ἀλλ' ἀνήνεγκεν αὖθις τὰ βελτίω καὶ ἀνέβλεψε πρὸς τὸ
παράδειγμα θεοῦ συνεπιστρέφοντος καὶ συνεπευθύνοντος. Οὕτως ἐν- 1027
δείκνυται πολλαχόθεν ἡμῖν τὸ μὴ πᾶν ἔργον εἶναι θεοῦ τὴν ψυχὴν,
ἀλλὰ σύμφυτον ἔχουσαν ἐν ἑαυτῇ τὴν τοῦ κακοῦ μοῖραν ὑπ' ἐκείνου
διακεκοσμῆσθαι, τῷ μὲν ἑνὶ τὴν ἀπειρίαν ὁρίσαντος, ἵνα οὐσία γένηται
πέρατος μετασχοῦσα, τῇ δὲ ταυτοῦ καὶ τῇ ἑτέρου δυνάμει τάξιν καὶ
μεταβολὴν καὶ διαφορὰν καὶ ὁμοιότητα συμμίξαντος, πᾶσι δὲ τούτοις
ὡς ἀνυστὸν τὴν κοινωνίαν πρὸς ἄλληλα καὶ φιλίαν ἐργασαμένου δι' ἀριθ-
μῶν καὶ ἁρμονίας.

κθ΄. Περὶ ὧν εἰ καὶ πολλάκις ἀκηκόατε καὶ πολλοῖς ἐντετυχήκατε
λόγοις καὶ γράμμασιν, οὐ χεῖρόν ἐστι κἀμὲ βραχέως διελθεῖν, προεκθέ- B
μενον τὸ τοῦ Πλάτωνος, "Μίαν ἀφείλετο πρῶτον ἀπὸ παντὸς μοῖραν· μετὰ

E. 5. ὀρθοῦται] Sic B. E. Vulgo, ὁρᾶται.

A. 9. Περὶ ὧν—] Novum exordium ab hoc loco alienum, pars eſt confuſionis notatæ ſupra p. 1017 C, et 1012 B. Hic Platonis locus utrobi ponendus erat, quippe ibi explicitus.

XXVIII. Atque hujus duplicis communionis ne cœleſtis quidem expers eſt natura: ſed in utramque partem faciens momenta, aliquando erigitur Ejuſdem circuitione vim habente ſuam, et gubernat mundum: erit autem temporis portio, et jam ſæpe fuit, in qua intelligentia hebetetur, et obdormiat oblivione obrepente et opplente ejus quod ad naturam ipſius eſt accommodatum: id autem quod ab initio conſuevit cum corpore, ab eoque afficitur, trahat prægravetque, et curſum Univerſi qui in dextra parte eſt replicet: non tamen plane eum poterit interrumpere, ſed rurſum ſeſe emergent meliora, et reſpicient ad exemplar Dei una convertentis et dirigentis. Ita undique nobis oſtenditur non totam Animam opus eſſe Dei; ſed cum ſibi innatam haberet mali portionem, a Deo fuiſſe digeſtam et adornatam, qui unitate infinitatem definiret, ut ſubſtantia fieret termini particeps; Ejuſdem autem vi et Diverſi ordinem, mutationem et ſimilitudinem admiſceret: hiſque omnibus, quantum fieri res ſinebat, communionem invicem et amicitiam numeris et harmonia conciliaret.

XXIX. De quibus etſi audiviſtis ſæpenumero, multaſque diſputationes, multa ſcripta cognoviſtis, tamen me quoque aliquid breviter diſſerere in rem eſt, prius tamen Platonis verba proferentem. *Unam*, inquit, *principio ab univerſo portionem: poſt*

" δὲ ταύτην, ἀφῄρει διπλασίαν ταύτης· τὴν δὲ αὖ τρίτην, ἡμιολίαν μὲν
" τῆς δευτέρας, τριπλασίαν δὲ τῆς πρώτης· τετάρτην δὲ, τῆς δευτέρας
" διπλῆν· πέμπτην δὲ, τριπλῆν τῆς τρίτης· τὴν δὲ ἕκτην, τῆς πρώ-
" της ὀκταπλασίαν· ἑβδόμην δὲ, ἑπτακαιεικοσαπλασίαν τῆς πρώτης.
" Μετὰ δὲ ταῦτα συνεπληροῦτο τά τε διπλάσια καὶ τριπλάσια διαστήματα,
" μοίρας ἔτι ἐκεῖθεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων· ὥστε ἐν
" ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας, τὴν μὲν ταὐτῷ μέρει τῶν ἄκρων
C " αὐτῶν ὑπερέχουσαν, καὶ ὑπερεχομένην, τὴν δὲ ἴσῳ μὲν κατ' ἀριθμὸν
" ὑπερέχουσαν, ἴσῳ δὲ ὑπερεχομένην· ἡμιολίων δὲ διαστάσεων καὶ ἐπιτρίτων
" καὶ ἐπογδόων γενομένων, ἐκ τούτων τῶν δεσμῶν, ἐν ταῖς πρόσθεν δια-
" στάσεσιν τῷ τοῦ ἐπογδόου διαστήματι τὰ ἐπίτριτα πάντα συνεπλήρου,
" λείπων αὐτῶν ἑκάστου μόριον, τῆς τοῦ μορίου ταύτης διαστάσεως λειφθείσης
" ἀριθμοῦ πρὸς ἀριθμὸν, ἐχούσης τοὺς ὅρους ἓξ καὶ πεντήκοντα καὶ δια-
" κοσίων, πρὸς τρία καὶ τετταράκοντα καὶ διακόσια." Ἐν τούτοις ζητεῖται
D πρῶτον περὶ τῆς ποσότητος τῶν ἀριθμῶν· δεύτερον, περὶ τῆς τάξεως· τρίτον,
περὶ τῆς δυνάμεως· περὶ μὲν τῆς ποσότητος, τίνες εἰσὶν οὓς ἐν τοῖς διπλασίοις
καὶ τριπλασίοις διαστήμασι λαμβάνει· περὶ δὲ τῆς τάξεως, πότερον ἐφ' ἑνὸς
στίχου πάντας ἐκθετέον, ὡς Θεόδωρος, ἢ μᾶλλον, ὡς Κράντωρ, ἐν τῷ Λ
σχήματι, τοῦ πρώτου κατὰ κορυφὴν τιθεμένου, καὶ χωρὶς μὲν τῶν διπλα-
σίων, χωρὶς δὲ τῶν τριπλασίων ἐν δυσὶ στίχοις ὑποταττομένων· περὶ δὲ

C. 4. συνεπλήρου, λείπων] Ita Oxon. Vide ſupra p. 1020, B. Ald. Baſ. Xyl. B. E. συνεπλήρου τὸ λεῖπον. Vulgo, συνεπληροῦτο, τὸ λεῖπον.

D. 3. καὶ τριπλασίοις] Addidi ex B. E.

D. 4. πάντας] Sic E. Vulgo, πάντα.

hanc, duplam ejus abſtulit: tertiam, hujus ſeſquiplam, primæ triplam: quartam, ſecundæ duplam: quintam, tertiæ triplam: ſextam, octuplam primæ: ſeptimam, vigintiſeptencuplam primæ. Secundum hæc implevit dupla et tripla intervalla, portiones adhuc inde abſcindens, et inter iſta collocans, ita ut in uno quovis intervallo duæ eſſent medietates; quarum una eadem parte extremorum excederet et excederetur, altera eodem numero altero extremorum minor, altero major eſſet. Cum autem ſeſquialtera, ſeſquitertia, et ſeſquioctava fierent interſtitia, ex his compagibus in prioribus intervallis omnia ſeſquitertia ſeſquioctavis complevit, unicuique particulam relinquens, cujus particulæ interſtitium adſumtum facit rationem quæ eſt numeri ad numerum, ut termini ſint CCLVI *et* CCXLIII. Hic primum quæritur de numerorum quantitate, deinde de ordine, tertio de vi: de quantitate, qui ſint quos in duplis et triplis ſumit intervallis: de ordine, unone omnes in verſu ſint exponendi, ut Theodorus vult, an, ut Crantor, in Λ figura, primo in cuſpide poſito, deinde duplici ſerie, una duplis, altera triplis ſubjectis: de

τῆς χρείας καὶ τῆς δυνάμεως, τί ποιοῦσι παραλαμβανόμενοι πρὸς τὴν σύστασιν τῆς ψυχῆς.

λʹ. Πρῶτον οὖν περὶ τοῦ πρώτου παραιτησόμεθα τοὺς λέγοντας ὡς ἐπὶ
τῶν λόγων αὐτῶν ἀπόχρη θεωρεῖν ἣν ἔχει τά τε διαστήματα φύσιν αἵ τε E
ταῦτα συμπληροῦσαι μεσότητες, ἐν οἷς ἄν τις ἀριθμοῖς ὑπόθηται χώρας
ἔχουσι δεκτικὰς μεταξὺ τῶν εἰρημένων ἀναλογιῶν, ὁμοίως περαινομένης τῆς
διδασκαλίας. Καὶ γὰρ ἂν ἀληθὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, ἀμυδρὰν ποιεῖ τὴν μά-
θησιν ἄνευ παραδειγμάτων, ἄλλης τε θεωρίας ἀπείργει χάριν ἐχούσης οὐκ
ἀφιλόσοφον. Ἂν οὖν ἀπὸ τῆς μονάδος ἀρξάμενοι, τοὺς διπλασίους καὶ τρι-
πλασίους ἐν μέρει τιθῶμεν, ὡς αὐτὸς ὑφηγεῖται, γενήσονται κατὰ τὸν ἑξῆς,
ὅπου μὲν τὸ δεύτερον καὶ τὸ τέταρτον καὶ ὄγδοον, ὅπου δὲ τρίτον, καὶ ἔννατον F
καὶ εἰκοσιέβδομον· συνάπαντες μὲν ἑπτὰ, κοινῆς δὲ λαμβανομένης τῆς
μονάδος, ἄχρι τεσσάρων τῷ πολλαπλασιασμῷ προϊόντων. Οὐ γὰρ ἐνταῦθα
μόνον, ἀλλὰ πολλαχόθι τῆς τετράδος ἡ πρὸς τὴν ἑβδομάδα συμπάθεια
γίνεται καταδήλος. Ἡ μὲν οὖν ὑπὸ τῶν Πυθαγορικῶν ὑμνουμένη τε-
τρακτὺς, τὰ ἓξ καὶ τὰ τριάκοντα, θαυμαστὸν ἔχειν δοκεῖ, τὸ συγκεῖσθαι
μὲν ἐκ πρώτων ἀρτίων τεσσάρων, καὶ πρώτων περισσῶν τεσσάρων, γίνεσ-
θαι δὲ συζυγία τετάρτη τῶν ἐφεξῆς συντεθειμένων· πρώτη μὲν γάρ ἐστι

D. 9. παραιτησόμεθα] Hoc recepi ex B. E. Oxon. Anon. Exempl. Turnebi. Nam litera T. debebat hæc lectio notari in var. lect. Græco-Latinæ: quippe Ald. Bas. Xyl. Steph. habent ἀπαρτησόμεθα. Receptam probavit jam Lennep. ad Phalar. p. 169.

E. 7. ὑφηγεῖται] Sic B. E. Vulgo, ἀφηγεῖται.

E. 7. κατὰ τὸν ἑξῆς] Videtur τὸν mutandum in τό. Oxon. quidem τούς.

F. 3. προϊόντων] Desideratur quid ad sententiæ absolutionem. Forte excidit δὶς τέτταρες, aut simile. Oxon. pro τεσσάρων in margine habet τεσσαράκοντα.

F. 7. γίνεσθαι] Sic B. E. Vulgo, γίνεται. Itaque non opus cum Xyl. lacunam ponere inter hoc verbum et proxime antecedentia.

vi et usu, quidnam efficiant adsciti ad Animæ generationem.

XXX. De prima quæstione ut dicamus, principio eos repudiamus, qui dicunt satis esse, si in ipsis rationibus vim intervallorum et medietatum quibus ea complentur consideremus; quod doctrina perinde absolvatur, quoscunque tandem aliquis numeros adsumat, qui spatia habeant dictis proportionibus recipiendis idonea. Nam, ut verum sit ii quod dicunt, tamen sine exemplis doctrina fit obscura, arcemurque a consideratione cui nonnihil venustatis philosophicæ adest. Etenim si ab unitate orsi duplos seorsim, seorsim triplos exponamus, ut ipse præcipit, fient ordine II, IV, VIII, et III, IX, XXVII: qui adsumta unitate communi principio et multiplicatione ad quatuor terminos porrecta, universi sunt septem. Non enim hic modo, sed sæpe alias quaternarii cum septenario consensus elucescit. Et tetractys illa seu Quaternio a Pythagoricis tantopere prædicata, nempe numerus XXXVI, id habet mirum, quod componitur ex primis quatuor paribus, et primis quatuor imparibus numeris, et quod sit quartum conjugium expositorum ordine. Primo enim con-

συζυγία, ἡ τοῦ ἑνὸς καὶ τὴν δυοῖν· δευτέρα τῶν περιττῶν· τὴν γὰρ μονάδα κοινὴν οὖσαν ἀμφοῖν προτάξας, λαμβάνει τὰ ὀκτὼ, καὶ ἐφεξῆς τὰ κζ΄
1028 μονονουχὶ δεικνύων ἡμῖν ἣν ἑκατέρῳ γένει χώραν ἀποδίδωσι. Ταῦτα μὲν οὖν ἑτέροις προσήκει μᾶλλον ἐξακριβοῦν· τὸ δὲ ἀπολειπόμενον, οἰκεῖόν ἐστι τῆς ὑποκειμένης ἡμῖν πραγματείας.

λα΄. Οὐ γὰρ ἐπίδειξιν ὁ Πλάτων θεωρίας μαθηματικῆς ποιούμενος εἰς φυσικὴν ὑπόθεσιν μὴ δεομένην μεσότητας ἀριθμητικὰς καὶ ἁρμονικὰς παρεισήγαγεν, ἀλλὰ ὡς μάλιστα δὴ τῇ συστάσει τῆς ψυχῆς τοῦ λόγου τούτου προσήκοντος. Καίτοι τινὲς μὲν ἐν τοῖς τάχεσι τῶν πλανωμένων σφαιρῶν, τινὲς δὲ μᾶλλον ἐν τοῖς ἀποστήμασιν, ἔνιοι δὲ, ἐν τοῖς μεγέθεσι τῶν ἀστέρων, οἱ δὲ ἄγαν ἀκριβοῦν δοκοῦντες, ἐν ταῖς τῶν
B ἐπικύκλων διαμέτροις ζητοῦσι τὰς εἰρημένας ἀναλογίας, ὡς τὴν ψυχὴν ἕνεκα τούτων τοῦ δημιουργοῦ τοῖς οὐρανίοις ἐναρμόσαντος, εἰς ἑπτὰ μοίρας νενεμημένην. Πολλοὶ δὲ καὶ τὰ Πυθαγορικὰ δεῦρο μεταφέρουσιν, ἀπὸ τοῦ μέσου τὰς τῶν σωμάτων ἀποστάσεις τριπλασιάζοντες· γίνεται δὲ τοῦτο κατὰ μὲν τὸ Πῦρ μονάδος τιθεμένης, κατὰ δὲ Ἀντίχθονα τριῶν, κατὰ δὲ Γῆν ἐννέα, καὶ κατὰ Σελήνην εἰκοσιεπτὰ, καὶ κατὰ τὸν Ἑρμοῦ μιᾶς καὶ ὀγδοήκοντα, κατὰ δὲ Φωσφόρον τριῶν καὶ μ΄ καὶ σ΄, κατ' αὐτὸν δὲ τὸν Ἥλιον θ΄ καὶ κ΄ καὶ ψ΄, ὅστις ἅμα

F. 9. δεύτερα τῶν] Inter has duas voces nonnulla exciderunt, partim ſupplenda comparatione ſuperioris loci p. 1017, C. In omnibus libris continua hæc ſunt nullo cum ſigno defectus. Xyl. in verſione aſteriſcum poſuit: recte quidem. Turnebus, quod miror, ut ſanum et integrum vertit.

A. 1. δεικνύων] Efficacius requiri videtur. Ald. Oxon. μονονουχὶ ἐν δεικνύων: an fuit ἀναδεικνύων. Jannot. ἀποδεικνύων.

A. 2. ἑτέροις προσήκει] Atqui hoc ipſum argumentum ſupra Mathematicis rationibus ἐξηκρίβωται. Undo rurſus confirmatur ſuſpicio de duobus ejuſdem argumenti libellis in unum confuſis.

B. 6. Ἑρμοῦ] Ita rectius B. E. Venet. Vulgo, Ἑρμῆν.

junguntur I et II: ſecundum eſt parium, * nam unitatem primo loco ponit, ut communem, accipitque VIII, ac deinceps XXVII: tantum non demonſtrans quod in utroque genere ſpatium velit relinqui. Verum hæc alibi accuratius ſubtiliuſque explicari convenit. Reliquum autem inſtitutæ noſtræ tractationis eſt proprium.

XXXI. Non enim Plato mathematicæ contemplationis oſtentandæ gratia, in phyſicum argumentum nulla tali re opus habens medietates arithmeticas et harmonicas introduxit, ſed quod hæc ratio maxime conveniret Animæ compoſitioni. Et vero nonnulli in celeritatibus errantium globorum, alii in intervallis potius, quidam in magnitudinibus ſtellarum, aliqui ſubtiliſſimam viſi rationem ſecuti in epicyclorum diametris proportiones iſtas quærunt, quod videlicet harum gratia opifex Animam cœleſtibus indiderit corporibus in ſeptem tributam partes. Multi etiam Pythagorica huc traducunt, a medio corporum intervalla triplicantes. Hoc ita fit, ſi Igni I adſcribatur; *Antichthoni*, ſeu terræ quæ noſtræ oppoſita eſt terræ, III; Terræ, IX; Lunæ XXVII; Mercurio LXXXI; Lucifero CCXLIII; Soli DCCXXIX, qui numerus et

τετράγωνός τε καὶ κύβος ἐστί· διὸ καὶ τὸν Ἥλιόν ἐστιν ὅτε τετράγωνον C
καὶ κύβον προσαγορεύουσιν. Οὕτως δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἐπανάγουσιν τοῖς
τριπλασιασμοῖς· πολὺ τοῦ κατὰ λόγον οὗτοί γε παραπαίοντες, εἴπερ τῶν
γεωμετρικῶν ὄφελός ἐστιν ἀποδείξεων, καὶ μακρῷ πιθανωτέρους παρα-
βαλεῖν αὐτοῖς ἀποδεικνύοντες τοὺς ὁρμωμένους ἐκεῖθεν, οὐδὲ αὐτοὺς παν-
τάπασιν ἐξακριβοῦντας, ἀλλ' ὡς ἔγγιστα λέγοντας, ὅτι τῆς μὲν Ἡλίου
διαμέτρου πρὸς τὴν διάμετρον τῆς Γῆς λόγος ἐστὶ δωδεκαπλάσιος·
τῆς Γῆς δ' αὖ πάλιν διαμέτρου πρὸς τὴν Σελήνης διάμετρον τρι- D
πλάσιος· ὁ δὲ φαινόμενος ἐλάχιστος τῶν ἀπλανῶν ἀστέρων οὐκ ἐλάττονα
τῆς διαμέτρου τῆς Γῆς ἢ τριτημόριον ἔχει τὴν διάμετρον· τῇ δὲ ὅλῃ
σφαίρᾳ τῆς Γῆς πρὸς τὴν ὅλην σφαῖραν τῆς Σελήνης ὡς ἑπτὰ καὶ
εἴκοσι πρόσεισι· Φωσφόρου δὲ καὶ Γῆς αἱ μὲν διάμετροι τὸν διπλάσιον,
αἱ δὲ σφαῖραι τὸν ὀκταπλάσιον ἔχουσι λόγον· τὸ δὲ διάστημα τῆς ἐκ-
λειπτικῆς σκιᾶς, τῆς διαμέτρου τῆς Σελήνης τριπλάσιον· ὃ δὲ ἐκτρέ-
πεται πλάτος ἡ Σελήνη τοῦ διὰ μέσου τῶν ζῴων ἐφ' ἑκάτερα, δωδε-
κατημόριον· αἱ δὲ πρὸς Ἥλιον σχέσεις αὐτῆς ἐν τριγώνοις καὶ τετρα- E
γώνοις ἀποστήμασι, διχοτόμους καὶ ἀμφικύρτους σχηματισμοὺς λαμβά-
νουσιν· ἓξ δὲ ζῴδια διελθοῦσα, τὴν πανσέληνον, ὥσπερ τινὰ συμφωνίαν,
ἐν ἑξατόνῳ διὰ πασῶν ἀποδίδωσι· τοῦ δὲ Ἡλίου περὶ τὰς τροπὰς

C. 3. τριπλασιασμοῖς] Sic Oxon. Vulgo, τριπλασμοῖς.
C. 4. παραβαλεῖν αὐτοῖς] Forte corrigendum παραλαβεῖν αὐτοὶ, ſententia quam in verſione reddidi.
D. 5. πρόσεισι] Corrigendum videtur πρὸς ἓν ἐστι: ſubintellecto ὁ λόγος.
D. 6. ἐκλειπτικῆς σκιᾶς] Sic recte B. E. et vertit Turnebus. Vulgo, ἐκλειπτικῆς καὶ σκιᾶς, quod Xyl. in Latinis reddidit, ego correxi.

quadratus eſt, et ſimul cubus; itaque etiam Solem alias quadratum, alias cubum nominant. Sic etiam reliqua triplicando ſub rationem reducunt. Qui ſane procul a vero aberrant, ſi quis geometricarum eſt uſus demonſtrationum, oſtenduntque ſuo ipſi exemplo multo probabilius ipſis dixiſſe eos qui hinc orſi ſunt, quanquam ii contenti quam proxime pronunciaſſe vero, exactas rationes non ſunt confectati. Hi ſic ſtatuunt, Solis diametrum ad Terræ diametrum proportione eſſe duodecupla: Terræ ad Lunæ, tripla: inerrantium ſtellarum quæ minima videatur, ejus diametrum non eſſe minorem triente diametri Terræ: toti globo Terræ ad totum globum Lunæ proportionem eſſe viginti-ſeptemcuplam: Luciferi et Terræ diametros in dupla, globos in octupla eſſe proportione: intervallum eclipticæ umbræ ad diametrum Lunæ, tripla: latitudinem, qua Luna a diametro Signorum in utramque partem evagatur, uncialem. Tum Lunæ ad Solem reſpectus trientum et quadrantum intervallis, eam dimidiam, et utrinque gibboſam reddunt: ubi autem ſex Signa peragravit, plenilunium tanquam diapaſon conſonantiam in ſex tonis efficit. Sole autem circa ſolſtitia mo-

ἐλάχιστα, καὶ μέγιστα περὶ τὰς ἰσημερίας, ἔχοντος κινήματα, δι' ὧν ἀφαιρεῖ τῆς ἡμέρας καὶ τῇ νυκτὶ προστίθησιν, ἢ τοὐναντίον, ὅπερ ὁ λόγος ἐστὶν, ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις λ' μετὰ τὰς χειμερινὰς τροπὰς τῇ ἡμέρᾳ προστίθησι τὸ ἕκτον τῆς ὑπεροχῆς ἣν ἡ μεγίστη νὺξ πρὸς τὴν βραχυτάτην
F ἡμέραν ἐμποιεῖ, ταῖς δὲ ἐφεξῆς τριάκοντα τὸ τρίτον, τὸ δὲ ἥμισυ ταῖς λοιπαῖς ἄχρι τῆς ἰσημερίας, ἐν ἑξαπλασίοις καὶ τριπλασίοις διαστήμασι τοῦ χρόνου τὴν ἀνωμαλίαν ἐπανισοῦντος. Χαλδαῖοι δὲ λέγουσι τὸ ἔαρ ἐν τῷ διὰ τεττάρων γίνεσθαι πρὸς τὸ μετόπωρον· ἐν δὲ τῷ διὰ πέντε, πρὸς τὸν χειμῶνα· πρὸς δὲ τὸ θέρος, ἐν τῷ διὰ πασῶν. Εἰ δὲ ὀρθῶς ὁ Εὐριπίδης διορίζει, θέρους τέσσαρας μῆνας καὶ χειμῶνος ἴσους,

Φίλης τ' ὀπώρας διπτύχους, ἦρός τ' ἴσους,

ἐν τῷ διὰ πασῶν αἱ ὧραι μεταβάλλουσιν. Ἔνιοι δὲ Γῇ μὲν τὴν τοῦ προσλαμβανομένου χώραν ἀποδιδόντες, Σελήνῃ δὲ τὴν ὑπάτην, Στίλ-
1029 βωνα δὲ καὶ Φωσφόρον ἐν διατόνοις καὶ λιχανοῖς κινοῦντες, αὐτὸν τὸν Ἥλιον ὡς μέσην συνέχειν τὸ διὰ πασῶν ἀξιοῦσιν, ἀπέχοντα τῆς μὲν Γῆς τὸ διὰ πέντε, τῆς δὲ τῶν ἀπλανῶν τὸ διὰ τεσσάρων.

λβ'. Ἀλλ' οὔτε τούτων τὸ κομψὸν ἅπτεταί τινος ἀληθείας, οὔτε ἐκεῖνοι παντάπασιν τοῦ ἀκριβοῦς ἔχονται. Οἷς δ' οὖν οὐ δοκεῖ ταῦτα τῆς

E. 7. ἐν ταῖς πρώταις] Arbitror legendum, ἐν γὰρ ταῖς πρώταις, et huc revocandam particulam quæ in B. E. Oxon. proxime pro τὰς eſt, μετὰ γὰρ χειμερινάς. Ceterum ſententiam interpunctione expedivi.

F. 1. ἐμποιεῖ] Sic B. Vulgo, ἐποίει.

F. 8. Γῇ μὲν τὴν τοῦ] E. hanc præbuit lectionem: prope accedit B. Γῆν μὲν τὴν τοῦ. Vulgo, Γῇ μὲν ἐν τῇ τοῦ.

A. 2. μέσην] Sic B. E. Oxon. Vulgo, μέσης.

tus minimos, et maximos circa æquinoctia conficiente, quibus diei quantitatem auget, noctis minuit, aut contra, ea ratio eſt, ut in diebus primis xxx a bruma die, adjiciat ſextantem ejus exceſſus, quo nox maxima diem breviſſimum ſuperabat, ſequentibus xxx diebus trientem, ſemiſſem reliquis uſque ad æquinoctium: atque ita ſeſcuplis et triplis intervallis inæqualitatem temporis ad æqualitatem reducit. Chaldæi porro veris aiunt ad autumnum rationem eſſe diateſſaron, ad hyemem diapente, ad æſtatem diapaſon. Et, ſi recte Euripides definivit

Menſes quaternos hyemis æſtatiſque item
Veriſque binos, grati et autumni pares,

tempeſtates anni ſe ratione diapaſon convertunt. Nonnulli Terræ locum eum tribuunt, qui eſt nervi *proſlambanomeni*, id eſt adſciti in cithara, Lunæ *hypaten*, Stilbonem (is eſt Mercurius) et Luciferum in diatonis ac *lichanis* movent, Solemque ipſum in medio *meſes* loco aiunt continere diapaſon, a Terra ſpatio diſtantem diapente, ab Inerrantibus diateſſaron.

XXXII. Sed neque horum ſcita atque elegans ratio veritatem attingit, neque illi omnino exactam rationem ſequuntur. Quibus igitur hæc non

τοῦ Πλάτωνος ἀπηρτῆσθαι διανοίας, ἐκεῖνα κομιδῇ φανεῖται τῶν μουσικῶν λόγων ἔχεσθαι, τὸ, ε΄ τετραχόρδων ὄντων τῶν ὑπάτων καὶ μέσων καὶ συνημμένων καὶ διεζευγμένων καὶ ὑπερβολαίων, ἐν πέντε διαστήμασι τετάχθαι τοὺς πλάνητας· ὧν τὸ μὲν ἐστι τὸ ἀπὸ Σελήνης ἐπὶ Ἥλιον, καὶ B
τοὺς ὁμοδρόμους Ἡλίῳ, Στίλβωνα καὶ Φωσφόρον· ἕτερον, τὸ ἀπὸ τούτων ἐπὶ τὸν Ἄρεως Πυρόεντα· τρίτον δὲ, τὸ μεταξὺ τούτου καὶ Φαέθοντος· εἶτα ἑξῆς, τὸ ἐπὶ Φαίνωνα, καὶ πέμπτον ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου πρὸς τὴν ἀπλανῆ σφαῖραν· ὥστε τοὺς ὁρίζοντας φθόγγους τὰ τετράχορδα, τὸν τῶν πλανωμένων λόγον ἔχειν ἀστέρων. Ἔτι τοίνυν τοὺς παλαιοὺς ἴσμεν ὑπάτας μὲν δύο, τρεῖς δὲ νήτας, μίαν δὲ μέσην, καὶ μίαν παραμέσην τιθεμένους· ὥστε τοῖς πλάνησιν ἰσαρίθμους εἶναι τοὺς ἑστῶτας. Οἱ δὲ νεώτεροι τὸν προσλαμβανόμενον, τόνῳ διαφέροντα τῆς ὑπάτης, ἐπὶ τὸ βαρὺ τάξαντες, τὸ μὲν ὅλον C
σύστημα δὶς διὰ πασῶν ἐποίησαν, τῶν δὲ συμφωνιῶν τὴν κατὰ φύσιν οὐκ ἐτήρησαν τάξιν· τὸ γὰρ διὰ πέντε πρότερον γίνεται τοῦ διὰ τεσσάρων, ἐπὶ τὸ βαρὺ τῇ ὑπάτῃ τοῦ τόνου προσληφθέντος. Ὁ δὲ Πλάτων δῆλός ἐστιν ἐπὶ τὸ ὀξὺ προσλαμβάνων· λέγει γὰρ ἐν τῇ Πολιτείᾳ, "τῶν ὀκτὼ σφαιρῶν "ἑκάστην περιφέρειν τὴν ἐπ' αὐτῇ σειρῆνα βεβηκυῖαν· ᾄδειν δὲ πάσας ἕνα "τόνον ἱείσας, ἐκ δὲ πασῶν κεράννυσθαι μίαν ἁρμονίαν." Αὗται δὲ ἀνιέμεναι

B. 1. τὸ μέν ἐστι] Sic Oxon. Venet. Vulgo, τὰ μέν ἐστι.
B. 3. Ἄρεως] Sic B. Vulgo, ἀέρος. Xyl. Ἄρεος.
C. 4. βαρὺ τῇ ὑπάτῃ] Sic B. E. Oxon. Anon. Schott. T. V. Vulgo, βαρὺ τῇ ἀπάτῃ.
C. 6. ἕνα τόνον] Apud Plat. Rep. X. p. 520, A. legitur—σειρῆνα συμπεριφερομένην, φωνὴν μίαν ἱεῖσαν ἀνὰ τόνον—. Forte corrigendum ἀνὰ τόνον. Hæc et proxima rectius vertimus; nec quid desiderandum ad loci sanitatem.

videntur a Platonis pendere sententia, ista videbuntur admodum ad musicas quadrare rationes. Nam cum sint quinque quatrichordia, *hypatarum* fidium seu summarum, mediarum, conjunctarum seu *synemmenon*, *diezeugmenon*, seu dejunctarum, et *hyperbolæon* seu excellentium, aiunt planetas dispositos esse in quinque intervallis: quorum primum sit a Luna ad Solem et eos qui cursum Solis comitantur Stilbonem atque Luciferum: aliud inde ad Martis stellam, quæ *Pyroeis*, quasi ignita, dicitur: tertium hinc usque ad Phaëthontem, qui est Jupiter: quartum ab eo ad Phænona sive Saturnum: quintum jam hinc usque ad globum stellarum fixarum; ita ut soni qui definiunt quatrichordia, rationem habeant errantium stellarum. Jam hoc quoque novimus, veteres duas fides *hypatas*, tres *netas*, unam *mesen*, et unam *paramesen* seu *mesæ* appositam statuisse; ut soni stantes numerum errantium stellarum referrent. Recentiores *proslambanomenon* tono quam est *hypate* graviorem addentes, effecerunt ut totum systema disdiapason contineret; ordinem interim consonantiarum naturæ consentaneum confuderunt. Sic enim diapente prius fit quam diatessaron, si tonus gravis vocis ad *hypaten* adsciscatur. Platonem vero constat acutis sonis aliquem adsciscere. Nam in Republica hoc dicit, *Octo sphæras singulas converti, et unicuique Sirenem insistere, quæ omnes canant, ita ut quæque unam vocem emittat quæ suum sibi proprium eundemque tonum citet; et ex iis omnibus contemperari quendam concentum.* Hæ nimirum Sirenes sacra et libera remissione fruen-

τὰ θεῖα εἴρουσι, καὶ κατάδουσι τῆς ἱερᾶς προόδου καὶ χορείας ὀκτάχορδον ἐμμέλειαν· ὀκτὼ γὰρ ἦσαν καὶ οἱ πρῶτοι τῶν διπλασίων καὶ τριπλασίων ὅροι λόγων,
D ἑκατέρᾳ προσαριθμουμένης μερίδι τῆς μονάδος. Οἱ δὲ πρεσβύτεροι Μούσας παρέδωκαν καὶ ἡμῖν ἐννέα· τὰς μὲν ὀκτώ, καθάπερ ὁ Πλάτων, περὶ τὰ οὐράνια· τὴν δὲ ἐννάτην, τὰ περίγεια κηλεῖν ἀνακαλουμένην, καὶ καθιστᾶσαν ἐκ πλάνης καὶ διαφορᾶς ἀνωμαλίαν καὶ ταραχὴν ἐχούσης.

λγ΄. Σκοπεῖτε δὲ μὴ τὸν μὲν οὐρανὸν ἄγει καὶ τὰ οὐράνια ταῖς περὶ αὐτὴν ἐμμελείαις καὶ κινήσεσιν ἡ ψυχή, φρονιμωτάτη καὶ δικαιοτάτη γεγονυῖα· γέγονε δὲ τοιαύτη τοῖς καθ' ἁρμονίαν λόγοις, ὧν εἰκόνες μὲν ὑπάρχουσιν εἰς τὰ σώματα ἐν τοῖς ὁρατοῖς καὶ ὁρωμένοις μέρεσι τοῦ κόσμου καὶ σώμασιν· ἡ
E δὲ πρώτη καὶ κυριωτάτη δύναμις ὁρατῶς ἐγκέκραται τῇ ψυχῇ, καὶ παρέχει σύμφωνον αὐτὴν καὶ πειθήνιον, ἀεὶ τῷ κρατίστῳ καὶ θειοτάτῳ μέρει τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁμονοούντων. Παραλαβὼν γὰρ ὁ δημιουργὸς ἀταξίαν καὶ πλημμέλειαν ἐν ταῖς κινήσεσι τῆς ἀναρμόστου καὶ ἀνοήτου ψυχῆς διαφερομένης πρὸς ἑαυτήν, τὰ μὲν διώρισε καὶ διέστησε, τὰ δὲ συνήγαγε πρὸς ἄλληλα καὶ συνέταξεν, ἁρμονίαις καὶ ἀριθμοῖς χρησάμενος· οἷς καὶ τὰ κου-
F φότατα σώματα, λίθοι καὶ ξύλα, καὶ φλοιοὶ φυτῶν, καὶ θηρίων εἰσὶ καὶ πυτίαι, συγκεραννύμενα καὶ συναρμοττόμενα, θαυμαστὰς μὲν ἀγαλμάτων ὄψεις,

C. 8. προόδου] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. Oxon. quibuſcum plerique alii conſentiunt. Probabile item habent B. E. περιόδου. Vulgo, προσόδου, quod Steph. a Turnebo ſumſit.
D. 4. ἐχούσης] Sic B. E. Baſ. Xyl. Vulgo, ἐχούσας.
E. 6. κουφότατα] Legendum κωφότατα: itaque verti. Omnes libri in vulgata conſentiunt.
F. 1. θηρίων εἰσὶ καὶ πυτίαι] Sic omnes libri, excepto Xyl. qui neſcio unde dedit θηρίων εἰσὶν αἱ πυτίαι. Utrumque male. Vitium videtur eſſe in εἰσὶ καί: pro quo aliud ponere, facile eſt; probabile ponere, non facile.

tes, res divinas prædicant ac ſacro circuitui et ſaltationi accinunt diſtinctam octo chordarum diſcriminibus modulationem. Nam octo erant etiam primi termini duplarum et triplarum proportionum, utrobique adnumerata unitate. Sed et Muſas priſci novem nobis perhibuerunt: quarum octo circa res cœleſtes verſentur, nona terreſtres demulceat res, ex turbulento errore et inæqualitate eas revocans.

XXXIII. Cogitate autem, an non cœlum et res cœleſtes ſua concinnitate atque ſuis motibus agat Anima, quæ prudentiſſima ſit facta, et juſtiſſima: hujuſmodi vero illam reddiderint harmonicæ rationes, quarum imagines exſtent in conſpicuis mundi corporibus atque partibus: prima autem atque præſtantiſſima vis viſibiliter contemperata ſit Animæ, eamque exhibeat ſibi ipſi conſonantem atque morigeram, ſemper optimæ ac diviniſſimæ parti reliquis omnibus conſentientibus. Opifex enim cum adſumſiſſet Animam incompoſitam, et inordinatis motibus, brutiſque, et diſcrepantibus inter ſe vitioſiſque exagitatam, quædam definivit ac conſtituit, alia conduxit, atque inter ſe concinnavit, harmoniis uſus atque numeris: quibus quidem ſurdiſſima quoque corpora, lapides, ligna, cortices ſtirpium, beſtiarum coagula, dum inter ſe coaptantur atque componuntur, pulcherrima ſpectacula, pulcherrimam remediorum et in-

θαυμαστὰς δὲ παρέχει φαρμάκων καὶ ὀργάνων δυνάμεις. Ἧ καὶ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ἐπὶ θέαν αὐλητῶν παρεκάλει τὰ μειράκια καταμανθάνειν, οἵαν κέρατα καὶ ξύλα καὶ κάλαμοι, καὶ ὀστᾶ, λόγου μετέχοντα καὶ συμφωνίας, φωνὴν ἀφίησι. Τὸ μὲν γὰρ, "ἀριθμῷ πάντα ἐπεοικέναι," κατὰ τὴν Πυθαγορικὴν ἀπόφασιν, λόγου δεῖται. Τὸ δὲ πᾶσιν οἷς ἐκ διαφορᾶς καὶ ἀνο- 1030
μοιότητος ἐγγέγονε κοινωνία τις πρὸς ἄλληλα καὶ συμφωνία, ταύτης αἰτίαν εἶναι μετριότητα καὶ τάξιν, ἀριθμοῦ καὶ ἁρμονίας μεταλαχοῦσιν, οὐδὲ τοὺς ποιητὰς λέληθεν, ἄρθμια μὲν τὰ φίλα καὶ προσηνῆ καλοῦντας, ἀναρσίους δὲ τοὺς ἐχθροὺς καὶ τοὺς πολεμίους, ὡς ἀναρμοστίαν τὴν διαφορὰν οὖσαν. Ὁ δὲ τῷ Πινδάρῳ ποιήσας τὸ ἐπικήδειον,

Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνὴρ ὅδε, καὶ φίλος ἀστοῖς·

εὐαρμοστίαν δῆλός ἐστι τὴν ἀρετὴν ἡγούμενος. Ὡς που καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος

Τοῦ θεοῦ (φησὶν) ἐπακούοντος οὐκ ἀνορέαν ἐπιδεικνύμενος τὸν Κάδμον.

Οἵ τε πάλαι θεολόγοι, πρεσβύτατοι φιλοσόφων ὄντες, ὄργανα μουσικὰ B
θεῶν ἐνεχείριζον ἀγάλμασιν· οὐχ ὡς λύραν που καὶ αὐλοῦσιν, ἀλλὰ οὐθὲν ἔργον οἰόμενοι θεῶν οἷον ἁρμονίαν εἶναι καὶ συμφωνίαν. Ὥσπερ οὖν ὁ τοὺς

F. 5. ὀστᾶ] Eſt ex B. E. Omnes alii, ὅσα.
F. 6. Τὸ μὲν γὰρ] Sic E. T. V. Vulgo, Τῷ μὲν γάρ.
A. 9. Πίνδαρος—Κάδμον] Corrupto loco nil medicinæ adferunt libri. Forte, comparatione hujus cum aliis locis, ubi idem fragmentum memoratur, Plutarch. Pyth. Orac. p. 397, A. Ariſtid. Or. Plat. II. p. 296. legendum—τοῦ θεοῦ, φησὶν, ἐπακούειν μουσικὰν ὀρθὰν καὶ ἄρθμιον ἐπιδεικνυμένου τὸν Κάδμον.
B. 2. αὐλοῦσιν] Sumſi ex B. E. item Oxon. cujus αὐλὸν σιν eodem ducit. Vulgo, αὐλόν. Porro λύραν mutem in λυρίζουσιν. Lacunam habent B. et E. inter που et καὶ, Oxon. inter αὐλὸν et ἀλλά.

ſtrumentorum præbent materiam. Unde factum eſt, ut Zeno etiam Cittieus hortaretur adoleſcentes ad ſpectandum tibicines, *ut inde diſcerent quam vocem cornua, ligna, calami, oſſaque proferant, quando cum iis ratio et concentus communicentur.* Nam *omnia eſſe numerorum ſimilia*, quod dicunt Pythagorici, id probationem requirit. Quod autem omnibus rebus e tanta inæqualitate et diſſimilitudine communio inter ſe ſocietaſque et concentus obtigit, ejus cauſſam eſſe mediocritatem et ordinem numero atque harmonia conſtantem, ne poëtæ quidem ignoraverunt. Hi enim *arthmia*, quaſi articulata aut concinna ſi diceres, vocaverunt quæ amica nobis et cara eſſent: *anartios* autem quaſi inconcinnos, inimicos; nimirum quod inimicitia eſſet quædam inconcinnitas. Et qui in Pindari mortem ſcripſit funebre carmen,

Hoſpitibus fuit aptus, carus civibus ille,

ſatis oſtendit ſe concinnitatem et comitatem pro virtute reputaſſe: ſicut et ipſe alicubi Pindarus ait, *Cadmo audiente, Deum oſtendiſſe muſicam rectam et concinnam.* Priſci porro theologi, philoſophorum vetuſtiſſimi, muſica inſtrumenta in manus deorum imaginibus poſuerunt; non ſane, quod eos lyra aut cythara ludere putarent, ſed quod nullum deo opus convenientius eſſe judicarent, quam conſonantiam et harmoniam. Sicut igitur qui propor-

ἐπιτρίτους καὶ ἡμιολίους καὶ διπλασίους λόγους ζητῶν ἐν τῷ ζυγῷ τῆς λύρας, καὶ τῇ χελώνῃ καὶ τοῖς κολλάβοις, γελοῖός ἐστι· δεῖ μὲν γὰρ ἀμέλει καὶ ταῦτα συμμέτρως γεγονέναι πρὸς ἄλληλα μήκεσι καὶ πάχεσι, τὴν δὲ ἁρμονίαν ἐκείνην ἐπὶ τῶν φθόγγων θεωρεῖν· οὕτως εἰκὸς μέν ἐστι καὶ τὰ σώματα τῶν ἀστέρων, καὶ τὰ διαστήματα τῶν κύκλων, καὶ τὰ τάχη τῶν περι-
C φορῶν, ὥσπερ ὄργανα ἐν τεταγμένοις ἔχειν ἐμμέτρως πρὸς ἄλληλα καὶ πρὸς τὸ ὅλον, εἰ καὶ τὸ ποσὸν ἡμᾶς τοῦ μετρίου διαπέφευγε· τῶν μέντοι λόγων ἐκείνων οἷς ὁ δημιουργὸς ἐχρήσατο, καὶ τῶν ἀριθμῶν ἔργον ἡγεῖσθαι τὴν αὐτῆς τῆς ψυχῆς ἐμμέλειαν καὶ ἁρμονίαν πρὸς αὑτήν, ὑφ᾽ ἧς καὶ τὸν οὐρανὸν ἐγγινομένη μυρίων ἀγαθῶν ἐμπέπληκεν, καὶ τὰ περὶ γῆν ὥραις καὶ μεταβολαῖς μέτρον ἐχούσαις, ἄριστα καὶ κάλλιστα πρός τε γένεσιν καὶ σωτηρίαν τῶν γινομένων διακεκόσμηκεν.

B. 4. λόγους ζητῶν—ἐπὶ τῶν φθόγγων] Credo hæc ſuis locis mota, reſtituendaque eſſe, φθόγγους ζητῶν—ἐπὶ τῶν λόγων—.

C. 1. ἐν τεταγμένοις] Ita Steph. nec diſſentiunt B. E. Oxon. Venet. Itaque putem λόγοις excidiſſe. Ald. Baſ. Xyl. ἐντεταγμένοις. Leonic. Schott. ἐντεταγμένα. Anon. T. V. ἐντεταμένα: nam ita legitur in Exemplo Turnebi ſcripto, non, ut ad calcem Græco-Latinæ, ἐντεταγμένα.

C. 4. ἐμμέλειαν] Sic B. E. Anon. T. V. Vulgo, ἐπιμέλειαν.

C. 4. ὑφ᾽ ἧς] Sic B. E. Vulgo, ἐφ᾽ οἷς.

tiones ſeſquitertias, ſeſquiplas, atque duplas quærat in jugo lyræ, teſtudine, et clavis, ridiculus ſit: nam, quin et hæc debeant inter ſe longitudinem et craſſitiem habere proportione aptam, dubium non eſt, cum interim harmonia in fidium ſit conſideranda ſonis: ita probabile eſt etiam corpora ſtellarum, intervalla circulorum, converſionum celeritates, tanquam inſtrumenta recto ordine diſpoſita, ſuam habere cum inter ſe, tum ad totam compagem Univerſi proportionem: etiamſi nos quantitas et menſura lateant. Tamen proportionibus iſtis, quibus uſus eſt opifex, numeriſque tribuenda eſt Animæ ſecum ipſa concinnitas et harmonia per quas et cœlum, cui indita eſt, ipſum innumeris bonis implevit, et quæ ad terram pertinent, tempeſtatum mutationumque dimenſis viciſſitudinibus, optime pulcherrimeque ad procreationem et conſervationem eorum quæ naſcerentur, adornavit.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ

ΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΤΩ͂ ΤΙΜΑΙΩ͂ ΨΥΧΟΓΟΝΙΑΣ.

D

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΕΠΙΤΟΜΗ

ΤΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ Τῼ ΤΙΜΑΙῼ ΨΥΧΟΓΟΝΙΑΣ.

EPITOME

LIBRI PLUTARCHEI,

DE

ANIMÆ PROCREATIONE APUD PLATONEM IN TIMÆO.

α'. Ὁ ΠΕΡΙ τῆς ἐν τῷ Τιμαίῳ ψυχογονίας ἐπιγεγραμμένος λόγος, ὅσα Πλάτωνι καὶ τοῖς Πλατωνικοῖς πεφιλοτίμηται
E ἀπαγγέλλει· εἰσάγει δὲ καὶ γεωμετρικάς τινας ἀναλογίας καὶ ὁμοιότητας, πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς, ὡς οἴεται, θεωρίαν συντεινούσας αὐτῷ· καὶ δὴ καὶ μουσικὰ καὶ ἀριθμητικὰ θεωρήματα.

β'. Λέγει δὲ τὴν ὕλην διαμορφωθῆναι ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ δίδωσι μὲν τῷ παντὶ ψυχὴν, δίδωσι δὲ καὶ ἑκάστῳ ζώῳ τὴν διοικοῦσαν αὐτὸ,

E. 1. ἀπαγγέλλει] Revocavi ex Ald. Baſ. Xyl. Vulgo, ἐπαγγέλλει.

I. COMMENTARIUS, qui inſcribitur *De Animæ procreatione in Timæo*, refert quæ Plato et Platonici magno ſtudio diſputaverint. Introducit etiam geometricas quaſdam proportiones et ſimilitudines, ad Animæ contemplationem, ut cenſet, ei conducentes: nec non muſicas quaſdam et arithmeticas rationes.

II. Materiam ait informari ab Anima: tribuitque univerſo Animam, et tribuit unicuique animali quæ id temperet. Animam quodam modo

καὶ πῆ μὲν ἀγέννητον εἰσάγει ταύτην, πῆ δὲ γενέσει δουλεύουσαν· ἀΐ- F
διον δὲ τὴν ὕλην καὶ ὑπὸ τοῦ θείου διὰ τῆς ψυχῆς μορφωθῆναι, καὶ
τὴν κακίαν δὲ βλάστημα τῆς ὕλης γεγονέναι, ἵνα μὴ (φησὶ) τὸ θεῖον
αἴτιον τῶν κακῶν νομισθείη.

γʹ. Ὅτι οἱ περὶ τὸν Ποσειδώνιον οὐ μακρὰν τῆς ὕλης ἀπέστησαν τὴν
ψυχήν, ἀλλὰ δεξάμενοι τὴν τῶν περάτων οὐσίαν περὶ τὰ σώματα λέγεσθαι
μεριστήν, καὶ ταῦτα τῷ νοητῷ μίξαντες, ἀπεφήναντο τὴν ψυχὴν ἰδέαν εἶναι
τοῦ πάντῃ διαστατοῦ κατὰ ἀριθμὸν συνεστῶσαν ἁρμονίαν περιέχοντα· τά 1031
τε γὰρ μαθηματικὰ τῶν πρώτων νοητῶν μεταξὺ καὶ τῶν αἰσθητῶν τετάχθαι·
τῆς τε ψυχῆς τῷ νοητῷ τὸ ἀΐδιον, καὶ τῷ αἰσθητικῷ τὸ παθητικὸν ἐχού-
σης, προσῆκον ἐν μέσῳ τὴν οὐσίαν ὑπάρχειν. Ἔλαθε γὰρ καὶ τούτους ὁ
θεὸς τοῖς τῶν σωμάτων πέρασιν ὕστερον, ἀπειργασμένης ἤδη τῆς ψυχῆς,
χρώμενος ἐπὶ τὴν τῆς ὕλης διαμόρφωσιν, τὸ σκεδαστὸν αὐτῆς καὶ ἀσύνδετον
ὁρίζων καὶ περιλαμβάνων ταῖς ἐκ τῶν τριγώνων συναρμοττομένων ἐπι-
φανείαις. Ἀτοπώτερον δὲ τὸ τὴν ψυχὴν ἰδέαν ποιεῖν. Ἡ μὲν γὰρ, ἀει-
κίνητος, ἡ δὲ, ἀκίνητος· καὶ ἡ μὲν, ἀμιγὴς πρὸς τὸ αἰσθητὸν, ἡ δὲ, τῷ B
σώματι συνειργμένη. Πρὸς δὲ τούτοις, ὁ θεὸς τῆς μὲν ἰδέας ὡς παραδείγ-
ματος γέγονε μιμητὴς, τῆς δὲ ψυχῆς ὥσπερ ἀποτελέσματος δημιουργός.
Ὅτι δὲ οὐδὲ ἀριθμὸν ὁ Πλάτων τὴν οὐσίαν τίθεται τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ
ταττομένην ὑπ᾽ ἀριθμοῦ, προείρηται.

A. 2. μαθηματικὰ] Sic E. P. ipse Plutarch. p. 1023, B. Ald. et Bas. μαθητικά. Vulgo, παθητικά.

ortus expertem facit, quodam modo obnoxiam ortui. Materiam æternam, et quam Deus Animæ opera informaverit. Pravitatem esse germen materiæ, ne (inquit) Deus malorum caussa putetur.

III. Posidonius (ait) non longe a materia Animam removit: sed Platonis verba sic accipiens, *substantiam terminorum seu extremitatum circa corpora esse dividuam*, eamque cum intelligibili miscens, Animam pronunciavit esse ideam ejus quod usquequaque dimensiones habet, ratione numeri constitutam qui harmoniam contineat: nam mathematica in medio primorum intelligibilium et sensilium esse collocata: et cum Anima perpetuitatem intelligibilium, ac sensilium facultatem ad percipiendas affectiones habeat in se; par esse, ut ejus natura in medio sit. Nimirum et hunc latuit, Deum, corporum extremitatibus postmodo demum, jam Anima absoluta, usum ad conformandam materiam, cum dissipationi obnoxiam et vinculis carentem molem definiret ac includeret superficiebus, quæ e triangulis erant concinnatæ. Absurdius etiam hoc, quod Animam ideam facit, cum idea sit immobilis, semper moveatur Anima; et illa cum sensili nihil habeat commercii, hæc in corpora inclusa sit: ad hæc, Deus ideam ut exemplar fuerit imitatus, Animam ut opus opifex confecerit. Quod autem Plato Animam non ponat numerum esse, sed ordinatam ratione numeri, jam ante dictum est.

δ'. Πρὸς δὲ ἀμφοτέρους τούτοις κοινόν ἐστι τὸ μήτε τοῖς πέρασι μήτε
τοῖς ἀριθμοῖς μηδὲν ἴχνος ἐνυπάρχειν ἐκείνης τῆς δυνάμεως ᾗ τὸ αἰσθητὸν
ἡ ψυχὴ πέφυκε κρίνειν. Νοῦν μὲν γὰρ αὐτῇ καὶ νοητὸν ἡ τῆς νοητῆς μέθεξις
ἀρχῆς ἐμπεποίηκε, δόξας δὲ καὶ πίστεις καὶ τὸ φανταστικὸν καὶ τὸ παθητικὸν
C ὑπὸ τῶν περὶ τὸ σῶμα ποιοτήτων· ὃ οὐκ ἄν τις ἐκ μονάδων οὐδὲ γραμμῶν
οὐδ' ἐπιφανειῶν ἁπλῶς νοήσειεν ἐγγινόμενον. Καὶ μὴν οὐ μόνον αἱ τῶν
θνητῶν ψυχαὶ γνωστικὴν τοῦ αἰσθητοῦ δύναμιν ἔχουσιν, ἀλλὰ καὶ "τὴν τοῦ
"κόσμου," φησὶν, "ἀνακυκλουμένην αὐτὴν πρὸς ἑαυτὴν, ὅταν οὐσίαν σκε-
"δαστὴν ἔχοντός τινος ἐφάπτηται, καὶ ὅταν ἀμέριστον λέγῃ κινουμένην διὰ
"πάσης ἑαυτῆς, ὅτῳ ἄν τι ταὐτὸν ᾖ, καὶ ὅτῳ ἂν ἕτερον, πρὸς ὅ, τι τε μά-
"λιστα καὶ ὅπῃ καὶ ὅπως συμβαίνει, καὶ τὰ γινόμενα πρὸς ἕκαστον ἕκαστα εἶναι
D "καὶ πάσχειν." Ἐν τούτοις ἅμα καὶ τὴν δέκα κατηγοριῶν ποιούμενος ὑπογρα-
φὴν, ἔτι μᾶλλον τοῖς ἐφεξῆς διασαφεῖ. "Λόγος γὰρ," φησὶν, "ἀληθὴς,
"ὅταν μὲν περὶ τὸ αἰσθητὸν γίνηται, καὶ ὁ τοῦ θατέρου κύκλος ὀρθὸς ἰὼν
"εἰς πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν διαγγείλῃ, δόξαι καὶ πίστεις γίνονται βέ-
"βαιοι καὶ ἀληθεῖς· ὅταν δὲ αὖ πάλιν περὶ τὸ λογιστικὸν ᾖ, καὶ ὁ τοῦ ταὐτοῦ
"κύκλος εὔτροχος ὢν αὐτὰ μηνύσῃ, ἐπιστήμη ἐξ ἀνάγκης ἀποτελεῖται.
"Τούτω δὲ ἐν ᾧ τῶν ὄντων ἐγγίνεσθον, ἐάν ποτέ τις αὐτὸ ἄλλο πλὴν ψυχὴν
E "προσείπῃ, πᾶν μᾶλλον ἢ τὸ ἀληθὲς ἐρεῖ." Πόθεν οὖν ἔσχεν ἡ ψυχὴ τὴν

B. 8. νοητὸν] Forte, νόησιν. Vide ſupra, p. 1023, D.
C. 5. λέγῃ—ᾖ] Prius recepi ex E. B. P. poſterius e Platone: utrumque auctoritate Plutarchi p. 1023, E.

IV. Adverſus utroſque illud commune eſt argumentum, quod neque extremitatibus neque numeris ullum ineſt veſtigium illius facultatis, qua res ſenſiles Anima judicat ſuapte natura. Mentem quidem ei, et mente ſola cernendarum, id eſt intelligibilium, rerum notitias communicatio principii intelligentia ſola percipiendi inſeruit: opiniones autem, et perſuaſiones, imaginationes, et affectiones a qualitatibus corpori inhærentibus profectas, ne cogitari quidem poteſt ex unitatibus, lineis, aut ſuperficiebus ſimpliciter eſſe innatas. Et vero non modo mortalium Animæ vim cognoſcendi per ſenſus habent, ſed *ipſam* quoque *mundi Animam* ait, *ipſam in ſe revolutam, ubi aliquid attigit ſubſtantia præditum diſſipabili, aut etiam Individua, hoc ipſam per ſe ipſam totam ſeſe commovendo narrare, cui idem ſit, a quo diverſum, et cujus reſpectu maxime, qua, et quomodo ſit affectum ſubſtantiæ aut motus ratione.* In his cum decem prædicamentorum aliquam poſuiſſet notationem, magis etiam idem declarat in his quæ ſequuntur. *Ratio*, inquit, *vera ubi de ſenſili concepta eſt, et circulus Diverſi recta proficiſcens in totam Animam de eo nuncium affert, opiniones naſcuntur et perſuaſiones veræ atque conſtantes. Cum autem in iis vertitur, quæ intelligentiæ ſunt, et Ejuſdem circulus valde agilis iſta ſignificaverit, neceſſario ſcientia abſolvitur. Hæc autem duo in qua re ingenerantur, ſi quis eam aliud quicquam dixerit quam Animam, quidvis potius quam verum dixerit.* Unde autem hic ſenſilia apprehen-

ἀντιληπτικὴν τοῦ αἰσθητοῦ καὶ δοξαστικὴν ταύτην κίνησιν, ἑτέραν τῆς νοητῆς
ἐκείνης καὶ τελευτώσης εἰς ἐπιστήμην, ἔργον εἰπεῖν· μὴ θεμένους βεβαίως,
ὅτι νῦν οὐχ ἁπλῶς ψυχὴν, ἀλλὰ κόσμου ψυχὴν συνίστησιν ἐξ ὑποκει-
μένης τῆς τε κρείττονος οὐσίας καὶ ἀμερίστου καὶ τῆς χείρονος, ἣν περὶ
τὰ σώματα μεριστὴν κέκληκεν, οὐχ ἑτέραν οὖσαν ἢ τὴν δοξαστικὴν καὶ
φανταστικὴν, καὶ συμπαθῆ τῶν αἰσθητῶν κίνησιν, οὐ γενομένην, ἀλλ' ὑφε-
στῶσαν ἀΐδιον, ὥσπερ ἡ ἑτέρα. Τὸ γὰρ νοερὸν ἡ φύσις ἔχουσα, καὶ τὸ δοξα-
στικὸν εἶχεν· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν ἀκίνητον καὶ ἀπαθὲς, καὶ περὶ τὴν ἀεὶ μέν- F
ουσαν ἱδρυμένον οὐσίαν· τοῦτο δὲ, μεριστὸν καὶ πλανητὸν, ἅτε δὴ φερομένης
καὶ σκεδαννυμένης ἐφαπτόμενον ὕλης. Οὔτε γὰρ τὸ αἰσθητὸν εἰλήχει τάξεως,
ἀλλ' ἦν ἄμορφον καὶ ἀόριστον· ἥ τε περὶ τοῦτο τεταγμένη δύναμις, οὔτε
δόξας ἐνάρθρους, οὔτε κινήσεις ἁπάσας εἶχε τεταγμένας, ἀλλὰ τὰς πολλὰς
ἐνυπνιώδεις καὶ παραφόρους καὶ ταραττούσας τὸ σωματοειδὲς, ὅσα μὴ κατὰ
τύχην τῷ βελτίονι περιέπιπτεν· ἐν μέσῳ γὰρ ἦν ἀμφοῖν, καὶ πρὸς ἀμφό-
τερα συμπαθῆ καὶ συγγενῆ φύσιν εἶχεν, τῷ μὲν αἰσθητικῷ τῆς ὕλης ἀντ- 1032
εχομένη, τῷ δὲ κριτικῷ τῶν νοητῶν.

ε'. Οὕτω δέ πως καὶ Πλάτων διασαφεῖ τοῖς ὀνόμασιν· "Οὗτος γὰρ,"
φησὶν, "παρὰ τῆς ἐμῆς ψήφου λογισθεὶς, ἐν κεφαλαίῳ δεδόσθω λόγος, ὄν τε

E. 2. νοητῆς] Immo νοητικῆς, ut Plutarch. p. 1023, F.
E. 4. συνίστησι] Sic B. E. et Plutarch. p. 1024, A. Vulgo, κίνησιν.
F. 5. εἶχε] Scripsi pro ἔχουσα: ut in Plutarcho p. 1024, B.
A. 4. ὄν τι] Sic margo E. et Plutarch. p. 1024, B. item ipse Plato. Vulgo, ὄντος.

dendi, et opinandi motus diversus ab intelligente illo, et in scientiam desinente Animæ motu obtigerit, dici non potest; nisi hoc firmiter constituamus, nunc Platonem non universe Animam, sed mundi Animam componere e subjectis, nimirum e natura præstantiore et Individua, atque e deteriore, quam ipsam circa corpora Dividuam appellavit, non diversam a motione opiniosa, imaginatrice, et quam sensilia afficiant, et quæ non sit nata, sed perpetuo substiterit, ut etiam altera. Natura enim quæ intelligendi habuit vim, habuit etiam opinandi. Verum illa quidem motui non obnoxia, non affectioni, innixa fuit rebus semper eodem modo manentibus: hæc autem Dividua et vaga fuit, ut quæ appeteret materiam agitatam ac dissipatam. Nam neque sensili naturæ obtigerat ordo, sed informis erat atque indefinita: et facultas ei addicta neque opiniones probe distinctas, neque motiones omnes ordinatas habebat: sed plerasque somniorum similes, temerarias, et quæ tumultum corporeæ facultati adferrent, nisi fortuito in idem cum meliore natura incidissent. Erat enim in medio amborum, naturamque habebat cum utrisque cognatam atque consentientem, vi sentiendi materiam apprehendens, judicio vim intelligentem.

V. Atque hoc ipse pæne disertis verbis declarat, *Mea*, inquiens, *hæc est*, *ut verbo dicam*, *sententia*,

« καὶ χώραν καὶ γένεσιν εἶναι τρία τριχῆ, καὶ πρὶν οὐρανὸν γενέσθαι.» Καὶ χώραν τε γὰρ καλεῖ τὴν ὕλην, ὥσπερ ἕδραν, ἔστιν ὅτε καὶ ὑποδοχήν· ὂν δὲ, τὸ νοητόν· γένεσιν δὲ, τοῦ κόσμου μήπω γεγονότος, οὐδεμίαν ἄλλην ἢ τὴν ἐν μεταβολαῖς καὶ κινήσεσιν οὐσίαν, τοῦ τυποῦντος καὶ τοῦ τυπουμένου μεταξὺ τεταγμένην, διαδιδοῦσαν ἐνταῦθα τὰς ἐκεῖθεν εἰκόνας. Διά τε δὴ
B ταῦτα μεριστὴ προσηγορεύθη, καὶ ὅτι τῷ αἰσθητῷ τὸ αἰσθανόμενον, καὶ τῷ φανταστῷ τὸ φανταζόμενον ἀνάγκη συνδιανέμεσθαι καὶ συμπαρήκειν· ἡ γὰρ αἰσθητικὴ κίνησις ἰδία ψυχῆς οὖσα, κινεῖται πρὸς τὸ αἰσθητὸν ἐκτός· ὁ δὲ νοῦς αὐτὸς μὲν ἐφ' ἑαυτοῦ μόνιμος ἦν καὶ ἀκίνητος, ἐγγενόμενος δὲ τῇ ψυχῇ καὶ κρατήσας, εἰς ἑαυτὸν ἐπιστρέφει καὶ συμπεραίνει τὴν ἐγκύκλιον φορὰν, περὶ τὸ μένον ἀεὶ μάλιστα ψαύουσαν τοῦ ὄντος. Διὸ καὶ δυσανάκρατος ἡ κοινωνία γέγονεν αὐτῶν, τῷ ἀμερίστῳ τὸ μεριστὸν, καὶ τῷ μηδαμῇ κινητῷ τὸ πάντῃ φορητὸν μιγνύουσα, καὶ καταβιαζομένη θάτερον εἰς ταὐτὸν συνελθεῖν. Ἦν δὲ τὸ θάτερον οὐ κίνησις, ὥσπερ οὐδὲ ταὐτὸν στάσις, ἀλλ' ἀρχὴ
C διαφορᾶς καὶ ἀνομοιότητος. Ἑκάτερον γὰρ ἀπὸ τῆς ἑτέρας ἀρχῆς κάτεισι, τὸ μὲν ταὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, τὸ δὲ θάτερον ἀπὸ τῆς δυάδος· καὶ μέμικται πρῶτον ἐνταῦθα περὶ τὴν ψυχὴν, ἀριθμοῖς καὶ λόγοις συνδεθέντα, καὶ μεσότησιν ἐναρμονίοις, καὶ ποιεῖ θάτερον ἐγγενόμενον τῷ αὐτῷ διαφορὰν, τὸ δὲ ταὐτὸν ἐν τῷ ἑτέρῳ τάξιν, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐν ταῖς πρώταις τῆς ψυχῆς

A. 6. Καὶ χώραν τι γὰρ] Rectius abest prima particula ab Plutarch. loco dicto.
B. 6. περὶ τὸ μένον] Ita reposui ex Plut. l. dicto. Vulgo, περὶ τὸ μέν.

fuisse ante originem cœli tria hæc seorsim, Ens, Spatium, Ortum. Spatii enim vocabulo adficit materiam, ut et *sedis*, atque alias *receptaculi:* Ens autem vocat, id quod sola mente percipitur, seu intelligibile: Ortum, mundi nondum nati substantiam, nulla sitam alia in re, quam in mutationibus et motibus, inter formans atque formatum medio loco ordinatam, atque effigies eorum quæ ibi sunt huc transmittentem. Ergo cum ob hæc Animam hanc Dividuam dicit, tum quod sensili sentiens, et imaginabili imaginans vis necesse est comitetur, eique adhæreat. Nam vis sentiendi Animæ propria, movetur secundum id quod foris sentitur: Mens ipsa per se stabilis erat, et motus expers, insita Animæ, in eamque nacta imperium, in seipsam convertitur, circularemque conficit motum, ea quæ ita sunt ut semper sui maneant similia potissimum attingens. Itaque etiam temperatu difficilis fuit eorum communio, quæ Individuo Dividuum, nusquam mobili usquequaque mobile, misceret, ac Diversa in Idem congredi cogeret. Non erat enim ipse motus Diversum, ut ne Idem quidem erat quies, sed initium discriminis et inæqualitatis. Utrumque enim ab altero principiorum oritur: Idem ab unitate, Diversum a binario. Atque hæc primum in Anima fuerunt commixta, numeris, et proportionibus colligata, et medietatibus harmonicis. Efficitque Diversum Eidem insertum differentiam, Idem in Diverso ordinem; quod manifestum est in primis Animæ facultati-

δυνάμεσιν· εἰσὶ δὲ αὗται τὸ κριτικὸν καὶ τὸ κινητικόν. Ἡ μὲν οὖν κίνησις εὐθὺς ἐπιδείκνυται περὶ τὸν οὐρανὸν, ἐν μὲν τῇ ταυτότητι τὴν ἑτερότητα τῇ περιφορᾷ τῶν ἀπλανῶν, ἐν δὲ τῇ ἑτερότητι τὴν ταυτότητα τῇ τάξει τῶν πλανητῶν· ἐπικρατεῖ γὰρ ἐν ἐκείνοις τὸ ταυτὸν, ἐν δὲ τοῖς περὶ γῆν τοὐναντίον. Ἡ δὲ κρίσις ἀρχὰς μὲν ἔχει δύο, τόν τε νοῦν D
ἀπὸ τοῦ ταυτοῦ πρὸς τὰ καθόλου, καὶ τὴν αἴσθησιν ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, πρὸς τὰ καθ' ἕκαστα. Μέμικται δὲ λόγος ἐξ ἀμφοῖν, νόησις ἐν τοῖς νοητοῖς, καὶ δόξα γινόμενος ἐν τοῖς αἰσθητοῖς· ὀργάνοις τε μεταξὺ φαντασίαις τε καὶ μνήμαις χρώμενος, ὧν τὰ μὲν ἐν τῷ ταυτῷ τὸ ἕτερον, τὰ δὲ ἐν τῷ ἑτέρῳ ποιεῖ τὸ ταυτόν. Ἔστι γὰρ ἡ μὲν νόησις κίνησις τοῦ νοοῦντος περὶ τὸ μένον· ἡ δὲ δόξα, μονὴ τοῦ αἰσθανομένου περὶ τὸ κινούμενον· φαντασίαν δὲ συμπλοκὴν δόξης πρὸς αἴσθησιν οὖσαν, ἵστησιν ἐν μνήμῃ τὸ ταυτόν· τὸ δὲ θάτερον κινεῖ πάλιν ἐν διαφορᾷ τοῦ πρόσθεν καὶ νῦν, ἑτερότητος E
ἅμα καὶ ταυτότητος ἐφαπτόμενον.

ς'. Δεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ σῶμα τοῦ κόσμου γινομένην σύνταξιν, εἰκόνα λαβεῖν τῆς ἀναλογίας ἐν ᾗ διηρμόσατο τὴν ψυχήν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἦν ἄκρα, τὸ πῦρ καὶ ἡ γῆ, χαλεπὴν πρὸς ἄλληλα κραθῆναι φύσιν ἔχοντα, μᾶλλον δὲ ὅλως ἄκρατον καὶ ἀσύστατον· ὅθεν ἐν μέσῳ θέμενος αὐτῶν, τὸν μὲν ἀέρα πρὸ τοῦ πυρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ πρὸ τῆς γῆς, ταῦτα πρῶτον ἀλλήλοις ἐκέρασεν, εἶτα διὰ τούτων F

D. 5. ἐν τῷ ταυτῷ] Sic margo E. et Plutarch. l. d. Vulgo, ἐν τῷ αὐτῷ.
D. 6. τοῦ νοοῦντος] Sic Plut. p. 1024, F. Jannot. Schott. Anon. Vulgo, τοῦ κινοῦντος.

bus, judicandi ſcilicet et movendi. Motus ſtatim in cœlo demonſtrat Diverſitatem in Identitate, revolutione inerrantium ſtellarum, et in Diverſitate Identitatem ordine errantium. In his enim prævalet Idem, contrarium in iis quæ pone terram ſunt. Judicium autem principia habet duo; Mentem ab Eodem ad Univerſalia, et Senſum a Diverſo ad ſingularia. Ratio ex utriſque mixta eſt, quæ fit intelligentia in intellectui ſubjectis, opinio in ſenſibilibus: utiturque veluti inſtrumentis in medio inter Mentem ac Senſum poſitis, viſis ac memoriis, quorum alia in Eodem Diverſum, alia Idem in Diverſo efficiunt. Eſt enim intelligentia motio facultatis intelligentis circa id quod permanet: opinio autem permanſio ejus quod ſentitur circa id quod in motu eſt. Viſum autem (hoc *phantaſiam* dico) complexum opinionis cum ſenſu, conſtituit in memoria Idem: Diverſum vero rurſus movet phantaſiam ſeu viſum in diſcrimine præteriti ac præſentis, ſimul Diverſitatem et Identitatem attingens.

VI. Ceterum oportet eam contemperationem, qua corpus mundi conflatum eſt, adſciſcere ad exemplum proportionis, ſecundum quam fuit Anima concinnata. Ibi enim erat purus ignis, et terra, quæ inter ſe contemperari difficulter poſſent ſuapte natura, imo mixturam omnino et compoſitionem refugerent. Itaque inter ea medio loco ponens aërem igni, aquam terræ propiorem, iſthæc primum commiſcuit, deinde horum opera

ἐκεῖνα πρός τε ταῦτα καὶ ἄλληλα συνέμιξε καὶ συνήρμοσεν. Ἐνταῦθα δὲ πάλιν τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ θάτερον ἐναντίας δυνάμεις, καὶ ἀκρότητας ἀντιπάλους συνήγαγεν, οὐ δι' αὐτῶν, ἀλλὰ οὐσίας ἑτέρας μεταξὺ, τὴν μὲν ἀμέριστον περὶ τοῦ ταὐτοῦ, περὶ δὲ τοῦ θατέρου τὴν μεριστὴν, ἔστιν ᾗ προσήκουσαν ἑκατέραν ἑκατέρᾳ τάξας, εἶτα μιχθείσαις ἐκείναις ἐπεγκεραννύμενος, οὕτω τὸ πᾶν συνύφηνε τῆς ψυχῆς εἶδος, ὡς ἦν ἀνυστὸν, ἐκ διαφόρων ὅμοιον ἔκ τε πολλῶν ἓν ἀπεργασάμενος.

F. 8. ἓν ἀπεργασάμενος] ἓν additum ex B. E. Plut. p. 1025, B.

etiam illa cum his et inter ſe contemperavit concinnavitque Deus. Ita hic etiam Idem et Diverſum, facultates contrarias et extremitates invicem adverſantes conduxit, non ipſas per ſe, ſed duas alias ſubſtantias, Individuam juxta Idem, Dividuam juxta Diverſum conſtituens, ſuo ordine devinxit: tum illis mixtis has contemperans, ita totam Animæ formam contexuit, quantum fieri potuit ex differentibus ſimilem, ex multis unam fabricatus.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΣΤΩΙΚΩΝ ΕΝΑΝΤΙΩΜΑΤΩΝ.

1033 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΣΤΩΙΚΩΝ ΕΝΑΝΤΙΩΜΑΤΩΝ.

PLUTARCHI

DE

REPUGNANTIIS STOICIS.

α'. ΠΡΩΤΟΝ ἀξιῶ τὴν τῶν δογμάτων ὁμολογίαν ἐν τοῖς βίοις
B θεωρεῖσθαι. Δεῖ γὰρ οὐχ οὕτω τὸν ῥήτορα, κατ' Αἰσχίνην, τὸ
αὐτὸ φθέγγεσθαι καὶ τὸν νόμον, ὡς τὸν βίον τοῦ φιλοσόφου τῷ λόγῳ σύμφωνον εἶναι. Ὁ γὰρ λόγος τοῦ φιλοσόφου, νόμος αὐθαίρετος καὶ ἴδιός ἐστιν· εἴ γε δὴ μὴ παιδιὰν καὶ εὑρησιλογίαν ἕνεκα δόξης, ἀλλ' ἔργον ἄξιον σπουδῆς τῆς μεγίστης, ὥσπερ ἐστὶν, ἡγοῦνται φιλοσοφίαν.

β'. Ἐπεὶ τοίνυν πολλὰ μὲν, ὡς ἐν λόγοις, αὐτῷ Ζήνωνι, πολλὰ δὲ Κλεάνθει, πλεῖστα δὲ Χρυσίππῳ γεγραμμένα τυγχάνει περὶ πολιτείας καὶ τοῦ

A. 7. τὴν τῶν] τὴν additum ex B. E. Venet. 1. P.
B. 6. αὐτῷ] E. τῷ.

I. PRINCIPIO, decretorum conſenſionem in ipſa vita ſpectari debere cenſeo. Non enim tam *orator*, ut dicebat Æſchines, *et lex idem debent loqui*, quam vita philoſophi cum doctrina ejus convenire. Quippe doctrina philoſopho lex eſt propria et quam ſibi ipſe tulerit; ſi quidem non ludum et argutias gloriolæ gratia inventas, ſed rem ſummo dignam ſtudio philoſophiam, id quod eſt, cenſeat eſſe.

II. Quoniam ergo, ut in doctrinæ enarratione, multa ipſe Zeno, multa Cleanthes, plurima Chryſippus ſcripta reliquerunt de republica, de parendo

ἄρχεσθαι καὶ ἄρχειν, καὶ δικάζειν καὶ ῥητορεύειν· ἐν δὲ τοῖς βίοις οὐδενός ἐστιν εὑρεῖν οὐ στρατηγίαν, οὐ νομοθεσίαν, οὐ πάροδον εἰς βουλὴν, οὐ συνηγορίαν C
ἐπὶ δικαστῶν, οὐ στρατείαν ὑπὲρ πατρίδος, οὐ πρεσβείαν, οὐκ ἐπίδοσιν· ἀλλ' ἐπὶ ξένης, ὥσπερ τινὸς λωτοῦ, γευσάμενοι σχολῆς, τὸν πάντα βίον, οὐ βραχὺν, ἀλλὰ παμμήκη γενόμενον, διήγαγον ἐν λόγοις καὶ βιβλίοις καὶ περιπάτοις· οὐκ ἄδηλον ὅτι τοῖς ὑφ' ἑτέρων γραφομένοις καὶ λεγομένοις, μᾶλλον ἢ τοῖς ὑφ' αὐτῶν ὁμολογουμένως ἔζησαν, ἣν Ἐπίκουρος ἡσυχίαν ἐπαινεῖ καὶ Ἱερώνυμος, ἐν ταύτῃ τὸ παράπαν καταβιώσαντες. Αὐτὸς γοῦν Χρύσιππος ἐν τῷ τετάρτῳ περὶ Βίων, οὐδὲν οἴεται τὸν σχολαστικὸν βίον D
τοῦ ἡδονικοῦ διαφέρειν· αὐτὰς δὲ παραθήσομαι τὰς λέξεις· "Ὅσοι δὲ "ὑπολαμβάνουσι φιλοσόφοις ἐπιβάλλειν μάλιστα τὸν σχολαστικὸν βίον ἀπ' "ἀρχῆς, οὗτοί μοι δοκοῦσι διαμαρτάνειν, ὑπονοοῦντες διαγωγῆς τινος "ἕνεκεν δεῖν τοῦτο ποιεῖν, ἢ ἄλλου τινὸς τούτῳ παραπλησίου, καὶ τὸν ὅλον "βίον οὕτω πως διελκύσαι· τοῦτο δ' ἐστιν, ἂν σαφῶς θεωρηθῇ, ἡδέως· "οὐ γὰρ δεῖ λανθάνειν τὴν ὑπόνοιαν αὐτῶν, πολλῶν μὲν σαφῶς τοῦτο "λεγόντων, οὐκ ὀλίγων δὲ ἀδηλότερον." Τίς οὖν μᾶλλον ἐν τῷ σχολαστικῷ βίῳ τούτῳ κατεγήρασεν, ἢ Χρύσιππος, καὶ Κλεάνθης, καὶ Διο- E
γένης, καὶ Ζήνων, καὶ Ἀντίπατρος; οἵγε καὶ τὰς αὐτῶν κατέλιπον πατρίδας, οὐθὲν ἐγκαλοῦντες, ἀλλ' ὅπως καθ' ἡσυχίαν ἐν τῷ ἡδίονι

C. 6. ὁμολογουμένως] Sic T. V. Mez. Vulgo, ὁμολογουμένοις.
D. 6. οὕτω πως] πως additum ex B. E. Venet. 1. 2. P.
E. 3. ἐν τῷ ἡδίονι καὶ ἐπὶ ζωστῆρος σχ.] Locus difficilis sive ad explicandum sive ad emendandum. Ex variis utriusque rationibus, adhuc probabilior mihi videtur hæc mutatio, ἐν τῷ ἡδονικῷ Ἐπικουρείως σχολάζοντες.

et imperando, de judiciis, de caussis dicendis: in vitis autem eorum nusquam invenitur prætura, legum latio, in senatum progressus, patrocinium apud judices, militia pro patria, legatio, in publicum largitio; sed peregre in otio, ejus gustu tanquam loto detenti, vitam omnem, neque eam brevem, sed oppido longam, inter disputationes, libros, et ambulationes exegerunt; non obscurum est, eos magis secundum aliorum scripta aut dicta, quam sua decreta, vixisse, omninoque vitam in ea quiete consumpsisse, quam Epicurus et Hieronymus laudant. Ipse quidem Chrysippus in quarto De Vitis libro, existimat Vitam scholasticam, sive literario otio deditam, nihil a voluptaria differre. Verba adeo ipsius apponam. *Qui vero opinantur philosophis congruere maxime otiosam vitam ab initio, videntur mihi ii errare: censent enim delectationis aut alius similis rei gratia hoc esse faciendum, itaque totam vitam protrahendam. Hoc si quis apertius consideret, nihil aliud significat quam suaviter. Non enim sensus eorum fallere nos debet, cum multi aperte ita, obscurius non pauci pronuncient.* Quis autem magis in otiosa ista vita consenuit, quam Chrysippus, Cleanthes, Diogenes, Zeno, Antipater? qui quidem suas deseruerunt patrias, non quod esset quod de iis quererentur, sed ut quiete in suavi

καὶ ἐπὶ ζωστῆρος σχολάζοντες καὶ φιλολογοῦντες διάγουσιν. Ἀριστοκρέων γοῦν ὁ Χρυσίππου μαθητὴς καὶ οἰκεῖος, εἰκόνα χαλκῆν ἀναστηλώσας ἐπέγραψε τόδε τὸ ἐλεγεῖον,

Τόνδε νέον Χρύσιππον Ἀριστοκρέων ἀνέθηκε
Τῶν Ἀκαδημιακῶν στραγγαλίδων κοπίδα.

F Τοῦτο οὖν ὁ Χρύσιππος, ὁ γέρων, ὁ φιλόσοφος, ὁ τὸν βασιλικὸν καὶ πολιτικὸν ἐπαινῶν βίον, τὸν δὲ σχολαστικὸν οὐθὲν οἰόμενος τοῦ ἡδονικοῦ διαφέρειν.

γ΄. Ὅσοι δὲ ἄλλοι αὐτῶν πολιτείᾳ προσίασιν, ἔτι μᾶλλον ἐναντιοῦνται τοῖς αὐτῶν δόγμασι· καὶ γὰρ ἄρχουσι, καὶ δικάζουσι, καὶ συμβουλεύουσι, καὶ νομοθετοῦσι, καὶ κολάζουσι, καὶ τιμῶσιν, ὡς πόλεων οὐσῶν ἐν αἷς πολιτεύονται, βουλευτῶν δὲ καὶ δικαστῶν ἀεὶ τῶν λαγχανόντων, στρατηγῶν δὲ τῶν χειροτονουμένων, νόμων δὲ τῶν Κλεισθένους καὶ Λυκούργου καὶ Σόλωνος, οὓς φαύλους καὶ ἀνοήτους γεγονέναι λέγουσιν. Ὥστε καὶ πολιτευόμενοι μάχονται.

1034 δ΄. Καὶ μὴν Ἀντίπατρος ἐν τῷ περὶ τῆς Κλεάνθους καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς ἱστόρηκεν, "ὅτι Ζήνων καὶ Κλεάνθης οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι γενέσθαι, μὴ δόξωσιν τὰς αὑτῶν πατρίδας ἀδικεῖν." Ὅτι μὲν εἰ καλῶς οὗτοι, Χρύσιππος οὐκ ὀρθῶς ἐποίησεν ἐγγραφεὶς εἰς τὴν πολιτείαν, παρείσθω. Πολλὴν δὲ μάχην καὶ παράλογον ἔχει τὸ, τὰ σώματα καὶ τοὺς βίους οὕτω μακρὰν ἀποξενώσαντας, τὰ ὀνόματα ταῖς πατρίσι τηρεῖν· ὥσπερ εἴ τις τὴν γαμετὴν ἀπολιπὼν, ἑτέρᾳ δὲ

A. 6. ἑτέρᾳ—ἑτέρας] Leonic. Schott. T. V. B. magis proprie, nec tamen ut vulgata repudietur.

otio ſuis diſputationibus perpetuo vacarent. Ariſtocreon quidem Chryſippi diſcipulus et familiaris, æream imaginem in columna ponens, hos elegos inſcripſit,

Hunc Academiacos ſolitum diſcindere nexus
Chryſippum juvenem ponit Ariſtocreon.

Hic ergo eſt Chryſippus, ſenex, philoſophus, qui regiam et civilem laudat vitam, et ſcholaſticam a voluptaria nihil differre putat.

III. Qui vero Stoicorum de ſecta ſe ad rempublicam conferunt, ii magis etiam ſuis placitis repugnant. Nam imperant, diſceptant, conſulunt, leges ponunt, puniunt, honorant, ita ut qui civitates eſſe putent eas in quibus rempublicam gerunt; pro judicibus et magiſtratibus habeant eos, quibus iſta munera obtigerunt; prætores judicent eſſe eos, qui ſuffragiis deliguntur; leges Cliſthenis, Lycurgi, Solonis, leges eſſe cenſeant; cum interim eos pravos et ſtultos fuiſſe dicant. Ergo rempublicam gerentes, ipſi ſibi adverſantur.

IV. Et vero Antipater, in iis quæ de Diſcordia Cleanthis et Chryſippi ſcripſit, narrat *Zenonem et Cleanthem noluiſſe cives Athenienſes fieri, ne viderentur in ſuas injurii patrias.* Non dicam, ſi hi recte fecerunt, Chryſippum peccaſſe, cum inter cives Athenienſes ſe referri ſineret. Id quidem multum repugnantiæ et abſurditatis habet, quod corpora et vitam tam longe a patria apud peregrinos conſtituentes, nomina nuda patriis ſuis reſervaverunt: perinde ac ſi aliquis, uxore deſerta, cum

συζῶν καὶ συναναπαυόμενος, καὶ παιδοποιούμενος ἐξ ἑτέρας, μὴ συγγράφοιτο γάμον, ὅπως ἀδικεῖν μὴ δοκῇ τὴν προτέραν. B

ε'. Χρύσιππος δὲ πάλιν ἐν τῷ περὶ Ῥητορικῆς γράφων, "οὕτω ῥητορεύσειν καὶ πολιτεύσεσθαι τὸν σοφὸν ὡς καὶ τοῦ πλούτου ὄντος ἀγαθοῦ, καὶ τῆς δόξης καὶ τῆς ὑγείας," ὁμολογεῖ τοὺς λόγους αὐτοῦ καὶ ἀνεξόδους εἶναι καὶ ἀπολιτεύτους, καὶ τὰ δόγματα ταῖς χρείαις ἀνάρμοστα καὶ ταῖς πράξεσιν.

ς'. Ἔτι δόγμα Ζήνωνός ἐστιν, "ἱερὰ θεῶν μὴ οἰκοδομεῖν· ἱερὸν γὰρ μὴ πολλοῦ ἄξιον καὶ ἅγιον οὐκ ἔστιν· οἰκοδόμων δὲ ἔργον καὶ βαναύσων οὐδέν ἐστι πολλοῦ ἄξιον." Οἱ δὲ ταῦτ' ἐπαινοῦντες ὡς εὖ ἔχοντα, μυοῦνται μὲν ἐν ἱεροῖς, ἀναβαίνουσι δ' εἰς ἀκρόπολιν, προσκυνοῦσι δὲ τὰ C ἕδη, καὶ στεφανοῦσι τοὺς ναοὺς, οἰκοδόμων ὄντας ἔργα καὶ βαναύσων ἀνθρώπων. Εἶτα τοὺς Ἐπικουρείους ἐλέγχεσθαι δοκοῦσι θύοντας θεοῖς· αὐτοὶ δὲ μᾶλλον ἐλέγχονται θύοντες ἐπὶ τῶν βωμῶν καὶ τῶν ἱερῶν, ἃ μήτ' εἶναι, μήτ' οἰκοδομεῖσθαι δεῖν ἀξιοῦσιν.

omnes tolli virtutes. Ac ne quam ſuis repugnantiis relinqueret excuſationem, contra Ariſtotelem De Juſtitia ſcribens, *non recte eum dicere*, inquit, *ſi voluptas pro fine ſtatuatur, tolli juſtitiam unaque ceteras omnes virtutes. Juſtitiam enim vere ſublatum iri: reliquæ quin maneant, nihil impedire, etſi non per ſe expetendæ, bonæ tamen et virtutes:* Ac ſingulas deinde nominatim recenſet. Sed præſtat ipſius verba apponere: *Nam cum hac ratione videatur effici voluptatem eſſe finem, totum hoc mihi non videtur in eo contineri. Itaque dicendum eſt, neque virtutum ullam per ſe eſſe expetendam, neque ullum vitium fugiendum; verum omnia hæc referenda eſſe ad propoſitum ſcopum. Nihil tamen ſecundum eorum ſententiam obſtabit, fortitudinem, temperantiam, tolerantiam, ſimileſque harum virtutes eſſe e bonorum numero, et his contraria eſſe fugienda.* Scire velim, unquamne diſputator aliquis exſtiterit petulantior Chryſippo, qui duos præſtantiſſimos philoſophos reprehendit; alterum, quod non ſolum honeſtum pro bono ponens, omnem virtutem tollat; alterum, quod voluptate pro fine reputata, præter juſtitiam etiam reliquas virtutes perimi cenſeat. Mirabilis enim eſt licentia, iiſdem de rebus differentem, quæ ponit Ariſtotelem culpans, eadem rurſum in accuſando Platone repudiare. At

μὴν ἐν ταῖς Περὶ Δικαιοσύνης Ἀποδείξεσι λέγει ῥητῶς, ὅτι "πᾶν κατόρθωμα, "καὶ εὐνόμημα καὶ δικαιοπράγημά ἐστι· τὸ δέ γε κατ' ἐγκράτειαν, ἢ καρ-"τερίαν, ἢ φρόνησιν, ἢ ἀνδρείαν, πραττόμενον, κατόρθωμά ἐστιν· ὥστε καὶ B
"δικαιοπράγημα." Πῶς οὖν οἷς ἀπολείπει φρόνησιν καὶ ἀνδρείαν καὶ ἐγκράτειαν, οὐκ ἀπολείπει δικαιοσύνην, εὐθὺς αὐτῶν ὅσα κατορθοῦσιν ἐν ταῖς εἰρημέναις ἀρεταῖς καὶ δικαιοπραγούντων;

ις΄. Τοῦ δὲ Πλάτωνος εἰπόντος, "τὴν ἀδικίαν, ὡς διαφθορὰ ψυχῆς οὖσα "καὶ στάσις, οὐδὲ ἐν αὐτοῖς τοῖς ἔχουσιν ἀποβάλλει τὴν δύναμιν, ἀλλ' αὐτὸν "ἑαυτῷ συμβάλλει καὶ κρύει καὶ ταράττει τὸν πονηρόν" ἐγκαλῶν Χρύσιππος, "ἀτόπως," φησί, "λέγεσθαι τὸ ἀδικεῖν ἑαυτόν· εἶναι γὰρ πρὸς ἕτερον, οὐ πρὸς "ἑαυτὸν, τὴν ἀδικίαν" ἐπιλαθόμενος γὰρ τούτων, αὖθις ἐν ταῖς Περὶ Δικαι- C
οσύνης Ἀποδείξεσιν, "ἀδικεῖσθαι," φησὶν, "ὑφ' ἑαυτοῦ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ αὐτὸν "ἀδικεῖν, ὅταν ἄλλον ἀδικῇ, γινόμενον ἑαυτῷ τοῦ παρανομεῖν αἴτιον, καὶ "βλάπτοντα παρ' ἀξίαν ἑαυτόν." Ἐν μὲν τοῖς πρὸς Πλάτωνα ταῦτ' εἴρηκε περὶ τοῦ τὴν ἀδικίαν λέγεσθαι μὴ πρὸς ἑαυτὸν, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον, "Οἱ γὰρ καὶ "ἰδίαν ἄδικοι συνεστήκασιν ἐκ πλειόνων τοιούτων τἀναντία λεγόντων, καὶ ἄλλως "τῆς ἀδικίας λαμβανομένης, ὡς ἂν ἐν πλείοσι πρὸς ἑαυτοὺς οὕτως ἔχουσιν· "εἰς δὲ τὸν ἕνα μηδενὸς διατείνοντος τοιούτου, καθ' ὅσον δὲ πρὸς τοὺς πλη-"σίον ἔχει οὕτως·" ἐν δὲ ταῖς Ἀποδείξεσι τοιούτους ἠρώτηκε λόγους περὶ τοῦ τὸν D

B. 7. κρύει] Forte συγκρούει, ut Reiſk.
C. 5. Οἱ γὰρ—λεγόντων] Locus corruptus, forte ita refingendus, Οὐ γὰρ κατ' ἰδίαν οἱ ἄδικοι συνεστήκασιν, ἐκ πλειόνων δὲ τοιούτων τἀναντία δρώντων—.

enim in Demonſtrationibus de Juſtitia diſerte dicit, *omne perfectum officium, et legitimum eſſe et juſtum factum: quod vero continenter, toleranter, prudenter, fortiter agitur, perfectum eſſe officium; ergo etiam juſte factum.* Quomodo igitur quibus prudentiam, fortitudinem, continentiam relinquit, juſtitiam adimit: cum illi ipſi qui quædam perfecte ſecundum eas virtutes agunt, iidem eadem juſte agant?

XVI. Dixerat Plato, *injuſtitiam animi eſſe corruptelam et ſeditionem, quæ ne in ipſis quidem injuſtis ſuam vim amitteret, ſed ipſum ſecum committeret, confligeret, ac turbaret vitioſum hominem.* Id vituperans Chryſippus, *abſurde*, ait, *hoc dici, Aliquem ſeipſum injuria afficere; nam injuſtitiam non adverſus injuſtum, ſed adverſus alium tendere.* Oblitus deinde hujus effati, in Demonſtrationibus de Juſtitia, *a ſeipſo injuria affici injuſtum*, ait, *nam alii injuria inferenda, ipſum ſibi injurium eſſe: dum ſibi auctor ſit contra leges agendi, ſeque immerito lædat.* Verum in iis quæ adverſus Platonem ſcribit, *injuſtitiam dici non ſui, ſed alterius ratione*, contendit: *Nam non ſeorſim vel pro ſe ſunt injuſti, ſed conſtant e pluribus talibus contraria facientibus: quippe ceteroquin ſic intelligitur injuſtitia ut quæ ſit in pluribus adverſus ſeipſos ita ſe habentibus: in unum autem nihilo tali pertinente, ſed quantum ad proximum ita ſe habet.* In Demonſtrationibus porro talibus argumentationibus utitur, ut oſtendat

ἄδικον καὶ ἑαυτὸν ἀδικεῖν· "Παραίτιον γίνεσθαι παρανομήματος, ἀπαγο- "ρεύει ὁ νόμος· καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐστὶ παρανόμημα· ὁ τοίνυν παραίτιος γινό- "μενος αὐτῷ τοῦ ἀδικεῖν, παρανομεῖ εἰς ἑαυτόν· ὁ δὲ παρανομῶν εἰς ἕνα, "καὶ ἀδικεῖ ἐκεῖνον· ὃν ἄρα καὶ ὁντιναοῦν ἀδικῶν, καὶ ἑαυτὸν ἀδικεῖ." πάλιν· "Τὸ ἁμάρτημα τῶν βλαμμάτων ἐστὶ, καὶ πᾶς ἁμαρτάνων παρ' "ἑαυτὸν ἁμαρτάνει· πᾶς ἄρα ὁ ἁμαρτάνων βλάπτει ἑαυτὸν παρὰ τὴν
E "ἀξίαν· εἰ δὲ τοῦτο, καὶ ἀδικεῖ ἑαυτόν." ἔτι καὶ οὕτως, "Ὁ βλαπτόμενος "ὑφ' ἑτέρου, ἑαυτὸν βλάπτει, καὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἑαυτὸν βλάπτει, τοῦτο "δ' ἦν τὸ ἀδικεῖν· ὁ ἄρα ἀδικούμενος καὶ ὑφ' ὁτουοῦν πᾶς ἑαυτὸν ἀδικεῖ."

ιζ'. Τὸν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν λόγον, ὃν αὐτὸς εἰσάγει καὶ δοκιμάζει, "συμφωνότατον εἶναι," φησὶ, "τῷ βίῳ, καὶ μάλιστα τῶν ἐμφύτων ἅπτεσθαι "προλήψεων" ταυτὶ γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ τῶν Προτρεπτικῶν εἴρηκεν. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ, "τοῦτον τὸν λόγον," φησὶν, "ἀπὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἀφέλκειν τὸν "ἄνθρωπον, ὡς οὐδὲν ὄντων πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ συνεργούντων πρὸς εὐδαι-
F "μονίαν οὐδέν." Ὅρα τοίνυν πῶς αὐτῷ σύμφωνός ἐστι, τὸν ἀφέλκοντα τοῦ ζῆν, καὶ τῆς ὑγείας, καὶ τῆς ἀπονίας, καὶ τῆς τῶν αἰσθητηρίων ὁλοκληρίας, καὶ μηδὲν εἶναι ταῦτα φάσκοντα πρὸς ἡμᾶς ἃ παρὰ τῶν θεῶν αἰτούμεθα, μάλιστα συμφωνεῖν τῷ βίῳ καὶ ταῖς κοιναῖς προλήψεσιν ἀποφαινόμενος. Ἀλλ' ἵνα

D. 5. ὃν ἄρα] Legendum ὁ ἄρα, ut et Reisk. monuit.
E. 3. ἀδικούμενος] Sumsi a Xyl. Mez. item correxit Reisk. Vulgo, δικαιούμενος.
F. 1. Ὅρα] Sic Steph. ex Leonic. Schott. Collat. Muret. Anon. Priores editiones et B. E. F. P. Ὁρῶ.
F. 1. ἀφέλκοντα τοῦ ζῆν] Subjungendum λόγον, quod excidisse videtur.
F. 2. ἀπονίας] Sic Ald. Bas. Xyl. B. E. F. Venet. 1. Vulgo, ἀπονοίας.

injustum etiam sibi ipsi injuriam facere: *Aliquo modo caussam fieri delicti seu violatæ legis, lex vetat: Injuste agere, delictum est: Ergo qui aliquo modo sibi ipse caussa est injuste agendi, delinquit in seipsum: Jam qui in unum aliquem delinquit, eum etiam injuria afficit: Ergo qui quemvis alium injuria afficit, seipsum injuria afficit.* Item: *Peccatum est e damnorum genere: Quicunque peccat, in se indigne peccat: Ergo qui peccat, sibi ipse indigne damnum infert; proinde etiam injuria se afficit.* Aliud: *Qui ab alio læditur, sibi ipsi nocet, idque indigne: hoc autem erat injuste agere: Ergo quicunque a quocunque injuria afficitur, injurius in sese est.*

XVII. *Rationem de Bonis et Malis*, quam ipse introducit et probat, *maxime consentire cum vita* affirmat, *et maxime innatas attingere prænotiones:* sic enim loquitur in tertio Exhortationum libro. At in primo, *ea ratione hominem*, asserit, *ab omnibus aliis abstrahi, ut nihil ad nos pertinentibus, neque ad felicitatem quicquam conducentibus.* Jam nunc vide quam belle sibi consonet, qui rationem abstrahentem nos a vitæ, sanitatis, indolentiæ, sensuum incolumitatis consideratione, eaque nihil ad nos pertinere dicentem quæ nos a Diis immortalibus expetimus, affirmet maxime consentire cum vita et communibus prænotionibus. Sed ne

μὴ ἄρνησις ἢ τοῦ τἀναντία λέγειν, ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Δικαιοσύνης ταῦτ' εἴρηκεν· “Διὸ καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ τε μεγέθους καὶ τοῦ κάλλους, πλάσμασι δοκοῦμεν ὅμοια λέγειν, καὶ οὐ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν.” Ἔστιν οὖν ὅπως ἄν τις ἐξομολογήσαιτο σαφέστερον 1042
τἀναντία λέγειν αὐτὸς πρὸς ἑαυτὸν, ἢ οὗτος; ἃ δι' ὑπερβολήν φησι πλάσματα δοκεῖν εἶναι καὶ ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν λέγεσθαι, ταῦτα συμφωνεῖν τῷ βίῳ φάσκων, καὶ μάλιστα τῶν ἐμφύτων ἅπτεσθαι προλήψεων.

ιη'. Οὐσίαν κακοδαιμονίας ἀποφαίνει τὴν κακίαν ἐν παντὶ βιβλίῳ φυσικῷ καὶ ἠθικῷ, γράφων καὶ διατεινόμενος ὅτι, “τὸ κατὰ κακίαν ζῆν, τῷ κακοδαιμόνως ζῆν ταὐτόν ἐστιν·” ἐν δὲ τῷ τρίτῳ Περὶ Φύσεως ὑπειπὼν ὅτι, “λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα μᾶλλον ἢ μὴ βιοῦν, κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν,” ἐπιλέγει, “Τοιαῦτα γὰρ τἀγαθά ἐστι τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε τρόπον τινὰ τὰ κακὰ τῶν B
ἀνὰ μέσον προτερεῖν.” Ὅτι μὲν οὖν εἰρηκὼς ἐν ἑτέροις μηδὲν εἶναι τοῖς ἄφροσι λυσιτελὲς, ἐνταῦθά φησι λυσιτελεῖν τὸ ἀφρόνως ζῆν, ἀφίημι. Τῶν δ' ἀνὰ μέσον λεγομένων παρ' αὐτοῖς μήτε κακῶν ὄντων μήτ' ἀγαθῶν, τὰ κακὰ προτερεῖν λέγων, οὐδὲν ἄλλο λέγει πλὴν τῶν μὴ κακῶν τὰ κακὰ προτερεῖν, καὶ τὸ κακοδαιμονεῖν λυσιτελέστερον εἶναι τοῦ μὴ κακοδαιμονεῖν· καὶ τοῦ κακοδαιμονεῖν ἀλυσιτελέστερον ἡγεῖται τὸ μὴ κακοδαιμονεῖν· εἰ δὲ ἀλυσιτελέ-

A. 2. οὗτος] Sic Ald. Bas. Xyl. B. E. Vulgo, οὕτως ex Leonic. Schott. Anon.
A. 9. ἢ μὴ βιοῦν] Scripsi hoc ex p. 1064, E. Vulgo et omnes, ἢ βοῦν, excepta Græco-Lat. ἢ βιοῦν.
B. 4. παρ' αὐτοῖς] Sic P. Reisk. Vulgo, παρὰ τοῖς. Margo Venet. 1. παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς.
B. 6. καὶ τοῦ κακοδαιμονεῖν] Vulgo desunt: addidi ex E. Horum non nisi καὶ exhibet B.

infitiari hanc possit repugnantiam, audi verba ejus De Justitia libro tertio scripta: *Itaque ea quæ dicimus, ob excellentiam magnitudinis et pulchritudinis, fabularum similia videbuntur, et non convenire homini humanæque naturæ.* Potestne quisquam disertius fateri, se sibi ipsi contraria dicere, quam hic noster? qui *ea, quæ ob excellentiam commenta, et homine superiora habitum iri* dicit, *vitæ humanæ congruere, insitasque notitias maxime attingere,* pronunciat.

XVIII. *Naturam infelicitatis vitiositatem esse* in omnibus Physicis Ethicisque libris tradit, contendens, *vitiose vivere idem esse, quod vivere infeliciter.* In tertio De Natura cum dixisset, *expedire insipienti ut vivat potius quam moriatur, etiam si nunquam sit futurum ut sapiat*; hæc subjicit, *Talia enim sunt hominibus bona, ut mala quodammodo indifferentibus præstent.* Mitto, quod alibi fatus *nihil insipienti prodesse,* nunc ait *ei prodesse vivere insipienter.* Cum autem indifferentia sint Stoicis ea, quæ neque bona sunt neque mala; iis potiora dicens esse mala, nihil dicit aliud, quam non malis mala esse potiora; et præstare infelicem esse, quam infelicem non esse: Ergo, non infelicem esse, inutilius putat quam infelicem esse: Atqui, si inutilius, etiam damnosius: Igitur, non infelicem

στερον, καὶ βλαβερώτερον· τὸ μὴ κακοδαιμονεῖν ἄρα βλαβερώτερον τοῦ
C κακοδαιμονεῖν. Βουλόμενος οὖν ταύτην ἐπιλεαίνειν τὴν ἀτοπίαν, ἐπιλέγει
περὶ τῶν Κακῶν, "Ἔστι δὲ οὐ ταῦτα προτεροῦντα, ἀλλ' ὁ λόγος, μεθ'
" οὗ βιοῦν ἐπιβάλλει μᾶλλον, καὶ εἰ ἄφρονες ἐσόμεθα." Πρῶτον μὲν
οὖν τὰ κακὰ κακίαν λέγει, καὶ τὰ μετέχοντα κακίας, ἄλλο δὲ οὐθέν· ἡ
δὲ κακία, λογικόν ἐστι, μᾶλλον δὲ λόγος ἡμαρτημένος· οὐδὲν οὖν ἕτερόν
ἐστι τὸ μετὰ λόγου βιοῦν ἄφρονας ὄντας, ἢ τὸ μετὰ κακίας βιοῦν. Ἔπειτα
τὸ βιοῦν ἄφρονας ὄντας, βιοῦν ἐστι κακοδαίμονας ὄντας. Πρὸς τί οὖν
προτερεῖ τοῦτο τὸ ἀνὰ μέσον; Οὐ γὰρ πρός γε τὸ εὐδαιμονεῖν φησι προ-
D τερεῖν τὸ κακοδαιμονεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ ὅλως, φασίν, οἴεται δεῖν Χρύσιππος,
" οὔτε μονὴν ἐν τῷ βίῳ τοῖς ἀγαθοῖς, οὔτ' ἐξαγωγὴν τοῖς κακοῖς παρα-
" μετρεῖν, ἀλλὰ τοῖς μέσοις κατὰ φύσιν· διὸ καὶ τοῖς εὐδαιμονοῦσι γίνεταί
" ποτε καθῆκον ἐξάγειν ἑαυτούς, καὶ μένειν αὖθις ἐν τῷ ζῆν τοῖς κακο-
" δαιμονοῦσιν." Εἶτα τί τούτου μεῖζόν ἐστιν ὑπεναντίωμα πρὸς αἵρεσιν καὶ
φυγήν, εἰ τοῖς ἐπ' ἄκρον εὐδαιμονοῦσιν ἀπουσίᾳ τῶν ἀδιαφόρων, ἀφίστασθαι
τῶν ἀγαθῶν παρόντων καθήκει; καίτοι τῶν ἀδιαφόρων οὐθὲν αἱρετόν, οὐδὲ
E φευκτόν, ἀλλὰ μόνον ἀγαθὸν τὸ αἱρετόν, καὶ μόνον φευκτὸν ἡγοῦνται τὸ
κακόν. Ὥστε συμβαίνει κατ' αὐτοὺς μὴ πρὸς τὰ αἱρετά, μηδὲ πρὸς τὰ

B. 8. τὸ μὴ κακοδαιμονεῖν ἄρα βλαβερώτερον] Item addita ex E. Vulgo desunt.
C. 8. πρός γε τὸ] Ita et Mez. Vulgo, προσίετο. E. πρός τι τό. Venet. 1. προσῆκε τό.
C. 8. φησι προτερεῖν τὸ] Vulgo, φύσει προτερεῖν τοῦ. Prius sumsi ab Ald. Bas. Xyl. B. E. F. Venet. 1. 2: posterius a Mez.
D. 6. ἀπουσίᾳ τῶν ἀδιαφόρων, ἀφίστασθαι] Sic jam Xyl. vertendo expressit: notavit Mez. conjecit Reisk. Vulgo, ἀπουσία τοῦ ἀδιαφόρως ἐπίστασθαι.
D. 7. καίτοι] Sic B. Venet. 1. 2. Mez. Vulgo, καὶ τό.
E. 2. συμβαίνει] Sic Venet. 1. Vulgo, συμβαίνειν.

esse damnosius est quam infelicem esse. Hoc ille absurdum ut mitigaret, addit hoc De Malis: *Præstant autem non ipsa mala, sed ratio; cum qua vivere magis convenit, etiam si erimus insipientes.* Primum itaque, mala vitiositatem dicit, et quæ eam participant; aliud nihil. Vitiositas autem cum ratione aliquid est conjunctum, aut potius depravata ratio. Ergo nihil aliud est insipientem vivere cum ratione, quam vivere cum vitiositate. Deinde vivere insipientem, vivere est infeliciter. Cui ergo indifferenti hoc præstat? non enim, puto, dicet felicitati: aut hanc infelicitati. Omnino enim hoc illi dicunt, Chrysippum *neque permansionem in vita bonis, neque discessum ex ea malis annumerasse; sed utrumque iis quæ media sunt natura sive indifferentia: hinc enim et felicis interdum officium fieri, ut mortem sibi consciscat; et miseri, ut vitam producat.* Quæ vero major potest esse repugnantia in rerum delectu et fuga? scilicet summe felicibus ut conveniat ob defectum alicujus rei indifferentis bona præsentia derelinquere? cum quidem nullum indifferens vel expetendum vel fugiendum censeant, solumque bonum expeti, malum fugi debere statuant. Itaque de ipsorum sen-

φευκτὰ τοὺς τῶν πράξεων τίθεσθαι λογισμούς, ἀλλ' ἑτέρων στοχαζομένους ἃ μήτε φεύγουσι, μήτε αἱροῦνται, πρὸς ταῦτα καὶ ζῆν καὶ ἀποθνήσκειν.

ιθ'. Τἀγαθὰ πρὸς τὰ κακὰ τὴν πᾶσαν ἔχειν διαφορὰν ὁμολογεῖ
Χρύσιππος· καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, εἰ τὰ μὲν ἐσχάτως ποιεῖ κακοδαίμονας
εὐθὺς οἷς ἂν παρῇ, τὰ δ' ἐπ' ἄκρον εὐδαίμονας. Αἰσθητὰ δ' εἶναι τἀγαθὰ
καὶ τὰ κακά, φησὶν, ἐν τῷ προτέρῳ Περὶ Τέλους, ταῦτα γράφων, " Ὅτι
" μὲν γὰρ αἰσθητά ἐστι τἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, καὶ τούτοις ἐκποιεῖ λέγειν· F
" οὐ γὰρ μόνον ὄντα πάθη ἐστὶν αἰσθητὰ σὺν τοῖς εἴδεσιν, οἷον λύπη καὶ
" φόβος, καὶ τὰ παραπλήσια, ἀλλὰ καὶ κλοπῆς καὶ μοιχείας καὶ τῶν ὁμοίων
" ἐστὶν αἰσθέσθαι· καὶ γὰρ ὅλον ἀφροσύνης καὶ δειλίας καὶ ἄλλων οὐκ ὀλί-
" γων κακιῶν· οὐδὲ μόνον χαρᾶς, καὶ εὐεργεσιῶν, καὶ ἄλλων πολλῶν κατ-
" ορθώσεων, ἀλλὰ καὶ φρονήσεως καὶ ἀνδρείας, καὶ τῶν λοιπῶν ἀρετῶν." Τούτων
τὴν μὲν ἄλλην ἀτοπίαν ἀφῶμεν· ὅτι δὲ μάχεται τοῖς περὶ τὸν διαλε-
ληθότα σοφὸν, τίς οὐκ ἂν ὁμολογήσειεν; Αἰσθητοῦ γὰρ ὄντος τοῦ ἀγαθοῦ, καὶ
μεγάλην πρὸς τὸ κακὸν διαφορὰν ἔχοντος, τὸν ἐκ φαύλου γινόμενον 1043
σπουδαῖον ἀγνοεῖν τοῦτο, καὶ τῆς ἀρετῆς μὴ αἰσθάνεσθαι παρούσης, ἀλλ'
οἴεσθαι τὴν κακίαν αὐτῷ παρεῖναι, πῶς οὐκ ἔστιν ἀτοπώτατον; Ἢ γὰρ οὐδεὶς
ἀγνοεῖν ἢ ἀπιστεῖν δύναται τὰς ἀρετὰς ἔχων ἁπάσας, ἢ μικρά τις ἐστὶν

E. 6. εἰ τὰ μὲν] Sic Venet. 2. P. Xyl. Vulgo, εἰ μὲν τὰ μέν.
F. 1. ἐκποιεῖ] Sic B. E. F. Venet. 2. Anon. T. V. B. Vulgo, εἰσποιεῖ. Jannot. Coll. Muret. ἐμποιεῖ.
F. 2. ὄντα] Legendum τὰ, cum Reisk.
F. 4. γὰρ ὅλον] Forte, καθόλου.
F. 5. κατορθώσεων] Sic B. Venet. 1. Mez. Vulgo, κατορθώσεως.
F. 8. γὰρ ὄντος] Hoc res ipsa postulat: vertit Xyl. notavit Mez. vidit Reisk. Vulgo, παρόντος.

tentia concluditur, in deliberandis actionibus non ad bona vel mala respiciendum: sed vitæ mortisque rationes subducendas consectandis aliis quibusdam rebus neque fugiendis neque deligendis.

XIX. Malorum et Bonorum summum esse discrimen fatetur Chrysippus: idque ita esse oportet, si illa extreme miseros faciunt eos in quibus sunt, hæc summe beatos. *Sensilia* autem *esse Bona atque Mala*, in priore De Fine libro sic indicat: *Nam cum Bona, tum Mala esse sensilia, etiam sic conficitur. Non enim perturbationes duntaxat sentiuntur, ut ægritudo, metus, aliæque horum similes; sed et furtum, et adulterium, aliaque id genus, sensum sui præbent; sicut etiam insipientia, timiditas, et alia vitia haud pauca. Rursumque non gaudium modo, beneficentia, et alia recte facta sentiuntur; sed prudentia quoque, fortitudo, ac reliquæ virtutes.* Hæc quam sint absurda, dicere supersedeo. Repugnare autem ea sententiæ, quam de eo *qui Sapientem se factum non animadvertit* ipsi habent, quis neget? quippe si bonum est sensile, tantoque discrimine differt a malo; ignorare aliquem si subito fiat de vitioso probus, et virtutem eum non sentire, sed putare se adhuc vitio teneri, nonne est absurdissimum? Nam aut nemo ignorare potest, vel de eo dubitare, quod virtutes habeat omnes,

καὶ παντάπασι δυσθεώρητος ἡ διαφορὰ τῆς ἀρετῆς πρὸς τὴν κακίαν, καὶ τῆς εὐδαιμονίας πρὸς τὴν κακοδαιμονίαν, καὶ τοῦ καλλίστου βίου πρὸς τὸν αἴσχιστον, εἰ ταῦτά τις ἀντ' ἐκείνων κτησάμενος ἑαυτὸν λέληθε.

κ'. Μία σύνταξις ἡ Περὶ Βίων, τέτταρα βιβλία· τούτων ἐν τῷ τετάρτῳ λέγει, "τὸν σοφὸν ἀπράγμονά τε εἶναι καὶ ἰδιοπράγμονα, καὶ τὰ
B "αὑτοῦ πράττειν·" ἔστι δὲ ἡ λέξις αὕτη, "Οἴομαι γὰρ ἔγωγε τὸν φρόνιμον, "καὶ ἀπράγμονα εἶναι καὶ ὀλιγοπράγμονα, καὶ τὰ αὑτοῦ πράττειν ὁμοίως, τῆς "τε αὐτοπραγίας καὶ ὀλιγοπραγμοσύνης ἀστείων ὄντων." Τὰ δὲ ὅμοια σχεδὸν ἐν τῷ Περὶ Τῶν Δι' Αὑτὰ Αἱρετῶν εἴρηκε ταύταις ταῖς λέξεσι· "Τῷ γὰρ ὄντι φαίνεται ὁ κατὰ τὴν ἡσυχίαν βίος ἀκίνδυνόν τι καὶ ἀσφαλὲς ἔχειν, "οὐ πάνυ τῶν πολλῶν δυναμένων τοῦτο συνιδεῖν." Ὅτι μὲν τῷ Ἐπικούρῳ τὴν Πρόνοιαν ἀναιροῦντι διὰ τῆς ἀπραγμοσύνης τῆς περὶ τὸν θεὸν οὐκ
C ἀπᾴδει, δῆλόν ἐστιν· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Βίων, "βασιλείαν τε τὸν σοφὸν ἑκουσίως ἀνέχεσθαι," λέγει, "χρηματιζόμενον ἀπ' "αὐτῆς· κἂν αὐτὸς βασιλεύειν μὴ δύνηται, συμβιώσεται βασιλεῖ, καὶ "στρατεύσεται μετὰ βασιλέως, οἷος ἦν Ἰδάνθυρσος ὁ Σκύθης, ἢ Λεύκων ὁ "Ποντικός." Παραθήσομαι δὲ καὶ ταύτην αὐτοῦ τὴν διάλεκτον, ὅπως εἰδῶμεν εἰ καθάπερ ἐκ νήτης καὶ ὑπάτης γίνεται σύμφωνον, οὕτως ὁμολογεῖ βίος ἀνδρὸς καὶ ἀπραγμοσύνην αἱρουμένου καὶ ὀλιγοπραγμοσύνην, εἶτα

A. 9. ἰδιοπράγμονα] Reisk. ὀλιγοπράγμονα.
B. 2. ὁμοίως] Forte, ὅμως.
B. 6. Ὅτι μὲν] Mez. Ὅτι μὲν οὖν.
C. 1. ἀπᾴδει] Sic Venet. 1. Vulgo, ἀπῳδεῖ. Bas. Xyl. Steph. forte correctione vetustioris lectionis ἀποδεῖ, quae exstat in Ald. B. E. F.
C. 2. ἀνέχεσθαι] B. ἀναδέχεσθαι, ut jam vertit Xyl.
C. 5. Παραθήσομαι δὲ] δὲ additum ex Venet. 1.

siquidem habet; aut exigua est, et omnino difficilis perspectu differentia virtutis et vitii, felicitatis et miseriæ, pulcherrimæ ac turpissimæ vitæ, si quis illa pro his se adeptum non sentit.

XX. Unum est volumen De Vitis, libri quatuor: in quorum quarto ait, *Sapientem cum otiosum esse, tum sua negotia tractare.* Verba sunt hæc: *Censeo enim ego prudentem et carere negotiis, et pauca habere negotia, et suas tamen res agere; cum et suarum rerum tractatio, et paucarum, sint elegantes.* Fere similia horum dicit in libro De Rebus per se ipsas expetendis: *Videtur enim,* inquit, *revera otiosa vita periculis vacare et in tuto versari, etsi hoc pauci perspiciunt.* Hæc non dissonare ab Epicuro, qui providentiam ideo sustulit, ut Deum redderet otiosum, quivis videt. Sed ille idem Chrysippus in primo De Vitis, *Sapientem,* ait, *ultro regnum suscepturum, ut inde quæstum faciat; aut si rex ipse esse nequeat, victurum cum rege, et ei in expeditione adfuturum, si talis sit, qualis Idanthyrsus Scytha, aut Leuco Ponticus.* Sed et hic ipsius dictionem apponam, ut videamus an sicut ima et summa chorda concinunt, ita consentiat vita hominis qui otium et paucarum rerum tractationem delegerit, cum

συνιππαζομένου Σκύθαις, καὶ τὰ τῶν ἐν Βοσπόρῳ τυράννων πράττοντος ἐξ οἱασδήτινος ἀνάγκης. "Ὅτι γάρ," φησί, "καὶ στρατεύσεται μετὰ δυ-"ναστῶν καὶ βιώσεται, πάλιν ἐπισκεψώμεθα τούτων ἐχόμενοι, τινῶν μὲν D
"οὐδὲ ταῦτα ὑπονοούντων, διὰ τοὺς ὁμοίους ὑπολογισμούς, ἡμῶν δὲ καὶ "ταῦτα ἀπολιπόντων, διὰ τοὺς παραπλησίους λόγους·" καὶ μετὰ μικρόν, "Οὐ μόνον δὲ μετὰ τῶν προκεκοφότων ἐπὶ ποσόν, καὶ ἐν ἀγωγαῖς καὶ ἐν "ἔθεσι ποιοῖς γεγονότων, οἷον παρὰ Λεύκωνι καὶ Ἰδανθύρσῳ." Καλλισθένει τινὲς ἐγκαλοῦσιν ὅτι πρὸς Ἀλέξανδρον ἔπλευσεν, ἐλπίζων ἀναστήσειν Ὄλυνθον, ὡς Στάγειρα Ἀριστοτέλης· Ἔφορον δὲ καὶ Ξενοκράτην καὶ Μενέδημον ἐπαινοῦσι παραιτησαμένους τὸν Ἀλέξανδρον· ὁ δὲ Χρύσιππος ἕνεκα χρηματισμοῦ τὸν σοφὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς Παντικάπαιον ὠθεῖ καὶ τὴν Σκυθῶν E
ἐρημίαν. Ὅτι γὰρ ἐργασίας ἕνεκα καὶ χρηματισμοῦ ταῦτα ποιεῖ, καὶ προδεδήλωκε, "τρεῖς," ὑποθέμενος, "ἁρμόζοντας μάλιστα τῷ σοφῷ χρηματισμούς, "τὸν ἀπὸ βασιλείας, καὶ τὸν ἀπὸ φίλων, καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις τὸν ἀπὸ "σοφιστείας." Καίτοι πολλαχοῦ μὲν ἀποκναίει ταῦτα ἐπαινῶν,

Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυοῖν μόνον,
Δήμητρος ἀκτῆς καὶ πόματος ὑδρηχόου;

ἐν δὲ τοῖς Περὶ Φύσεως λέγει, "τὸν σοφόν, εἰ τὴν μεγίστην οὐσίαν ἀποβάλοι, "δραχμὴν μίαν ἐκβεβληκέναι δόξειν." Οὕτω δὲ αὐτὸν ἄρας ἐκεῖ καὶ

E. 2. γὰρ ἐργασίας] Sic et Reiſk. Vulgo, παρεργασίας.
E. 2. ποιεῖ, καὶ] Reiſk. ποιεῖν δεῖ.
E. 7. Δήμητρος—ὑδρηχόου] Verſus additus ex B.

eo qui una cum Scythis equitet, et Boſporani tyranni res agat quavis neceſſitate inductus. *Quod enim*, inquit, *in expeditione futurus ſit cum potentibus, vitamque una acturus, rurſum conſiderabimus, his intenti. Quidam enim ne hæc quidem ſuſpicantur ob ſimiles ratiocinationes, nobis hæc relinquentibus ob ſimilia argumenta.* Et paulo poſt: *non modo cum iis qui jam profecerunt in diſciplina et moribus, ut apud Leuconem et Idanthyrſum.* Atqui Calliſtheni ſunt qui vitio vertant, quod ad Alexandrum navigavit ſpe Olynthi reſtituendæ, ſicut Stagiram inſtauraverat Ariſtoteles; et Ephorum, Xenocratem, ac Menedemum laudant, qui Alexandri convictum recuſaſſent. At Chryſippus quæſtus cauſſa Sapientem obtorto collo in Panticapæum rapit, ac Scytharum ſolitudinem. Nam lucri cauſſa hoc Chryſippus inſtituere ſe ipſe profitetur, *tres rem faciendi modos* ponens *Sapienti maxime congruentes*; *e regno*, *ex amicis*, *ex arte ſophiſtica.* Ac enim paſſim ad nauſeam uſque inculcat;

Nam præter hæc duo, qua tandem mortalibus
Re ſit opus? almæ cum Telluris frugibus,
Tum quæ ſitim ſalubris lympha ſublevet.

Ceterum in iis quæ De Natura ſcripſit, *Sapientem*, ait, *ſi ampliſſimas opes amittat, reputaturum ſe unicam amiſiſſe drachmam.* Cum autem illum ibi ita

F ὀγκώσας, ἐνταῦθα πάλιν εἰς μισθαρνίαν καταβάλλει, καὶ σοφιστείαν· "καὶ
"γὰρ αἰτήσειν, καὶ προλήψεσθαι, τὸ μὲν εὐθὺς ἀρχομένου, τὸ δὲ χρόνου
"τῷ μαθητῇ διελθόντος, ὅπερ εὐγνωμονέστερον εἶναι," φησὶν, "ἀσφαλέστερον
"δὲ τὸ προλαμβάνειν, ὡς ἀδικήματα τοῦ τόπου ἐπιδεχομένου." λέγει δὲ
οὕτως, "Εἰσπράττονται δὲ τὸν μισθὸν οὐ πάντες οἱ νοῦν ἔχοντες ὡσαύ-
"τως, ἀλλ' ἄλλως πλῆθος, ὡς ἂν ὁ καιρὸς φέρῃ, οὐκ ἐπαγγελλομένων
"ποιήσειν ἀγαθοὺς, καὶ ταῦτ' ἐν ἐνιαυτῷ· ὅσον δὲ πρὸς ἑαυτοὺς, ταῦτα
1044 "ποιήσειν πρὸς τὸν συμφωνηθέντα χρόνον." Καὶ πάλιν προελθὼν, "Τόν
"τε καιρὸν εἴσεται, πότερον εὐθὺς δεῖ τὸν μισθὸν λαμβάνειν ἅμα τῇ
"προσόδῳ, καθάπερ πλείους πεποιήκασιν, ἢ καὶ χρόνον αὐτοῖς διδόναι, τοῦ
"τόπου τούτου μᾶλλον καὶ ἀδικήματα ἐπιδεχομένου, δόξαντος δ' ἂν εἶναι
"εὐγνωμονεστέρου." Καὶ πῶς ἢ χρημάτων καταφρονητὴς ὁ σοφὸς, ὑπὸ
συγγραφῇ ἐπ' ἀργυρίῳ τὴν ἀρετὴν παραδιδοὺς, κἂν μὴ παραδῷ, τὸ μισ-
θάριον εἰσπράττων, ὡς πεποιηκὼς τὰ περὶ αὐτόν; ἢ βλάβης κρείττων,
φυλαττόμενος μὴ ἀδικηθῇ περὶ τὸ μισθάριον; ἀδικεῖται γὰρ οὐδεὶς μὴ
βλαπτόμενος· ὅθεν μὴ ἀδικεῖσθαι τὸν σοφὸν ἐν ἄλλοις ἀποφηνάμενος,
B ἐνταῦθά φησιν ἀδίκημά τι τὸν τόπον ἐπιδέχεσθαι.

κα'. Ἐν δὲ τῷ Περὶ Πολιτείας, "οὐδὲν ἡδονῆς ἕνεκα πράξειν, οὐδὲ

F. 6. ἀλλ' ἄλλως πλῆθος] Forte transponendis et leniter mutandis verbis locus ita restituatur—ἄλλοι δ' ἄλλως, ὡς ἂν ὁ καιρὸς φέρῃ, οὐκ ἐπαγγελλομένων, ὡς τὸ πλῆθος, ποιήσειν ἀ.—Sententiam in versione reddidimus. In E. abest πλῆθος, ejusque loco adest lacuna.

F. 7. ὅσον] ὅσα E.

A. 5. Καὶ πῶς ἢ] B. Καὶ πῶς εἴη—.Καὶ πῶς ἂν εἴη Venet. 1. a sec. manu.

A. 7. περὶ αὐτὸν] Forte, παρ' αὐτὸν, ut Reisk.

B. 1. ἀδίκημά τι] Forte, ἀδικήματα, ut modo. E. F. ἀδικημάτια τὸν τόπον. B. Venet. 1. ἀδίκημά τι ἄτοπον ἦ.

inflasset et extulisset, hic eum ad mercenarias operas et sophisticam relegat. Quin *et exacturum mercedem, et ante tempus accepturum*, ait, *quandam partem statim ubi discipulus se ei dederit, aliud tempore exacto: quorum hoc* ait esse *humanius*, *illud tutius*, *quia fraus possit accidere.* Loquitur autem sic: *Mercedem exigunt non omnes qui sapiunt eodem modo*; *sed alius aliter*, *prout tempus dederit*, *non ut vulgus Sophistarum promittentium se discipulos bonos facturos*, *idque annuo spatio*; *sed se id*, *quoad ejus ab ipsis fieri possit quantumque in ipsis sit*, *certo constituto tempore praestituros.* Ac deinde, *Tempus autem sciet*, *utrum statim primo congressu mercedem debeat exigere*, *sicut fecere complures*, *an tempus constituere*, *qui modus ut videtur humanior*, *ita opportunior est injuriis.* Sed quonam modo Sapiens vel pecuniae erit contemtor, qui accepta syngrapha pro argento virtutem tradat, et ut non tradiderit, tamen mercedulam exigat? vel is erit cui damnum inferri nequeat, qui cautione utatur, ne mercedula defraudetur? Nam fraus nemini fit citra injuriam. Itaque cum alibi pronunciasset, *Sapienti non fieri injuriam*, hoc loco ait, *rem ejus esse injuriae obnoxiam.*

XXI. Idem cum in opere De Republica dix-

"παρασκευάσεσθαι," φησί, "τοὺς πολίτας·" καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινεῖ
ταῦτα προφερόμενος,

> Ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυοῖν μόνον,
> Δήμητρος ἀκτῆς καὶ πόματος ὑδρηχόου·

εἶτα μικρὸν ἀπὸ τούτων προελθὼν, ἐπαινεῖ τὸν Διογένην τὸ αἰδοῖον
ἀποτριβόμενον ἐν φανερῷ, καὶ λέγοντα πρὸς τοὺς παρόντας, "Εἴθε καὶ
"τὸν λιμὸν οὕτως ἀποτρίψασθαι τῆς γαστρὸς ἠδυνάμην." Τίνα οὖν ἔχει
λόγον ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐπαινεῖν τὸν ἐκβάλλοντα τὴν ἡδονὴν, ἅμα καὶ τὸν
ἡδονῆς ἕνεκα τοιαῦτα πράττοντα, καὶ τοιαύτης ἁπτόμενον αἰσχρουργίας;
Γράψας τοίνυν ἐν τοῖς Περὶ Φύσεως ὅτι, "πολλὰ τῶν ζώων ἕνεκα κάλλους C
"ἡ φύσις ἐνήνοχε, φιλοκαλοῦσα καὶ χαίρουσα τῇ ποικιλίᾳ," καὶ λόγον
ἐπειπὼν παραλογώτατον, ὡς "ὁ ταὼς ἕνεκα τῆς οὐρᾶς γέγονε, διὰ τὸ
"κάλλος αὐτῆς," ἐν τῷ Περὶ Πολιτείας νεανικῶς ἐπιτετίμηκε "τοῖς
"ταὼς τρέφουσι καὶ ἀηδόνας," ὥσπερ ἀντινομοθετῶν τῷ τοῦ κόσμου νομο-
θέτῃ, καὶ τῆς φύσεως καταγελῶν φιλοκαλούσης περὶ τὰ τοιαῦτα τῶν
ζώων, οἷς ὁ σοφὸς ἐν τῇ πόλει τόπον οὐ δίδωσιν. Πῶς γὰρ οὐκ ἄτοπον
ἐγκαλεῖν τοῖς τρέφουσιν ἃ γεννῶσαν ἐπαινεῖ τὴν Πρόνοιαν; Ἐν μὲν
οὖν τῷ πέμπτῳ Περὶ Φύσεως, εἰπὼν ὅτι, "οἱ κόρεις εὐχρήστως ἐξυπνί- D
"ζουσιν ἡμᾶς, καὶ οἱ μύες ἐπιστρέφουσιν ἡμᾶς μὴ ἀμελῶς ἕκαστα

B. 6. καὶ πόματος ὑδρηχόου] Additum ex B. et Xyl.
C. 1. ὅτι, "πολλὰ] Sic B. Mez. Vulgo, ὡς ὅτι πολλά.
C. 8. ἃ γεννῶσαν ἐπαινεῖ] Non dubitavi recipere hanc Xyl. correctionem, a Mez. confirmatam. Omnes libri, ἀγεννῶς ἂν ἐπαινῇ.

isset, *cives nihil voluptatis caussa acturos aut paraturos*, laudavissetque Euripideum hoc,

> Nam præter hæc duo qua tandem mortalibus
> Re sit opus? almæ cum telluris frugibus,
> Tum quæ sitim salubris lympha sublevet:

paululum progressus Diogenem laudat, qui in publico masturbasset, dixissetque adstantibus, *Utinam liceret sic etiam famem attrito ventre pellere.* Quam autem rationem hoc habet, simul et eum laudare qui voluptatem ejecisset, et qui voluptatis caussa isthæc ageret, et eo turpitudinis progrederetur? Idem cum in opere De Natura scripsisset, *naturam multa animalia pulchritudinis caussa protulisse, gaudentem nimirum pulchritudine et varietate*, adjecissetque alienissimum a ratione dictum, *pavonem ob caudam ejusque pulchritudinem esse creatum*, rursum in libro De Republica, audacter insectatur *eos qui pavones alunt et luscinias*, tanquam contrarias legibus a conditore legum universi positis leges statuens, ac naturam subsannans, quæ studiose tam elegantia edidisset animalia, quibus Sapiens in urbe locum non concederet. Qui enim non sit absurdum culpari eos qui alunt ea, quæ procreantem iste laudat naturam? In quinto De Natura ubi dixit, *utiliter nos a cimicibus e somno excitari, et a muribus admoneri ut in rebus locandis curam*

“ πθέναι, φιλοκαλεῖν γὰρ τὴν φύσιν τῇ ποικιλίᾳ χαίρουσαν εἰκός ἐστι,” ταῦτα κατὰ λέξιν εἴρηκε· “ Γένοιτο δ' ἂν μάλιστα τούτου ἔμφασις ἐπὶ τῆς κέρκου τοῦ ταώ” ἐνταῦθα γὰρ ἐπιφαίνει τὸ ζῷον γεγονέναι ἕνεκα τῆς κέρκου, καὶ οὐκ ἀνάπαλιν, τῷ ἄῤῥενι γινομένῳ οὕτως, ἡ θηλυδοῦν ἠκολούθηκεν. Ἐν δὲ τῷ Περὶ Πολιτείας εἰπὼν ὅτι, “ ἐγγὺς ἐσμὲν τοῦ καὶ τοὺς κοπρῶνας “ ζωγραφεῖν,” μετ' ὀλίγον, “ τὰ γεωργικὰ,” φησὶ, “ καλλωπίζειν τινὰς “ ἀναδενδράσι καὶ μυῤῥίναις, καὶ ταὼς καὶ περιστερὰς τρέφουσι καὶ πέρδικας,
E “ ἵνα κακκαβίζωσιν αὐτοῖς, καὶ ἀηδόνας.” Ἡδέως δ' ἂν αὐτοῦ πυθοίμην τί φρονεῖ περὶ μελιττῶν καὶ μέλιτος· ἦν μὲν γὰρ ἀκόλουθον τῷ τοὺς κόρεις εὐχρήστως, τὸ τὰς μελίττας ἀχρήστως φάναι γεγονέναι· εἰ δὲ ταύταις τόπον ἐν πόλει δίδωσι, διὰ τί τῶν πρὸς ἀκοὴν καὶ ὄψιν ἐπιτερπῶν ἀπείργει τοὺς πολίτας; Καθόλου δὲ ὥσπερ ὁ τοὺς συνδείπνους μεμφόμενος ὅτι χρῶνται τραγήμασι καὶ οἴνῳ καὶ ὄψοις, τὸν δ' ἐπὶ ταῦτα κεκληκότα καὶ ταῦτα παρεσκευασμένον ἐπαινῶν, ἄτοπός ἐστιν· οὕτως ὁ τὴν μὲν Πρόνοιαν ἐγκωμιάζων ἰχθῦς καὶ ὄρνιθας καὶ μέλι καὶ οἶνον παρασκευάσασαν, ἐγ-
F καλῶν δὲ τοῖς μὴ παραπέμπουσι ταῦτα, μηδ' ἀρκουμένοις

Δήμητρος ἀκτῇ, πώμασί τε ὑδρηχόοις,
Ἅπερ πάρεστι καὶ πέφυκεν ἡμᾶς τρέφειν,

οὐθένα ποιεῖσθαι λόγον ἔοικε τοῦ τἀναντία λέγειν ἑαυτῷ.

D. 6. ἡ θηλυδοῦν] Nil in libris eſt varietatis, niſi quod B. habet ἡ θηλυγοῦν. Forte locus ita refingendus, τῷ δ' ἄῤῥενι γινομένῳ οὕτως ἡ θήλεια γοῦν ἠκολούθηκεν. Interpretationem in Latinis poſuimus.
E. 4. ὄψιν] Sic E. Vulgo, τέρψιν.

adhibeamus, *naturamque gaudere pulchritudine et varietate*, addit hæc verba: *Id maxime intelligi poteſt e cauda pavonis.* Ibi ſignificat pavonem eſſe factum propter caudam, non viciſſim; ceterum maſculo ita nato fœmina tantum conſequentiæ cauſſa addita eſt. In libro De Republica cum dixiſſet *parum abeſſe quin etiam ſterquilinia pingamus*, haud multo poſt ait, *quoſdam ſua rura exornare vitibus arbores ambientibus*, *et myrtis*, *ac pavones alere*, *et columbas*, *et perdices ut ipſis caccabent*, *et luſcinias.* Quam vellem ex ipſo audire, quid de apibus et melle ſentiret: ſcilicet enim conſequens erat ut ſi cimices utiliter, apes inutiliter datas eſſe diceret. Quod ſi his locum in urbe concedit, cur auditu jucundis et oblectationem habentibus a rebus arcet cives? In univerſum autem ſicut ineptus ſit qui convivas culpans quod utantur bellariis, vino, obſoniis, interim laudet eum qui ad iſta abs ſe inſtructa eos invitaverit; ſic qui Providentiam laudat, quæ piſces, aves, mel, vinumque præbuerit, vituperans interim eos qui iſta non repudiant, neque contenti ſunt

Telluris almæ frugibus, potuque aquæ,
Quæ ſunt alendis nobis, et ſunt obvia,

eum apparet non curare an ſibi ipſe contradicat.

κβ'. Καὶ μὴν ἐν τῷ τῶν Προτρεπτικῶν εἰπὼν ὅτι, "καὶ τὸ μητράσιν
"ἢ θυγατράσιν ἢ ἀδελφαῖς συγγίνεσθαι, καὶ τὸ φαγεῖν τι, καὶ προελθεῖν
"ἀπὸ λεχοῦς ἢ θανάτου πρὸς ἱερὸν, ἀλόγως διαβέβληται· καὶ πρὸς τὰ 1045
"θηρία," φησὶ, "δεῖν ἀποβλέπειν, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων γινομένοις τεκ-
"μαίρεσθαι τὸ μηδὲν ἄτοπον μηδὲ παρὰ φύσιν εἶναι τῶν τοιούτων· εὐκαίρως
"γὰρ πρὸς ταῦτα γίνεσθαι τὰς τῶν ἄλλων ζώων παραθέσεις, εἰς τὸ μήτε
"συγγινόμενα, μήτε γεννῶντα, μήτ' ἐναποθνήσκοντα ἐν τοῖς ἱεροῖς μι-
"αίνειν τὸ θεῖον·" ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ πάλιν Περὶ Φύσεως λέγει, "καλῶς
"μὲν ἀπαγορεύειν τὸν Ἡσίοδον, εἰς ποταμοὺς καὶ κρήνας οὐρεῖν· ἔτι δὲ
"μᾶλλον ἀφεκτέον εἶναι τοῦ πρὸς βωμὸν οὐρεῖν, ἢ ἀφίδρυμα θεοῦ· μὴ
"γὰρ εἶναι πρὸς λόγον, εἰ κύνες καὶ ὄνοι τοῦτο ποιοῦσι, καὶ παιδάρια νήπια, B
"μηδεμίαν ἐπιστροφὴν μηδ' ἐπιλογισμὸν ἔχοντα περὶ τῶν τοιούτων."
Ἄτοπον μὲν οὖν τὸ ἐκεῖ μὲν εὔκαιρον εἰπεῖν τὴν τῶν ἀλόγων ζώων ἀπο-
θηρίωσιν, ἐνταῦθα δ' ἀπόλογον.

κγ'. Τοῦ κατηναγκάσθαι δοκοῦντος ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν ταῖς ὁρμαῖς ἀπόλυσιν πορίζειν, ἔνιοι τῶν φιλοσόφων ἐπελευστικήν τινα κίνησιν ἐν τῷ ἡγεμονικῷ κατασκευάζουσιν, ἐπὶ τῶν παραλλακτῶν μάλιστα γινομένην ἔκδηλον· ὅταν γὰρ

F. 5. τῷ τῶν] Inter has voces excidisse videtur numerus libri.
A. 1. καὶ πρὸς] Sic B. Venet. 1. a secunda manu. Vulgo, ἐπί. Ald. E. Venet. 1. a prima manu, καί.
A. 4. παραθέσεις] Haud scio an Auctor scripserit ἀποθεωρήσεις: quandoquidem in eodem Chrysippi loco memorando, mox infra B. eam vocem posuit.
A. 8. ἀφεκτέον] Sic E. P. Vulgo, ἀνεκτέον.
B. 1. γὰρ εἶναι] Non dubitavi hoc recipere, licet nullo in libro traditum, qui omnes habent παρεῖναι. Vidit verum et Reisk.
B. 3. ἀποθηρίωσιν] Lego, ἀποθεώρησιν.
B. 4. ἀπόλογον] Lego, οὐ πρὸς λόγον.
B. 5. Τοῦ κατηναγκάσθαι—] Distinxi novi principium capitis, quod omnes libri antecedentibus continuant.
B. 7. παραλλακτῶν] Forte ἀπαραλλακτῶν, ut Reisk.

XXII. Idem in Exhortatoriis, *rem cum matre, filia, aut sorore habere, vesci cibis interdictis, a lecto aut cadavere ad rem sacram accedere, talia esse* pronuncians *quæ nulla ratione vituperentur, respicere nos* jubet *in bestias; nam ex iis posse argumenta sumi, nihil istorum vel absurdum esse, vel naturæ repugnans: atque adeo tempestive huc aliorum animalium exempla adduci, quæ neque coitu, neque ortu, neque interitu suo templum, in quo accidant ista, polluant.* Rursum in quinto libro De Natura ait, *Recte Hesiodum interdicere ne in fontes aut flumina meiamus; et multo magis cavendum esse, ne ad aram aut simulacrum aliquod Deorum meiamus; neque admittendam esse hanc rationem, fieri hoc ipsum a canibus, asinis, infantibus, sine ulla observatione aut cura harum rerum.* Ergo absurdum est brutorum animalium comparationem illic ut opportunam commendare, hic ut ineptam repudiare.

XXIII. Sunt quidam philosophi, qui in facultate animi principe quandam extrinsecus supervenientem motionem ponunt; quæ maxime elucescat in rebus inter se comparatis. Nam cum duæ

δυοῖν ἴσον δυναμένων καὶ ὁμοίως ἐχόντων θάτερον ἢ λαβεῖν ἀνάγκη,
μηδεμιᾶς αἰτίας ἐπὶ θάτερον ἀγούσης, τῷ μηδενὶ τοῦ ἑτέρου διαφέρειν,
C ἡ ἐπελευστικὴ δύναμις αὕτη τῆς ψυχῆς ἐπίκλισιν ἐξ αὑτῆς λαβοῦσα
διέκοψε τὴν ἀπορίαν. Πρὸς τούτους ὁ Χρύσιππος ἀντιλέγων, ὡς, "βια-
"ζομένους τῷ ἀναιτίῳ τὴν φύσιν," ἐν πολλοῖς παρατίθησι "τὸν ἀστρά-
"γαλον καὶ τὸν ζυγὸν, καὶ πολλὰ τῶν μὴ δυναμένων ἄλλοτε ἄλλας
"λαμβάνειν πτώσεις, καὶ ῥοπὰς, ἄνευ τινὸς αἰτίας καὶ διαφορᾶς ἢ περὶ
"αὐτὰ πάντως ἢ περὶ τὰ ἔξωθεν γινομένης· τὸ γὰρ ἀναίτιον ὅλως
"ἀνύπαρκτον εἶναι καὶ τὸ αὐτόματον· ἐν δὲ ταῖς πλαττομέναις ὑπ' ἐνίων
D "καὶ λεγομέναις ταύταις ἐπελεύσεσιν αἰτίας ἀδήλους ὑποτρέχειν, καὶ
"λανθάνειν ἡμᾶς ἐπὶ θάτερα τὴν ὁρμὴν ἀγούσας." Ταῦτα μὲν
οὖν ἐν τοῖς γνωριμωτάτοις ἐστὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πολλάκις εἰρημένων.
Ἃ δὲ τούτοις πάλιν αὐτὸς ἐξ ἐναντίας εἴρηκεν, οὐχ ὁμοίως οὕτως ἐν
μέσῳ κείμενα, δι' αὐτῶν παραθήσομαι τῶν ἐκείνου λέξεων. Ἐν μὲν
γὰρ τῷ Περὶ τοῦ Δικάζειν ὑποθέμενος δύο δρομεῖς ὁμοῦ συνεκπίπτειν
ἀλλήλοις, διαπορεῖ τί τῷ βραβευτῇ καθήκει ποιῆσαι· "Πότερον,"
φησὶν, "ἔξεστι τὸν βραβευτὴν τὸν φοίνικα ὁποτέρῳ βούλεται ἀποδοῦναι;
E "κἂν τύχωσιν αὐτῷ συνηθέστεροι ὄντες, ὡς ἂν ἐνταῦθα τῶν αὐτοῦ τι χαρι-
"σόμενον τρόπον τινὰ μᾶλλον, ὡς κοινοῦ τοῦ φοίνικος γεγονότος ἀμφοτέρων,

C. 3. ἀναιτίῳ] Sic Mez. conjecit et Reisk. Vulgo, ἐναντίῳ.
E. 1. κἂν τύχωσιν—δοῦναι αὐτὸν] Forte corrigendum, κατὰ τύχην, αὐτῶν μηδετέρου ὄντα, ὡς ἂν ἐνταῦθα τῶν αὐτοῦ τι χαρισόμενον τρόπον τινά; ἢ μᾶλλον, ὡς κοινοῦ τοῦ φοίνικος γεγονότος ἀμφοτέρων, οἱονεί τινος κλήρου γινομένου, τὴν ἄλλως κατὰ τὴν ἐπίκλισιν, δοῦναι αὐτόν; Itaque vertimus.

res objiciuntur similes inter se, ejusdemque momenti, quarum altera sit deligenda, utcunque nulla caussa extet, quæ in alteram partem impellat, eo quod nullum sit inter eas discrimen; tum illam supervenientem facultatem, inclinando animum, dubitationem istam tollere. Contra hos dicens Chrysippus, *ut qui vim naturæ inferrent inducendo effectu sine caussa*, crebro adducit *talum et libram, multaque alia quæ non possint alias aliter habere motiones et inclinationes, absque caussa aliqua et discrimine, quæ aut rebus ipsis, aut earum incidat conjunctis. Nam quod caussa careat prorsus non esse; itemque nullum esse fortuitum: in illis autem, quas nonnulli fingant, superventionibus, incurrere caussas obscuras, quæ nobis non animadvertentibus voluntatem in alteram partem ut inclinet percellant.* Atque hoc quidem ex eorum est numero, quæ ab eo aliquoties dicta fuisse notissimum est. Quæ autem his adversa dixit, cum non æque sint in medio posita, ipsius adeo verbis ego proponam. In libro De Judicis officio, ponens hoc, *duos cursores simul metam attingere*, disquirit, *quid arbitro certaminis faciendum sit: Utrum*, inquit, *arbitro licet palmam dare utri voluerit, quippe quæ casu neutrius facta sit, ut videatur jam de suo aliquid dare? an potius, tanquam palma utriusque sit communis, perinde atque in*

"οἱονεὶ τινὸς κλήρου γινομένου ἀνάλλως κατὰ τὴν ἐπίκλισιν, ὡς ἔτυχε δοῦναι αὐτόν· λέγω δὲ τὴν ὡς ἔτυχεν ἐπίκλισιν, οἷα γίνεται ὅταν δυεῖν προκειμένων δραχμῶν ὁμοίων κατὰ τὰ λοιπὰ, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ἐπικλίναντες λαμβάνωμεν αὐτήν." Ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ Περὶ Καθήκοντος, "εἶναί τινα," φήσας, "πράγματα μὴ πάνυ πολλῆς ἄξια ὄντα πραγματείας, μηδὲ προσοχῆς," ἀφιέναι περὶ ταῦτα τῇ ὡς ἔτυχεν ἐπικλίσει τῆς διανοίας οἴεται δεῖν τὴν αἵρεσιν ἀποκληρώσαντας· "Οἷον," φησὶν, F
"ἢ τῶν δοκιμαζόντων τάσδε τινὰς δραχμὰς δύο, ἐπὶ τοσόνδε, οἱ μὲν τήνδε, οἱ δὲ τήνδε φαῖεν εἶναι, καλὴν δὲ οὐδεμίαν αὐτῶν λαβεῖν· τηνικαῦτα ἀφέντα τὸ ἐπιπλεῖον ἐπιζητεῖν, ἣν ἔτυχε ληψόμεθα κατ᾽ ἄλλον τινὰ, ἀποκληρώσαντες αὐτὰ ἔλεγε, καὶ ἔτι μάλιστα τὴν μοχθηρὰν ληψόμεθα αὐτῶν." Ἐν τούτοις γὰρ ἀποκλήρωσις, καὶ τὸ ὡς ἔτυχεν ἐπικλῖνον τῆς διανοίας, ἄνευ πάσης αἰτίας εἰσάγει τὴν ἀδιαφόρων λῆψιν.

κδ'. Ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ τῆς Διαλεκτικῆς ὑπειπὼν ὅτι, "Πλάτων ἐσπούδασε περὶ τὴν διαλεκτικὴν, καὶ Ἀριστοτέλης, καὶ ἀπὸ τούτων οἱ ἄχρι Πολέμωνος καὶ Στράτωνος, μάλιστα δὲ Σωκράτης" καὶ 1046

F. 2. ἢ τῶν] Lego, ἡμῶν.
F. 3. φαῖεν—λαβεῖν] Forte, φαῖεν εἶναι καλὴν, δέοι δὲ μίαν αὐτῶν λαβεῖν.
F. 4. ἣν ἔτυχε—αὐτῶν] Forte, ἣν ἔτυχε ληψόμεθα, κατ᾽ ἄδηλόν τινα ἀποκληρώσαντες αὐτὰς λόγον, καὶ εἴγε μάλιστα τὴν μοχθηρὰν ληψόμεθα αὐτῶν. Libri in vulgata conſentiunt, niſi quod E. pro αὐτὰ ἔλεγε habet αὐτ λόγον, interjecta lacuna. Vertimus locum ex noſtra correctione.
F. 6. ἀποκλήρωσις] Legendum, ἡ ἀποκλήρωσις.
F. 6. τὸ ὡς ἔτυχεν] τὸ additum ex Venet. 2. et revocatum ab ἄνευ πάσης, cui perperam vulgo præponebatur.
F. 7. τὴν ἀδιαφόρων] Prius a B. ſumſimus: poſterius a Mez. inventum et Reiſkio. Vulgo, τῶν διαφορῶν.
F. 10. καὶ ἀπὸ τούτων οἱ] οἱ additum ex Mez.

ſortitione, fortuita animi inclinatione et prouti caſus tulerit eam alterutri dabit? Inclinationem autem voco fortuitam: ut ſi duabus propoſitis drachmis æqualibus, tamen ad aliam magis quam ad aliam accipiendam animus inclinat. In ſexto eorum quos De Officiis ſcripſit libro, ubi dixit, *quaſdam res non magno dignas eſſe ſtudio aut attentione*, exiſtimat iis ad ſortem relegatis debere nos optionem fortuitæ animi inclinationi committere: *velut* (inquit) *cum duas drachmas exploramus certas ac definitas, quarum alterius optio, item explorationis certum tempus datur, et alius nobis hanc, alius illam ut pulchram commendet, oporteatque unam ex ambabus ſumere; tunc vero, omiſſa ulteriore exploratione, ſumemus eam quam caſus nobis obtulerit, incertæ cuidam rationi ſortitionem earum committentes, etſi vel maxime deteriorem ſumturi ſimus.* Quibus ille verbis ſortitionem quandam, et fortuitam animi inclinationem introducit, quæ diſcrimina rerum ſine ulla cauſſa conſtituat.

XXIV. In tertio De Dialectica libro cum dixiſſet, *Platonem, Ariſtotelem, et alios qui hos ſubſecuti eſſent uſque ad Polemonem et Stratonem, dialecticæ operam dediſſe*; *maxime autem Socratem*; idque

ἐπιφωνήσας ὅτι, " καὶ συνεξαμαρτάνειν ἂν τις θελήσειε τούτοις τοσούτοις
" καὶ τοιούτοις οὖσιν," ἐπιφέρει κατὰ λέξιν, " Εἰ μὲν γὰρ ἐκ παρέργου περὶ
" αὐτῶν εἰρήκεσαν, τάχ' ἄν τις διέσυρε τὸν τόπον τοῦτον· οὕτω δὲ αὐτῶν
" ἐπιμελῶς εἰρηκότων ὡς ἐν ταῖς μεγίσταις δυνάμεσι καὶ ἀναγκαιοτάταις
" αὐτῆς οὔσης, οὐ πιθανὸν ἐπὶ τοσοῦτον διαμαρτάνειν αὐτοὺς ἐν τοῖς ὅλοις
" ὄντας οἵους ὑπονοοῦμεν." Τί οὖν σύ, φήσαι τις ἄν, αὐτὸς ἀνδράσι τοι-
ούτοις καὶ τοσούτοις οὐδέποτε παύσῃ μαχόμενος οὐδ' ἐλέγχων, ὡς νομίζεις,
B ἐν τοῖς κυριωτάτοις καὶ μεγίστοις διαμαρτάνοντας; Οὐ γὰρ δή που περὶ μὲν
διαλεκτικῆς ἐσπουδασμένως ἔγραψαν, περὶ δὲ ἀρχῆς καὶ τέλους καὶ θεῶν
καὶ δικαιοσύνης, ἐκ παρέργου, καὶ παίζοντες, ἐν οἷς τυφλὸν αὐτῶν ἀποκαλεῖς
τὸν λόγον, καὶ μαχόμενον αὐτῷ, καὶ μυρίας ἄλλας ἁμαρτίας ἔχοντα.

κέ. " Τὴν ἐπιχαιρεκακίαν ὅπου μὲν ἀνύπαρκτον εἶναι," φησίν·
" ἐπεὶ τῶν μὲν ἀστείων οὐδεὶς ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς χαίρει τοπαράπαν."
Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ Περὶ Ἀγαθοῦ, " τὸν φθόνον ἐξηγησάμενος, ὅτι
" λύπη ἐστὶν ἐπ' ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς, ὡς δήποτε βουλομένων ταπεινοῦν
C " τοὺς πλησίον, ὅπως ὑπερέχωσιν αὐτοί," συνάπτει τὴν ἐπιχαιρεκα-
κίαν " Ταύτης δὲ συνεχὴς ἡ ἐπιχαιρεκακία γίνεται, ταπεινοὺς βου-
" λομένων εἶναι τοὺς πλησίον διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας· καθ' ἑτέρας δὲ

A. 8. νομίζεις,] Commate poſito, ſententiam conſtituimus: ita non opus cum Mez. corrigere νομίζων.
B. 6. χαίρει τοπαράπαν] Supplendum quod excidit, χαίρει, τῶν δὲ φαύλων οὐδεὶς χαίρει τοπαράπαν: monuit et Mez.

acclamaſſet, *Velle ſe etiam errare cum talibus tantiſque viris*, hæc verba ſubjungit: *Nam ſi obiter et extra propoſitum hunc locum tractaviſſent, poterat aliquis fortaſſe hanc rem contemnere: cum autem ita accurate iſtam rem egerint, ut qui eam inter facultates potiſſimas maximeque neceſſarias haberent; non eſt probabile eos tantum a vero aberraſſe, quum in reliquis rebus tales fuerint hi viri, quales eos fuiſſe ſuſpicamur.* Dicat vero aliquis, Cur tu nullum facis, Chryſippe, finem, talibus tantiſque viris adverſandi, eoſque reprehendendi, dum eos putas in ſummis ac totam rem continentibus rebus erraſſe? Non enim arbitror eos de Dialectica ſtudio operaque adhibitis ſcripſiſſe; de Principio, Fine, Diis, et Juſtitia, dicis duntaxat gratia, atque joci; in quibus tu eorum rationem cæcam, et ſibi ipſi repugnantem, multiſque aliis erroribus contaminatam aſſeris eſſe.

XXV. *Gaudium, quod de malis alienis percipiatur*, quodam loco dicit, *nuſquam exſtare*; *neminem enim omnino bonum unquam gaviſurum propter aliena mala*; *malum hominem neminem omnino gaudere.* Sed in ſecundo libro De Bono, cum expoſuiſſet *Invidiam eſſe dolorem conceptum de alius rebus ſecundis, ſcilicet quod invidi cuperent proximum deprimere, ut ipſi excellerent*; annectit illam de malis aliorum conceptam lætitiam, ita inquiens: *Huic continuo adhæret lætitia ex aliorum malis petita, in eorum animis, qui proximum volunt dejectum ſimilibus vero e cauſſis, aliis tamen naturalibus*

"φυσικὰς φορὰς ἐκτρεπομένων, ὁ ἔλεος γίνεται." Δῆλος γάρ ἐστιν ἐνταῦθα τὴν ἐπιχαιρεκακίαν ὑπαρκτὴν, ὥσπερ τὸν φθόνον καὶ τὸν ἔλεον, ἀπολιπὼν, ἣν ἐν ἑτέροις ἀνύπαρκτον εἶναί φησιν, ὥσπερ τὴν μισοπονηρίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν.

κϛʹ. Ἐν πολλοῖς εἰρηκὼς ὅτι, "παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον "εὐδαιμονοῦσιν, ἀλλ' ὁμοίως καὶ ἐπίσης τοῖς τὸν ἀμερῆ χρόνον εὐδαιμονίας "μετασχοῦσιν" ἐν πολλοῖς πάλιν εἴρηκεν ὡς, "οὐδὲ τὸν δάκτυλον καθ-"ήκει προτεῖναι χάριν ἀμεριαίας φρονήσεως, καθάπερ ἀστραπῆς διϊπτα- D "μένης." Ἀρκέσει δὲ παραθεῖναι τὰ ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Ἠθικῶν Ζητημάτων ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένα περὶ τούτων· ὑπειπὼν γὰρ ὡς, "οὔτε πᾶν ἀγαθὸν "ἐπίσης εἰς χαρὰν πίπτει, οὔτε πᾶν κατόρθωμα εἰς σεμνολογίαν," ἐπενήνοχε ταῦτα, "Καὶ γὰρ εἰ μόνον μέλλοι ἀμερῆ χρόνον ἢ τὸν ἔσχατον ἕξειν "φρόνησιν, οὐδ' ἂν τὸν δάκτυλον καθήκει ἐκτεῖναι ἕνεκα τῆς οὕτω παρεσομένης "φρονήσεως, καίπερ παρὰ τὸν πλείονα χρόνον οὐδὲν μᾶλλον εὐδαιμονούντων, "οὐδὲ τῆς αἰδίου εὐδαιμονίας αἱρετωτέρας γινομένης παρὰ τὴν ἀμεριαίαν." Εἰ μὲν οὖν τὴν φρόνησιν ἡγεῖτο ποιητικὸν εἶναι τῆς εὐδαιμονίας τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ E ὁ Ἐπίκουρος, αὐτῆς ἔδει μόνον τῆς ἀτοπίας καὶ παραδοξολογίας ἐπιλαμβάνεσθαι τοῦ δόγματος· ἐπεὶ δὲ ἡ φρόνησις οὐχ ἑτερόν ἐστι τῆς εὐδαιμονίας

C. 5. ὥσπερ τὸν φθόνον] τὸν additum ex Mez.
C. 10. ὡς, "οὐδὲ] Forte ὡς, "οὐδ' ἂν ut mox. Vulgatum Steph. ſumſit ex Collat. Muret. Schott. Jannot. Nam Ald. Baſ. Xyl. B. E. P. ὡς οὐδέν.
D. 6. καθήκει] B. E. P. καθήκοι.
D. 7. καίπερ παρὰ—ἀμεριαίαν] Non videntur eſſe Chryſippi, ſed Chryſippeis a Plutarcho adjecta.

motibus animo agitato, naſcitur miſericordia. Certe hinc liquet, eum ut invidiam et miſericordiam, ita etiam gaudium illud de alienis malis putaſſe exſtare; quod alio loco negaverat, ut etiam de malorum odio, et turpis lucri cupiditate.

XXVI. *Temporis incremento*, cum multis in locis dixiſſet, *non augeri felicitatem, ſed perinde felices eſſe qui momento temporis, et qui longo tempore fuiſſent beati*; rurſum ſæpenumero hoc aſſeruit, *ob momentaneam ſapientiam ne digitum quidem eſſe exſerendum, quæ fulguris in morem tranſvolaret.* Satis erit hic ea ponere ipſius verba, quibus uſus eſt in ſexto Moralium Quæſtionum. Cum enim ſcripſiſſet, *Neque omnia bona ex æquo in lætitiam incidere, neque omnibus perinde perfectis officiis gloriationem comitari*, iſthæc infert: *Nam ſi tantum puncto temporis, aut ſub finem vitæ erat habiturus ſapientiam, ne digitus quidem extendendus fuerit ob ſic fruendam ſapientiam: utcunque longius tempus nihil addat felicitati, neque beatitudo ſempiterna magis ſit expetenda, quam quæ punctum temporis duret.* Sane ſi ſapientiam cenſuit eſſe tale bonum, quod vim efficiendæ felicitatis haberet, ſicut viſum fuit Epicuro; tantum reprehendenda fuit abſurditas et a communi opinione diſcrepantia hujus placiti. Sed quoniam prudentia per ſe nihil differt a feli-

καθ' αὐτὸ, ἀλλ' εὐδαιμονία, πῶς οὐ μάχεται τὸ λέγειν, ἐπίσης μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἀμεριαίαν εὐδαιμονίαν καὶ τὴν ἀΐδιον, μηδενὸς δὲ ἀξίαν τὴν ἀμεριαίαν;

F κζ'. Τὰς ἀρετὰς," φησὶν, "ἀντακολουθεῖν ἀλλήλαις, οὐ μόνον τῷ τὴν "μίαν ἔχοντα, πάσας ἔχειν, ἀλλὰ καὶ τῷ τὸν κατὰ μίαν ὁποιανοῦν ἐνεργοῦντα, "κατὰ πάσας ἐνεργεῖν· οὔτε ἄνδρα," φησὶ, "τέλειον εἶναι τὸν μὴ πάσας "ἔχοντα τὰς ἀρετὰς, οὔτε πρᾶξιν τελείαν, ἥτις οὐ κατὰ πάσας πράττεται "τὰς ἀρετάς." Ἀλλὰ μὴν ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν Ἠθικῶν Ζητημάτων ὁ Χρύσιππος, "οὐκ ἀεὶ," φησὶν, "ἀνδρίζεσθαι τὸν ἀστεῖον, οὐδὲ δειλαίνειν "τὸν φαῦλον, ὡς δέον ἐν φαντασίαις ἐπιφερομένων τινῶν, τὸν μὲν ἐμ-
1047 "μένειν τοῖς κρίμασιν, τὸν δὲ ἀφίστασθαι. Πιθανὸν δὲ," φησὶ, "μηδὲ "ἀκολασταίνειν ἀεὶ τὸν φαῦλον." Εἴπερ οὖν τὸ ἀνδρίζεσθαι τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἀνδρείᾳ χρῆσθαι, καὶ τὸ δειλαίνειν οἷον δειλίᾳ χρῆσθαι, μαχόμενα λέγουσι, λέγοντες κατὰ πάσας μὲν ἅμα τὰς ἀρετὰς καὶ τὰς κακίας ἐνεργεῖν τὸν ἔχοντα, μὴ ἀεὶ δὲ τὸν ἀστεῖον ἀνδρίζεσθαι, μηδὲ δειλαίνειν τὸν φαῦλον.

κη'. Τὴν Ῥητορικὴν ὁρίζεται τέχνην, περὶ κόσμου καὶ εἰρημένου λόγου τάξιν· ἔτι δὲ ἐν τῷ πρώτῳ ταῦτα γέγραφεν, "Οὐ μόνον δὲ τοῦ ἐλευθερίου καὶ

E. 4. καθ' αὐτὸ] Mez. Reisk. κατ' αὐτόν.
E. 4. ἐπίσης μὲν ἀρετὴν] ἐπίσης μὲν αἱρετὴν Amiot. Mez.
F. 1. τῷ τὴν μίαν] Mez. τῷ τὸν μίαν.
F. 7. ὡς δέον ἐν] Legendum, ὡς δὲ ἐν.
A. 5. ἀστεῖον] Recepi a Leonic. Schott. Collat. Muret. Anon. T. V. B. Vulgo, ἀνδρεῖον.
A. 7. περὶ κόσμου—τάξιν] Legendum, περὶ κόσμον εἰρομένου λόγου καὶ τάξιν. Mez. περὶ κοσμίου καὶ εἰρομένου λόγου τάξιν. Xyl. περὶ κόσμον καὶ εἰρημένου λόγου τάξιν. In E. est vulgata duabus literis ει vocis εἰρημένου omissis.

citate, estque ipsa adeo felicitas; quomodo non pugnant hæc, felicitatem unius scrupuli æqualem esse sempiternæ, et momentaneam felicitatem nullius esse momenti?

XXVII. *Virtutes sese invicem consequi* Chrysippus docet, *non modo ut una præditus habeat omnes, sed quod secundum unam agens, secundum omnes agat: et neque virum*, ait, *perfectum eum, in quo non sint omnes virtutes, neque actionem perfectam, in quam non omnes concurrant virtutes.* At vero in sexto Moralium Quæstionum, ait, *bonum hominem non semper agere fortiter, neque vitiosum semper timide: usu venire enim ut quibusdam visis oblatis alter persistat in judicio, alter non persistat.* Aitque, *etiam hoc probabile esse, vitiosum non semper indulgere libidini.* Siquidem ergo fortiter agere est tale, quale uti fortitudine, et timide agere tale, quale metui obsequi; pugnantia dicunt, simul dicentes secundum omnes virtutes, omniave vitia præditum alterutro horum agere, et tamen bonum non semper fortiter, malum non semper timide agere.

XXVIII. *Rhetoricam*, definit, *artem in ornatu et ordine orationis versantem.* Deinde in primo libro hæc scripsit: *Non solum autem liberalis et*

"ἀφελοῦς κόσμου δεῖν οἴομαι ἐπιστρέφεσθαι κἀπὶ τῶν λόγων, ὦ, καὶ τῶν
"οἰκείων ὑποκρίσεων κατὰ τὰς ἐπιβαλλούσας τάσεις τῆς φωνῆς, καὶ σχημα-
"τισμοὺς τοῦ τε προσώπου καὶ τῶν χειρῶν." Οὕτω δέ τις φιλότιμος ἐν- B
ταῦθα καὶ περιττὸς γενόμενος, πάλιν ἐν τῷ αὐτῷ βιβλίῳ περὶ τῆς τῶν
φωνηέντων συγχύσεως ὑπειπὼν, "Οὐ μόνον," φησὶ, "ταῦτα παρετέον τοῦ
"βελτίονος ἐχομένους, ἀλλὰ καὶ ποιὰς ἀσαφείας καὶ ἐλλείψεις, καὶ, νὴ
"Δία, σολοικισμοὺς, ἐφ' οἷς ἄλλοι ἂν αἰσχυνθείησαν οὐκ ὀλίγοι." Τὸ δὴ
ποτὲ μὲν ἄχρι χειρῶν καὶ στόματος εὐπρεπείας ἐπιχωρεῖν τοῖς λέγουσιν
ἐν κόσμῳ τὸν λόγον διατίθεσθαι, ποτὲ δὲ μήτ' ἐλλείψεων ἐπιστρέφεσθαι
καὶ ἀσαφειῶν, μήτε σολοικίζοντας αἰσχύνεσθαι τελέως, ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ
λέγοντός ἐστιν.

κθ'. Ἐν δὲ ταῖς Φυσικαῖς Θέσεσι περὶ τῶν ἐμπειρίας καὶ ἱστορίας δεο-
μένων διακελευσάμενος "τὴν ἡσυχίαν ἔχειν, ἂν μή τι κρεῖττον καὶ ἐν- C
"αργέστερον ἔχωμεν λέγειν, ἵνα," φησὶ, "Μήτε Πλάτωνι παραπλησίως
"ὑπονοήσωμεν, τὴν μὲν ὑγρὰν τροφὴν εἰς τὸν πνεύμονα φέρεσθαι, τὴν
"δὲ ξηρὰν εἰς τὴν κοιλίαν, μήτε ἕτερα παραπλήσια γεγονότα τούτοις δια-
"πτώματα." Δοκῶ δὴ, τὸ ἐγκαλεῖν ἑτέροις, εἶτα περιπίπτειν αὐτὸν οἷς
ἐγκαλεῖ, καὶ μὴ φυλάττεσθαι, τῶν ἐναντιωμάτων μέγιστον εἶναι, καὶ τῶν
διαπτωμάτων αἴσχιστον. Ἀλλὰ μὴν αὐτὸς, "τὰς διὰ δέκα ἀξιωμάτων

A. 9. κἀπὶ τῶν λόγων, ὦ] Forte ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλὰ—.
A. 10. τάσεις] Sic B. Vulgo, στάσεις.
B. 8. ἐπέλθῃ] Hoc Steph. dedit, neſcio unde. Omnes libri ἐπίῃ non habent quidem, at ſuadent tamen: Ald. Baſ. Xyl. E. F. Venet. 1. 2. εἴπῃ: B. εἴποι, ſuperſcripto τύχοι.
C. 1. ἂν μή τι—λέγειν, ἵνα] Hæc vulgo deſiderata revocavimus ex B. E. Venet. 1.

ſimplicis cultus ornatuſque orationis cura eſt habenda, ſed etiam actionis congruentis, et decori in vocis intentionibus, geſtu, vultu, ac motu manuum. Ille idem qui hic ita accuratus et ſubtilis eſſe voluit, in eodem libro de *conflictu vocalium* locutus, *non hunc modo negligendum,* ait, *ac potioribus inhærendum, ſed et obſcuritates aliquas non curandas eſſe, et defectus orationis, atque adeo ſolœciſmos, quos alii ſibi turpes eſſe putarent.* Certe, modo uſque ad manuum et oris conformationem decorum obſervandum in ornate dicendo præcipere, modo neque obſcuritatis neque defectuum habendam rationem, neque dedecori ſolœciſmos ducendos, ejus eſt hominis, qui dicat quidquid in buccam venit.

XXIX. Porro in Naturalibus Poſitionibus mandans *abſtinere locis peritiam aut hiſtoriam requirentibus, niſi habeamus certius quid et melius,* ait, *Neque eodem quo Plato cenſuit modo putemus humidum alimentum in pulmonem ferri, ſiccum in ventrem; neque alios ſimiles errores probemus.* Ita ſentio, ſummam ſibi repugnandi rationem, fœdiſſimumque errorem hunc eſſe, cum quis illud ipſum in ſe admittit, quod in aliis culpavit. Atqui ipſe ait, *connexiones quæ a decem enunciatis proficiſcun-*

"συμπλοκὰς πλήθει," φησὶν, "ὑπερβάλλειν ἑκατὸν μυριάδας," οὔτε δι' αὑτοῦ ζητήσας ἐπιμελῶς, οὔτε διὰ τῶν ἐμπείρων τὸ ἀληθὲς ἱστορήσας. Καίτοι Πλάτων μὲν ἔχει τῶν ἰατρῶν τοὺς ἐνδοξοτάτους μαρτυροῦντας, Ἱππο-
D κράτην, Φιλιστίωνα, Διώξιππον τὸν Ἱπποκράτειον, καὶ τῶν ποιητῶν Εὐριπίδην, Ἀλκαῖον, Εὔπολιν, Ἐρατοσθένην, λέγοντας ὅτι τὸ ποτὸν διὰ τοῦ πνεύμονος διέξεισι. Χρύσιππον δὲ πάντες ἐλέγχουσιν οἱ ἀριθμητικοί· ὧν καὶ Ἵππαρχός ἐστιν, ἀποδεικνύων τὸ διάπτωμα τοῦ λογισμοῦ παμμέγεθες αὐτῷ γεγονός· εἴγε τὸ μὲν καταφατικὸν ποιεῖ συμπεπλεγμένων ἀξιωμάτων μυριάδας δέκα, καὶ πρὸς ταύταις, τρισχίλια τεσσαρακονταεννέα· τὸ δ' ἀποφατικὸν, ἐννακόσια πεντηκονταδύο, πρὸς τριάκοντα καὶ μιᾷ μυριάσι.

E λ'. Τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ἃ τῷ τὸ ὀξίνην ἔχοντι συνέβαινε, μήτε ὡς ὄξος ἀποδόσθαι δυναμένῳ, μήτε ὡς οἶνον, ἔφασαν τῷ Ζήνωνι συμβαίνειν· τὸ γὰρ προηγμένον αὐτῷ, μήτε ὡς ἀγαθὸν, μήτε ὡς διάφορον ἔχειν διάθεσιν. Ἀλλ' ὁ Χρύσιππος ἔτι μᾶλλον τὸ πρᾶγμα δυσδιάθετον πεποίηκεν· ὁτὲ μὲν γάρ φησι, "μαίνεσθαι τοὺς τὸν πλοῦτον καὶ τὴν ὑγίειαν, καὶ τὴν ἀπονίαν, καὶ τὴν ὁλοκληρίαν τοῦ σώματος ἐν μηδενὶ ποιουμένους,
F "μηδ' ἀντεχομένους τῶν τοιούτων," ὁτὲ δὲ παραθέμενος τὰ τοῦ Ἡσιόδου,

Ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος·

D. 5. γεγονός] Sic B. Mez. Vulgo, γεγονότος.
E. 3. διάφορον] Legendum ἀδιάφορον, ut monuerunt Mez. et Salmas.
E. 6. ἐν μηδενὶ] ἐν additum ex B. E. Venet. 1. Xyl.
F. 1. ὁτὲ δὲ] Sic B. Vulgo, καί.

tur, multitudine excedere decies centena millia: cum neque ipse id accurate indagavisset, neque e perito aliquo veritatem percepisset. Enimvero nobilissimi medicorum testimonium Platoni perhibent, Hippocrates, Philistio, Dioxippus Hippocraticus; et de poëtis Euripides, Alcæus, Eupolis, Eratosthenes; qui omnes dicunt *potum per pulmones transire.* At Chrysippum omnes refellunt arithmetici, interque eos Hipparchus demonstrat errorem istius in ratiocinatione esse ingentem: siquidem affirmatio facit connexas enunciationes centum mille, et insuper ter mille ac quadraginta novem; negatio ter centum ac decem mille, et insuper noningenta ac quinquaginta duas.

XXX. Vetustiorum quidam, id quod evenit ei qui acidum vinum habuit, ut neque pro aceto id vendere, neque ut vinum posset, Zenoni dixerunt accidisse, cum *Præpositum* seu *præcipuum*, quod appellabat, neque boni, neque contrarii bono, vim de ipsius sententia haberet. Sed Chrysippus rem magis inexplicabilem reddit. Aliquando enim *insanire eos* dicit, *qui divitias, sanitatem, indolentiam, incolumitatem corporis pro nihilo ducant, neque iis parandis sint intenti*, cumque adduxisset Hesiodeum illud,

Fac opus, O Persa, divum genus.——

ἐπιπεφώνηκεν ὅτι, "τἀναντία παραινεῖν, μανικόν ἐστι, τὸ

Μὴ ἐργάζευ, Πέρση, δῖον γένος.

Καὶ "τὸν μὲν σοφὸν," ἐν τοῖς Περὶ Βίων, "καὶ βασιλεῦσι συνέσεσθαι," φησὶν,
"ἕνεκα χρηματισμοῦ· καὶ σοφιστεύσειν ἐπ' ἀργυρίῳ, παρ' ὧν μὲν προλαμ-
"βάνοντα, πρὸς οὓς δὲ συντιθέμενον τὴν μαθητήν." Ἐν δὲ τῷ ἑβδόμῳ
τοῦ Καθήκοντος, "καὶ κυβιστήσειν τρὶς, ἐπὶ τούτῳ λαβόντα τάλαντον."
Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Περὶ Ἀγαθῶν τρόπον τινὰ συγχωρεῖ καὶ δίδωσι τοῖς 1048
βουλομένοις τὰ προηγμένα καλεῖν ἀγαθὰ, καὶ κακὰ τἀναντία, ταύταις
ταῖς λέξεσιν, "Εἴ τις βούλεται κατὰ τὰς τοιαύτας παραλλαγὰς, τὸ μὲν, ἀγαθὸν
"αὐτῶν λέγειν, τὸ δὲ κακὸν, ἐπὶ ταῦτα φερόμενος τὰ πράγματα, καὶ μὴ
"ἄλλως ἀποπλανώμενος, ἐν μὲν τοῖς σημαινομένοις οὐ διαπίπτοντος αὐτοῦ, τὰ
"δ' ἄλλα στοχαζομένου τῆς κατὰ τὰς ὀνομασίας συνηθείας." Οὕτω δὲ τὸ
προηγμένον τῷ ἀγαθῷ συναγαγὼν ἐγγὺς ἐνταῦθα καὶ συμμίξας, ἐν
ἑτέροις πάλιν, "οὐδὲν εἶναι," φησὶ, "τούτων καθόλου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλ' B
"ἀποσπᾷν τὸν λόγον ἡμᾶς καὶ ἀποστρέφειν ἁπάντων τῶν τοιούτων·" ταῦτα
γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι γέγραφεν. Ἐν δὲ τῷ τρίτῳ
Περὶ Φύσεως "μακαρίζεσθαι," φησὶν, "ἐνίους βασιλεύοντας καὶ πλου-
"τοῦντας, ὅμοιον εἰ χρυσαῖς ἀμίσι χρώμενοι καὶ χρυσοῖς κρασπέδοις
"ἐμακαρίζοντο· τῷ δ' ἀγαθῷ τὸ τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν οἱονεὶ δραχμὴν

F. 8. ἐπὶ τούτῳ] Sic Venet. 1. Mez. Reisk. Vulgo, ἐπὶ τοῦτο.
A. 3. Εἴ τις] Lego, "Ἔξεστιν, εἴ τις: primum verbum per similitudinem antecedentis vocis excidit.
A. 4. αὐτῶν] Sic B. Venet. 1. Vulgo, αὐτῷ.
A. 4. ἐπὶ ταῦτα] Legendum, ἐπί γ' αὐτά—.
A. 5. διαπίπτοντος—ἄλλα] Sic B. et Venet. 1. a sec. manu. Vulgo, διαπίπτοντα—ἄλλως.

furiosum ait *esse*, *si quis accinat*,

—— diis prognate omnem fuge, Persa, laborem.

Idem in libris, quos inscripsit De Vitis, *rei faciendæ caussa*, tradit, *Sapientem cum regibus victurum*, *sophisticam factitaturum mercedis gratia*, *ita ut ab aliis discipulis eam præcipiat*, *ab aliis ex pacto accipiat.* In septimo De Officiis libro, *etiam ter saltaturum capite ad terram dato Sapientem*, ait, *talento mercedis loco proposito.* In primo De Bonis libro, quodammodo concedit hoc et largitur volentibus, ut *Præcipua ista Boni*, *contraria Mali vocabulo afficiant.* Pono ipsius verba. *Licet*, *si quis hac vocum permutatione uti volet*, *aliud eorum Bonum dicere*, *aliud Malum*; *dum modo ad res ipsas se adstringat*, *nec temere ab iis evagetur*, *in reliquis autem dicendi consuetudinem sequatur.* Hoc pacto cum admodum propinquum Bono constituisset Præpositum, ac cum eo quasi miscuisset, alio rursum loco dicit *nihil eorum ad nos attinere*, jubetque *rationem ab his omnibus avertere*: hæc enim in primo De Exhortatione libro scribit. In tertio De Natura libro, *beatos prædicari*, ait, *quosdam reges aut opulentos*, *non alia ratione*, *quam si eorum fortunas laudares*, *quod matellis uterentur et fimbriis aureis*: item, *viro bono perinde esse*, *si sua omnia amittat bona*, *ac si drachmam perdidisset*; *si*

"ἀποβαλεῖν, καὶ τὸ νοσῆσαι οἷον προσκόψαι." Διὸ τῶν ἐναντιωμάτων τούτων οὐ μόνον τὴν ἀρετὴν ἀλλὰ καὶ τὴν Πρόνοιαν ἀναπέπληκεν. Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ μικρολόγος ἐσχάτως φανεῖται καὶ ἀνόητος περὶ ταῦτα πραγμα-
C τευομένη, καὶ τούτων ἕνεκα πλεῖν εἰς Βόσπορον κελεύουσα καὶ κυβιστᾶν τὸν σοφόν. Ὁ δὲ Ζεὺς γελοῖος, εἰ Κτήσιος χαίρει καὶ Ἐπικάρπιος καὶ Χαριδότης προσαγορευόμενος, ὅτι δηλαδὴ χρυσᾶς ἀμίδας καὶ χρυσᾶ κράσπεδα χαρίζεται τοῖς φαύλοις, τοῖς δ᾽ ἀγαθοῖς ἄξια δραχμῆς, ὅταν πλούσιοι γένωνται κατὰ τὴν τοῦ Διὸς πρόνοιαν· ἔτι δὲ γελοιότερος ὁ Ἀπόλλων, εἰ περὶ χρυσῶν κρασπέδων καὶ ἀμίδων κάθηται θεμιστεύων, καὶ περὶ προσκομμάτων ἀπολύσεως.

λα΄. Ἔτι δὲ μᾶλλον τῇ ἀποδείξει τὸ ἐναντίωμα ποιοῦσι φανερώτερον.
D Ὧι γάρ ἐστιν εὖ χρήσασθαι καὶ κακῶς, τοῦτό φασι μήτ᾽ ἀγαθὸν εἶναι, μήτε κακόν. Πλούτῳ δὲ καὶ ὑγιείᾳ καὶ ῥώμῃ σώματος κακῶς χρῶνται πάντες οἱ ἀνόητοι· διόπερ οὐδέν ἐστι τούτων ἀγαθόν. Εἴπερ οὖν ὁ θεὸς ἀρετὴν μὲν οὐ δίδωσιν ἀνθρώποις, ἀλλὰ τὸ καλὸν αὐθαίρετόν ἐστι, πλοῦτον δὲ καὶ ὑγίειαν χωρὶς ἀρετῆς δίδωσιν, οὐκ εὖ χρησομένοις δίδωσιν, ἀλλὰ κακῶς, τουτέστι βλαβερῶς καὶ αἰσχρῶς καὶ ὀλεθρίως. Καίτοι εἰ μὲν δύνανται τὴν ἀρετὴν παρέχειν οἱ θεοί, οὐκ εἰσὶ χρηστοί, μὴ παρέχοντες· εἰ δὲ μὴ δύνανται ποιεῖν
E ἀγαθοὺς, οὐδ᾽ ὠφελεῖν δύνανται, μηδενός γε τῶν ἄλλων ὄντος ἀγαθοῦ,

E. 1. *μηδενός γε*] Ita repoſui ſententia flagitante. Omnes libri *μηδενός τε*.

ægrotaret, ac ſi pedem alicubi impegiſſet. Atque idcirco hujuſmodi repugnantiis non virtutem modo, ſed etiam Providentiam opplevit. Virtus enim extreme ſordida videbitur et indignis quæſtibus dedita ſimul, atque ſtolida, quæ in hiſce rebus ſeſe occupet, earumque cauſſa imperet Sapienti, ut in Boſporum naviget, aut in caput præceps ſaltet. Ridiculus vero Jupiter, qui ſe a largitione Cteſium, Epicarpium, et Charidotam velit cognominari: ſcilicet quia aureas matellas et aureas fimbrias vitioſis dono det; bonis autem ea quæ uno ſint æſtimanda denario, ubi Jovis providentia ditati fuerint. Magis etiam ridiculus Apollo, qui deſideat oracula edens de aureis matellis et fimbriis, et de offenſi pedis reſtitutione.

XXXI. Repugnantiam porro demonſtratione ſua magis detegunt. Nam quo quis vel bene vel male uti poſſit, id aiunt neque Bonum eſſe neque Malum: divitiis, ſanitate, robore corporis, male uti fatuos; horum ergo nihil eſſe bonum. Ergo ſi Deus virtutem non det hominibus, ſed bonum in ipſorum hominum arbitrio poſitum ſit, divitias autem et bonam valetudinem ſine virtute det, non bene uſuris dabit utique, ſed male, hoc eſt damnoſe, turpiter, pernicioſe. Sed enim, ſi Dii poſſunt virtutem largiri, neque hoc faciunt, boni aut benigni non ſunt: ſi bonos facere non poſſunt, ne prodeſſe quidem queunt; cum extra virtutem nihil bonum ſit, nihil utile. Nam hoc quidem nihil eſt, vel eos qui alias boni facti

μηδὲ ὠφελίμους. Τὸ δὲ τοὺς ἄλλως γενομένους ἀγαθοὺς κρίνειν καὶ ἀρετὴν ἢ ἰσχὺν, οὐδέν ἐστιν· καὶ γὰρ τοὺς θεοὺς οἱ ἀγαθοὶ κρίνουσι κατ᾽ ἀρετὴν καὶ ἰσχύν· ὥστε μηδὲν μᾶλλον ὠφελεῖν ἢ ὠφελεῖσθαι τοὺς θεοὺς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. Καὶ μὴν οὔτε αὑτὸν ὁ Χρύσιππος ἀποφαίνει σπουδαῖον, οὔτε τινὰ τῶν αὐτοῦ γνωρίμων ἢ καθηγεμόνων. Τί οὖν περὶ τῶν ἄλλων φρονοῦσιν, ἢ ταῦτα ἅπερ λέγουσι; μαίνεσθαι πάντας, ἀφραίνειν, ἀνοσίους εἶναι, παρανόμους, ἐπ᾽ ἄκρον ἥκειν δυστυχίας, κακοδαιμονίας ἁπάσης· εἶτα προνοίᾳ θεῶν διοικεῖσθαι τὰ καθ᾽ ἡμᾶς οὕτως ἀθλίως πράττοντας; Εἰ γοῦν οἱ θεοὶ μετα- F
βαλλόμενοι βλάπτειν ἐθέλοιεν ἡμᾶς καὶ κακοῦν, καὶ διαστρέφειν καὶ προσεπιτρίβειν, οὐκ ἂν δύναιντο διαθεῖναι χεῖρον ἢ νῦν ἔχομεν, ὡς Χρύσιππος ἀποφαίνει, μήτε κακίας ὑπερβολὴν ἀπολείπειν, μήτε κακοδαιμονίας τὸν βίον· ὥστ᾽, εἰ λάβοι φωνὴν, εἰπεῖν ἂν αὐτὸν τὰ τοῦ Ἡρακλέους,

Γέμω κακῶν δὴ, καὶ οὐκ ἔσθ᾽ ὅπου τεθῇ.

Τίνας οὖν ἄν τις εὕροι μαχομένας μᾶλλον ἀλλήλαις ἀποφάσεις τῆς περὶ θεῶν Χρυσίππου, καὶ τῆς περὶ ἀνθρώπων; τοὺς μὲν, ὡς ἔνι βέλτιστα προ- 1049
νοεῖν, τοὺς δὲ, ὡς ἔνι χείριστα πράττειν λέγοντος.

E. 2. Τὸ δὲ τοὺς—ἰσχύν] Locum jam antea corruptum magis etiam corrupit Steph. ita edens: Τὸ δὲ τοὺς θεοὺς ἄλλως γενομένους ἀγαθοὺς κρίνειν κατ᾽ ἀρετὴν ἢ ἰσχὺν, οὐδέν ἐστι· καὶ γὰρ τοὺς κακοὺς οἱ ἀγαθοὶ κρίνουσι κατ᾽ ἀρετὴν καὶ ἰσχύν. Quædam in melius mutavi ex libris: primum θεοὺς delevi, cum Ald. Baſ. Xyl. B. E. F. P. porro κακοὺς mutavi in θεοὺς cum B. E. F. P. Schott. Jannot. Collect. Muret. Mez. Reliqua non auſus ſum mutare ex conjectura, quamvis certa: nam in principio exciderunt nonnulla ita ſupplenda, Τὸ δὲ τοὺς ἄλλως γενομένους ἀγαθοὺς, ὑπὸ θεῶν ὠφελῆσθαι, ἢ ἄλλως τοὺς ἀγαθοὺς κρίνειν ἢ κατ᾽ ἀρετὴν ἢ ἰσχὺν, οὐδέν ἐστι. Ceterum priore loco pro ἀρετὴν habet ἀρχὴν Græco-Lat. neſcio unde.

E. 4. ὠφελεῖσθαι τοὺς θεοὺς] Sic B. F. Schott. Collat. Muret. Vulgo, αὐτούς.

F. 6. καὶ οὐκ ἔσθ᾽] Legendum κ᾽ οὐκέτ᾽ ἔσθ᾽—ex Auctore Euripide Herc. Fur. 1248.

ſunt a Diis adjutos fuiſſe, vel bonos alia dote cenſere quam virtute et potentia; nam et homines Deos cenſent virtute et potentia. Ergo Dii non magis juvant homines, quam ipſi ab hominibus juvantur. Jam neque ſeipſum Chryſippus, neque ullum ſuorum vel diſcipulorum vel magiſtrorum profitetur probum ac virtute præditum eſſe. Quid ergo putas eos de aliis ſentire, niſi id quod dicunt: *Inſanire omnes, furere, impios eſſe, flagitioſos, extreme infelices atque miſeros?* Cum his compara, quod res noſtras divina gubernari providentia aiunt. Neque interim ignorant nos in iis eſſe malis, ut ipſi Dii ſi mutata ſententia vellent nobis malefacere, ac pervertere, adeoque peſſundare nos ſtatuiſſent, nihil poſſent noſtris adjicere miſeriis; cum nihil malis et miſeriæ noſtræ vitæ poſſe adjici dicat Chryſippus. Quæ vita, ſi uſus ei vocis concederetur, pronunciatura haud dubie eſſet illud Herculeum,

Plenus malorum ſum jam, nec ſupereſt locus
Aliis novis recipiundis.——

Cedo, quid magis invicem repugnans poteſt excogitari, quam hæc duo Chryſippi effata? quorum unum de *Diis* affirmat *eos hominibus quam fieri poteſt optime proſpicere*; alterum, *homines quam miſerrimam vitam degere.*

λβ'. Ἐγκαλοῦσιν αὐτῷ τινες τῶν Πυθαγορικῶν ἐν τοῖς Περὶ Δικαιοσύνης γράφοντι περὶ τῶν ἀλεκτρυόνων, ὅτι "χρησίμως γεγόνασιν· ἐπεγείρουσι γὰρ ἡμᾶς, καὶ τοὺς σκορπίους ἐκλέγουσι, καὶ κατὰ τὰς μάχας ἐπιστρέφουσι, ζῆλόν τινα πρὸς ἀλκὴν ἐμποιοῦντες· ὅμως δὲ δεῖ κατεσθίειν καὶ τούτους, ἵνα μὴ τὴν χρείαν ὑπερβάλλῃ τὸ πλῆθος τῶν νεοττῶν." Ὁ δὲ οὕτω καταγελᾷ τῶν ἐπὶ τούτοις ἐγκαλούντων, ὥστε περὶ τοῦ Διὸς τοῦ σωτῆρος καὶ γενέτορος καὶ πατρὸς δίκης καὶ εὐνομίας καὶ εἰρήνης, ταῦτα γράφειν ἐν
B τῷ τρίτῳ Περὶ Θεῶν· "Ὡς δὲ αἱ πόλεις πλεονάσασαι εἰς ἀποικίας ἀπαίρουσι τὰ πλήθη, καὶ πολέμους ἐνίστανται πρός τινας, οὕτως ὁ θεὸς φθορᾶς ἀρχὰς δίδωσιν·" καὶ τὸν Εὐριπίδην μάρτυρα καὶ τοὺς ἄλλους προσάγεται, τοὺς λέγοντας, ὡς "ὁ Τρωϊκὸς πόλεμος ὑπὸ τῶν θεῶν ἀπαντλήσεως ἕνεκα τοῦ πλήθους τῶν ἀνθρώπων γένοιτο. Τούτων δὲ τὰς μὲν ἄλλας ἀτοπίας ἄφες· οὐ γὰρ εἴ τι μὴ καλῶς, ἀλλ' ὅσα πρὸς ἑαυτοὺς διαφόρως λέγουσιν, ἐξετάσαι μόνον πρόκειται· σκόπει δὲ ὅτι τῷ θεῷ καλὰς μὲν ἐπικλήσεις καὶ φιλανθρώπους ἀεὶ, ἄγρια δὲ ἔργα καὶ βάρβαρα
C καὶ Γαλατικὰ προστίθησιν. Οὐ γὰρ ἀποικίαις ἐοίκασιν αἱ τοσαῦται φθοραὶ καὶ πανωλεθρίαι τῶν ἀνθρώπων, οἵας ὁ Τρωϊκὸς εἰργάσατο πόλεμος, καὶ πάλιν ὁ Μηδικὸς καὶ Πελοποννησιακὸς, εἰ μή τινας ἐν ᾅδου καὶ ὑπὸ γῆς ἴσασιν οὗτοι κτιζομένας πόλεις· ἀλλὰ τῷ Γαλάτῃ Δηϊοτάρῳ ποιεῖ Χρύ-

B. 2. ἀπαίρουσι] Forte rectius ſit ἀπαρύτουσι.

XXXII. Pythagoricorum nonnulli eum accuſant, ut qui in commentariis De Juſtitia ſcripſiſſet de gallis gallinaceis, *utiliter eos eſſe editos, quod et e ſomno nos excitent, et ſcorpios conquirant, et in pugna nobis ſtudium æmulationemque fortitudinis quandam ingenerent:* tamen eos aſſereret *comedendos eſſe, ne pullorum multitudine ultra quam expediret excreſcerent.* At Chryſippus ita has reprehenſiones deridet, ut etiam de Jove Servatore, Genitore, et patre Juſtitiæ, Æquitatis, atque Pacis, in hanc ſententiam ſcripſerit, libro De Diis tertio: *Sicut autem civitates, civium multitudine abundante, colonias aliquo deducunt ut ſe exonerent, aut bellum aliquod ſuſcipiunt; ita Deus exitii occaſiones ſuggerit:* citatque Euripidem et alios teſtes, qui dixerunt, *bellum Trojanum a Diis fuiſſe commiſſum, exhauriendæ gratia multitudinis hominum.* Horum omitte alias abſurditates; non enim inſtituimus hoc loco inquirere an falſo aliquid, ſed duntaxat quæ ſibi repugnantia dixerint. Illud conſidera, eum Deo ſemper pulchras et ad humanitatem pertinentes tribuere appellationes, facta autem ſimul ſæva, barbarica, Galatica. Non enim coloniarum ſimiles videntur iſtæ hominum clades atque interneciones tantæ, quantas Trojanum bellum intulit, ac Medicum, et Peloponneſiacum; niſi forte aliquas infra terram et apud inferos conditas iſti norunt urbes. Sed Deiotaro Galatæ ſimilem Deum

σιππος ὅμοιον τὸν θεὸν, ὃς πλειόνων αὐτῷ παίδων γεγονότων, ἑνὶ βουλόμενος
τὴν ἀρχὴν ἀπολιπεῖν καὶ τὸν οἶκον, ἅπαντας ἐκείνους ἀπέσφαξεν, ὥσπερ
ἀμπέλου βλαστοὺς ἀπολεμὼν καὶ κολούσας, ἵνα εἷς ὁ λειφθεὶς ἰσχυρὸς γένηται
καὶ μέγας. Καίτοιγε ὁ μὲν ἀμπελουργὸς, ἔτι μικρῶν ὄντων καὶ ἀσθενῶν
τοῦτο ποιεῖ τῶν κλημάτων, καὶ ἡμεῖς νεογνῶν καὶ τυφλῶν ὄντων τῶν σκυλα-
κίων ὑφαιροῦμεν τὰ πολλὰ φειδόμενοι τῆς κυνός· ὁ δὲ Ζεὺς, οὐ μόνον D
ἐάσας καὶ περιιδὼν ἐν ἡλικίᾳ γενομένους, ἀλλὰ καὶ φύσας αὐτὸς καὶ αὐξ-
ήσας, ἀποτυμπανίζει, φθορᾶς καὶ ὀλέθρου μηχανώμενος προφάσεις· δέον
αἰτίας καὶ ἀρχὰς γενέσεως μὴ παρασχεῖν.

λγ΄. Τοῦτο μὲν οὖν ἔλαττόν ἐστι· κἀκεῖνο δὲ μεῖζον· οὐδεὶς γὰρ φύεται
ἀνθρώποις πόλεμος ἄνευ κακίας· ἀλλὰ τὸν μὲν φιληδονία, τὸν δὲ πλεον-
εξία, τὸν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συῤῥήγνυσιν. Οὐκοῦν εἰ πολέμους
ὁ θεὸς ἐνεργάζεται, καὶ κακίας, παροξύνων καὶ διαστρέφων τοὺς ἀνθρώπους.
Καίτοι λέγει αὐτὸς ἐν τῷ Περὶ τοῦ Δικάζειν, καὶ πάλιν ἐν τῷ δευτέρῳ
Περὶ Θεῶν, ὡς "τῶν αἰσχρῶν τὸ θεῖον παραίτιον γίνεσθαι οὐκ εὔλογόν ἐστιν· E
"ὃν τρόπον γὰρ οὔτε νόμος τοῦ παρανομεῖν παραίτιος ἂν γένοιτο, οὔτε οἱ θεοὶ,
"τοῦ ἀσεβεῖν· οὕτως εὔλογον μηδ' αἰσχροῦ μηδενὸς εἶναι παραιτίους." Τί οὖν
αἴσχιον ἀνθρώποις φθορᾶς ὑπ' ἀλλήλων γινομένης; ἧς φησι Χρύσιππος
ἐνδιδόναι τὰς ἀρχὰς τὸν θεόν. Ἀλλὰ, νὴ Δία, φήσει τις ἐπαινεῖν πάλιν

D. 5. κἀκεῖνο δὲ] δὲ additum ex E.
D. 9. λέγει αὐτὸς] Ita scribendum duxi. Omnes libri λέγει δ' αὐτός.
E. 5. φήσει] Sic B. E. Venet. 1. 2. Vulgo, φησί.

Chrysippus facit, qui cum haberet complures filios, cum vellet uni regnum domumque relinquere, ceteros omnes necavit; tanquam vitis palmites si præcideret, ut unus aliquis superstes, validus magnusque fieret. At vero vinitor hoc facit, recentibus adhuc et exilibus germinibus: et nos cani parcentes, catulos ei aliquot recens natos, atque etiamnum cæcos subtrahimus. Jupiter autem non tantum adolescere passus homines, sed etiam ipse procreans, augensque, deinde exquisitis calamitatum et exitii occasionibus pessumdat; cum debuerit potius nullum nascendi initium, caussam nullam præbere.

XXXIII. Levius est quod dixi; majus, quod dicam. Nullum hominibus bellum oritur nisi ex vitio. Nam aut voluptatis studium, aut avaritia, aut ambitio, aut regnandi cupiditas bellum conflat. Ergo si bellorum, etiam peccatorum auctor est Deus, irritans et pervertens homines. Atqui ipse in commentario De Judicis officio, et secundo De Diis libro, dicit Chrysippus; *Nulla ratione dici posse, Deum turpitudinis ulla ex parte caussam esse: sicut enim lex delinquendi, Deus impietatis caussa nullo modo dici consentanee possit: ita rationi convenire, Deos etiam nulla ex parte caussam esse turpitudinis.* Potest vero turpius aliquid esse hominibus, quam si se mutuo exscindant? et tamen ejus rei ille Deum initia suppeditare ait. Sed di-

τοῦ Εὐριπίδου λέγοντος,

F Εἰ θεοί τι δρῶσιν αἰσχρὸν, οὐκ εἰσὶν θεοί·

καὶ,

Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς·

ὥσπερ ἡμῶν ἄλλο τι νῦν πραττόντων, ἢ τὰς ἐναντίας αὐτοῦ φωνὰς καὶ ὑπολήψεις παρατιθεμένων.

λδ΄. Οὐ μὴν ἀλλ' αὐτό γε τοῦτο τὸ νῦν ἐπαινούμενον, οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, οὐδὲ τρὶς, ἀλλὰ μυριάκις ἔσται πρὸς Χρύσιππον εἰπεῖν,

Τὸ ῥᾷστον εἶπας, αἰτιάσασθαι θεούς.

Πρῶτον γὰρ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Φύσεως τὸ ἀΐδιον τῆς κινήσεως κυκεῶνι παρεικάσας, ἄλλα ἄλλως στρέφοντι καὶ ταράσσοντι τῶν γινομένων, ταῦτ'
1050 εἴρηκεν, "Οὕτω δὲ τῆς τῶν ὅλων οἰκονομίας προαγούσης, ἀναγκαῖον κατὰ "ταύτην, ὡς ἄν ποτ' ἔχωμεν, ἔχειν ἡμᾶς, εἴτε παρὰ φύσιν τὴν ἰδίαν "νοσοῦντες, εἴτε πεπηρωμένοι, εἴτε γραμματικοὶ γεγονότες, ἢ μουσικοί." Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγον· "Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν λόγον τὰ παραπλήσια "ἐροῦμεν καὶ περὶ τῆς ἀρετῆς ἡμῶν καὶ κακίας, καὶ τὸ ὅλον τῶν τεχνῶν "καὶ τῶν ἀτεχνιῶν, ὡς ἔφην." Καὶ μετ' ὀλίγον ἅπασαν ἀναιρῶν ἀμφιβολίαν· "Οὐθὲν γάρ ἐστιν ἄλλως τῶν κατὰ μέρος γενέσθαι, οὐδὲ τοὐλά-

F. 9. πρώτῳ] Additum ex B. Venet. 1.
F. 9. ἀΐδιον] Xyl. αἴτιον. Ald. Bas. B. F. Venet. 2. αἰδοῖον. Vulgatum venit ex Leonic. Schott. Anon. nec dissentiunt E. et Venet. 1.
F. 10. στρέφοντι] Sic B. E. Venet. 1. Mez. Vulgo, τρέφοντι.
A. 5. καὶ κακίας] περὶ τῆς addere debui, non tam sententia postulante, quam jubente auctoritate librorum B. F. Venet. 1. 2. P.

cet, mehercle, aliquis, alibi ab eo laudari hæc Euripidea:

Si turpe quid faciant dii, non sunt dii:

et,

Quod facillimum dictu est, ais, incusans deos:

quasi vero in præsentia aliud nos agamus, quam ut repugnantes invicem voces sententiasque ejus apponamus.

XXXIV. Et tamen illud ipsum laudatum jam dictum, non bis terve, sed sexcenties objici Chrysippo potest:

Quod facillimum dictu est, ais, incusans deos.

Primum enim in libro primo De Natura, cum caussam motus comparasset potioni e varia confusæ materia, aliter alia vertenti atque conturbanti, hæc infert, *Cum autem hoc modo omnium rerum procedat administratio, necesse est nos, utut habeamus, secundum eam esse affectos: sive contra nostram naturam morbis corripiamur, sive mutilemur, sive grammatici fiamus aut musici.* Et rursum paulo post: *Secundum hanc rationem similiter dicemus de virtute nostra et vitio, atque omnino artibus, vel inscitia, sicut diximus.* Ac mox omnem tollens ambiguitatem, *Nihil*, inquit, *singularum rerum, ne minimum quidem, fieri potest aliter, quam secundum communem*

"χιστον, ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν καὶ κατὰ τὸν ἐκείνης λόγον." Ὅτι δ' ἡ κοινὴ φύσις καὶ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως λόγος, εἱμαρμένη καὶ Πρόνοια καὶ Ζεύς ἐστιν, B
οὐδὲ τοὺς ἀντίποδας λέληθε· πανταχοῦ γὰρ ταῦτα θρυλλεῖται ὑπ' αὐτῶν· καὶ,

Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή,

τὸν Ὅμηρον εἰρηκέναι, φησὶν, ὀρθῶς, ἐπὶ τὴν εἱμαρμένην ἀναφέροντα, καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν, καθ' ἣν πάντα διοικεῖται. Πῶς οὖν ἅμα μὲν οὐδενὸς αἰσχροῦ παραίτιος ὁ θεὸς, ἅμα δὲ οὐδὲ τοὐλάχιστον ἐνδέχεται γίγνεσθαι ἄλλως ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν, καὶ τὸν ἐκείνης λόγον; ἐν γὰρ πᾶσι τοῖς γινομένοις καὶ τὰ αἰσχρὰ δή που θεῶν ἐστιν. Καίτοι ὁ μὲν Ἐπίκουρος ἁμωσγέπως στρέφεται καὶ φιλοτεχνεῖ, τῆς ἀιδίου κινήσεως μηχανώμενος C
ἐλευθερῶσαι καὶ ἀπολῦσαι τὸ ἑκούσιον, ὑπὲρ τοῦ μὴ καταλιπεῖν ἀνέγκλητον τὴν κακίαν· ὁ δὲ Χρύσιππος ἀναπεπταμένην παῤῥησίαν αὐτῇ δίδωσιν, ὡς οὐ μόνον ἐξ ἀνάγκης, οὐδὲ καθ' εἱμαρμένην, ἀλλὰ καὶ κατὰ λόγον θεοῦ καὶ κατὰ φύσιν πεποιημένῃ τὴν ἀρίστην. Ἔτι δὲ καὶ ταῦτα ὁρᾶται κατὰ λέξιν οὕτως ἔχοντα· "Τῆς γὰρ κοινῆς φύσεως εἰς πάντα διατεινούσης, "δεήσει πᾶν τὸ ὁπωσοῦν γινόμενον ἐν τῷ λόγῳ, καὶ τῶν μορίων ὁτῳοῦν, "κατ' ἐκείνην γενέσθαι καὶ τὸν ἐκείνης λόγον, κατὰ τὸ ἑξῆς ἀκωλύτως· "διὰ τὸ μήτ' ἔξωθεν εἶναι τὸ ἐνστησόμενον τῇ οἰκονομίᾳ, μήτε τῶν μερῶν D

B. 8. δή που θεῶν] Mez. δήπουθεν.
C. 3. ὁ δὲ Χρύσιππος] Addidimus ex uno P.
C. 5. πεποιημένῃ] Scripſi cum Xyl. Vulgo, πεποιημένη.
C. 5. ὁρᾶται.] Legendum, ὁρᾶτε cum Mez. vel ὅρα τά.
C. 7. ἐν τῷ λόγῳ] Forte, ἐν τῷ ὅλῳ.

naturam et ejus rationem. Ceterum Communem Naturam, ejuſque Rationem, eſſe ipſi Fatum, Providentiam, Jovem, ne antipodes quidem neſciunt. Hæc enim ubique ab illis jactantur: et Homerum ait Chryſippus iſthuc,

—— Jovis eſt confecta voluntas,

recte dixiſſe, ad Fatum reſpicientem, Univerſique Naturam, qua omnia adminiſtrantur. Quomodo ergo hæc ſibi conſtant? Deum nullius turpis rei quovis modo cauſſam eſſe: et nihil vel minimum ſecus fieri poſſe, quam ſecundum Communem Naturam, ejuſque Rationem? Nam cum omnia Diis adſcribuntur quæ fiunt, utique etiam turpia in iis ſunt. Enimvero Epicurus utcunque torquet ſe, et argutias meditatur, a ſempiterna motione machinatus liberare et abſolvere voluntatem, ne inculpabilem relinqueret malitiam: Chryſippus malitiæ ſolutiſſimam libertatem defenſionis concedit, ut non modo neceſſario et fataliter, ſed etiam ſecundum Rationem Dei et Naturam vitia fiant optimam. Vide vero etiam hanc ejus dictionem: *Communi enim Natura in omnia penetrante, neceſſe erit omne quod ſit in Univerſo, et quacunque ejus parte, ſecundum eam fieri, ejuſque Rationem, ac deinceps procedere ſine ullo impedimento: cum nihil foris ſit, quod impedire poſſit adminiſtrationem, neque pars ulla moveri aliter aut habere ſe aliter queat,*

"μηδὲν ἔχειν, ὅπως κινηθήσεται ἢ σχήσει ἄλλως ἢ κατὰ τὴν κοινὴν φύσιν." Τίνες οὖν αἱ τῶν μερῶν σχέσεις εἰσὶ καὶ κινήσεις; δῆλον μὲν ὅτι σχέσεις αἱ κακίαι καὶ τὰ νοσήματα, φιλαργυρίαι, φιληδονίαι, φιλοδοξίαι, δειλίαι, ἀδικίαι· κινήσεις δὲ, μοιχεῖαι, κλοπαὶ, προδοσίαι, ἀνδροφονίαι, πατροκτονίαι. Τούτων οἴεται Χρύσιππος οὔτε μικρὸν οὔτε μέγα παρὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον εἶναι, καὶ νόμον, καὶ δίκην, καὶ πρόνοιαν· ὥστε μὴ γίνεσθαι
E παρὰ τὸν νόμον τὸ παρανομεῖν· μηδὲ παρὰ τὴν δίκην τὸ ἀδικεῖν· μήτε παρὰ τὴν πρόνοιαν τὸ κακοποιεῖν.

λε΄. Ἀλλὰ μὴν "τὸν θεὸν κολάζειν," φησὶ, "τὴν κακίαν, καὶ πολλὰ ποιεῖν ἐπὶ κολάσει τῶν πονηρῶν" ὥσπερ ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ Θεῶν, "ποτὲ μὲν τὰ δύσχρηστα συμβαίνειν," φησὶ, "τοῖς ἀγαθοῖς, οὐχ ὥσπερ τοῖς φαύλοις κολάσεως χάριν, ἀλλὰ κατ' ἄλλην οἰκονομίαν, ὥσπερ ἐν ταῖς πόλεσιν." Καὶ πάλιν ἐν τούτοις, "Πρῶτον δὲ τῶν κακῶν παραπλησίως ἐστὶν ἀκουστέον τοῖς προειρημένοις· εἶτα ὅτι ταῦτα ἀπονέμεται κατὰ τὸν Διὸς λόγον, ἤτοι ἐπὶ κολάσει, ἢ κατ' ἄλλην ἔχουσάν πως πρὸς τὰ ὅλα οἰκονομίαν."
F Ἔστι μὲν οὖν τοῦτο δεινὸν, τὸ καὶ γίνεσθαι τὴν κακίαν καὶ κολάζεσθαι κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον· ἐπιτείνει δὲ τὴν ὑπεναντίωσιν ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ Φύσεως, γράφων τάδε, "Ἡ δὲ κακία πρὸς τὰ δεινὰ συμπτώματα ἴδιόν τινα ἔχει λόγον· γίνεται μὲν γὰρ καὶ αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως γίνεται πρὸς τὰ ὅλα· οὔτε

D. 2. ἄλλως ἢ] ἢ additum ex Mez.
F. 4. καὶ αὐτή] καὶ additum ex B.

quam secundum Communem Naturam. Qui ergo sunt habitus et motus? Habitus liquet esse vitia et morbos, avaritias, luxurias, ambitiones, timiditates, injustitias: Motus autem, adulteria, furta, proditiones, homicidia, parricidia. Horum censet Chrysippus nihil neque magnum neque parvum fieri præter Jovis Rationem, Legem, Justitiam, Providentiam: ut jam non præter Legem fiant illegitima, non contra Justitiam injuriæ, non contra Providentiam flagitia.

XXXV. At enim *Deum*, ait, *punire scelera, et multa facere puniendorum malorum gratia*, ut in secundo De Diis, inquiens *adversas res aliquando evenire bonis, non ut malis pœnæ caussa, sed secundum aliam dispensationem, sicut in civitatibus.* Et rursum: *Primum autem de malis intelligendum est eodem modo, quo jam dictum est: deinde tribui ea secundum Jovis rationem, sive supplicii caussa, sive alia ad universum respiciente administratione.* Est vero indigna res, et fieri et puniri peccata secundum Jovis Rationem. Sed hanc repugnantiam ipse graviorem facit, in secundo De Natura libro hæc scribens: *Vitiositas ad atroces calamitates quandam habet rationem peculiarem: fit enim ipsa quodammodo secundum rationem Naturæ, atque, ut sic dicam, non inutiliter respectu universi. Neque*

"γὰρ τἀγαθὰ ἦν." Καὶ οὗτος ἐπιτιμᾷ τοῖς ἐπίσης πρὸς τὰ ἐναντία διαλεγομένοις, ὡς ὑπὸ τοῦ πάντως τι βούλεσθαι καὶ περὶ παντὸς εἰπεῖν 1051 ἴδιον καὶ περιττὸν, οὐκ ἀχρήστως λέγει βαλαντιοτομεῖν, συκοφαντεῖν, καὶ ἀφραίνειν, οὐκ ἀχρήστως ἀχρήστους εἶναι, βλαβεροὺς, κακοδαίμονας. Εἶτα ποῖός τις ὁ Ζεὺς, λέγω δὲ τὸν Χρυσίππου, κολάζων πρᾶγμα, μήτε ἀφ' αὑτοῦ, μήτε ἀχρήστως γινόμενον; Ἡ μὲν γὰρ κακία πάντως ἀνέγκλητός ἐστι κατὰ τὸν τοῦ Χρυσίππου λόγον· ὁ δὲ Ζεὺς ἐγκλητέος, εἴτε ἄχρηστον οὖσαν τὴν κακίαν πεποίηκεν, εἴτε ποιήσας οὐκ ἀχρήστως, κολάζει.

λς'. Πάλιν ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Δικαιοσύνης εἰπὼν περὶ τῶν θεῶν, B ὡς ἐνισταμένων ἐνίοις ἀδικήμασιν, "Κακίαν δὲ," φησὶ, "καθόλου ἆραι "οὔτε δυνατόν ἐστιν, οὔτ' ἔχει καλῶς ἀρθῆναι." Τὴν ἀνομίαν, τὴν ἀδικίαν, τὴν ἀβελτηρίαν οὐ τοῦ παρόντος ἐστὶ λόγου τὸ ζητεῖν· αὐτὸς δὲ τὴν κακίαν ὅσον ἐφ' ἑαυτῷ διὰ τοῦ φιλοσοφεῖν ἀναιρῶν, ἣν οὐκ ἔχει καλῶς ἀναιρεῖν, μαχόμενόν τι ποιεῖ καὶ τῷ λόγῳ καὶ τῷ θεῷ· πρὸς δὲ τούτοις λέγων ἐνίοις ἀδικήμασιν ἐνίστασθαι τὸν θεὸν, ἔμφασιν πάλιν τῆς τῶν ἁμαρτημάτων δίδωσιν ἀνοσιότητος.

λζ'. Ἔτι περὶ τοῦ μηδὲν ἐγκλητὸν εἶναι μηδὲ μεμπτὸν κόσμῳ, κατὰ τὴν ἀρίστην φύσιν ἁπάντων περαινομένων, πολλάκις γεγραφὼς, ἔστιν ὅπου πάλιν ἐγκλητάς C

F. 6. Καὶ οὗτος] Sic margo Venet. 2. et Mez. Vulgo, Καὶ οὕτως.
A. 4. τὸν Χρυσίππου] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, τὸ Χρυσίππου.
B. 2. ἐνίοις] Sic Venet. 1. Mez. Vulgo, ἐνίων.
B. 3. ἀρθῆναι] Locus ita integrandus, ut et Reiſk. vidit, ἀρθῆναι. Ἀλλ' εἰ μὴ οὐ καλῶς ἔχει ἀρθῆναι τὴν ἀνομίαν—.
B. 9. Ἔτι] Scripſi, licet nullo aſſentiente libro, qui omnes habent Ὅτι. Item Reiſk. conjecit.
B. 9. κόσμῳ] Forte ἐν τῷ κόσμῳ. P. κόσμον.

enim bona eſſent. Atque iſte objurgat eos, qui æqualiter in contrarias partes diſputant, ut qui omnino peculiare aliquid et ſubtile dicere vellet; ait non inutiliter marſupia amputare homines, calumniari, inſanire, inutiles eſſe, damnoſos, infelices. Qualis ergo eſt Jupiter (de Chryſippeo loquor) rem puniens neque ultro neque inutiliter factam? Nam Chryſippi ratio efficit vitia omnino culpanda non eſſe, ſed Jovem; ſive is fecit vitia, quæ nihil prodeſſent; ſive punit, cum feciſſet non inutilia.

XXXVI. Rurſum in primo De Juſtitia libro, cum dixiſſet *Deum quorundam flagitiis reſiſtere*; *Vitia autem*, inquit, *in univerſum tolli neque fas eſt, neque expediret tolli.* Non hic diſputo, an non præſtaret nullam eſſe legum violationem, nullam injuſtitiam, nullam ſtultitiam. Ipſe quidem vitia pro viribus philoſophando exſcindens, quæ exſcindi non expediret, facit aliquid repugnans Rationi ac Deo. Ad hæc, cum dixiſſet *quibuſdam injuſtis factis reſiſtere Deum*, utique flagitiorum ſignificat impietatem.

XXXVII. Porro cum *nihil culpandum, nihil vituperandum Mundo ineſſe, omnibus ſecundum optimam naturam progredientibus*, ſæpenumero docuiſſet, alicubi rurſum quaſdam rerum non parvarum

τινὰς ἀμελείας οὐ περὶ μικρὰ καὶ φαῦλα καταλείπει. Ἐν γοῦν τῷ τρίτῳ Περὶ Οὐσίας, μνησθεὶς ὅτι συμβαίνει τινὰ τοῖς καλοῖς καὶ ἀγαθοῖς τοιαῦτα, "Πότερον," φησὶν, "ἀμελουμένων τινῶν, καθάπερ ἐν οἰκίαις "μείζοσι παραπίπτει τινὰ πίτυρα, καὶ ποσοὶ πυροί τινες, τῶν ὅλων εὖ "οἰκονομουμένων· ἢ διὰ τὸ καθίστασθαι ἐπὶ τῶν τοιούτων δαιμόνια φαῦλα, "ἐν οἷς τῷ ὄντι γίνονται καὶ ἐγκλητέαι ἀμέλειαι;" Φησὶ δὲ "πολὺ καὶ "τὸ τῆς ἀνάγκης μεμίχθαι." Τὸ μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα συμπτώματα τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν, οἷον ἡ Σωκράτους καταδίκη, καὶ ὁ Πυθαγόρου ζῶντος ἐμπρησμὸς ὑπὸ τῶν Κυλωνείων, καὶ Ζήνωνος ὑπὸ Δημύλου τοῦ τυ-
D ράννου, καὶ Ἀντιφῶντος ὑπὸ Διονυσίου, στρεβλουμένων ἀναιρέσεις, πιτύροις παραπίπτουσιν ἀπεικάζειν, ὅσης ἐστὶν εὐχερείας ἐῶ· τὸ δὲ φαύλους δαίμονας ἐκ Προνοίας ἐπὶ τὰς τοιαύτας ἐπιστασίας καθίστασθαι, πῶς οὐκ ἔστιν ἔγκλημα τοῦ θεοῦ, καθάπερ βασιλέως κακοῖς καὶ ἐμπλήκτοις σατράπαις καὶ στρατηγοῖς διοικήσεις ἐπιτρέποντος, καὶ περιορῶντος ὑπὸ τούτων ἀμελουμένους καὶ παροινουμένους τοὺς ἀρίστους; Καὶ μὴν εἰ πολὺ τὸ τῆς ἀνάγκης μέμικται τοῖς πράγμασιν, οὔτε κρατεῖ πάντων ὁ θεὸς, οὔτε πάντα κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον διοικεῖται.

E κη΄. Πρὸς τὸν Ἐπίκουρον μάλιστα μάχεται, καὶ πρὸς τοὺς ἀναιροῦντας τὴν Πρόνοιαν, ἐκ τῶν ἐννοιῶν ἃς ἔχομεν περὶ θεῶν, εὐεργετικοὺς καὶ

C. 3. συμβαίνει] Sic F. Venet. 2. P. Vulgo, συμβαίνοι.
D. 1. πιτύροις] Sic Venet. 1. Mez. Vulgo, ἐπὶ πιτύροις.

neque vilium neglectiones reprehendendas relinquit. In tertio quidem De Substantia cum memoraffet *etiam bonis quædam talia evenire: Utrum*, inquit, *ob incuriam quandam neglectis aliquibus, ficut in magnis familiis furfures et grana aliquot frumenti excidunt, reliquis interim recte adminiſtratis? an, quia his rebus præſunt mali quidam genii, ubi revera admittuntur culpandæ neglectiones?* ait etiam *multum eſſe admixtum neceſſitatis.* Jam hujuſmodi præclarorum virorum calamitates, qualis fuit condemnatio Socratis, quod Pythagoræ vivo a Cyloneis eſt illatum incendium, Zenonis a Demylo tyranno, Antiphontis a Dionyſio excruciati, cædes, conferre cum furfuribus excidentibus, quantæ ſit levitatis, mitto dicere. Malos autem genios a Providentia his præfici muneribus, qui non ſit vitio vertendum Deo, qui tanquam rex malis et vecordibus ſatrapis ac præfectis provincias mandaverit, patiaturque ab his deſpici et contumelioſe tractari optimos? Et quidem, ſi multum neceſſitatis admixtum rebus eſt, neque omnia Deus habebit in ſua poteſtate, neque omnia ſecundum ejus Rationem gubernabuntur.

XXXVIII. Contra Epicurum maxime pugnant eoſque qui Providentiam negant, argumento petito a noſtra De Diis notitia communi, qua eos

φιλανθρώπους ἐπινοοῦντες. Καὶ τούτων πολλαχοῦ γραφομένων καὶ λεγομένων
παρ' αὐτοῖς οὐδὲν ἔδει λέξεις παρατιθέναι. Καίτοι χρηστοὺς οὐ πάντας εἶναι τοὺς
θεοὺς προλαμβάνειν. Ὅρα γὰρ οἷα Ἰουδαῖοι καὶ Σύροι περὶ θεῶν φρονοῦσιν·
ὅρα τὰ τῶν ποιητῶν, πόσης ἐμπέπλησται δεισιδαιμονίας. Φθαρτὸν δὲ καὶ γεν-
νητὸν οὐδεὶς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διανοεῖται θεόν. Ὧν ἵνα τοὺς ἄλλους ἀφῶ πάντας, F
Ἀντίπατρος ὁ Ταρσεὺς ἐν τῷ Περὶ Θεῶν γράφει ταῦτα κατὰ λέξιν, "Πρὸ δὲ
"τοῦ σύμπαντος λόγου τὴν ἐνέργειαν, ἣν ἔχομεν περὶ θεοῦ, διὰ βραχέων ἐπι-
"λογιούμεθα. Θεὸν τοίνυν νοοῦμεν ζῶον μακάριον καὶ ἄφθαρτον, καὶ εὐποιη-
"τικὸν ἀνθρώπων" εἶτα τούτων ἕκαστον ἀφηγούμενος, φησὶν οὕτω, "Καὶ
"μὴν ἀφθάρτους αὐτοὺς ἡγοῦνται πάντες." Οὐδεὶς οὖν ἐστι τῶν πάντων ὁ
Χρύσιππος, κατ' Ἀντίπατρον· οὐδένα γὰρ οἴεται πλὴν τοῦ πυρὸς ἄφθαρτον
εἶναι τῶν θεῶν, ἀλλὰ πάντας ὁμαλῶς καὶ γεγονότας καὶ φθαρησομένους. Ταῦτα δὲ 1052
πανταχοῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὑπ' αὐτοῦ λέγεται. Παραθήσομαι δὲ λέξιν ἐκ τοῦ
τρίτου Περὶ Θεῶν· "Καθ' ἕτερον λόγον, οἱ μὲν γὰρ γεννητοί εἰσι καὶ φθαρτοί, οἱ
"δὲ ἀγέννητοι· καὶ ταῦτα ἀπ' ἀρχῆς ὑποδείκνυται φυσικώτερον. Ἥλιος μὲν
"γὰρ καὶ σελήνη, καὶ οἱ ἄλλοι θεοὶ παραπλήσιον ἔχοντες λόγον, γεννητοί εἰσιν·
"ὁ δὲ Ζεὺς, ἀΐδιός ἐστιν." Καὶ πάλιν προελθὼν, "Ὅμοια δὲ καὶ περὶ τοῦ

E. 3. γραφομένων καὶ] Additum ex B. Venet. 1.
E. 4. οὐ πάντας—προλαμβάνειν] Forte cum Mez. legendum οὐ πάντα ἔθη τοὺς θεοὺς προλαμβάνει.
E. 7. ὡς ἔπος εἰπεῖν] Forte, ἐκτὸς ἐκείνων.
F. 2. Πρὸ δὲ τοῦ] Sic B. Venet. 1. Vulgo, Πρὸς δὲ τοῦ.
F. 3. ἐνέργειαν] Mez. ἐνάργειαν. Forte, ἔννοιαν.
F. 7. οὐδένα] Ita Græco-Lat. Ceteri, οὐδέν.
A. 3. Καθ' ἕτερον λόγον] Retuli hæc, cum Xylandro, ad verba Chryſippi: ita, forte, ſequens γὰρ delendum erit.

ut beneficos et humani generis amantes informamus. Neque attinet verba apponere, cum hoc multis locis ii et dicant et ſcribant. Atqui benignos eſſe Deos non omnes arbitrantur. Conſidera enim quid de Diis ſentiant Judæi, quid Syri; quam plena ſuperſtitionis ſint quæ poëtæ de Diis habent. Interitui autem obnoxium et natum nemo fere cogitavit eſſe Deum. De quibus, ut reliquos præteream, Antipater Tarſenſis in libro De Diis hæc ad verbum ſcripſit: *Breviter autem noſtram de Diis ſententiam repetemus perſpicuitatis gratia. Deum igitur intelligimus animal beatum, interitus expers, et erga homines beneficum:* deinde horum unumquodque explicans, ait: *et vero univerſi arbitrantur, eos interitu vacare.* Nullus eſt igitur ex omnibus Antipatro Chryſippus. Hic enim, *excepto igne, nullum Deum* putat *interitu carere, ſed ceteros omnes æque et natos et obituros.* Atque hoc fere paſſim ab eo dicitur: verba tamen ejus e tertio De Diis libro adſcribam: *Alia porro,* inquit, *ratio eſt Deorum. Alii enim nati ſunt, et interituri; alii non nati ſunt. Eſtque naturæ tractationi convenientius, ut hoc ab initio demonſtretur. Sol, Luna, et reliqui Dii quorum ſimilis eſt ratio, nati ſunt; Jupiter æternus eſt.* Ac progreſſus deinde longius: *Idem dicetur de interitu et origine cum*

“ φθαρῆναι καὶ περὶ τοῦ γενέσθαι ῥηθήσεται, περί τε τῶν ἄλλων θεῶν
“ καὶ τοῦ Διός· οἱ μὲν γὰρ φθαρτοί εἰσι, τοῦ δὲ τὰ μέρη ἄφθαρτα.” Τού-
B τοις ἔτι βούλομαι παραβαλεῖν μικρὰ τῶν ὑπὸ τοῦ Ἀντιπάτρου λεγομένων·
“ Ὅσοι δὲ περιαιροῦνται τὸ εὐποιητικὸν ἐκ τῶν θεῶν, ἀπὸ μέρους προσβάλ-
“ λουσι τῇ τούτων προλήψει· κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ οἱ νομίζοντες αὐτοὺς
“ γενέσεώς τε καὶ φθορᾶς κοινωνεῖν.” Εἴπερ οὖν ἐπίσης ἄτοπος ὁ φθαρ-
τοὺς ἡγούμενος τοὺς θεοὺς, τῷ μὴ νομίζοντι προνοητικοὺς εἶναι καὶ φιλαν-
θρώπους, ἐπίσης διαπέπτωκεν Ἐπικούρῳ Χρύσιππος· ὁ μὲν γὰρ τὸ εὐποιη-
τικὸν, ὁ δὲ τὸ ἄφθαρτον ἀφαιρεῖται τῶν θεῶν.

λθʹ. Καὶ μὴν ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Θεῶν ὁ Χρύσιππος περὶ τοῦ τρέφεσθαι
C τοὺς ἄλλους θεοὺς τάδε λέγει, “ Τροφῇ τε οἱ μὲν ἄλλοι θεοὶ χρῶνται, παρα-
“ πλησίως συνεχόμενοι δι' αὐτήν· ὁ δὲ Ζεὺς καὶ ὁ κόσμος καθ' ἕτερον
“ τρόπον ἀναλισκομένων καὶ ἐκ πυρὸς γινομένων.” Ἐνταῦθα μὲν ἀποφαίνεται
πάντας τοὺς ἄλλους θεοὺς τρέφεσθαι, πλὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Διός· ἐν δὲ τῷ
πρώτῳ Περὶ Προνοίας, “ τὸν Δία,” φησὶν, “ αὔξεσθαι, μέχρις ἂν εἰς αὐτὸν
“ ἅπαντα καταναλώσῃ. Ἐπεὶ γὰρ ὁ θάνατος μέν ἐστι ψυχῆς χωρισμὸς
“ ἀπὸ τοῦ σώματος, ἡ δὲ τοῦ κόσμου ψυχὴ οὐ χωρίζεται μὲν, αὔξεται
“ δὲ συνεχῶς, μέχρις ἂν εἰς αὐτὴν ἐξαναλώσῃ τὴν ὕλην, οὐ ῥητέον
“ ἀποθνήσκειν τὸν κόσμον.” Τίς ἂν οὖν ἐναντιώτερα λέγων ἑαυτῷ φα-
νείη τοῦ τὸν αὐτὸν θεὸν νῦν μὲν αὔξεσθαι, νῦν δὲ μὴ τρέφεσθαι λέγοντος. Καὶ

B. 2. προβάλλουσι] Legendum vel προσβάλλουσι, vel ἀποβάλλουσι τὴν τούτων πρόληψιν.
C. 3. ἐκ πυρὸς γινομένων] Subest vitium.
C. 10. νῦν μὲν αὔξεσθαι,—λέγοντος] Ita lacunam explevimus ex B. et Venet. 1. In ceteris omnibus hæc verba desunt.

reliquorum Deorum, tum Jovis: alii enim interitui sunt obnoxii, aliorum partes perennes. His comparabo adhuc pauca quædam ab Antipatro dicta: *Qui vero,* inquit, *beneficentiam Diis adimunt, ii ex parte abjiciunt communem eorum notitiam et anticipationem; atque eadem ratione errant ii, qui ortum quoque et interitum in eos cadere existimant.* Quod si ergo perinde absurdus est qui Deos interitui obnoxios dicit, atque is qui Providentiam et humanitatem iis aufert; non minus a vero Chrysippus abest, quam Epicurus: cum alter æternitatem, alter beneficentiam Deorum inficietur.

XXXIX. Quin etiam in tertio De Diis libro Chrysippus de eo, quod reliqui Dii alantur, ita scribit: *Alimentoque reliqui Dii utuntur æqualiter, eoque sustentantur: Jupiter autem et Mundus alio modo consumtis et ex igne natis.* Hic quidem pronunciat *reliquos Deos nutriri, exceptis mundo et Jove.* In primo autem De Providentia, *Jovem ali,* ait, *tantisper dum omnia in seipsum consumat. Nam cum mors sit animæ a corpore separatio, Mundi autem anima ab eo non segregetur, continenter quidem augescat, donec materiam in seipsam consumat; non dicendum esse, mori Mundum.* Quis videri queat magis sibi ipsi repugnantia dixisse eo, qui eundem Deum modo dicat crescere, modo non ali? Ne-

τοῦτ' οὐ δεῖ συλλογίζεσθαι· σαφῶς γὰρ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ γέγραφεν, D
"Αὐτάρκης δὲ εἶναι λέγεται μόνος ὁ κόσμος, διὰ τὸ μόνος ἐν αὐτῷ πάντα
"ἔχειν ὧν δεῖται· καὶ τρέφεται ἐξ αὐτοῦ καὶ αὔξεται, τῶν ἄλλων μορίων
"εἰς ἄλληλα καταλλαττομένων." Οὐ μόνον οὖν ἐν ἐκείνοις τοὺς ἄλλους
θεοὺς ἀποφαίνων τρεφομένους, πλὴν τοῦ κόσμου καὶ τοῦ Διὸς, ἐν τούτοις δὲ καὶ
τὸν κόσμον λέγων τρέφεσθαι, μάχεται πρὸς αὑτόν· ἀλλ' ἔτι μᾶλλον, ὅτι
τὸν κόσμον αὔξεσθαί φησιν ἐξ αὑτοῦ τρεφόμενον. Τοὐναντίον δὲ εἰκὸς E
ἦν τοῦτον μόνον μὴ αὔξεσθαι τὴν αὑτοῦ φθίσιν ἔχοντα τροφήν· τοῖς δ'
ἄλλοις θεοῖς ἔξωθεν τρεφομένοις, ἐπίδοσιν γίνεσθαι καὶ αὔξησιν, καὶ μᾶλλον
εἰς τούτους καταναλίσκεσθαι τὸν κόσμον, εἴγε ἐκείνῳ μὲν ἐξ αὑτοῦ, τούτοις
δ' ἀπ' ἐκείνου λαμβάνειν ἀεί τι καὶ τρέφεσθαι συμβέβηκε.

μ'. Δεύτερον τοίνυν ἡ τῶν θεῶν ἔννοια περιέχει τὸ εὔδαιμον καὶ μακάριον καὶ αὐτοτελές. Διὸ καὶ τὸν Εὐριπίδην ἐπαινοῦσιν, εἰπόντα,

> Δεῖται γὰρ ὁ θεὸς, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεὸς,
> Οὐδενός· ἀοιδῶν οἵδε δύστηνοι λόγοι.

Ἀλλ' ὅ γε Χρύσιππος, ἐν οἷς παρεθέμην, αὐτάρκη μόνον εἶναι τὸν κόσμον
φησὶ, διὰ τὸ μόνον ἐν αὐτῷ πάντα ἔχειν ὧν δεῖται. Τί οὖν ἕπεται F
τῷ μόνον αὐτάρκη τὸν κόσμον εἶναι; τὸ μήτε τὸν ἥλιον αὐτάρκη μήτε τὴν
σελήνην εἶναι, μήτ' ἄλλον τινὰ τῶν θεῶν. Αὐτάρκεις δὲ μὴ ὄντες, οὐκ
ἂν εἶεν εὐδαίμονες οὐδὲ μακάριοι.

D. 4. καταταττομένων] Mez. Reisk. καταλλαττομένων.
E. 8. ὄντως—ἀοιδῶν οἵδε] Ita Schott. Mez. vide et Eurip. Herc. Fur. 1346. Vulgo, ὀρθῶς—αὐτῶν οἱ δὲ.

que necesse est id ratiocinando colligere: diserte enim id ibidem dixit: *Solus autem sibi ipse sufficere dicitur Mundus, quod solus in se omnia habet quibus ei est opus, aliturque ex seipso et augetur, ceteris partibus aliis alias consumentibus.* Non solum igitur ibi docens *reliquos Deos nutriri, exceptis Jove et Mundo,* hic autem *Mundum quoque ali,* secum pugnat; sed multo etiam magis, quod *crescere Mundum* dicit, *dum ex seipso alatur.* Nam, contra, consentaneum erat hunc solum non augeri, qui sui ipsius consumptionem pro alimento haberet; reliquis Diis, qui extrinsecus alerentur, incrementum accidere; ipsumque adeo in eos absumi Mundum, cum is ex seipso, hi subinde ex illo alimentum accipiant.

XL. Secundo Dei notitia felicitatem continet, et in seipso omnia habentis posita perfectionem. Ideo laudant etiam hoc Euripidis dictum,

> Deus aut eget nullius, aut non est Deus.
> Quare ista vatum misera sunt mendacia.

At Chrysippus in his quæ adduxi, *solum Mundum ex sese totum aptum, sibique sufficientem* affirmat: *quia solus omnia in se habeat, quibus ei sit opus.* Quid inde sequitur? neque Solem sibimet, neque Lunam, neque ullum alium Deum sufficere. Ergo ne felices quidem beative erunt.

μα'. "Τὸ βρέφος ἐν τῇ γαστρὶ φύσει τρέφεσθαι," νομίζει, "καθάπερ "φυτόν· ὅταν δὲ τεχθῇ, ψυχόμενον ὑπὸ τοῦ ἀέρος καὶ στομούμενον τὸ "πνεῦμα μεταβάλλειν, καὶ γίνεσθαι ζῶον· ὅθεν οὐκ ἀπὸ τρόπου τὴν "ψυχὴν ὠνομάσθαι παρὰ τὴν ψύξιν." Αὐτὸς δὲ πάλιν, "τὴν ψυχὴν "ἀραιότερον πνεῦμα τῆς φύσεως καὶ λεπτομερέστερον" ἡγεῖται, μαχόμενος
1053 αὐτῷ. Πῶς γὰρ οἷόν τε λεπτομερὲς ἐκ παχυμεροῦς καὶ ἀραιὸν γενέσθαι κατὰ περίψυξιν καὶ πύκνωσιν; Ὃ δὲ μεῖζόν ἐστι, πῶς περιψύξει γίνεσθαι τὸ ἔμψυχον ἀποφαινόμενος, ἔμψυχον ἡγεῖται τὸν ἥλιον, πύρινον ὄντα, καὶ γεγενημένον ἐκ τῆς ἀναθυμιάσεως εἰς πῦρ μεταβαλούσης; Λέγει γὰρ ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Φύσεως· "Ἡ μὲν πυρὸς μεταβολή ἐστι τοιαύτη· δι' ἀέρος "εἰς ὕδωρ τρέπεται· κἀκ τούτου γῆς ὑφισταμένης, ἀὴρ ἀναθυμιᾶται· "λεπτυνομένου δὲ τοῦ ἀέρος, ὁ αἰθὴρ περιέχεται κύκλῳ· οἱ δ' ἀστέρες "ἐκ θαλάσσης μετὰ τοῦ ἡλίου ἀνάπτονται." Τί οὖν ἀνάψει περιψύξεως
B ἐναντιώτερον, ἢ διαχύσει πυκνώσεως; τὰ μὲν ὕδωρ καὶ γῆν ἐκ πυρὸς καὶ ἀέρος ποιεῖ, τὰ δ' εἰς πῦρ καὶ ἀέρα τρέπει τὸ ὑγρὸν καὶ γεῶδες. Ἀλλ' ὅμως ὅπου μὲν τὴν ἄναψιν, ὅπου δὲ τὴν περίψυξιν, ἀρχὴν ἐμψυχίας ποιεῖ. Καὶ μὴν "ὅταν ἐκπύρωσις γένηται, διόλου ζῆν καὶ ζῶον εἶναι," φησί· "σβεννύμενον δ' αὖθις καὶ παχυνόμενον, εἰς ὕδωρ καὶ γῆν καὶ "τὸ σωματοειδὲς τρέπεσθαι." Λέγει δὲ ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ Προνοίας,

F. 6. ψυχούμενον] Hoc et Mez. probat, et plurimi libri confirmant, Ald. Bas. Xyl. E. F. Venet. 1. P.
A. 7. περιέχεται] Forte, περιχεῖται.
B. 4. ζῶον εἶναι," φησί] Addendum τὸν κόσμον, cum Amiot.

XLI. *Fœtum hominis in utero*, ait, *a natura ali, tanquam plantam: partu autem editum ab aëre refrigerari ac durari, et mutato spiritu fieri animal: itaque animam non abs re psychen a refrigeratione dici.* Idem rursus *animam tenuiorem et subtilioribus partibus constantem spiritum naturæ esse* dicit, secum pugnans. Qui enim tenue et rarum e crasso fieri potuit refrigeratione et densatione? Et, quod majus est, quomodo refrigeratione animatum effici pronunciat, qui Solem animatum putat, igneum corpus, et natum ex vapore in ignem mutato? Dicit enim in tertio De Natura: *Ignis mutatio est talis; per aërem in aquam mutatur; ex aqua, subsidente terra, aër exhalatur; aëre extenuato, æther in orbem circumfunditur; stellæ autem cum Sole e mari accenduntur.* Quid autem magis est contrarium incendio, quam refrigeratio? aut diffusioni, quam densatio? quorum hæc aquam et terram ex igne et aëre faciunt, illa in ignem et aërem vertunt humidam et terrestrem materiam. Ille tamen *aliquando incendium, aliquando refrigerationem animationis caussam* statuit. Quinetiam *tempore conflagrationis mundum penitus vivere et animal fieri* affirmat: *exstinctum autem rursus ac densatum, in terram, aquam, corporeamque naturam redigi.* Dicit autem primo libro De Provi-

“Διόλου μὲν γὰρ ὢν ὁ κόσμος πυρώδης, εὐθὺς καὶ ψυχή ἐστιν ἑαυτοῦ καὶ “ἡγεμονικόν· ὅτε δὲ μεταβαλὼν εἴς τε τὸ ὑγρὸν καὶ τὴν ἐναπολειφθεῖσαν “ψυχὴν, τρόπον τινὰ εἰς σῶμα καὶ ψυχὴν μεταβάλλων, ὥστε συνεστάναι C “ἐκ τούτων, ἄλλον τινὰ ἔσχε λόγον.” Ἐνταῦθα δή που σαφῶς τῇ μὲν ἐκπυρώσει καὶ τὰ ἄψυχα τοῦ κόσμου φησὶν εἰς τὸ ἔμψυχον τρέπεσθαι· τῇ δὲ σβέσει πάλιν καὶ τὴν ψυχὴν ἀνίεσθαι καὶ ἀνυγραίνεσθαι, μεταβάλλουσαν εἰς τὸ σωματοειδές. Ἄτοπος οὖν φαίνεται τῇ περιψύξει νῦν μὲν ἐξ ἀναισθήτων ποιῶν ἔμψυχα, νῦν δ᾽ εἰς ἀναίσθητα καὶ ἄψυχα μεταβάλλων τὸ πλεῖστον μέρος τῆς τοῦ κόσμου ψυχῆς. Ἄνευ δὲ τούτων, ὁ περὶ ψυχῆς γενέσεως αὐτῷ λόγος μαχομένην ἔχει πρὸς τὸ δόγμα τὴν ἀπόδειξιν. “Γίνεσθαι μὲν γὰρ,” φησὶ, “τὴν ψυχὴν ὅταν τὸ βρέφος ἀποτεχθῇ, “καθάπερ στομώσει τῇ περιψύξει τοῦ πνεύματος μεταβαλόντος·” ἀποδείξει D δὲ χρῆται “τοῦ γεγονέναι τὴν ψυχὴν, καὶ μεταγενεστέραν εἶναι, μάλιστα τῷ “καὶ τὸν τρόπον καὶ τὸ ἦθος ἐξομοιοῦσθαι τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι.” Βλέπεται δ᾽ ἡ τούτων ἐναντίωσις. Οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ψυχὴν πρὸ τῆς ἀποκυήσεως ἠθοποιεῖσθαι, γενομένην μετὰ τὴν ἀποκύησιν· ἢ συμβήσεται πρὶν ἢ γενέσθαι ψυχὴν, ὁμοίαν εἶναι ψυχῇ, τουτέστι, καὶ εἶναι τῇ ὁμοιότητι, καὶ μὴ εἶναι διὰ τὸ μήπω γεγονέναι. Εἰ δέ φησί τις ὅτι ταῖς κράσεσιν τῶν σωμάτων ἐγγινομένης τῆς ὁμοιότητος, αἱ ψυχαὶ γενόμεναι μεταβάλλουσι, διαφθείρει

B. 8. ὅτε δὲ—μεταβάλλων] Corrigendum puto, ὅτε δὲ μεταβαλὼν εἰς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὴν ἐναπολειφθεῖσαν ψυχὴν τρόπον τινὰ εἰς σῶμα μετέβαλεν. Sententiam in Latinis reddidi.
D. 6. ὁμοίαν εἶναι ψυχῇ] Mez. ὅμως εἶναι ψυχήν.

dentia; *Mundus enim omnino ignitus, ſtatim etiam animam ſuam et principem vim habet. Cum vero mutatur in humidum, tunc vero et animam intus contentam quodammodo in corpus mutat, ut ex iis conſtans aliam habeat rationem.* Nimirum hic palam *incendio etiam animæ expertes mundi partes* ait *in animatam converti naturam*; *reſtinctione autem rurſum animam debilitari et humectari, mutatam in quippiam corporis ſimile.* Abſurde ergo alias refrigeratione e carentibus ſenſu efficit animalia; alias maximam animæ mundi partem in ſenſus et animæ expertia redigit. Præterea vero, ratio ejus de generatione animæ nititur demonſtratione huic decreto contraria. *Fieri* enim inquit *animam, quando infans naſcitur, ſpiritu refrigeratione tanquam duratione quadam mutato. Natam autem eſſe animam, et poſteriorem eſſe ortu quam eſt corpus,* ſic probat: *quia et forma et moribus proles parentum fiat ſimilis.* Atque hæc quidem repugnantia eſt evidens. Fieri enim non poteſt ut ante partum moribus conformetur anima, quæ poſt partum demum naſcitur: alioquin efficietur, animam, priuſquam exſiſtat, ſimilem eſſe animæ, hoc eſt, et eſſe ſimilitudine, et non eſſe, cum nondum ſit nata. Sin dicas, temperiei corporum inſita ſimilitudine, animas poſt nativitatem mutari, corrum-

E τὸ τεκμήριον τοῦ γεγονέναι τὴν ψυχήν· ἐνδέχεται γὰρ οὕτω καὶ ἀγέννητον οὖσαν, ὅταν ἐπεισέλθῃ, μεταβάλλειν τῇ κράσει τῆς ὁμοιότητος.

μβ΄. "Τὸν ἀέρα" ποτὲ μὲν "ἀνωφερῆ καὶ κοῦφον εἶναι," φησί, ποτὲ δὲ "μήτε βαρὺν, μήτε κοῦφον." Ἐν μὲν οὖν τῷ δευτέρῳ Περὶ Κινήσεως, "τό, τε πῦρ ἀβαρὲς ὂν, ἀνωφερὲς εἶναι λέγει, καὶ τούτῳ παραπλησίως τὸν ἀέρα, τοῦ μὲν ὕδατος τῇ γῇ μᾶλλον προσνεμομένου, τοῦ δ᾽ ἀέρος τῷ πυρί." Ἐν δὲ ταῖς Φυσικαῖς Τέχναις, ἐπὶ τὴν ἑτέραν ῥέπει δόξαν, ὡς "μήτε βάρος ἐξ αὑτοῦ, μήτε κουφότητα τοῦ ἀέρος ἔχοντος."

F μγ΄. Τὸν ἀέρα φύσει ζοφερὸν εἶναι λέγει, καὶ τούτῳ τεκμηρίῳ χρῆται τοῦ καὶ ψυχρὸν εἶναι πρώτως· ἀντικεῖσθαι γὰρ αὐτοῦ τὸ μὲν ζοφερὸν πρὸς τὴν λαμπρότητα, τὸ δὲ ψυχρὸν, πρὸς τὴν θερμότητα τοῦ πυρός. Ταῦτα κινῶν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Φυσικῶν Ζητημάτων, πάλιν ἐν τοῖς Περὶ Ἕξεων, "οὐδὲν ἄλλο τὰς ἕξεις πλὴν ἀέρας εἶναι," φησίν· "ὑπὸ τούτων γὰρ συνέχεται τὰ σώματα· καὶ τοῦ ποιὸν ἕκαστον εἶναι τῶν ἕξει συνεχομένων αἴτιος ὁ συνέχων ἀήρ ἐστιν, ὃν σκληρότητα μὲν ἐν σιδήρῳ, πυκνότητα
1054 δ᾽ ἐν λίθῳ, λευκότητα δ᾽ ἐν ἀργύρῳ καλοῦσι" πολλὴν ἀτοπίαν καὶ μάχην τούτων ἐχόντων. Εἰ μὲν γὰρ μένει ὁποῖός ἐστι φύσει, πῶς τὸ μέλαν ἐν τῷ μὴ λευκῷ λευκότης γίνεται, καὶ τὸ μαλθακὸν ἐν τῷ μὴ σκληρῷ σκληρότης, καὶ τὸ μανὸν ἐν μὴ πυκνῷ πυκνότης; Εἰ δὲ μιγνύμενος ἐν τούτοις ἐξίσταται καὶ συνομοιοῦται, πῶς ἕξις ἐστὶν, ἢ δύναμις, ἢ αἰτία τούτων,

pes argumentum de origine animæ. Nam fieri poteſt hoc pacto, ut etiam non orta, tamen in corpus ingreſſa mutetur ob temperiem ſimilitudinis.

XLII. *Aërem* aliquando ait *levem eſſe, et qui ſurſum ſe efferat*; aliquando *neque gravem neque levem*. Nam in ſecundo De Motu libro, *ignem* ait *carere gravitate, ſurſum tamen efferri*; *eodemque modo aërem*; *quod aqua terræ magis attribuatur, aër igni*. At in Phyſicis Præceptis in alteram inclinat partem, nimirum *neque gravitatem ex ſeſe, neque levitatem habere aërem*.

XLIII. *Aërem ſuapte natura* ait *caliginoſum eſſe*, eoque argumento vult oſtendere *etiam frigidum primo eſſe*; *ejus enim tenebras ſplendori, frigiditatem calori ignis opponi*. Hæc cum in primo De Quæſtionibus Naturalibus moviſſet, in libris De Habitibus, *nihil aliud eſſe* ait *habitus, quam aëres: nam ab iis contineri corpora, et ut quodvis eorum quæ continentur certa ſit præditum qualitate, cauſſam eſſe aërem quo ea continentur*; *qui aër in ferro durities, in lapide ſoliditas, in argento albedo appelletur*. Atqui multum ineſt abſurdi, multum repugnantiæ huic opinioni. Nam ſi aër manet talis, qualis eſt ſuapte natura, quomodo nigrum in non albo fiet albedo, molle in non duro durities, rarum in non denſo denſitas? Sin vero his permixtus adſimilatur, ſuamque naturam amittit, quomodo habitus erit, aut facultas, aut cauſſa horum, a

ὑφ' ὧν κρατεῖται; πάσχοντος γάρ ἐστιν, οὐ δρῶντος, οὐδὲ συνέχοντος, ἀλλ'
ἐξασθενοῦντος ἡ τοιαύτη μεταβολή, καθ' ἣν ἀπόλλυσι τὰς αὐτοῦ ποιότητας.
Καίτοι πανταχοῦ τὴν ὕλην ἀργὸν ἐξ ἑαυτῆς καὶ ἀκίνητον ὑποκεῖσθαι ταῖς
ποιότησιν ἀποφαίνουσι, τὰς δὲ ποιότητας πνεύματα οὔσας καὶ τόνους ἀερώ-
δεις οἷς ἂν ἐγγένωνται μέρεσι τῆς ὕλης εἰδοποιεῖν ἕκαστα καὶ σχηματίζειν.
Ταῦτ' οὐκ ἔνεστι λέγειν αὐτοῖς τὸν ἀέρα φύσει τοιοῦτον ὑποτιθεμένοις· ἕξις
γὰρ ὢν καὶ τόνος αὐτῷ συνεξομοιώσει τῶν σωμάτων ἕκαστον, ὥστε μέλαν εἶναι B
καὶ μαλθακόν. Εἰ δὲ τῇ πρὸς ἐκεῖνα κράσει τὰς ἐναντίας λαμβάνει
μορφάς, ἃς ἔχειν πέφυκεν ὕλη· τρόπον τινὰ τῆς ὕλης οὐκ αἴτιον, οὐδὲ
δύναμίς ἐστιν.

μδʹ. Ὅτι "τοῦ κόσμου κενὸν ἐκτὸς ἄπειρόν ἐστι, τὸ δ' ἄπειρον
"οὔτε ἀρχήν, οὔτε μέσον, οὔτε τελευταῖον ἔχει," πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ λέ-
γεται. Καὶ τούτῳ μάλιστα τὴν λεγομένην ὑπὸ Ἐπικούρου τῆς ἀτόμου κάτω
φορὰν ἐξ αὐτῆς ἀναιροῦσιν, οὐκ οὔσης ἐν ἀπείρῳ διαφορᾶς, καθ' ἣν τὸ C
μὲν ἄνω, τὸ δὲ κάτω νοεῖται γινόμενον. Ἀλλ' ἔν γε τῷ τετάρτῳ Περὶ
Δυνατῶν μέσον τινὰ τόπον καὶ μέσην χώραν ὑποθέμενος, ἐνταῦθά φησιν
ἱδρῦσθαι τὸν κόσμον· ἔστι δ' ἡ λέξις αὐτή, "Διὸ καὶ ἐπὶ τοῦ κόσμου εἰ
"ῥητέον αὐτὸν φθαρτὸν εἶναι, λόγου οἴομαι δεῖσθαι. Οὐ μὴν ἀλλὰ μᾶλλον

A. 9. οὔσας] Sic B. Venet. 1. Vulgo, οὓς δή.
B. 1. μέλαν] Sic B. Venet. 1. Amiot. Vulgo, μάλα.
B. 3. ἃς ἔχειν] Sic B. Venet. 1. a secunda manu, Anon. Schott. T. V. B. Vulgo, αἷς ἔχειν.
C. 4. εἰ ῥητέον] εἰ additum ex B. F. Venet. 1.
C. 5. φθαρτὸν] Forte cum Mez. legendum, ἄφθαρτον.
C. 5. οἴομαι] Sic B. Venet. 1. Vulgo, οἰόμενον.

quibus ſuperatur? Patientis enim eſt, et non agentis aut continentis, ſed vires ſuas amittentis iſthæc mutatio, qua ſuas quid qualitates perdit. Atqui ubique hoc affirmant, *materiam ſuapte natura otioſam et immobilem ſubjici qualitatibus*; *qualitates autem eſſe ſpiritus aut contentiones* (id *tonos* ipſi dicunt) *aëreas*, *quæ in quibus materiæ partibus inhæreſcant, eas informent.* Hæc dicere ipſis non licet, *aërem natura talem* ponentibus. Si enim habitus ſit et contentio aër, ſibi unumquodque corporum reddet ſimile, ut atrum fiat et molle. Sin contemperatione cum iſtis contrarias ſuæ naturæ formas accipit, eas quas habet materia; quodammodo materiei non cauſſa et facultas erit.

XLIV. Sæpenumero Chryſippus hoc dicit, *extra mundum eſſe quoddam inane infinitum: infinitum autem principio, medio, extremoque carere:* eoque Stoici maxime utuntur ad refellendam eam, quam Epicurus uſurpavit atomi ſua ſponte deorſum motionem: *quod non ſit in infinito diſcrimen, ſecundum quod alia ſupra, alia infra eſſe dicantur.* Verum idem in quarto De Poſſibilibus libro, medium quendam locum, mediamque ſtatuit regionem, ubi poſitus ſit mundus: Verba ſunt hæc: *Itaque etiam de Mundo ſi dicendum eſt, eum ab interitu eſſe immunem; argumentis opus eſt. Mihi tamen ſic videtur*

"ἐμοὶ φαίνεται οὕτως ἔχειν. Οἱονεὶ δὲ εἰς τὴν ὥσπερ ἀφθαρσίαν πολύ
"τι αὐτῷ συνεργεῖ καὶ ἡ τῆς χώρας κατάληψις, οἷον διὰ τὸ ἐν μέσῳ
"εἶναι· ἐπεὶ εἰ ἀλλαχῆ νοηθείη ὢν, καὶ παντελῶς ἂν αὐτῷ συνάπτοι ἡ
D "φθορά." Καὶ μετὰ μικρὸν αὖθις· "Οὕτω γάρ πως καὶ ἡ οὐσία συν-
"τέτευχεν ἀϊδίως τὸν μέσον κατειληφυῖα τόπον, εὐθὺς τοιάδε τις οὖσα,
"ὥστε καθ' ἕτερον τρόπον, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν συντυχίαν μὴ ἐπιδέχεσθαι
"αὐτὴν φθοράν, κατὰ τοῦτ' εἶναι ἀΐδιον." Ταῦτα μίαν μὲν ἔχει κατα-
φανῆ καὶ βλεπομένην ἐναντίωσιν, ἐν ἀπείρῳ μέσον τινὰ τόπον, καὶ μέσην
χώραν ἀπολείποντος· δευτέραν δὲ ἀδηλοτέραν μὲν, ἀλογωτέραν δὲ ταύτης.
Οἰόμενος γὰρ οὐκ ἂν ἄφθαρτον διαμένειν τὸν κόσμον εἰ κατ' ἄλλο μέρος
E αὐτῷ τοῦ κενοῦ συνετέτευχε γενέσθαι τὴν ἵδρυσιν, δῆλός ἐστι δεδιὼς μὴ τῶν
μερῶν τῆς οὐσίας ἐπὶ τὸ μέσον φερομένων, διάλυσις καὶ φθορὰ τοῦ κόσμου
γένοιτο. Ταῦτα δ' οὐκ ἂν ἐφοβεῖτο μὴ φύσει τὰ σώματα φέρεσθαι παν-
ταχόθεν ἐπὶ τὸ μέσον ἡγούμενος, οὐ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς περιεχούσης τὴν
οὐσίαν χώρας· περὶ οὗ καὶ πολλάκις εἴρηκεν, ὡς "ἀδυνάτου καὶ παρὰ φύσιν
"ὄντος· οὐ γὰρ ὑπάρχειν ἐν τῷ κενῷ διαφορὰν, ᾗ τὰ σώματα δευρὶ
"μᾶλλον ἢ δευρὶ προσάγεται· τὴν δὲ τοῦ κόσμου σύνταξιν, αἰτίαν εἶναι τῆς
"κινήσεως ἐπὶ τὸ κέντρον, καὶ τὸ μέσον αὐτοῦ, νευόντων καὶ φερομένων
"πανταχόθεν." Ἀρκεῖ δ' εἰς τοῦτο παραθέσθαι λέξιν ἐκ τοῦ δευτέρου Περὶ

C. 6. Οἱονεὶ] Hujus interpretamentum eſt ὥσπερ, extrinſecus illud adjectum. Locum ita conſtituam, Εἰς δὲ τὴν οἱονεὶ ἀφθαρσίαν—.

D. 3. ὥστε καθ' ἕτερον—ἀΐδιον] Forte, ὥστε κατά τε τὸν τόπον ἅμα, καὶ διὰ τὴν συντυχίαν, μὴ ἐπιδέχεσθαι αὐτὴν φθορὰν, καὶ κατὰ τοῦτ' εἶναι ἀΐδιον.

habere ſe Mundus. Sed ad hanc quaſi immunitatem ab interitu multum ei confert loci occupatio; nempe quod in medio eſt. Nam ſi eum alibi eſſe cogitetur, omnino ei accidet interitus. Rurſumque paulo poſt: *Sic enim quodammodo ſubſtantiæ ejus contigit, ut æterne medium nacta locum ſit, ſtatimque talis exſtiterit; ut, cum propter locum, tum propter contigentiæ caſum, immunis ab interitu, et ob id ſempiterna ſit.* Hæc unam habent manifeſtam, et in oculos incurrentem repugnantiam: qua medius in infinito locus ſtatuitur. Alia ut obſcurior eſt, ita plus habet abſurdi. Dum enim opinatur ab interitu non potuiſſe immunem ſervari mundum, ſi ei locus in alia infiniti parte obtigiſſet, ſatis apparet eum metuiſſe, ne partibus ſubſtantiæ ejus ad medium vergentibus, diſſipatio et interitus eveniret. Sed id non metuiſſet niſi exiſtimaſſet, natura corpora undiquaque ad medium ferri, non ſubſtantiæ, ſed continentis ſubſtantiam ſpatii: de quo ſpatio etiam ſæpe dixit, *quod impoſſibile ſit et naturæ contrarium: non enim eſſe in vacuo diſcrimen, cur corpora huc magis quam illuc vergerent: ſed mundi conſtitutionem cauſſam eſſe ut ad centrum ejus corpora undiquaque inclinent ac ferantur.* Satis eſt huc af-

Κινήσεως· ὑπειπὼν γὰρ ὅτι, "τέλεον μὲν ὁ κόσμος σῶμά ἐστιν, οὐ τέλεα F
"δὲ τὰ τοῦ κόσμου μέρη, τῷ πρὸς τὸ ὅλον πως ἔχειν, καὶ μὴ καθ' αὑτὰ
"εἶναι" καὶ περὶ τῆς κινήσεως αὐτοῦ διελθὼν, ὡς "ἐπὶ τὴν συμμονὴν καὶ
"τὴν συνοχὴν τὴν ἑαυτοῦ κινεῖσθαι διὰ τῶν μερῶν πάντων πεφυκότος, οὐκ
"ἐπὶ τὴν διάλυσιν καὶ τὴν θρύψιν," ταῦτ' εἴρηκεν· "Οὕτω δὲ τοῦ ὅλου τει-
"νομένου εἰς ταὐτὸ, καὶ κινουμένου, καὶ τῶν μορίων ταύτην τὴν κίνησιν ἐχόντων
"ἐκ τῆς τοῦ σώματος φύσεως, πιθανὸν πᾶσι τοῖς σώμασιν εἶναι τὴν πρώ- 1055
"την κατὰ φύσιν κίνησιν πρὸς τὸ τοῦ κόσμου μέσον, τῷ μὲν κόσμῳ οὑτωσὶ
"κινουμένῳ πρὸς αὑτὸν, τοῖς δὲ μέρεσιν, ὡς ἂν μέρεσιν οὖσιν." Εἶτα,
φήσαι τις ἂν, ὦ ἄνθρωπε, τί παθὼν ἐπελάθου τῶν λόγων τούτων, ὥστε τὸν
κόσμον, εἰ μὴ τὴν μέσην χώραν ἐκ τύχης κατειλήφει, διαλυτὸν καὶ
φθαρτὸν ἀποφαίνειν; Εἰ γὰρ αὐτός γε νεύειν ἐπὶ τὸ αὑτοῦ μέσον ἀεὶ πέ-
φυκεν, καὶ τὰ μέρη πρὸς τοῦτο κατατείνειν πανταχόθεν, ὅποι ποτ' ἂν τοῦ
κενοῦ μετατεθῇ, συνέχων ἑαυτὸν οὕτω καὶ περιστέλλων, ἄφθαρτος καὶ
ἄθρυπτος διαμένει· τὰ γὰρ θρυπτόμενα καὶ σκεδαννύμενα τοῦτο πάσχει δια- B
κρίσει τῶν μερῶν ἑκάστου καὶ διαλύσει πρὸς τὸν οἰκεῖον τόπον ἐκ τοῦ παρὰ
φύσιν ἀποῤῥέοντος. Σὺ δ', εἰ καὶ ἄλλο τοῦ κενοῦ τεθείη ὁ κόσμος, οἰόμενος
οὕτω παντελῆ συνάπτεσθαι φθορὰν, καὶ λέγων οὕτω, καὶ διὰ τοῦτο μέσον
ἐν τῷ μηδὲν ἔχειν πεφυκότι μέσον τῇ τῶν ἀπείρῳ, τὰς μὲν τάσεις καὶ

F. 2. τῷ πρὸς τὸ ὅλον] τῷ, pro vulgato τὸ, ſumſimus ab E. Xyl. Mez.
A. 3. κινουμένῳ πρὸς αὑτὸν] Sic B. E. Venet. 1. 2. Vulgo, κινουμένου πρὸς αὐτῶν. Ald. Baſ. Xyl. κινουμένου πρὸς αὐτόν.
A. 6. τὸ αὑτοῦ μέσον] Sic B. F. Leonic. Schott. Anon. αὑτοῦ T. V. B. Vulgo, τὸ αὐτὸ μέσον.
B. 3. οἰόμενος οὕτω] Legendum, οἰόμενος αὐτῷ—.
B. 5. τῇ τῶν ἀπείρῳ] ἀπείρῳ ſumſi ab Amiot. et Mez. pro ἀπείρων. In τῇ τῶν puto latere veram lectionem, πλάττων vel ſimile quid: B. habet τί τῶν, unde forte quis fingat τίκτων.

ferre verba ejus e ſecundo De Motu libro. Cum enim dixiſſet, *mundi corpus perfectum eſſe, partes mundi non perfectas, quia ad totum certo modo affectæ, non per ſe eſſent*, locutus deinceps de motu mundi, *cujus ea eſſet natura, ut omnes partes ad compagem et cohæſionem ſui non ad diſſolutionem et contritionem ferrentur*, hæc infert, *Sic autem toto in ſe tendente et moto, partibuſque hunc motum habentibus e natura corporis, probabile eſt omnibus corporibus primum eſſe motum naturalem ad mundi medium; mundo, ut ſic verſus ſeſe moveatur; partibus, ut partibus.* Hic aliquis dicat: Quid ergo tibi, mi homo, accidit, ut horum oblitus pronunciares, *mundum, niſi fortuito medium occupaſſet locum, interiturum fuiſſe?* Si enim ea ipſius natura eſt, ut ſemper ad medium inclinet, ad idque partes undiquaque contendant; ſane quocumque tandem infiniti loco ponatur ſic ſeſe continens atque complectens, integer manebit. Quæ enim franguntur ac diſſipantur, iis id accidit ſingularum partium ad ſuum proprium locum conceſſione ab eo quem præter naturam occupaverant. Tu autem putans mundum ſi alio inanis loco ponatur, omnino interiturum, idque affirmans, atque idcirco medium,

συνοχὰς καὶ νεύσεις ἐκείνας, ὡς οὐδὲν ἐχέγγυον εἰς σωτηρίαν ἐχούσας, ἀφῆκας, τῇ δὲ καταλήψει τοῦ τόπου τὴν σύμπασαν αἰτίαν τῆς διαμονῆς ἀνέθηκας. Καίτοι τοῖς προειρημένοις ταῦτα συνάπτεις, ὥσπερ αὐτὸς σεαυ-
C τὸν ἐξελέγξαι φιλοτιμούμενος· " Ὃν τρόπον δὲ κινεῖται ἕκαστον τῶν μο-
" ρίων, συμφυὲς ὂν τῷ λοιπῷ, εὔλογον οὕτω καὶ καθ' αὑτὸ κινεῖσθαι· καὶ
" εἰ λόγου χάριν νοήσαιμεν αὐτὸ καὶ ὑποθοίμεθα εἶναι ἐν κενῷ τινι τοῦ κόσμου
" τούτου· ὡς γὰρ ἂν συνεχόμενον πάντοθεν ἐκινεῖτο ἐπὶ τὸ μέσον, μένει ἐν
" τῇ κινήσει ταύτῃ, κἂν λόγου χάριν ἐξαίφνης περὶ αὐτὸ γένηται κενόν." Εἶτα μέρος μὲν ὁπουοῦν ὑπὸ κενοῦ περιληφθὲν οὐκ ἀποβάλλει τὴν ἐπὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον ἄγουσαν ῥοπήν· αὐτὸς δ' ὁ κόσμος, ἂν μὴ τὴν μέσην παρασκευάσῃ χώραν αὐτῷ τὸ αὐτόματον, ἀπολεῖ τὸν συνεκτικὸν τόνον, ἄλλοις ἀλλαχόσε τῆς οὐσίας αὐτοῦ μέρεσι φερομένοις.

με΄. Καὶ ταῦτα μὲν ἔχει μεγάλας ὑπεναντιώσεις πρὸς τὸν φυσικὸν
D λόγον· ἐκεῖνο δὲ ἤδη καὶ πρὸς τὸν περὶ Θεοῦ καὶ Προνοίας, τὸ τὰ μικρότατα τῶν αἰτίων τούτοις ἀναθέντα, τὸ κυριώτατον ἀφαιρεῖσθαι καὶ μέγιστον. Τί γάρ ἐστι κυριώτερον τῆς τοῦ κόσμου διαμονῆς, ἢ τὸ τὴν οὐσίαν ἡνωμένην τοῖς μέρεσι συνέχεσθαι πρὸς αὑτήν; Ἀλλὰ τοῦτό γε συμπέπτωκεν αὐτομάτως κατὰ Χρύσιππον. Εἰ γὰρ ἡ τοῦ τόπου κατάληψις αἰτία τῆς ἀφθαρ-

B. 8. — σεαυτὸν] Sic B. Vulgo, ἑαυτόν.
C. 5. περὶ αὐτὸ] Sic Venet. 1. Vulgo, περὶ αὐτόν.
C. 6. ἐπὶ τὸ τοῦ κόσμου μέσον] Sic B. Venet. 1. Anon. Schott. Coll. Muret. Vulgo, ἐπὶ τοῦ κόσμου μέσην.
C. 9. φερομένοις] Malim φερόμενος; vel φερομένης, quo ducit Veneti 1. φαινομένης.

rei nullum admittenti medium, assignans, contentiones illas, complexus, et momenta, ut nullam vim salutis præstandæ habentia omisisti, occupationi loci totam permansionis caussam attribuisti. Et quidem prædictis hæc annectis, tanquam studio habens teipsum refellere: *Quo autem modo quævis pars movetur, annata reliquis, rationi consentaneum est eodem etiam per se moveri. Et si, verbi gratia, imaginemur eam in aliquo hujus mundi vacuo: sicut undiquaque contenta ad medium ferretur, in eodem manet motu; item, si, verbi gratia, subito circum eam inane exstitisset.* Ergo quævis pars a vacuo circumventa non amittit momentum quo ad medium fertur suum: ipse mundus, nisi medium ei locum casus paret, vim continentem amittet, aliis ejus substantiæ partibus alio sese incitantibus.

XLV. Atque hæc multa habent valde repugnantia rationibus naturalibus. Hoc vero jam Deo etiam et Providentiæ adversatur, quod his minimas ac levissimas caussas attribuit, præcipuis et summis ademtis. Quid enim magis continet mundi perpetuitatem, quam quod substantia ejus suis partibus unita a sese continetur? atqui hoc fortuito factum casu Chrysippus asserit. Nam si loci

σίας ἐστὶν, αὕτη δὲ συντυχίᾳ γέγονεν, δῆλον ὅτι συντυχίας ἔργον ἡ σωτηρία τῶν ὅλων ἐστὶν, οὐχ Εἱμαρμένης καὶ Προνοίας.

μς'. Ὁ δὲ τῶν Δυνατῶν λόγος πρὸς τὸν τῆς Εἱμαρμένης λόγον αὐτῷ πῶς οὐ μαχόμενός ἐστιν; Εἰ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν ὅπερ ἢ ἔστιν ἀληθὲς, ἢ E
ἔσται, κατὰ Διόδωρον, ἀλλὰ πᾶν τὸ ἐπιδεκτικὸν τοῦ γενέσθαι, κἂν μὴ μέλλῃ γενήσεσθαι, δυνατόν ἐστιν, ἔσται δυνατὰ πολλὰ τῶν μὴ καθ' Εἱμαρμένην ἀνίκητον καὶ ἀνεκβίαστον καὶ περιγενητικὴν ἁπάντων, ἢ Εἱμαρμένην δύναμιν ἀπόλλυσιν, ἢ ταύτης οἵαν ἀξιοῖ Χρύσιππος οὔσης, τὸ ἐπιδεκτικὸν τοῦ γενέσθαι πολλάκις εἰς τὸ ἀδύνατον ἐμπεσεῖται· καὶ πᾶν μὲν ἀληθὲς ἀναγκαῖον ἔσται τῇ κυριωτάτῃ πασῶν ἀνάγκῃ κατειλημμένον· πᾶν δὲ F
ψεῦδος ἀδύνατον, τὴν μεγίστην ἔχον αἰτίαν ἀντιπίπτουσαν αὐτῷ πρὸς τὸ ἀληθὲς γενέσθαι. Ὧι γὰρ ἐν θαλάσσῃ πεπρωμένον ἐστὶν ἀποθανεῖν, πῶς οἷόν τε τοῦτον ἐπιδεκτικὸν εἶναι τοῦ ἐν γῇ ἀποθανεῖν; τί δὲ τὸν Μεγαροῖ δυνατόν ἐστιν ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας, ὑπὸ τῆς Εἱμαρμένης κωλυόμενον;

μζ'. Ἀλλὰ μὴν καὶ τὰ περὶ τῶν φαντασιῶν λεγόμενα νεανικῶς, πρὸς τὴν Εἱμαρμένην ἐναντιοῦνται. Τὴν γὰρ φαντασίαν βουλόμενος οὐκ οὖσαν αὐτοτελῆ τῆς συγκαταθέσεως αἰτίαν ἀποδεικνύειν, εἴρηκεν ὅτι " βλά-
" ψουσιν οἱ σοφοὶ ψευδεῖς φαντασίας ἐμποιοῦντες, ἂν αἱ φαντασίαι ποιῶσιν

E. 2. ἐπιδεκτικὸν] Sumsimus a B. E. Venet. 1. Vulgo, ἐπιδεκτόν.
E. 3. τῶν μὴ καθ'] Forte, τῶν μὴ γενησομένων καθ'.
E. 4. ἢ Εἱμαρμένην—ἀπόλλυσιν] Forte, καὶ ἡ Εἱμαρμένη τὴν δύναμιν ἀπόλλυσιν.
E. 5. οἵαν] Sic Anon. T. V. B. Mez. Vulgo, οἷον.
F. 4. τὸν Μεγαροῖ] Forte τὸν μενοῦντα Μεγαροῖ. P. omittit τὸν: quæ omissio non satisfacit huic loco.

occupatio caussa est perpetuitatis, et locus casu occupatus fuit, haud dubie fortuiti eventus est conservatio Universi, non Fati aut Providentiæ opus.

XLVI. Ratio autem de Possibilibus quomodo non repugnet doctrinæ de Fato? Si enim possibile id non est, quod aut est, aut erit verum, ut sentit Diodorus; sed omne cui contingere queat ut fiat, etiamsi futurum non sit, possibile est, multa erunt possibilia eorum, quæ non fiunt Fato insuperabili atque immobili, et omnia vincente: et sic Fati ratio evertitur. Sin est *Fatum*, ut vult Chrysippus, *facultas contingendi ut aliquid fiat*, sæpe in impossibile incidet. Et omne quidem verum necessarium erit, comprehensum ea, quæ in omnia jus habet, necessitate: omne autem falsum erit impossibile, maxima caussarum obsistente ne fiat verum. Cui enim fatale est in mari perire, quomodo fieri potest ut ei contingat mors in terra? et quomodo Megaris Athenas venire queat, qui a Fato impeditur?

XLVII. Quinetiam quæ audacter de Visis pronunciat, Fati rationi reclamant. Ut enim ostenderet *Visum non esse ex se perfectam Assensionis caussam*, ait *damnosos fore Sapientes, qui Visa falsa in animis*

"αὐτοτελῶς τὰς συγκαταθέσεις· πολλάκις γὰρ οἱ σοφοὶ ψεύδει χρῶνται
1056 "πρὸς τοὺς φαύλους, καὶ φαντασίαν παριστᾶσι πιθανήν, οὐ μὴν αἰτίαν
"τῆς συγκαταθέσεως· ἐπεὶ καὶ τῆς ὑπολήψεως αἰτία τῆς ψευδοῦς ἔσται
"καὶ τῆς ἀπάτης." Ταῦτ' οὖν ἄν τις ἀπὸ τοῦ σοφοῦ μεταφέρων ἐπὶ τὴν Εἱμαρμένην, λέγῃ μὴ διὰ τὴν Εἱμαρμένην γίνεσθαι τὰς συγκαταθέσεις· ἐπεὶ διὰ τὴν Εἱμαρμένην ἔσονται καὶ ψευδεῖς συγκαταθέσεις, καὶ ὑπολήψεις, καὶ ἀπάται, καὶ βλαβήσονται διὰ τὴν Εἱμαρμένην· ὁ τοῦ βλάπτειν τὸν σοφὸν ἐξαιρούμενος λόγος, ἅμα καὶ τὸ μὴ πάντων αἰτίαν εἶναι τὴν Εἱμαρμένην ἀποδείκνυσιν. Εἰ γὰρ μήτε δοξάζουσι, μήτε βλάπτονται διὰ τὴν
B Εἱμαρμένην· δῆλον ὅτι οὐδὲ κατορθοῦσιν, οὐδὲ φρονοῦσιν, οὐδὲ ὑπολαμβάνουσι βεβαίως, οὐδ' ὠφελοῦνται διὰ τὴν Εἱμαρμένην· ἀλλ' οἴχεται τὸ πάντων αἰτίαν εἶναι τὴν Εἱμαρμένην. Ὁ δὲ λέγων ὅτι Χρύσιππος οὐκ αὐτοτελῆ τούτων αἰτίαν, ἀλλὰ προκαταρκτικὴν μόνον ἐποιεῖτο τὴν Εἱμαρμένην, ἐκεῖ πάλιν αὐτὸν ἀποδείξει μαχόμενον πρὸς αὐτόν, ὅπου τὸν μὲν Ὅμηρον ὑπερφυῶς ἐπαινεῖ περὶ τοῦ Διὸς λέγοντα,

Τῷ ἔχεθ' ὅ, τι κεν ὔμμι κακὸν πέμπῃσιν ἑκάστῳ,
Ἢ ἀγαθόν·

καὶ τὸν Εὐριπίδην,

Ὦ Ζεῦ, τί δῆτα τοὺς ταλαιπώρους βροτοὺς
C Φρονεῖν λέγοιμ' ἄν; σοῦ γὰρ ἐξηρτήμεθα,
Δρῶμέν τε τοιάδ' ἃ σὺ τυγχάνεις φρονῶν·

B. 5. ἐκεῖ] Revocata vetus lectio ex Ald. Baſ. Xyl. B. E. F. Venet. 1. P. Vulgo, ἐκεῖνος, quod Steph. habuit ex Jannot. Schott. Anon. Coll. Muret.

excitent, ſi quidem Viſa Aſſenſionem abſolute perficiant; ſæpe enim Sapientes adverſum vitioſos utuntur mendacio, et probabile Viſum objiciunt, non tamen Aſſenſionem; quæ cauſſa eſſet futura falſæ opinionis et erroris. Hæc vero a Sapiente aliquis in Fatum transferens, dixerit Aſſenſiones non fieri propter Fatum: nam ſic Fatum etiam falſis opinionibus, erroribus, damnis cauſſam præbebit. Sic ratio quæ *Sapientem* facit *nemini nocere*, una oſtendet Fatum non eſſe omnium cauſſam. Nam ſi non opinantur homines vi Fati, neque læduntur; ne agendi quidem recte, ſapiendi, conſtanter aliquid ſentiendi, aut utilitatem percipiendi cauſſa erit Fatum: actumque eſt de eo pronunciato, quo *Fatum omnium rerum cauſſa* ponitur. Qui autem reſpondeat, Chryſippum non perfectam rerum cauſſam, ſed antecedentem duntaxat cauſſam Fatum ſtatuere, rurſum oſtendet eum ſecum pugnare. Aliquando enim Homerum ſummis vehit laudibus, qui hæc de Jove dixerit:

Ergo quod unicuique bonum dabit ille, malumve,
Accipite :———

et hæc Euripidis:

Quid, O Tonans, ſententiæ mortalibus
Dicam eſſe? namque a te nos ſuſpenſi ſumus,
Agimuſque, ſicut ſtat tibi ſententia:

αὐτὸς δὲ πολλὰ τούτοις ὁμολογούμενα γράφει, τέλος δέ φησι, μηδὲν ἴσχεσθαι μηδὲ κινεῖσθαι μηδὲ τοὐλάχιστον, ἄλλως ἢ κατὰ τὸν τοῦ Διὸς λόγον· ὃν τῇ Εἱμαρμένῃ τὸν αὐτὸν εἶναι. Ἔτι τοίνυν, τὸ μὲν προκαταρκτικὸν αἴτιον ἀσθενέστερόν ἐστι τοῦ αὐτοτελοῦς, καὶ οὐκ ἐξικνεῖται κρατούμενον ὑπ' ἄλλων ἐξανισταμένων· τὴν δὲ Εἱμαρμένην αἰτίαν ἀνίκητον καὶ ἀκώλυτον καὶ ἄτρεπτον ἀποφαίνων, αὐτὸς Ἄτροπον καλεῖ καὶ Ἀδράστειαν καὶ Ἀνάγκην, καὶ Πεπρωμένην, ὡς πέρας ἅπασιν ἐπιτιθεῖσαν. Πότερον οὖν τὰς συγ- D
καταθέσεις μὴ λέγωμεν ἐφ' ἡμῖν εἶναι, μηδὲ τὰς ἀρετὰς, μηδὲ τὰς κακίας, μηδὲ τὸ κατορθοῦν, μηδὲ τὸ ἁμαρτάνειν· ἢ τὴν Εἱμαρμένην λέγωμεν ἐλλείπουσαν εἶναι, καὶ τὴν Πεπρωμένην ἀπεράτωτον, καὶ τὰς τοῦ Διὸς κινήσεις καὶ σχέσεις ἀσυντελέστους; Τούτων γὰρ ἕπεται τὰ μὲν τῷ αὐτοτελῆ, τὰ δὲ τῷ προκαταρκτικὴν μόνον αἰτίαν εἶναι τὴν Εἱμαρμένην. Αὐτοτελὴς μὲν γὰρ αἰτία πάντων οὖσα, τὸ ἐφ' ἡμῖν καὶ τὸ ἑκούσιον ἀναιρεῖ· προκαταρκτικὴ δὲ, τὸ ἀκώλυτος εἶναι καὶ τελεσιουργὸς, ἀπόλλυσιν. Οὐδὲ γὰρ ἅπαξ ἢ E
δὶς, ἀλλὰ πανταχοῦ, μᾶλλον δὲ ἐν πᾶσι τοῖς Φυσικοῖς γέγραφεν, "ταῖς μὲν κατὰ μέρος φύσεσι καὶ κινήσεσιν ἐνστήματα πολλὰ γίνεσθαι καὶ κωλύματα, τῇ δὲ τῶν ὅλων, μηδέν." Καὶ πῶς, εἰς τὰς κατὰ μέρος ἡ τῶν ὅλων διατείνουσα κίνησις, ἐμποδιζομένων καὶ κωλυομένων ἐκείνων, ἀνεμπόδιστος αὐτὴ καὶ ἀκώλυτός ἐστιν; Οὐδὲ γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις

C. 5. προκαταρκτικὸν] Sic B. Venet. 1. Vulgo, καταρκτικόν.
D. 3. ἢ τὴν Εἱμαρμένην λέγωμεν] Primum eſt ex E. T. poſtremum ex E. Venet. 1. Vulgo, εἰ τὴν Εἱμαρμένην λέγομεν.
D. 7. μὲν γὰρ αἰτία] γὰρ additum ex B. E. Venet. 1. 2. P.
E. 3. φύσεσι] σχέσεσι Salmaſ.

et cum his conſentientia multa ſcripſiſſet, tandem ait *nihil ne minimum quidem vel quieſcere vel moveri ſine Jovis ſententia, quæ idem ac Fatum ſit.* At enim cauſſa antecedens infirmior eſt quam quæ vim in ſe habet perfectam, aliiſque reſiſtentibus non pervenit eo quo intenderat. *Fatum* Chryſippus *cauſſam inſuperabilem, quæque impediri aut mutari nullo modo poſſit* pronuncians, ipſe *Atropon* (quaſi immutabilem) *et Adraſteam et Neceſſitatem et, ut finem omnibus imponentem, Pepromenem* appellat. Utrum ergo dicemus, in noſtra poteſtate neque Aſſenſionem eſſe, neque virtutes, neque vitia, neque officia, neque peccata; aut Fatum ad finem propoſitum non pertingere, et Jovis voluntatem non confieri? Iſtorum enim hoc ſequitur, ſi Fatum cauſſam ponas ex ſe perfectam; illud, ſi tantum antecedentem. Nam ſi cauſſa eſt perfecta, noſtra in poteſtate nihil, nihil voluntati noſtræ relinquit; ſi antecedens, impediri jam poterit, neque vim habebit ad finem ſine impedimento perveniendi. Non enim ſemel atque iterum, ſed ubique in omnibus Phyſicis ſcripſit Chryſippus, *particularibus naturis ac motibus multa occurrere impedimenta, Univerſi naturæ nullum.* Et quomodo Univerſi motus ad partium motus cum pertineant, his impeditis ipſi non impedientur? Non

ἀνεμπόδιστος, εἰ μηδὲ ἡ τοῦ ποδὸς ἢ τῆς χειρὸς· οὐδ᾽ ἡ τῆς νεὼς κίνησις ἀκώλυτος ἂν εἴη, εἰ αἱ περὶ τὸ ἱστίον ἢ τὴν εἰρεσίαν ἐνέργειαι κωλύσεις τινὰς ἔχωσιν. Ἄνευ δὲ τούτων, εἰ μὲν αἱ φαντασίαι μὴ γίνονται καθ᾽
F Εἱμαρμένην τῶν συγκαταθέσεων· εἰ δ᾽ ὅτι ποιεῖ φαντασίας ἀγωγοὺς ἐπὶ τὴν συγκατάθεσιν, καθ᾽ Εἱμαρμένην αἱ συγκαταθέσεις γίνεσθαι λέγονται, πῶς οὐ μάχεται πρὸς ἑαυτὴν πολλάκις ἐν τοῖς μεγίστοις διαφόρους ποιοῦσα φαντασίας, καὶ περισπώσας ἐπὶ τἀναντία τὴν διάνοιαν; ὅτε τοὺς προστιθεμένους τῇ ἑτέρᾳ καὶ μὴ ἐπέχοντας, ἁμαρτάνειν λέγουσιν· ἂν μὲν ἀδήλοις εἴκωσι, προσπίπτοντας· ἂν δὲ ψευδέσι, διαψευδομένους· ἂν δὲ κοινῶς ἀκαταλήπτοις, δοξάζοντας. Καίτοι δὴ τριῶν ὄντων, ἢ μὴ πᾶσαν εἶναι φαντασίαν Εἱμαρμένης ἔργον, ἢ πᾶσαν παραδοχὴν καὶ συγκατάθεσιν φαν-
1057 τασίας ἀναμάρτητον, ἢ μηδὲ αὐτὴν τὴν Εἱμαρμένην ἀνεπίληπτον· οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως ἀνέγκλητός ἐστι, τοιαύτας ποιοῦσα φαντασίας, αἷς τὸ μὴ μάχεσθαι μηδ᾽ ἀντιβαίνειν, ἀλλ᾽ ἕπεσθαι καὶ εἴκειν, ἐγκλητόν ἐστιν. Καὶ μὴν ἔν γε τοῖς πρὸς τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς ἀγῶσιν ὁ πλεῖστος αὐτῷ τε Χρυσίππῳ καὶ Ἀντιπάτρῳ πόνος γέγονε περὶ τοῦ "μήτε πράττειν μήτε "ὁρμᾶν ἀσυγκαταθέτως, ἀλλὰ πλάσματα λέγειν καὶ κενὰς ὑποθέσεις, τοὺς

E. 8. εἰ αἱ περὶ—ἐνέργειαι] Ex magna lectionum varietate hoc elegi oblatum a B. et Veneti 1. manu secunda. Vulgo, εἰ περὶ—ἐνέργειαν.

E. 9. γίνονται καθ᾽ Εἱμαρμένην] Excidit consequens, ut asterisco notavit Xyl. Amiot. et Mez. supplent, πῶς εἰσιν αἰτίαι: sane, hujusmodi quid requiritur.

F. 6. προσπίπτοντας] Forte προπίπτοντας, ut Salmas. Omnes libri vulgatum tuentur.

F. 7. Καίτοι δὴ τριῶν ὄντων] Corrigendum, Καίτοι δεῖ, τριῶν ὄντων, ἢ— : nisi post ἀνεπίληπτον conclusio exciderit.

A. 4. Ἀκαδημαϊκοὺς] Recepi formam consuetudine confirmatam ex B. P. Jannot. Vulgo, Ἀκαδημιακούς.

enim hominis naturam nihil impediet, si manus aut pedis actioni est quod obstet: neque navis sine ullo impedimento movebitur, si velum aut remigium impediri possit. Adhæc, si Visa non sunt fatalia, quomodo sint caussæ Assensionum? Aut si Fatum visa facit ducentia ad Assensionem; quomodo non secum pugnat Fatum, de maximis rebus Visa nobis objiciens contraria, quæ animum diverse trahant? cum quidem dicant, eos qui alteri assentiantur viso, et non cohibeant assensionem, peccare; quippe qui obscuris concedant visis, eos labi; qui falsis, falli; qui communiter incomprehensibilibus, opinari. Profecto autem horum unum necesse est, ut aut non omne Visum sit opus Fati; aut omnis Assensio cujuscunque Visi, delicto careat; aut ne ipsum quidem Fatum reprehensione vacare possit. Cur enim non culpetur Fatum, quod talia visa offerat nobis, quibus non repugnare aut obviam ire, sed concedere et obsequi, vituperationem mereatur? Denique in concertationibus adversus Academicos maxime in hoc laborant et Chrysippus et Antipater ut ostendant *nihil sine Assensione agi aut suscipi: figmenta eos, et inanes positiones tueri, qui volunt idoneo obla-*

“ ἀξιοῦντας, οἰκείας φαντασίας γινομένης, εὐθὺς ὁρμᾷν μὴ εἴξαντας
“ μηδὲ συγκατατεθεμένους.” Αὖθις δέ φησι Χρύσιππος, “ καὶ τὸν θεὸν
“ ψευδεῖς ἐμποιεῖν φαντασίας καὶ τὸν σοφὸν, οὐ συγκατατιθεμένων, οὐδ’
“ εἰκόντων δεομένους ἡμῶν, ἀλλὰ πραττόντων μόνον, καὶ ὁρμώντων ἐπὶ τὸ B
“ φαινόμενον· ἡμᾶς δὲ φαύλους ὄντας, ὑπ’ ἀσθενείας συγκατατίθεσθαι ταῖς
“ τοιαύταις φαντασίαις.” Ἡ δὲ τούτων τῶν λόγων ταραχὴ καὶ διαφορὰ
πρὸς αὐτοὺς, οὐ πάνυ δυσθεώρητός ἐστιν. Ὁ γὰρ οὐ δεόμενος συγκατατιθεμένων, ἀλλὰ πραττόντων μόνον, οἷς ἐνδίδωσι τὰς φαντασίας, εἴτε θεὸς, εἴτε σοφὸς, οἶδεν ὅτι πρὸς τὸ πράττειν ἀρκοῦσιν αἱ φαντασίαι, καὶ παρέλκουσιν αἱ συγκαταθέσεις· ὡς εἴ γε γινώσκων ὅτι πρακτικὴν ὁρμὴν οὐ παρίστησι φαντασία δίχα συγκαταθέσεως, ψευδεῖς ἐνεργάζεται καὶ πιθανὰς
φαντασίας, ἑκὼν αἴτιός ἐστιν τοῦ προσπίπτειν καὶ ἁμαρτάνειν ἀκαταλήπτοις C
συγκατατιθεμένους.

B. 5. τὰς φαντασίας] Sic B. Venet. 1. Vulgo, ταῖς φαντασίαις.
C. 1. προσπίπτειν] Non eſt mutandum in προπίπτειν.

to viſo ſtatim nos ad rem agendam incitari, non concedere interim aut aſſentiri. Rurſum Chryſippus ait, *Deum fallacia viſa ſubmittere, itemque Sapientem, non ut requirant a nobis conceſſionem aut aſſenſum, ſed tantum ut ad agendum nos conferamus; nos autem, quia vitioſi ſumus, ob imbecillitatem adſentiri hujuſmodi viſis.* Non eſt difficile deprehenſu, quam hæc ab iis perturbate, quam adverſus ipſos repugnanter dicantur. Qui enim non opus habet adſentientibus, ſed duntaxat agentibus ea, quorum viſa ſubmittit eis, nimirum ſive Deus hic eſt, ſive Sapiens, novit ad agendum ſufficere viſa et ſupervacaneas eſſe Aſſenſiones. Prouti, ſi novit incitationem ad agendum, ſine Aſſenſione non effici a Viſo, et tamen fallentia veritatis ſpecie Viſa offert; ultro in cauſſa eſt, ut impingamus, et adſentiendo iis quæ comprehendi non poſſint, erremus.

ΣΥΝΟΨΙΣ

ΤΟΥ ΟΤΙ

ΠΑΡΑΔΟΞΟΤΕΡΑ ΟΙ ΣΤΩΙΚΟΙ ΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ

ΛΕΓΟΥΣΙ.

ΣΥΝΟΨΙΣ

ΤΟΥ ΟΤΙ

ΠΑΡΑΔΟΞΟΤΕΡΑ ΟΙ ΣΤΩΙΚΟΙ ΤΩΝ ΠΟΙΗΤΩΝ

ΛΕΓΟΥΣΙ.

COMPENDIUM

PLUTARCHEI LIBRI PERDITI,

CUI ARGUMENTUM ET NOMEN FUIT

STOICOS QUAM POETAS ABSURDIORA DICERE.

D α΄. Ὁ ΠΙΝΔΑΡΟΥ Καινεὺς εὐθύναν ὑπεῖχεν, ἀπιθάνως ἄρρηκτος σιδήρῳ καὶ ἀπαθὴς τὸ σῶμα πλαττόμενος, εἶτα καταδὺς ἄτρωτος ὑπὸ γῆν,

Σχίσας ὀρθῷ ποδὶ γᾶν.

Ὁ δὲ Στωϊκὸς Λαπίθης, ὥσπερ ἐξ ἀδαμαντίνης ὕλης ὑπ' αὐτῶν τῆς ἀπαθείας κεχαλκευμένος, οὐκ ἄτρωτός ἐστιν, οὐδὲ ἄνοσος, οὐδὲ ἀναλγής· ἄφοβος δὲ μένει καὶ ἄλυπος καὶ ἀήττητος καὶ ἀβίαστος, τιτρωσκόμενος, ἀλγῶν, στρεβλούμενος, ἐν κατασκαφαῖς πατρίδος, ἐν πάθεσι τοιούτοις. Καὶ ὁ μὲν

I. REPREHENSUS fuit Pindarus, quod Cæneum parum probabiliter finxiſſet ferro inviolabilem, et corpore quod lædi non poſſet, terram ſubiiſſe nullo accepto vulnere, cum

Recto pede ſcidiſſet ſolum.

At Stoicorum iſte Lapitha ex adamantina, vacuitatis omnium perpeſſionum conflatus materia, non vulnerum duntaxat, morborum, dolorum, fingitur expers, ſed et metu et mœſtitia carere, inſuperabilis manere, nulli cedere viribus, tum quidem, quando vulneratur, dolores patitur, torquetur, atque adeo etiam in patriæ excidio, aliiſque id genus ſummis calamitatibus. Ac Pindari

Πινδάρου Καινεὺς βαλλόμενος οὐ τιτρώσκεται· ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς E
ἐγκλειόμενος οὐ κωλύεται, καὶ κατακρημνιζόμενος οὐκ ἀναγκάζεται, καὶ στρεβλούμενος οὐ βασανίζεται, καὶ πηρούμενος οὐ βλάπτεται, καὶ πίπτων ἐν τῷ παλαίειν ἀήττητός ἐστι, καὶ περιτειχιζόμενος ἀπολιόρκητος, καὶ πωλούμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀνάλωτος· οὐθὲν τῶν πλοίων διαφέρων, οἷς ἐπιγέγραπται μὲν Εὔπλοια, καὶ Πρόνοια Σώζουσα, καὶ Θεραπεία, χειμάζεται δὲ καὶ συντρίβεται καὶ ἀνατρέπεται.

β'. Ὁ Εὐριπίδου Ἰόλαος ἐξ ἀδρανοῦς καὶ παρήλικος εὐχῇ τινι νέος καὶ ἰσχυρὸς ἐπὶ τὴν μάχην ἄφνω γέγονεν· ὁ δὲ τῶν Στωϊκῶν σοφὸς, χθὲς F
μὲν ἦν ἔχθιστος ἅμα καὶ κάκιστος, τήμερον δὲ ἄφνω μεταβέβληκεν εἰς ἀρετὴν, καὶ γέγονεν ἐκ ῥυσοῦ καὶ ὠχροῦ, καὶ, κατ' Αἰσχύλον, ἐξ

> Ὀσφυαλγοῦς καὶ ὀδυνοσπάδος λυγροῦ
> Γέροντος,

εὐπρεπὴς, θεοειδὴς, καλλίμορφος.

γ'. Καὶ τοῦ Ὀδυσσέως ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ῥυσότητα καὶ φαλακρότητα 1058
καὶ ἀμορφίαν ἀφῄρηκεν, ὅπως φανείη καλός· ὁ δὲ τούτων σοφὸς, οὐκ ἀπολείποντος τὸ σῶμα τοῦ γήρως, ἀλλὰ καὶ προσεπιθέντος καὶ προσεπιχώσαντος, μένων κυρτὸς, ἂν οὕτω τύχῃ, νωδὸς, ἑτερόφθαλμος, οὔτε αἰσχρὸς,

E. 3. πηρούμενος] Sic B. E. Vulgo, πυρούμενος.
F. 2. ἔχθιστος] Legendum, αἴσχιστος.
F. 2. τήμερον δὲ] δὲ additum ex B. E. P.
F. 3. κατ' Αἰσχύλον] Disjunxi a reliqua oratione, ut auctori reddenda, non ut modulis reddita.
A. 3. προσεπιθέντος καὶ προσεπιχώσαντος] Malim, προσεπιταθέντος καὶ προσεπιχωσθέντος.

quidem Cæneus duntaxat ictus nullo cum vulnere excipit. Stoicorum Sapiens inclusus non prohibetur, præcipitatus non patitur vim, in tormentis non cruciatur, si mutilatur non læditur, dejectus in palæstra tamen invictus manet, munitionibus circumventus non obsidetur, si vendatur ab hostibus, capi nequit: adeoque similis est earum navium, quibus cum inscribatur *Prosper Cursus*, *Providentia Servans*, *Sanatio*, eæ interim tempestatibus jactantur, colliduntur, evertuntur.

II. Euripideus Iolaus ex imbecilli et decrepito, voti cujusdam vi, subito juvenis et ad pugnam validus redditur. At Stoicorum Sapiens heri erat turpissimus ac pessimus, hodie subito mutatus est in virum bonum; atque ex rugoso, pallido, et, ut ait Æschylus,

> Languente lumbos, convulso doloribus
> Silicernio misello——

decorus, Dei similis, forma eximia.

III. Sane Ulyssi Minerva rugas, calvitiem et fœditatem adimit, ut pulcher videatur. Istorum Sapiens, non relinquente corpus senio, sed gravius etiam urgente, molestiamque alia molestia cumulante, curvus, si ita res tulerit, edentulus, uno oculo captus dum manet, neque turpis tamen est,

οὔτε δύσμορφος, οὔτε κακοπρόσωπός ἐστιν. Ὁ γὰρ Στωϊκὸς ἔρως, ὥσπερ οἱ κάνθαροι λέγονται τὸ μὲν μύρον ἀπολιπεῖν, τὰ δὲ δυσώδη διώκειν· οὕτως τοῖς αἰσχίστοις καὶ ἀμορφοτάτοις ὁμιλῶν, ὅταν εἰς εὐμορφίαν καὶ κάλλος ὑπὸ σοφίας μεταβάλλωσιν, ἀποτρέπεται.

δ'. Ὁ παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς κάκιστος, ἂν οὕτω τύχῃ, πρωῒ, δείλης
B ἄριστος· καὶ καταδαρθὼν ἔμπληκτος καὶ ἀμαθὴς καὶ ἄδικος καὶ ἀκόλαστος καὶ ναὶ μὰ Δία, δοῦλος καὶ πένης καὶ ἄπορος, αὐθημερὸν ἀνίσταται καὶ βασιλεὺς καὶ πλούσιος καὶ ὄλβιος γεγονὼς, σώφρων τε καὶ δίκαιος καὶ βέβαιος καὶ ἀδόξαστος· οὐ γένεια φύσας, οὐδ' ἥβην ἐν σώματι νέῳ καὶ ἁπαλῷ· ἀλλ' ἐν ἀσθενεῖ καὶ ἁπαλῇ ψυχῇ καὶ ἀνάνδρῳ καὶ ἀβεβαίῳ, νοῦν τέλειον, ἄκραν φρόνησιν, ἰσόθεον διάθεσιν, ἀδόξαστον ἐπιστήμην, καὶ ἀμετάπτωτον ἕξιν ἐσχηκὼς, οὐδὲν ἐνδούσης πρότερον αὐτῷ τῆς μοχθηρίας, ἀλλ' ἐξ-
C αίφνης, ὀλίγου δέω εἰπεῖν, ἥρως τις ἢ δαίμων ἢ θεὸς ἐκ θηρίου τοῦ κακίστου γενόμενος. Ἐκ τῆς Στοᾶς γὰρ λαβόντα τὴν ἀρετὴν, ἔστιν εἰπεῖν,

Εὖξαι εἴ τι βούλει, πάντα σοι γενήσεται·

πλοῦτον φέρει, βασιλείαν ἔχει, τύχην δίδωσιν, εὐπότμους ποιεῖ καὶ ἀπροσδεεῖς καὶ αὐτάρκεις, μίαν οἴκοθεν δραχμὴν οὐκ ἔχοντας.

ε'. Ὁ μὲν γὰρ ποιητικὸς μῦθος τὸ κατὰ λόγον φυλάττων, οὐδαμοῦ προλείπει τὸν Ἡρακλέα τῶν ἀναγκαίων δεόμενον, ἀλλ' ὥσπερ ἐκ πηγῆς

B. 4. ἀδόξαστος] Sic B. E. P. Jun. Mez. Vulgo, ἄδοξος.
C. 3. εἴ τι βούλει] Ita omnes libri. At Mez. et Salmaſ. ὅ, τι βούλει, notantes Menandri eſſe verſum.

neque fœdo adſpectu. Amor enim Stoicus, inſtar ſcarabeorum, qui perhibentur, unguento ſuaviter fragrante omiſſo, male olentia ſectari, cum turpiſſimis et fœdiſſimis verſans, hos averſari, ubi ſapientia eos formoſos reddidit, docet.

IV. De Stoicorum ſententia, is qui mane fuit deterrimus, ſub veſperam optimus eſt: et qui ſomno ſe dedit ſtolidus, ineptus, injuſtus, luxurioſus, imo ſervus, pauper, inops, ea ipſe die ſurgit, rex, dives, beatuſque factus, præterea temperans, juſtus, conſtans, opinionum ut quiſquam maxime vacuus: non ille barba aut pubertate nata in adoleſcente et tenero corpore: ſed in imbecilla teneraque anima, adde effœminata et inconſtante, adeptus mentem perfectam, extreme probam prudentiam, affectionem divinæ æqualem, ſcientiam ab omni opinione purgatam, habitumque qui labefactari nullo queat modo: non quod priſtinæ aliquid deceſſerit pravitati, ſed repente heros, ut ſic dicam, aliquis, genius, aut deus, e beſtia factus peſſima. Licet enim ſumenti e Stoicorum ſchola virtutem dicere,

Optato quodvis, aſſequeris omnia:

virtus iis divitias confert, regnum parat, fortunam conciliat, felices facit, nullius rei indigentes, totos ex ſe aptos, etiam ſi ne denarius quidem ſit in patrimonio.

V. Etenim poëticæ fabulæ, rationi quod eſt conſentaneum perpetuo retinentes, nuſquam Herculem inducunt indigum neceſſariis ad vitam rebus,

ἐπιῤῥεῖ αὐτῷ καὶ τοῖς συνοῦσιν· ὁ δὲ τὴν Στωϊκὴν λαβὼν Ἀμάλθειαν, πλούσιος μὲν γέγονεν, ἐρανίζεται δὲ τροφὴν παρ᾽ ἑτέρων· καὶ βασιλεὺς μέν ἐστι, μισθοῦ δὲ ἀναλύει συλλογισμούς· καὶ πάντα μὲν ἔχει μόνος, D ἐνοίκιον δὲ τελεῖ· καὶ ἄλφιτα ὠνεῖται, πολλάκις δανειζόμενος, ἢ μεταιτῶν παρὰ τῶν οὐδὲν ἐχόντων.

ς΄. Καὶ ὁ μὲν Ἰθακησίων βασιλεὺς προσαιτεῖ λανθάνειν ὅς ἐστι βουλόμενος, καὶ ποιῶν ἑαυτὸν ὡς μάλιστα

Πτωχῷ λευγαλέῳ ἐναλίγκιον·——

ὁ δὲ ἐκ τῆς Στοᾶς βοῶν μέγα καὶ κεκραγὼς, Ἐγὼ μόνος εἰμὶ βασιλεὺς, ἐγὼ μόνος εἰμὶ πλούσιος, ὁρᾶται πολλάκις ἐπ᾽ ἀλλοτρίαις θύραις λέγων,

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι· κάρτα γὰρ ῥιγῶ
Καὶ βαμβακύζω. E

sed ei ac familiaribus quasi e fonte quodam semper aliquid earum affundunt. At qui Stoicorum nactus est Amaltheam, is dives factus est, tametsi alimenta ab aliis emendicetur; rex est, utut interim mercede conductus syllogismos solvat; omnia solus habet; quanquam et conductis pretio habitet in ædibus, et farinam emat sæpe sumta mutuo pecunia, aut ab inopibus mendicando exigat.

VI. Mendicat quidem Ithacensium rex, ut quis sit latere possit, ideoque se ipsum facit quam maxime

Mendico similem misero :——

at ex Stoa iste alta contentaque voce proclamans, *Ego solus sum rex*, *Ego solus sum dives*, sæpenumero conspicitur apud alienas fores dicens

Da pallium Hipponacti, nam rigeo gelu,
Tremorque membra quassat.——

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ ΕΝΝΟΙΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΣΤΩΙΚΟΥΣ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΤΩΝ ΚΟΙΝΩΝ ΕΝΝΟΙΩΝ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΣΤΩΙΚΟΥΣ.

PLUTARCHI

ADVERSUS

STOICOS DE COMMUNIBUS NOTITIIS.

F α'. ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Σοὶ μὲν εἰκὸς, ὦ Διαδούμενε, μὴ πάνυ μέλειν
εἴ τινι δοκεῖτε παρὰ τὰς κοινὰς φιλοσοφεῖν ἐννοίας· ὁμολογοῦντί
γε καὶ τῶν αἰσθήσεων περιφρονεῖν, ἀφ' ὧν σχεδὸν αἱ πλεῖσται γεγόνασιν ἔννοιαι,
τήν γε περὶ τὰ φαινόμενα πίστιν ἕδραν ἔχουσαι καὶ ἀσφάλειαν. Ἐμὲ δὲ
1059 πολλῆς, ὥς γε ἐμαυτῷ φαίνομαι, καὶ ἀτόπου μεστὸν ἥκοντα ταραχῆς, εἴτε τισὶ
λόγοις, εἴτε ἐπῳδαῖς, εἴτε ἄλλον ἐπίστασαι τρόπον παρηγορίας, οὐκ ἂν φθάνοις
ἰατρεύων; Οὕτω σοι διασέσεισμαι καὶ γέγονα μετέωρος ὑπὸ Στωϊκῶν ἀνδρῶν,

F. 1. ΛΑΜΠΡΙΑΣ] Distinxi partes colloquentium, eorumque alteri feci nomen *Lampriæ,* secundum Amiotum et Xylandrum: eos sequi, quam non sequi, rectius censens: quanquam ipsi utrum conjecturam an codicum scriptorum auctoritatem secuti sint, nescio. Hoc scio, nomen *Lampriæ* nec in ipso libro memorari, nec additum esse in nostris codicibus, quibus duobus, sed optimis illis, B. E. usi sumus.

F. 4. τήν γε] Sic B. E. Vulgo, τήν τε.

I. LAMPRIAS. Te quidem, Diadumene, apparet non admodum curare, si quis vos philosophari contra Communes Notitias dicat; cum fatearis te Sensus etiam contemnere, a quibus fere pleræque Notitiæ oriuntur, fundamentumque eorum quæ videntur fidem habent, cui innitantur. Me autem magnæ, ut mihi videor, et insolitæ plenum perturbationis ad te venientem, quamprimum velim sanes; sive id rationibus quibusdam, sive incantationibus, sive alio aliquo modo alloquii potes. Adeo sum exagitatus, et animi incertus factus a Stoicis quibusdam, optimis illis

τὰ μὲν ἄλλα βελτίστων, καὶ νὴ Δία συνήθων καὶ φίλων, πικρῶς δὲ ἄγαν ἐγκειμένων τῇ Ἀκαδημίᾳ καὶ ἀπεχθῶς· οἵγε πρὸς μικρὰ καὶ μεθ᾽ αἰδοῦς τὰ παρ᾽ ἐμοῦ λεχθέντα σεμνῶς, οὐ γὰρ ψεύσομαι, οὐ πράως ἠπάσαντο· τοὺς δὲ πρεσβυτέρους μετ᾽ ὀργῆς σοφιστὰς καὶ λυμεῶνας τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ δογμάτων ὁδῷ βαδιζόντων ἀνατροπέας, καὶ πολλὰ τούτων ἀτοπώτερα λέγοντες καὶ νομίζοντες, τέλος ἐπὶ τὰς ἐννοίας ἐρρύησαν, ὡς δὴ B
τινα σύγχυσιν καὶ ἀναδασμὸν αὐταῖς ἐπάγοντας τοὺς ἐκ τῆς Ἀκαδημίας. Εἶτά τις εἶπεν αὐτῶν, ὡς οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλ᾽ ἐκ Προνοίας θεῶν νομίζοι μετ᾽ Ἀρκεσίλαον καὶ πρὸ Καρνεάδου γεγονέναι Χρύσιππον, ὧν ὁ μὲν ὑπῆρξε τῆς εἰς τὴν συνήθειαν ὕβρεως καὶ παρανομίας, ὁ δὲ ἤνθησε μάλιστα τῶν Ἀκαδημαϊκῶν· Χρύσιππος οὖν ἐν μέσῳ γενόμενος, ταῖς πρὸς Ἀρκεσίλαον ἀντιγραφαῖς καὶ τὴν Καρνεάδου δεινότητα ἐνέφραξε, πολλὰ μὲν τῇ αἰσθήσει καταλιπών, ὥσπερ εἰς πολιορκίαν βοηθήματα, τὸν δὲ περὶ τὰς προλήψεις καὶ τὰς ἐννοίας τάραχον ἀφελὼν παντάπασι, καὶ διορθώσας C
ἑκάστην, καὶ θέμενος εἰς τὸ οἰκεῖον· ὥστε καὶ τοὺς αὖθις ἐκκρούειν τὰ πράγματα καὶ παραβιάζεσθαι βουλομένους, μηδὲν περαίνειν ἀλλ᾽ ἐλέγχεσθαι κακουργοῦντας καὶ σοφιζομένους. Ὑπὸ τοιούτων ἐγὼ λόγων διακεκαυμένος

A. 4. καὶ φίλων] Additum ex B. E.
A. 6. οὐ πράως] Legendum, καὶ πράως, item verti.
A. 7. τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ] Desidero ejusmodi quid, νέων ἐν φ. vel τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβόντων νέων.
B. 1. νομίζοντες] Lege, ὀνομάζοντες.
C. 1. διορθώσας] Forte, διαρθρώσας.
C. 2. ἐκκρούειν] Forte, συγκρούειν.
C. 3. ἐλέγχεσθαι κακουργοῦντας] His duobus verbis interjectum in omnibus libris βουλομένους delevi, ut perperam repetitum e superiori.

ceteroquin viris atque etiam familiaribus et amicis, sed qui nimis acerbe atque hostiliter Academiam insectarentur. Nam ad pauca quædam a me verecunde dicta, me quidem cum gravitate (non enim mentiar) et placide reprehenderunt: veteres autem illos iracunde, *sophistas, et corruptores eversoresque philosophiæ decretorumque ordine procedentium*, multaque his insolentiora nominantes ac dicentes, tandem ad Notitias prolapsi sunt, quibus confusionem direptionemque aiebant quandam ab Academicis inferri. Fuit deinde qui diceret, non fortuito, sed divina providentia factum esse, ut Chrysippus post Arcesilaum et ante Carneadem nasceretur; quorum ille contumeliarum et injuriarum in receptam Consuetudinem auctor fuisset; hic maxime omnium floruisset Academicorum. Chrysippum itaque in medio horum situm, suis adversus Arcesilaum scriptionibus, Carneadis quoque facundiæ aditum obstruxisse, multa quidem Sensibus, veluti ad tolerandam obsidionem, relinquentem præsidia; turbam autem de Prænotionibus et Notitiis plane sedantem et singulas ita dirigentem suoque loco ponentem, ut qui rursum turbare velint res, ac vim facere, nihil efficiant, sed maleficii ac sophisticæ temeritatis arguantur. His ego mane sermonibus incensus, restinguenti-

ἔξωθεν σβεστήρων δέομαι, καθάπερ τινὰ φλεγμονὴν ἀφαιρούντων τὴν ἀπορίαν τῆς ψυχῆς.

β'. Διαδουμενος. Ὅμοια πολλοῖς ἴσως πεπονθώς. Εἰ δὲ οἱ ποιηταί σε πείθουσι, λέγοντες ὡς ἐκ θεῶν Προνοίας ἀνατροπὴν ἔσχεν ἡ παλαιὰ Σίπυλος τὸν Τάνταλον κολαζόντων, πείθου τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς D ἑταίροις, ὅτι καὶ Χρύσιππον οὐκ ἀπὸ τύχης, ἀλλ' ἐκ Προνοίας ἡ φύσις ἤνεγκεν, ἄνω τὰ κάτω καὶ τοὔμπαλιν ἀνατρέψαι δεομένη τὸν βίον· ὡς οὐ γέγονε πρὸς τοῦτο τῶν ὄντων οὐδεὶς εὐφυέστερος, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Κάτων ἔλεγε περὶ Καίσαρος ἐκείνου, "μηδένα νήφοντα μηδὲ φρονοῦντα ἐπὶ "συγχύσει τῆς πολιτείας τοῖς δημοσίοις προσελθεῖν πράγμασιν·" οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ μετὰ πλείστης ἐπιμελείας καὶ δεινότητος οὗτος ὁ ἀνὴρ ἀνατρέπειν καὶ καταβάλλειν τὴν συνήθειαν, ὡς ἔνι γοῦν· καίτοι μαρτυροῦσιν οἱ τὸν ἄνδρα σεμνύνοντες, ὅταν αὐτῷ περὶ τοῦ ψευδομένου μάχωνται. Τὸ γὰρ, ὦ ἄριστε, E συμπεπερασμένον τι δι' ἀντικειμένων, μὴ φάναι ψεῦδος εὐπόρως εἶναι· λόγους δὲ πάλιν αὖ φάναι τινὰς ἀληθῆ τὰ λήμματα καὶ τὰς ἀγωγὰς ὑγιεῖς ἔχοντας, ἔτι καὶ τὰ ἀντικείμενα τῶν συμπερασμάτων ἔχειν ἀληθῆ,

C. 7. Ὅμοια—πεπονθώς] Cum Amioto, initium feci reſponſionis: quod faciendum non animadvertens Xyl. ſigna lacunæ aſteriſcos poſuit: perperam ille, recte monente Reiſkio, at non item recte corrigente πέπονθας, licet idem habeant Ald. B. E. certe opus non eſt mutatione.

D. 4. περὶ Καίσαρος ἐκείνου, "μηδένα] Forte περὶ Καίσαρος, "μηδένα πρὸ ἐκείνου. Amiot. et Mez. περὶ mutant in πρὶν; Reiſk. in πλὴν ut Xyl. vertit.

D. 7. ὡς ἔνι γοῦν·—ἄνδρα] Corruptelam in exemplo relinquere debuimus quod diſertam emendationem nullam adferrent libri. Forte legendum, ὡς ἑκαχοῦ καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσιν, τὸν ἄνδρα—· ἑκαχοῦ præbet Exempl. Turneb. ἔνια γοῦν B. E. Ald.

D. 8. ὦ ἄριστε] Legendum puto ἀορίστως.

E. 1. συμπεπερασμένον τι] τι eſt ex Baſ. Xyl. omittitur in E. qui item habet συμπεπλεγμένον ut T. At συμπεπραγμένον Ald. Baſ. Xyl.

E. 3. ὑγιεῖς] Sic B. E. Vulgo, ἀληθεῖς.

bus opus habeo, quæ animi dubitationem veluti inflammationem adimant.

II. Diadumenus. Similia tu quidem, ac plerique, paſſus. Enimvero ſi tibi poëtæ fidem faciunt, qui priſcam Sipylum aiunt deorum Providentia ſubverſam, Tantalum punientium; crede etiam ſociis noſtris Stoicis Chryſippum non fortuito, ſed Providentiæ ductu a natura editum, ima ſummis mutare et retro avertere vitæ rationes volente, ad quam rem nemo hominum fuit magis Chryſippo idoneus. Sed ſicut Cato aiebat *neminem alium præter Cæſarem ſobrium et prudentem ad rempublicam tractandam eo conſilio, ut illius conſtitutionem ſubverteret, acceſſiſſe*; ita videtur hic homo ſumma cum accuratione et vi ſubvertere et demoliri Conſuetudinem, quantum quidem potuit; idque teſtantur qui eum prædicant, quando de *pſeudomeno* ſeu mentiente contra eum diſputant. Etenim, amice, *connexum quod ſit ex oppoſitis* dicere *non promte falſum eſſe*; rurſumque affirmare *quaſdam ratiocinationes quarum adſumta vera ſint, et ductus veri, etiam porro contrarias concluſiones ha-*

ποίαν ἔννοιαν ἀποδείξεως, ἢ τίνα πίστεως οὐκ ἀνατρέπει πρόληψιν; Τὸν μὲν γε πολύποδά φασι τὰς πλεκτάνας αὑτοῦ περιβιβρώσκειν ὥρᾳ χειμῶνος· ἡ δὲ Χρυσίππου διαλεκτικὴ τὰ κυριώτατα μέρη καὶ τὰς ἀρχὰς αὑτῆς ἀναιροῦσα καὶ περικόπτουσα, τίνα τῶν ἄλλων ἐννοιῶν ἀπολέλοιπεν ἀνύποπτον; οὐ γὰρ οἷόν τε δήπου καὶ τὰ ἐποικοδομούμενα, μὴ βέβαια κεῖσθαι καὶ πάγια, τῶν πρώτων μὴ μενόντων, ἀπορίας δὲ καὶ ταραχὰς ἐχόντων τηλικαύτας. Ἀλλ᾽ ὥσπερ οἱ πηλὸν ἢ κονιορτὸν ἐπὶ τοῦ σώματος ἔχοντες, F
τὸν ἁπτόμενον αὐτῶν καὶ προσαναχρωννύμενον, οὐ κινεῖν ἀλλὰ προσβάλλειν τὸ τραχύνον δοκοῦσιν· οὕτως ἔνιοι τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς αἰτιῶνται, καὶ νομίζουσι τὰς αἰτίας παρέχειν ὧν ἀναπεπλησμένους ἀποδεικνύουσιν αὐτούς. Ἐπεὶ τάς γε κοινὰς ἐννοίας τίνες μᾶλλον διαστρέφουσιν; Εἰ δὲ 1060
βούλει, τὸ κατηγορεῖν ἐκείνων ἀφέντες, ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦσιν ἡμῖν, ἀπολογησώμεθα.

γ΄. ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ἐγώ μοι δοκῶ τήμερον, ὦ Διαδούμενε, ποικίλος τις ἄνθρωπος γεγονέναι καὶ παντοδαπός· ἄρτι μὲν γὰρ ἀπολογίας δεόμενος προσήειν ταπεινὸς καὶ τεθορυβημένος· νῦν δὲ μεταβάλλομαι πρὸς τὴν κατηγορίαν, καὶ βούλομαι ἀπολαῦσαι τῆς ἀμύνης, ἐλεγχομένους εἰς ταὐτὸν τοὺς ἄνδρας ἐπιδὼν τῷ παρὰ τὰς ἐννοίας καὶ τὰς προλήψεις τὰς κοινὰς

E. 8. οἷόν τι] Sic T. V. Xyl. verſio, Mez. Anon. Reiſk. Vulgo, οἴονται.
E. 9. πάγια] Sic B. E. Exempl. Turneb. Anon. Vulgo, πάλαι.
F. 3. ἔνιοι] Lego, ἐκεῖνοι. ſcil. *Stoici.*
A. 1. τάς γε] Sic Anon. Reiſk. Vulgo, τάς τε.
A. 8. τῷ παρὰ] Legendum τὸ παρὰ, cum Reiſk.

bere veras, quamne demonſtrationis Notionem, aut quam fidei non invertit Præſumtionem? Polypum aiunt hyeme ſua vorare acetabula: Chryſippi autem Dialectica potiſſimas partes ac principia ſua tollens atque amputans, quam tandem aliam Notitiam non fecit falſitatis ſuſpectam? Non enim poſſunt quæ ſuperſtruuntur conſtare, fundamentis jam pridem non ſubſiſtentibus; ſicut hic prima tot dubitationibus et tumultibus exagitantur. Sed quemadmodum qui lutum aut pulverem in corporis ſuperficie habent, tangentem ipſos et corpus conſerentem, non movere, ſed adjicere id quod exaſperet putant; ſic iſti Academicos culpant, putantque eos cauſſas præbere veluti ſordium, quibus ipſos oppletos eſſe oſtendunt. Nam utri tandem Communes Notiones magis pervertunt? Si vero placet, omiſſa illorum accuſatione, ea defendemus quæ nobis vitio vertunt.

III. LAMPRIAS. Ego mihi videor, Diadumene, hodie varius quidam et verſatilis homo factus. Modo defenſione deſiderans animo demiſſo et trepide ad te accedebam: nunc ad accuſationem me converto, voloque ultione perfrui, dum eos ſpectabo convictos ejuſdem criminis philoſophandi adverſus Notiones Communes; a quibus tamen ipſi ſuam doctrinam ducere videntur,

φιλοσοφεῖν, ἀφ' ὧν μάλιστα τὴν αἵρεσιν, ὥσπερ ἐπὶ τὴν ἀνα * δοκοῦσι, καὶ μόνην ὁμολογεῖν τῇ φύσει λέγουσιν.

B ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἆρ' οὖν ἐπὶ τὰ κοινὰ πρῶτα καὶ περιβόητα βαδιστέον, ἃ δὴ παράδοξα καὶ αὐτοὶ, μετ' εὐκολίας δεχόμενοι τὴν ἀτοπίαν, ἐπονομάζουσιν, τοὺς μόνους βασιλεῖς, καὶ μόνους πλουσίους, καὶ καλοὺς αὐτοὺς, καὶ πολίτας καὶ δικαστὰς μόνους. Ἢ ταῦτα μὲν εἰς τὴν τῶν ἑώλων καὶ ψυχρῶν ἀγορὰν βούλει παρῶμεν· ἐν δὲ τοῖς ὡς ἔνι μάλιστα πραγματικοῖς καὶ μετὰ σπουδῆς λεγομένοις ποιησώμεθα τοῦ λόγου τὸν ἐξετασμόν;

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ἐμοὶ γοῦν ἥδιον οὕτως· τῶν γὰρ πρὸς ἐκεῖνα γινομένων ἐλέγχων τίς οὐκ ἤδη διάπλεώς ἐστιν;

δ'. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἤδη τοίνυν αὐτὸ τοῦτο σκόπει πρῶτον, εἰ κατὰ
C τὰς κοινάς ἐστιν ἐννοίας, ὁμολογεῖν τῇ φύσει τοὺς τὰ κατὰ φύσιν ἀδιάφορα νομίζοντας, καὶ μήτε ὑγείαν, μήτε εὐεξίαν, μήτε κάλλος, μήτ' ἰσχὺν ἡγουμένους αἱρετὰ, μηδὲ ὠφέλιμα, μηδὲ λυσιτελῆ, μηδὲ συμπληρωτικὰ τῆς κατὰ φύσιν τελειότητος· μήτε τἀναντία, φευκτὰ καὶ βλαβερὰ, πηρώσεις, ἀλγηδόνας, αἴσχη, νόσους· ὧν αὐτοὶ λέγουσι πρὸς ἃ μὲν ἀλλοτριοῦν, πρὸς ἃ δὲ οἰκειοῦν ἡμᾶς τὴν φύσιν· εὖ μάλα καὶ τούτου παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν ὄντος, οἰκειοῦν πρὸς τὰ μὴ συμφέροντα, μηδὲ ἀγαθὰ τὴν φύσιν, καὶ ἀλλο-

A. 9. ἀνα * δοκοῦσι] Sic libri ſcripti et editi. Nam mere ſunt conjecturæ T. V. Anon. hoc loco notatum exhibentes ἐπὶ τῶν ἀναγκαίων vel ἀναποδείκτων, εὐδοκιμεῖν δοκοῦσι. Reiſkius, ἐπὶ τὸν οὐρανὸν ἀνάγειν δοκοῦσι. Talia multa quis conjiciat, et ipſe tentavi complura: horum probabilius adhuc ceteris cenſeo, ὥσπερ ἐπιγεννᾷν δοκοῦσι.

B. 3. τοὺς μόνους βασιλεῖς] Eſt vetus lectio B. E. Ald. Baſ. Xyl. Vulgo, τοὺς σοφοὺς μόνους βασιλεῖς, quod Steph. ſumſit a Leonic. Schott. Anon. Turneb.

eamque ita inſtituere ut eam ſolam ex reliquis ſectis cum Natura conſentire dicant.

DIADUMENUS. An ergo primum communia illa et celebrata aggredi libet, quæ ipſi abſurditati levius nomen imponentes *Paradoxa*, hoc eſt admirabilia, et contra opinionem, appellant? eos inquam, qui iis ſoli reges, ſoli divites, pulchri, cives, et judices ſunt. Aut his in forum obſoletorum et frigidorum dimiſſis, in maxime quantum fieri poteſt ſeriis, et cum induſtria ab iis diſputatis doctrinam eorum examinabimus?

LAMPRIAS. Ipſe quidem hoc malo. Quis enim non jam plenus eſt argumentorum quibus illa refelluntur?

IV. DIADUMENUS. Id ergo primum perpende, an ſecundum Communes Notitias ſit, ut cum Natura conſentire poſſint ii, qui res quæ ſecundum Naturam ſunt cenſent res quaſdam indifferentes; et neque ſanitatem, neque firmam corporis conſtitutionem, neque pulchritudinem, neque robur putant expetenda, commoda, utilia, et ad complendam quæ Naturæ convenit perfectionem facientia eſſe; neque rurſum fugienda et damnoſa eſſe, mutilationes, dolores, deformitates, morbos; quorum, ut ipſi dicunt, illis Natura nos conciliat, ab illis abalienat. Quod ipſum non mediocriter Communibus repugnat Notitiis; ſcilicet a Natura nos conciliari iis quæ neque bona ſunt neque uti-

τριοῦ πρὸς τὰ μὴ κακὰ, μηδὲ βλάπτοντα· καὶ ὃ μεῖζόν ἐστιν, οἰκειοῦ ἐπὶ τοσοῦτο, καὶ ἀλλοτριοῦ, ὥστε τῶν μὲν μὴ τυγχάνοντας, τοῖς δὲ περιπίπτοντας, εὐλόγως ἐξάγειν τοῦ ζῆν ἑαυτοὺς, καὶ τὸν βίον ἀπολέγεσθαι. D

έ. Νομίζω δὲ ἐγὼ κἀκεῖνα παρὰ τὴν ἔννοιαν λέγεσθαι, τὸ τὴν μὲν φύσιν αὐτὴν ἀδιάφορον εἶναι, τὸ δὲ τῇ φύσει ὁμολογεῖν ἀγαθὸν μέτεσιν. Οὐδὲ γὰρ τῷ νόμῳ κατακολουθεῖν, οὐδὲ τῷ λόγῳ πείθεσθαι σπουδαῖον, εἰ μὴ σπουδαῖος εἴη καὶ ἀστεῖος ὁ νόμος καὶ ὁ λόγος. Καὶ τοῦτο μὲν ἔλαττον. Εἰ δὲ, ὡς Χρύσιππος ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ τοῦ Προτρέπεσθαι γέγραφεν, "ἐν τῷ κατ᾽ ἀρετὴν βιοῦν μόνον ἐστὶ τὸ εὐδαιμόνως, τῶν ἄλλων," φησὶν, E "οὐδὲν ὄντων πρὸς ἡμᾶς, οὐδὲ εἰς τοῦτο συνεργούντων" οὐ μόνον οὐκ ἔστιν ἀδιάφορος ἡ φύσις, ἀλλ᾽ ἀνόητος καὶ ἀπόπληκτος, οἰκειοῦσα ἡμᾶς πρὸς τὰ μηδὲν πρὸς ἡμᾶς· ἀνόητοι δὲ καὶ ἡμεῖς, εὐδαιμονίαν ἡγούμενοι τὸ τῇ φύσει ὁμολογεῖν ἀγούσῃ πρὸς τὰ μηδὲν συνεργοῦντα πρὸς εὐδαιμονίαν. Καίτοι τί μᾶλλόν ἐστι κατὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν, ἢ καθάπερ τὰ αἱρετὰ πρὸς τὸ ὠφελίμως, οὕτω τὰ κατὰ φύσιν, πρὸς τὸ ζῆν κατὰ φύσιν; Οἱ δὲ οὐχ οὕτω λέγουσιν· ἀλλὰ τὸ ζῆν κατὰ φύσιν, τέλος εἶναι τιθέμενοι, τὰ κατὰ φύσιν, ἀδιάφορα εἶναι νομίζουσιν. F

ϛ'. Οὐχ ἧττον δὲ τούτου παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιάν ἐστι, τὸ ἔννοιαν

D. 5. μέτεσιν] μέγιστον corrigendum, ut viderunt Turneb. Amiot. Xyl. Mez. Reiſk.
D. 6. τῷ νόμῳ—τῷ λόγῳ] Legendum cum Mez. τὸ νόμῳ—τὸ λόγῳ. Porro Reiſk. probabiliter addit ἀστεῖον poſt κατακολουθεῖν.
E. 6. τί μᾶλλόν ἐστι—ἢ καθάπερ] Sic E. Vulgo, τί μᾶλλον ἢ—εἰ καθάπερ—.
E. 6. τὰ αἱρετὰ] Forte τὰ ὠφέλιμα εἶναι αἱρετέα πρὸς τὸ ὠφελίμως, οὕτω—.

lia, et abalienari ab his quæ neque mala ſunt neque damnoſa; et, quod majus eſt, eo uſque conciliari et abalienari, ut qui illa non adipiſcantur, aut in hoc incidant, bona cum ratione vitam deteſtentur, ex eaque ſeſe educant.

V. Etiam hoc arbitror contra Communes Notitias ab iis dictum, ipſam Naturam eſſe indifferentem, ſummum autem bonum eſſe cum Natura conſentire. Nam neque legi obtemperare, neque rationem ſequi, rectum eſt, niſi utraque recta ſit et ſcita. Atque hoc quidem levius eſt. Si vero, ut Chryſippus in primo De Exhortatione ſcripſit, *ſecundum ſolam virtutem licet feliciter vivere*, *reliquis*, ut ipſe ait, *nihil ad nos pertinentibus*, *neque adjumentum ad felicitatem adferentibus*; non modo indifferens jam erit Natura, ſed fatua etiam et ſtupida, quæ nos rebus ad nos nihil pertinentibus conciliet; ſtulti etiam nos, qui felicitatem definiamus conſenſum cum Natura, ducente nos ad ea, quæ nihil ad beatitatem conducunt. Enimvero quid magis poteſt congruere Communibus Notitiis, quam, ut expetendis rebus ad utiliter vivendum ducimur, ſic quæ Naturæ ſunt convenientia, ab his nos ad vivendum ſecundum Naturam duci? Stoici autem non ſic loquuntur; ſed cum *pro fine* poſuerint *vivere ſecundum Naturam*, ea quæ ſunt ſecundum Naturam, indifferentia eſſe ſtatuunt.

VI. Non minus repugnat Communibus hoc

καὶ φρόνιμον ἄνδρα πρὸς τὰ ἴσα τῶν ἀγαθῶν μὴ ἐπίσης ἔχειν, ἀλλὰ
τὰ μὲν ἐν μηδενὶ λόγῳ τίθεσθαι, τῶν δὲ ἕνεκα πᾶν ὁποιοῦν ἂν ὑπομεῖναι
καὶ παθεῖν, μηδὲν ἀλλήλων μικρότητι καὶ μεγέθει διαφερόντων· ταυτὶ δὲ
λέγουσιν αὐτοί· ταυτὸ τὸ σωφρόνως δυσθανατῶσαν ἀποτρίψασθαι πρεσ-
βύτιν· ὁμοίως γὰρ ἀμφότεροι κατορθοῦσιν. Ἀλλὰ δι᾽ ἐκεῖνα μὲν ὡς λαμ-
1061 πρὰ καὶ μεγάλα, κἂν ἀποθάνοιεν· ἐπὶ τούτοις δὲ σεμνύνειν ἑαυτὸν αἰσ-
χύνη καὶ γέλως. Λέγει δὲ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ Περὶ τοῦ Διὸς συγγράμ-
ματι, καὶ τῷ τρίτῳ Περὶ Θεῶν, "ψυχρὸν εἶναι καὶ ἄτοπον καὶ ἀλλότριον,
"τὰ τοιαῦτα τῶν ἀπ᾽ ἀρετῆς συμβαινόντων ἐπαινεῖν, ὅτι δῆγμα μυίας
"ἀνδρείως ὑπέμεινε, καὶ δυσθανατώσης γραὸς ἀπέσχετο σωφρόνως. Ἆρ᾽
οὖν παρὰ τὴν κοινὴν φιλοσοφοῦσιν ἔννοιαν, ἃς αἰσχύνονται πράξεις ἐπαινεῖν,
μηδὲν τούτων κάλλιον ὁμολογοῦντες; ποῦ γὰρ αἱρετὸν, ἢ πῶς ἀποδεκτὸν,
ὃ μήτε ἐπαινεῖν μήτε θαυμάζειν ἄξιόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐπαινοῦντας
B ἢ θαυμάζοντας, ἀτόπους καὶ ψυχροὺς νομίζουσιν;

ζ'. Ἔτι δὲ μᾶλλον, οἶμαι, φανεῖταί σοι παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν, εἰ
τῶν μεγίστων ἀγαθῶν ὁ φρόνιμος, μήτε ἀπόντων, μήτε εἰ πάρεισιν αὐτῷ,
φροντίζων, ἀλλ᾽ οἷός ἐστιν ἐν τοῖς ἀδιαφόροις καὶ τῇ περὶ ταῦτα πραγ-
ματείᾳ καὶ οἰκονομίᾳ, τοιοῦτος ἂν κἂν τούτοις εἴη. Πάντες γὰρ δήπουθεν

F. 6. ταυτὸ] Sic B. E. Vulgo, τούτῳ. Ceterum, excidit alterum comparatum, quod varie explent Amiot. ex Turnebo, Xyl. Mez. Reiſk. nec opus hic referre. Mihi probabile videtur, bis σωφρόνως poſitum fuiſſe, ita per librarii incogitantiam media verba omiſſa, frequentiſſima illa lacunarum cauſſa: ut vetus lectio hæc fuerit, ταυτὸ γοῦν τὸ σωφρόνως ἔχειν ἐν τοῖς μεγίστοις ῥήϊον αὐτοῖς τῷ σωφρόνως δυσθανατῶσαν ἀποτρίψασθαι πρεσβύτιν. Vid. p. 1038, F. ſequ.

Notitiis, *ſanæ mentis hominem erga bona æqualia non æqualiter eſſe adfectum; ſed alia nullius pretii judicare, aliorum gratia quidvis toleraturum, quantumvis inter ipſa bona nihil magnitudinis parvitatiſve cauſſa interſit:* Nihil autem inter bona intereſſe, ipſi dicunt. Ergo etiam ipſis dicendum eſt, idem eſſe temperanter ſe gerere in maximis rebus, atque temperanter a vetula ſeſe abſtinere jam moribunda; utrobique enim officium temperantiæ præſtari. Sed propter hoc ut ſplendidum et magnum vel mortem eſſe oppetendam; de illo jactare ſe, turpe eſſe et ridiculum. Scribit etiam Chryſippus in commentario De Jove, et libro De Diis tertio, *frigidum eſſe, abſurdum, et inſolens hujuſmodi virtutis effecta laudare, quod muſcæ morſum fortiter pertulerit, quod caſte ſe abſtinuerit a moribunda vetula.* Nonne ergo contra Communem philoſophantur Notitiam, dum nihil pulchrius fatentur eſſe his actionibus, quas laudare ipſos pudet? Qui enim expetendum, qui probandum ſit, quod neque laude neque admiratione dignum eſt, quod qui laudet vel admiretur, pro inepto et frigido habeatur?

VII. Amplius vero, ni fallor, tibi contra Communem hoc videbitur Notitiam, *prudenti, neque præſentiam neque abſentiam maximorum bonorum curæ eſſe:* ſed qualis eſt in rebus indifferentibus, earumque tractatione et diſpenſatione, talem etiam hic eſſe. Nimirum enim omnes

Εὐρυέδους ὅσοι καρπὸν ἐδόμεθα χθονός,

οὗ μὲν καὶ παρόντος ὄνησίς ἐστι, καὶ μὴ παρόντος ὥσπερ ἔνδεια καὶ ὄρεξις,
αἱρετὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ ὠφέλιμον νοοῦμεν· ἐφ' ᾧ δὲ οὐδὲν ἄν τις πραγ-
ματεύσαιτο, μὴ παιδιᾶς ἕνεκεν μηδὲ ῥαστώνης, τοῦτο ἀδιάφορον. Ἄλλῳ
γὰρ οὐδενὶ τοῦ φιλοπόνου τὸν κενόσπουδον ἀφορίζομεν ἐν τοῖς ἔργοις ὄντα C
πολλάκις, ἢ τῷ τὸν μὲν εἰς ἀνωφελῆ πονεῖν καὶ ἀδιαφόρως, τὸν δὲ ἕνεκα τοῦ-
των συμφερόντων καὶ λυσιτελῶν. Ἀλλ' οὗτοί γε τοὐναντίον. Ὁ γὰρ σοφὸς
αὐτοῖς καὶ φρόνιμος ἐν πολλαῖς καταλήψεσι καὶ μνήμαις καταλήψεων
γεγονώς, ὀλίγας πρὸς αὐτὸν ἡγεῖται· τῶν τε ἄλλων οὐ πεφροντικώς, οὐδὲ
ἔλαττον ἔχειν οὐδὲ πλέον οἴεται, μνημονεύων ὅτι πέρυσι κατάληψιν ἔλαβε,
πταρνυμένου Δίωνος, ἢ σφαιρίζοντος Θέωνος. Καίτοι πᾶσα κατάληψις ἐν
τῷ σοφῷ καὶ μνήμη τὸ ἀσφαλὲς ἔχουσα καὶ βέβαιον, εὐθύς ἐστιν ἐπιστήμη,
καὶ ἀγαθὸν μέγα καὶ μέγιστον. Ἆρ' οὖν ὁμοίως ὑγείας ἐπιλιπούσης, αἰσθη- D
τηρίου καμόντος, οὐσίας ἀπολλυμένης, ἀφρόντιστός ἐστι, καὶ πρὸς αὐτὸν οὐδὲν
ἡγούμενος τούτων ὁ σοφός; " Ἢ νοσῶν μὲν ἰατροῖς τελεῖ μισθούς, χρη-
" μάτων δὲ ἕνεκα πρὸς Λεύκωνα πλεῖ τὸν ἐν Βοσπόρῳ δυνάστην, καὶ πρὸς
" Ἰνδάθυρσον ἀποδημεῖ τὸν Σκύθην; ὥς φησι Χρύσιππος·" τῶν δὲ αἰσθή-

B. 6. Εὐρυέδους—ἐδόμεθα] Aliis locis idem dictum memoratur, εὐρυόδου γ'—αἰνύμεθα. Vid. Animadverſſ. ad p. 470, D.
B. 9. μὴ παιδιᾶς] Non opus eſt corrigere εἰ μὴ π. rationem vertendo ſignificavimus.
C. 1. τοῦ φιλοπόνου] τοῦ additum ex B. E.
C. 2. ἀδιαφόρως] ἀδιάφορα Mez.
C. 7. Δίωνος] Sic B. E. Mez. Vulgo, δὲ Δίωνος.
C. 7. σφαιρίζοντος] Sic B. E. Xyl. Vulgo, σφυρίζοντος.
D. 4. Λεύκωνα] Sic B. E. Baſ. Xyl. Vulgo, Λάκωνα.

Quicunque terræ munere veſcimur,

cujus præſentis uſus eſt, et abſentis indigentia atque deſiderium, id expetendum, bonum, atque utile judicamus; cujus rei autem gratia, non joci aut delectationis cauſſa nil quiſquam agat, id indifferens. Nam haud alia ratione laborum ſtudioſum ab eo qui inanibus rebus induſtriam impendit diſtinguimus, ipſo quoque plerumque rebus agendis occupato, quam quod hic in inutilibus elaborat et indifferenter, hic propter aliquod commodum et utilitatem. Stoici contra. Sapiens enim ipſis et prudens in multis memoriis et comprehenſionibus verſans, paucas ad ſe ſpectare ſentit, ceteras non curat; neque amplius minuſve ad ſe redire putat, ſi recordetur nuper ſe aliquid comprehendiſſe, quam ſi memoria revolvat *ſternutaſſe Dionem*, aut *Theonem pila luſiſſe*. Atqui omnis perceptio in Sapiente et memoria, jactis radicibus confirmata, ſtatim ſcientia, bonumque magnum et maximum eſt. Ergone itidem ſanitate deficiente, ſenſus inſtrumento aliquo laborante, re amiſſa, ſine cura erit, nihilque horum ad ſe pertinere putabit Sapiens? Aut potius *ægrotans medicis mercedem perſolvet, pecuniæ comparandæ cauſſa ad Leuconem ibit Boſporanorum regulum, et ad Indathyrſum Scytham peregrinabitur?* ut ait Chryſippus:

σεών ἐστιν ἃς ἀποβαλὼν, οὐδὲ ζῆν ὑπομένει; Πῶς οὖν οὐχ ὁμολογοῦσι παρὰ τὰς ἐννοίας φιλοσοφεῖν, ἐπὶ τοῖς ἀδιαφόροις τοσαῦτα πραγματευόμενοι καὶ σπουδάζοντες, ἀγαθῶν δὲ μεγάλων καὶ παρόντων καὶ μὴ παρόντων, ἀδιαφόρως ἔχοντες;

E η΄. Ἀλλὰ κἀκεῖνο παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐστὶν, ἄνθρωπον ὄντα, μὴ χαίρειν ἐκ τῶν μεγίστων κακῶν ἐν τοῖς μεγίστοις ἀγαθοῖς γενόμενον· τοῦτο δὲ πέπονθεν ὁ τούτων σοφός. Ἐκ γὰρ τῆς ἄκρας κακίας μεταβαλὼν εἰς τὴν ἄκραν ἀρετὴν, καὶ τὸν ἀθλιώτατον βίον διαφυγὼν ἅμα, καὶ κτησάμενος τὸν μακαριώτατον, οὐδὲν ἐπίδηλον εἰς χαρὰν ἔσχεν, οὐδὲ ἐπῆρεν αὐτὸν, οὐδὲ ἐκίνησεν ἡ τοσαύτη μεταβολὴ, κακοδαιμονίας ἀπαλλαγέντα
F καὶ μοχθηρίας ἁπάσης, εἰς δὲ ἀσφαλῆ τινα καὶ βεβαίαν παντέλειαν ἀγαθῶν ἀφικόμενον. Ἔτι παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν, ἀγαθῶν μὲν εἶναι μέγιστον τὸ ἀμετάπτωτον ἐν ταῖς κρίσεσι καὶ βεβαιώσεσι, μὴ δεῖσθαι δὲ τούτου τὸν ἐπ' ἄκρον προκόπτοντα, μηδὲ φροντίζειν παραγενομένου· πολλάκις δὲ μηδὲ τὸν δάκτυλον προτεῖναι, ταύτης γε ἕνεκα τῆς ἀσφαλείας καὶ βεβαιότητος, ἣν τέλειον ἀγαθὸν καὶ μέγα νομίζουσιν. Οὐ μόνον οὖν ταῦτα λέγουσιν οἱ ἄνδρες, ἀλλὰ κἀκεῖνα πρὸς τούτοις, ὅτι ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει
1062 προσγινόμενος, ἀλλὰ κἂν ἀκαρές τις ὥρας γένηται φρόνιμος, οὐδενὶ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀπολειφθήσεται τοῦ τὸν αἰῶνα χρωμένου τῇ ἀρετῇ, καὶ μακα-

A. 1. τις ὥρας] Sic B. E. Vulgo, τι ὥρας.

quibusdam vero sensibus amissis, ne vivere quidem sustinebit? Qui ergo infitias ire possunt, se contra Communes Notitias philosophari, tantum occupationis et studii in res indifferentes cum conferant, bonis magnis vel præsentibus vel absentibus eodem in utramque partem modo indifferenter sint adfecti?

VIII. Enimvero hoc etiam Communibus repugnat Notitiis, homo qui sit, eum non gaudere si e maximis malis in summa bona perveniat. Atqui hoc accidit Stoico Sapienti. Nam e summa vitiositate in summam mutatus virtutem, simulque et miserrima liberatus vita, et beatissimam adeptus, nullum præ se fert gaudium, neque animum ejus erigit aut movet tanta mutatio, omni infelicitate et vitio solutum, inque certo et tuto omnium bonorum cumulo constitutum, eoque perfectissimo. Nimirum hoc Communi repugnat Notitiæ, bonorum omnium esse maximum firmitatem tutam ab errore in judicando et adfirmando; ea vero nihil opus esse huic, qui ad summum profecerit, neque curare eum si ipsa potiatur, ac *sæpe ne digitum quidem porrigere hujus securitatis et constantiæ caussa*, quam bonum interim perfectum et magnum ipsi censent. Neque hæc solum Stoici dicunt, sed hoc præterea, *temporis accessione bonum non augeri: nam si quis momento horæ sapiens fuerit, quod ad felicitatem attinet nihilo deteriore conditione futurum quam eum, qui per omnem ætatem virtutem coluerit, inque ea beate vi-*

ρίως ἐν αὐτῇ καταβιοῦντος. Ταῦτα δὲ οὕτω νεανικῶς ἀπισχυρισάμενοι, πάλιν, "οὐδὲν εἶναι," φασὶν, "ἀρετῆς ὄφελος ὀλιγοχρονίου. Τί γὰρ ἂν "μέλλοντι ναυαγεῖν εὐθὺς ἢ καταχρημνίζεσθαι φρόνησις ἐπιγένηται; τί "δ' ἂν ὁ Λίχας ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους ἀποσφενδονώμενος, εἰς ἀρετὴν ἐκ "κακίας μεταβάλῃ;" Ταῦτα οὖν οὐ μόνον παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας ἐστὶ φιλοσοφούντων, ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας κυκώντων, εἰ τὸ βραχὺν χρόνον κτήσασθαι τὴν ἀρετὴν, οὐθὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἄκρας εὐδαιμονίας ἅμα B καὶ μηδενὸς ὅλως ἄξιον νομίζουσι.

θ'. Τοῦτο δὲ οὐκ ἂν μάλιστα θαυμάσαις αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι, "τῆς ἀρε-"τῆς καὶ τῆς εὐδαιμονίας παραγινομένης, πολλάκις οὐδ' αἰσθάνεσθαι τὸν "κτησάμενον οἴονται, διαλεληθέναι δὲ αὐτὸν ὅτι μικρῷ πρόσθεν ἀθλιώ-"τατος ὢν καὶ ἀφρονέστατος, νῦν ὁμοῦ φρόνιμος καὶ μακάριος γέγονεν." Οὐ γὰρ μόνον ἔχοντά τινα τὴν φρόνησιν, τοῦτο μόνον μὴ φρονεῖν ὅτι φρονεῖ, μηδὲ γινώσκειν ὅτι τὸ ἀγνοεῖν διαπέφευγεν, εὐτράπελόν ἐστιν· ἀλλὰ καὶ ὅλως εἰπεῖν, τὸ ἀγαθὸν ἀρρεπὲς ποιοῦσι καὶ ἀμαυρὸν, εἰ μηδὲ αἴσθησιν αὐτοῦ ποιεῖ παραγινόμενον. Φύσει γὰρ ἀνεπαίσθητον οὐκ ἔστι κατ' αὐτούς· ἀλλὰ καὶ λέγει διαρρήδην Χρύσιππος ἐν τοῖς περὶ Τελῶν, "αἰσθητὸν εἶναι C "τὸ ἀγαθόν·" ὡς δὲ οἴεται, καὶ ἀποδείκνυσι. Λείπεται τοίνυν, ἀσθενείᾳ καὶ μικρότητι διαφεύγειν αὐτὸ τὴν αἴσθησιν, ὁπόταν παρὸν ἀγνοῆται καὶ διαλανθάνῃ τοὺς ἔχοντας. Ἔτι τοίνυν ἄτοπον μέν ἐστι, τὴν τῶν ἀτρέμας

B. 8. γινώσκειν ὅτι τὸ ἀγνοεῖν] Sic E. Vulgo, γινώσκει ὅτι ἀγνοεῖν.

tam exegerit. Hæc illi ita audacter adſeverantes ab altera parte aiunt, *nihil prodeſſe virtutem parvo contentam tempore: quid enim, ſi, ſtatim naufragio periturus aut præcipitio, prudentiam nanciſcatur? quid ſi Lichas ab Hercule tanquam e funda in mare projectus de vitio in virtutem tranſiiſſet?* Hæc jam non tantum contra Communes Notitias philoſophantium ſunt, ſed ſuas etiam confundentium; cum per exiguum tempus virtute præditum eſſe ſimul ſummam æquare felicitatem cenſeant, et rem nullo dignam pretio.

IX. Neque hoc maximum eorum eſt, quæ in Stoicorum doctrina poſſint mira videri; ſed quod *virtutem et beatitatem præſentem ſæpe ab eo cui adſunt non ſentiri* opinantur; *neque animadvertere eum, quod, paulo ante miſerrimus et ſtultiſſimus qui fuiſſet, nunc ſubito ſapiens beatuſque factus ſit.* Non enim id duntaxat ludicrum eſt dicere, eum qui ſapientia ſit præditus, non intelligere ſe ſapere, et emerſiſſe ex inſipientia; ſed, ut univerſe dicam, Bonum illi faciunt momenti et virium expers, cum homini accidens nullum ſui ſenſum præbeat. Nam de ipſorum ſententia *Bonum ſuapte natura ſenſum non ſubterfugit*, cum in diſputatione de Fine diſertis verbis Chryſippus dicat, *Bonum ſenſile eſſe*, idque etiam abs ſe demonſtrari putet. Reliquum eſt igitur, imbecillitate et exiguitate ſui ſubterfugere id ſenſum, quando præſens latet, et poſſidentes fallit. Porro autem abſurdum eſt viſum, qui leviter aut mediocriter alba ſentiat,

λευκῶν καὶ μέσων αἰσθανομένην ὄψιν ἐκφεύγειν τὰ ἐπ' ἄκρον λευκά, καὶ τὴν τὰ μαλακῶς καὶ ἀνειμένως θερμὰ καταλαμβάνουσαν ἀφὴν ἀναισθητεῖν τῶν σφόδρα θερμῶν· ἀτοπώτερον δὲ, εἴ τις τὸ κοινῶς κατὰ φύσιν, οἷόν ἐστιν ὑγεία καὶ εὐεξία, καταλαμβάνων, τὴν ἀρετὴν ἀγνοεῖ παροῦσαν, ἣν μάλιστα καὶ ἄκρως κατὰ φύσιν εἶναι τίθενται. Πῶς γὰρ οὐ παρὰ τὴν ἔννοιάν
D ἐστιν, ὑγείας καὶ νόσου διαφορὰν καταλαμβάνειν, καὶ ἀφροσύνης, ἀλλὰ τὴν μὲν ἀπηλλαγμένην οἴεσθαι παρεῖναι, τὴν δὲ κεκτημένον ἀγνοεῖν ὅτι πάρεστιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς ἄκρας προκοπῆς μεταβάλλουσιν εἰς εὐδαιμονίαν καὶ ἀρετὴν, δυοῖν ἀνάγκη θάτερον, ἢ τὴν προκοπὴν κακίαν μὴ εἶναι μηδὲ κακοδαιμονίαν, ἢ τὴν ἀρετὴν τῆς κακίας μὴ πολλῷ παραλλάττειν, μηδὲ τῆς κακοδαιμονίας τὴν εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ μικρὰν καὶ ἀνεπαίσθητον εἶναι τὴν πρὸς τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν διαφοράν· οὐ γὰρ ἂν ἑαυτοὺς διελάνθανον
E ἀντ' ἐκείνων ταῦτα ἔχοντες.

ί. Ὅταν μὲν οὖν μηδενὸς ἐκστῶσι τῶν μαχομένων, ἀλλὰ πάντα ὁμολογεῖν καὶ τιθέναι θέλωσι, "τὸ τοὺς προκόπτοντας ἀνοήτους καὶ κακοὺς εἶναι," "τὸ φρονίμους καὶ ἀγαθοὺς γενομένους διαλανθάνειν ἑαυτοὺς, τὸ μεγάλην" "διαφορὰν τῆς φρονήσεως πρὸς τὴν ἀφροσύνην ὑπάρχειν" ἦπου σοι δοκοῦσι θαυμασίως ἐν τοῖς δόγμασι τὴν ὁμολογίαν βεβαιοῦν; ἔτι δὲ μᾶλ-
F λον ἐν τοῖς πράγμασιν, ὅταν πάντας ἐπίσης κακοὺς καὶ ἀδίκους καὶ ἀπίστους

D. 1. καταλαμβάνειν, καὶ ἀφροσύνης] Mez. καταλαμβάνειν, φρονήσεως δὲ καὶ ἀφροσύνης μὴ καταλαμβάνειν. Similiter Reisk.

non aſſequi quæ extreme alba ſunt; aut tactum, quo molliter et remiſſe calida ſentiuntur, ſtupere ad ſenſum valde calidorum: abſurdius autem, ſi quis id quod communiter ſecundum Naturam eſt percipiens, ut ſunt ſanitas et bonus corporis habitus, ignoret præſentem virtutem, quam illi ſumme et maxime aiunt eſſe ſecundum Naturam. Quo enim modo non ſit contra Naturam, ſanitatis et morbi diſcrimen percipi, non item ſapientiæ et ſtultitiæ, ſed te hanc ſublatam putare adeſſe adhuc, illam vero nactum id ignorare? Quoniam vero e ſummo profectu in felicitatem et virtutem ſit mutatio, alterum horum ſit oportet, ut vel profectus iſte vitium et infelicitas non ſit, aut non multum diſtet a vitio virtus, a miſeria beatitas, ſed plane exiguum et ſenſum effugiens ſit bonorum a malis diſcrimen. Qui enim ipſos falleret, eſſe ipſos horum loco illa adeptos?

X. Quando itaque nihil de his pro quibus propugnant concedere volunt, ſed omnia in confeſſo ponunt; *Eos qui ad virtutem proficiunt eſſe ſtultos, ac vitioſos*; *Qui boni et ſapientes fiant, hanc mutationem non animadvertere*; *Magnum diſcrimen eſſe inter ſtultitiam et ſapientiam*; nonne tibi videntur mirifice conſenſum ſuorum tueri decretorum? Multo magis eorum inconſtantiam ipſis in rebus obſerves, quando *omnes æqualiter malos*, *injuſtos*, *infideles*, *ſtultos* pronunciantes, *qui non ſint ſapien-*

καὶ ἄφρονας τοὺς μὴ σοφοὺς ἀποφαίνοντες, εἶτα πάλιν τοὺς μὲν αὐτῶν ἐκτρέπονται καὶ βδελύττονται, τοὺς δὲ ἀπαντῶντες μηδὲ προσαγορεύουσι· τοῖς δὲ χρήματα πιστεύουσιν, ἀρχὰς ἐγχειρίζουσιν, ἐκδιδοῦσι θυγατέρας. Ταῦτα γὰρ εἰ μὲν παίζοντες λέγουσι, καταθέσθωσαν τὰς ὀφρῦς· εἰ δὲ ἀπὸ σπουδῆς καὶ φιλοσοφοῦντες, παρὰ τὰς κοινάς ἐστιν ἐννοίας, ψέγειν μὲν ὁμοίως 1063
καὶ κακίζειν πάντας ἀνθρώπους, χρῆσθαι δὲ τοῖς μὲν ὡς μετρίοις, τοῖς δὲ ὡς κακίστοις· καὶ Χρύσιππον μὲν ὑπερεκπεπλῆχθαι, καταγελᾶν δὲ Ἀλεξίνου· μηδὲν δὲ μᾶλλον οἴεσθαι μηδὲ ἧττον ἀλλήλων ἀφραίνειν τοὺς ἄνδρας. "Ναὶ," φασίν· "ἀλλὰ ὥσπερ ὁ πῆχυν ἀπέχων ἐν θαλάττῃ τῆς "ἐπιφανείας, οὐδὲν ἧττον πνίγεται τοῦ καταδεδυκότος ὀργυιὰς πεντακο-"σίας, οὕτως οὐδὲ οἱ πελάζοντες ἀρετῇ, τῶν μακρὰν ὄντων ἧττόν εἰσιν "ἐν κακίᾳ· καὶ καθάπερ οἱ τυφλοὶ, τυφλοί εἰσι, κἂν ὀλίγον ὕστερον ἀνα-"βλέπειν μέλλωσιν, οὕτως οἱ προκόπτοντες, ἄχρις οὗ τὴν ἀρετὴν ἀναλά- B
"βωσιν, ἀνόητοι καὶ μοχθηροὶ διαμένουσιν." Ὅτι μὲν οὖν οὔτε τυφλοῖς ἐοίκασιν οἱ προκόπτοντες, ἀλλὰ ἧττον ὀξυδορκοῦσιν, οὔτε πνιγομένοις, ἀλλὰ νηχομένοις, καὶ ταῦτα πλησίον λιμένος, αὐτοὶ διὰ τῶν πραγμάτων μαρτυροῦσιν. Οὐ γὰρ ἂν ἐχρῶντο συμβούλοις καὶ στρατηγοῖς καὶ νομοθέταις, ὥσπερ τυφλοὶ χειραγωγοῖς, οὐδ' ἂν ἐζήλουν ἔργα καὶ πράξεις, καὶ λόγους καὶ βίους ἐνίων, εἰ πάντας ὡσαύτως πνιγομένους ὑπὸ τῆς ἀφροσύνης καὶ

F. 3. τοὺς δὲ ἀπαντῶντες] τοὺς δὲ delendum, ut ex proximo τοῖς δὲ natum.
F. 5. καταθέσθωσαν] Forte, καθέσθωσαν, vel καθέτωσαν.
B. 6. τυφλοὶ χειραγωγοῖς] Legendum cum Mez. τυφλοῖς χειραγωγοῖς.

tes; rurſum alios horum averſantur et pro impuris habent, quoſdam etiam facti obviam non dignantur compellare; aliis pecuniam credunt, magiſtratus committunt, filias elocant. Quæ ſi joco iſti faciunt, deponant ſupercilium: ſi ſerio et ut philoſophantes, jam hoc Communibus repugnat Notitiis, omnes homines eodem pacto vituperare, aliis autem ut mediocribus uti, aliis tanquam peſſimis; et Chryſippum nimio cum ſtupore admirari, Alexinum deridere, nihilominus magiſve unum altero inſaniorem non cenſentes. *At vero*, inquiunt, *res ita plane habet: nam ſicut is qui cubitum a maris ſuperficie diſtans non minus ſuffocatur, quam qui ad ulnas quingentas demerſus eſt, ita qui ad virtutem accedunt, non minus ſunt in vitio, quam qui abſunt ab ea procul: et ſicut cæci ſunt, etiamſi paulo poſt ſint viſum recuperaturi, ita qui progreſſus faciunt ad virtutem, antequam ea potiantur, ſtulti et vitioſi permanent.* At enim proficientes ad virtutem non eſſe cæcorum, ſed obtuſius videntium ſimiles, neque ſuffocatorum ſed natantium, idque prope portum, ipſi ſuis factis teſtatum reddiderunt. Neque enim uſi fuiſſent conſiliariis, imperatoribus, legum latoribus, tanquam cæcis ductoribus; neque imitati fuiſſent facta, actiones, orationes, vitas quorundam, ſi omnes eodem mo-

μοχθηρίας ἑώρων. Ἀφεὶς δὲ τοῦτο, θαύμασον ἐκείνη τοὺς ἄνδρας, εἰ
C μηδὲ τοῖς ἑαυτῶν διδάσκονται παραδείγμασι προέσθαι διαλεληθότας ἐκείνους σοφοὺς, καὶ μὴ συνιέντας μηδ' αἰσθανομένους ὅτι πνιγόμενοι πέπαυνται, καὶ φῶς ὁρῶσι, καὶ τῆς κακίας ἐπάνω γεγονότες ἀναπεπνεύκασι.

ια'. Καὶ παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν, "ἄνθρωπον ᾧ πάντα τἀγαθὰ πάρεστι "καὶ μηδὲν ἐνδεῖ πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ τὸ μακάριον, τούτῳ καθήκειν "ἐξάγειν ἑαυτόν" ἔτι δὲ μᾶλλον, "ᾧ μηθὲν ἀγαθόν ἐστι, μηδὲ ἔσται, "τὰ δεινὰ δὲ πάντα καὶ τὰ δυσχερῆ καὶ κακὰ πάρεστι καὶ παρέσται διὰ "τέλους, τούτῳ μὴ καθήκειν ἀπολέγεσθαι τὸν βίον, ἂν μή τι διὰ τῶν
D "ἀδιαφόρων αὐτῷ προσγένηται." Ταῦτα τοίνυν ἐν τῇ Στοᾷ νομοθετεῖται, καὶ πολλοὺς μὲν ἐξάγουσι τῶν σοφῶν ὡς ἄμεινον εὐδαιμονοῦντας πεπαῦσθαι· πολλοὺς δὲ κατέχουσι τῶν φαύλων, ὡς καθήκοντος αὐτοῖς ζῆν κακοδαιμονοῦντας. Καίτοι ὁ μὲν σοφὸς, ὄλβιος, μακάριος, πανευδαίμων, ἀσφαλὴς, ἀκίνδυνος· ὁ δὲ φαῦλος καὶ ἀνόητος, οἷος εἰπεῖν,

Γέμων κακουργιῶν, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπη τεθῇ·

ἀλλὰ καὶ τούτοις μονὴν οἴονται καθήκουσαν εἶναι, κἀκείνοις ἐξαγωγήν. "Εἰκότως δὲ," φησὶ Χρύσιππος· "οὐ γὰρ ἀγαθοῖς καὶ κακοῖς δεῖ παραμε"τρεῖσθαι τὸν βίον, ἀλλὰ τοῖς κατὰ φύσιν καὶ παρὰ φύσιν." Οὕτως ἀνθρώ-

C. 8. διὰ τῶν ἀδιαφόρων] διὰ delendum, ut ex ἀδιαφόρων natum. T. V. Anon. corrigunt ἰδίᾳ vel νὴ Δία.
D. 2. πεπαῦσθαι—κακοδαιμονοῦντας] Addidimus hæc ex B. E.
D. 7. μονὴν] Sic Baſ. Xyl. Mez. Reiſk. Vulgo, μόνην.
D. 9. καὶ παρὰ φύσιν] Addita ſunt ex B. E.

do ſuffocatos a ſtultitia et vitioſitate vidiſſent. Sed hoc omiſſo, mecum mirare iſtos homines hac in re, quod ne ſuis quidem ipſorum exemplis docentur repudiare iſtam opinionem de Sapientibus ignorantibus ſe Sapientes factos eſſe, nec ſentientibus neque animadvertentibus ſe ſuffocari deſinere, et lucem videre, ac ſupra dementiam emerſos reſpirare.

XI. Sed et hoc contra Communem Notitiam eſt, *Homini cui omnia adſunt bona, nihilque ad felicitatem et beatitatem deeſt, ei convenire ut vitam projiciat.* Multo magis id, *Cui nihil eſt boni aut erit, adverſa omnia et difficilia ac mala, et perpetuo adfutura, huic non convenire ut vitam repudiet, niſi quid ei indifferentium accidat.* Hæ leges in Stoa feruntur, multoſque Sapientes ad necem ſibi ipſis inferendam impellunt, ſcilicet quaſi melius ſit iis deſinere eſſe felicibus; multos item pravos in vita retinent, quaſi ipſis officii ſit vivere infelicibus. Atqui Sapiens illorum fortunatus eſt, beatus, feliciſſimus, tutus, extra pericula conſtitutus, vitioſus ille et ſtultus, ut ſic dicam,

Plenus malis, quem quo ponas non ſit locus :

et tamen his permanſionem in vita, illis diſceſſionem putant convenire. *Merito, ſane,* inquit Chryſippus: *non enim bonis et malis, ſed iis quæ ſecundum Naturam ſunt, metiri debemus vitam.* Hoc illi modo tutantur Conſuetudinem, et adverſus Com-

ποις σώζουσι τὴν συνήθειαν, καὶ πρὸς τὰς κοινὰς ἐννοίας φιλοσοφοῦσι. Τί λέγεις; οὐ δεῖ σκοπεῖν

> Ὅ, ττι ἐν μεγάροισι κακόν τ' ἀγαθόν τε τέτυκται, E

τὸν περὶ βίου καὶ θανάτου σκοπούμενον; οὐδὲ ὥσπερ ἐπὶ ζυγοῦ τὰ πρὸς εὐδαιμονίαν καὶ κακοδαιμονίαν ἐξετάζειν ἐπίσημα μᾶλλον ὠφελ * ἀλλ' ἐκ τῶν μήτε ὠφελούντων, μήτε βλαπτόντων τοὺς * βιωτέον, ἢ μὴ ποιεῖσθαι λογισμοὺς, οὐ μέλλει πρὸς τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις καὶ ἀρχὰς καθηκόντως αἱρεῖσθαί τε τὸν βίον ᾧ τῶν φευκτῶν οὐδὲν ἄπεστι, καὶ φεύγειν ᾧ πάντα τὰ αἱρετὰ πάρεστι; Καίτοι παράλογον μὲν, ὦ ἑταῖρε, καὶ τὸ φεύγειν F τὸν βίον, ἐν μηδενὶ κακῷ γενομένους· παραλογώτερον δὲ εἰ μὴ τυγχάνων τις τοῦ ἀδιαφόρου, τὸ ἀγαθὸν ἀφίησιν· ὅπερ οὗτοι ποιοῦσι, τὴν εὐδαιμονίαν προϊέμενοι καὶ τὴν ἀρετὴν παροῦσαν, ἀνθ' ὑγείας καὶ ὁλοκληρείας, ὧν οὐ τυγχάνουσιν.

> Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεὺς,

ὅτι χρύσεια χαλκείων, ἑκατόμβοια ἐννεαβοίων ἔμελλε διαμείψεσθαι. Καίτοι τὰ μὲν χάλκεα τῶν ὅπλων οὐχ ἧττον ἢ τὰ χρυσᾶ παρεῖχε χρείαν μαχομένοις· εὐπρέπεια δὲ σώματος καὶ ὑγεία τοῖς Στωϊκοῖς οὔτε χρείαν οὔτε ὄνησίν τινα φέρει πρὸς εὐδαιμονίαν. Ἀλλ' ὅμως οὗτοι τῆς φρο- 1064 νήσεως ἀντικαταλλάττονται τὴν ὑγείαν. "Καὶ γὰρ Ἡρακλείτῳ," φασὶ, "καὶ

E. 3. μᾶλλον ὠφελ *—βιωτέον] βιωτέον pro vulgato βιώτερον ſumſimus ex B. E. Xyl. qui ceterum eaſdem has ut reliqui libri habent lacunas, ita, noſtra quidem conjectura, ſupplendas, ἐπίσημα, μηδ' ἐκ τῶν ὠφελούντων καὶ βλαπτόντων, ἀλλ' ἐκ τῶν μήτε ὠφελούντων μηδὲ βλαπτόντων, τοὺς, εἰ βιωτέον ἢ μὴ, ποιεῖσθαι λογισμούς.

munes philoſophantur Notitias. Quid ais tandem? Non debet conſiderare,

> Ædibus in propriis bona quæ ſint, quidve mali ſit,

qui de vita vel morte deliberationem inivit? neque tanquam in trutina examinare in utram partem res ipſius plura habeant momenta? ſed ex his quæ neque utilia ſunt neque damnoſa, ratiocinari vivendumne ſit an moriendum? ac ſequi hujuſmodi principia et ſententias, quæ vitam omnium rerum fugiendarum plenam deligere, expletam omnibus bonis rebus fugere, jubeant? Enimvero, amice, a ratione alienum eſt fugere vitam cui nihil adeſt mali; alienius, dimittere bonum, ſi quis non potiatur indifferentibus: quod iſti faciunt, præſentem felicitatem virtutemque prodentes, propterea quod ſanitate aut incolumitate careant.

> Hic mentem Glauco Saturnius abſtulit omnem,

cum eſſet in permutatione daturus arma pro æreis aurea, digna centum bobus arma, pro iis quæ non niſi novem pretium boum æquarent. Et tamen ærea arma non minus quam aurea ad pugnæ uſus apta erant: pulchritudo et ſanitas Stoicis nullum uſum, nullum ad felicitatem conferunt emolumentum. Et tamen illi ſanitatem ſapientia redimunt. Aiunt enim, *Heraclito et Pherecydi con-*

" Φερεκύδῃ καθήκειν ἂν, εἴπερ ἠδύναντο, τὴν ἀρετὴν ἀφεῖναι καὶ τὴν " φρόνησιν, ὥστε παύσασθαι φθειριῶντας καὶ ὑδρωπιῶντας· καὶ τῆς Κίρκης " ἐγχεούσης δύο φάρμακα, τὸ μὲν, ποιοῦν ἄφρονας ἐκ φρονίμων, τὸ δὲ, " φρονίμους ἐξ ἀφρόνων, τὸ δὲ, ὁ * τὸν Ὀδυσσέα πιεῖν τὸ τῆς ἀφρο-" σύνης μᾶλλον, ἢ μεταβαλεῖν εἰς θηρίου μορφὴν τὸ εἶδος, ἔχοντα τὴν " φρόνησιν, καὶ μετὰ τῆς φρονήσεως δηλονότι τὴν εὐδαιμονίαν. Καὶ ταῦτα,"
B φασὶν, " αὐτὴν ὑφηγεῖσθαι καὶ παρακελεύεσθαι τὴν φρόνησιν, Ἄφες με " καὶ καταφρόνησον ἀπολλυμένης ἐμοῦ καὶ διαφθειρομένης εἰς ὄνου πρόσ-" ωπον." Ἀλλ' ὄνου γε, φήσει τις, ἡ τοιαῦτα παραγγέλλουσα φρόνησίς ἐστιν· εἰ τὸ μὲν φρονεῖν καὶ εὐδαιμονεῖν ἀγαθόν ἐστι, τὸ δὲ * περιφέρειν πρόσωπον ἀδιάφορον. Ἔθνος εἶναι, φασὶν, Αἰθιόπων ὅπου κύων βασιλεύει, καὶ βασιλεὺς προσαγορεύεται, καὶ ἱερὰ καὶ τιμὰς ἔχει βασιλέως, ἄνδρες δὲ πράττουσιν ἅπερ ἡγεμόσι πόλεων προσήκει καὶ ἄρχουσιν. Ἆρ' οὖν παρὰ τοῖς Στωϊκοῖς ὁμοίως τὸ μὲν ὄνομα καὶ τὸ σχῆμα τοῦ ἀγαθοῦ πάρεστι τῇ
C ἀρετῇ, καὶ μόνην ταύτην αἱρετὸν καὶ ὠφέλιμον καὶ συμφέρον καλοῦσι, πράττουσι δὲ ταῦτα καὶ φιλοσοφοῦσι, καὶ ζῶσι καὶ ἀποθνήσκουσιν, ὥσπερ ἀπὸ προστάγματος τῶν ἀδιαφόρων; Καίτοι τὸν κύνα μὲν ἐκεῖνον οὐδεὶς Αἰθιόπων ἀποκτέννυσιν, ἀλλὰ σεμνῶς κάθηται προσκυνούμενος· οὗτοι δὲ τὴν

A. 6. τὸ δὲ, ὁ * τὸν Ὀδυσσέα] Locus tale quid desiderat, τὸ δὲ φρονίμους ὄνους ἐξ ἀφρόνων ἀνθρώπων, τότε δὴ τὸν Ὀδυσσέα πιεῖν ἂν τὸ τῆς ἀφροσύνης μ.—. Item verti, certe.
B. 2. καταφρόνησον] Sic omnes libri, excepto Steph. καταφρόνησιν, operarumne vitio an correctionis, certe vitio, eoque propagato per Græco-Lat.
B. 2. διαφθειρομένης] Sic B. E. Vulgo, διαφερομένης.
B. 4. τὸ δὲ * περιφέρειν] Nil nisi ὄνου desideratur, ut supplent T. Amiot. Xyl.

venturum fuisse, si res tulisset, ut virtute ac sapientia dimissis finem aquæ intercutis et morbi pedicularis mercarentur. Atque si Circe duo infudisset venena, quorum unum stultos de prudentibus, alterum prudentes asinos ex hominibus stultis redderet; præoptaturum fuisse Ulyssem bibere stultitiæ potius poculum, quam transire in bestiæ formam, præditum sapientia, et nimirum simul etiam felicitate. Atque hæc, aiunt, *ipsam dictare et hortari sapientiam; Missam me fac, nec rationem habe pereuntis, et in asini faciem discedentis.* Nimirum, diceret non nemo, *Asini est quæ hoc suadet sapientia*; *quando sapere et felicitate frui bonum est, asini circumferre faciem indifferens.* Gentem aiunt esse Æthiopum, ubi canis regat, rexque appelletur, et sacris et honoribus colatur regiis; viri autem obeant principum et magistratuum munia. Nonne res etiam apud Stoicos similiter habet? Certe nomen boni et species virtuti adest, solamque eam expetendam, utilem, conducibilem appellant; interim ea agunt, commentanturque, ita vivunt et moriuntur, sicut præcipitur a rebus indifferentibus. Et quidem canem illum nemo Æthiopum interficit, sed is cum dignitate sedet adoratus: isti virtutem

ἀρετὴν ἀπολλύουσιν ἑαυτῶν, καὶ διαφθείρουσι, τῆς ὑγείας περιεχόμενοι καὶ τῆς ἀπονίας.

ιβ΄. Ἔοικε δὲ ἡμᾶς ἀπαλλάττειν τοῦ περὶ τούτων ἔτι πλείονα λέγειν ὁ κολοφὼν αὐτὸς ὃν ὁ Χρύσιππος τοῖς δόγμασιν ἐπιτέθεικεν. Ὄντων γὰρ ἐν τῇ φύσει τῶν μὲν, ἀγαθῶν, τῶν δὲ, κακῶν, τῶν δὲ, καὶ μεταξὺ καὶ καλουμένων ἀδιαφόρων, οὐδείς ἐστιν ἀνθρώπων ὃς οὐ βούλεται τὸ ἀγαθὸν ἔχειν D μᾶλλον ἢ τὸ ἀδιάφορον, καὶ τὸ ἀδιάφορον ἢ τὸ κακόν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς θεοὺς ἤδη ποιούμεθα μάρτυρας, αἰτούμενοι ταῖς εὐχαῖς παρ' αὐτῶν μάλιστα μὲν κτῆσιν ἀγαθῶν, εἰ δὲ μὴ, κακῶν ἀποφυγὴν, τὸ δὲ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν ἀντὶ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ μὴ θέλοντες ἔχειν, ἀντὶ δὲ τοῦ κακοῦ θέλοντες. Ὁ δὲ τὴν φύσιν ἐναλλάττων, καὶ τὴν τάξιν ἀναστρέφων, ἐκ τῆς μέσης χώρας τὸ μέσον εἰς τὴν ἐσχάτην μετατίθησι, τὸ δὲ ἔσχατον εἰς τὴν μέσην ἐπανάγει καὶ μετοικίζει, καθάπερ οἱ τύραννοι τοῖς κακοῖς προεδρείαν διδοῦσι· καὶ νομοθετεῖ πρῶτον διώκειν τὸ ἀγαθὸν, δεύτερον δὲ τὸ E κακὸν, ἔσχατον δὲ καὶ χείριστον ἡγεῖσθαι τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακόν· ὥσπερ εἴ τις μετὰ τὰ οὐράνια τὰ ἐν ᾅδου τιθείη, τὴν δὲ γῆν καὶ τὰ περὶ γῆν εἰς τὸν τάρταρον ἀπώσειε,

Τῆλε μάλ', ἧχι βάθιστον ὑπὸ χθονός ἐστι βέρεθρον.

Εἰπὼν οὖν ἐν τῷ τρίτῳ Περὶ Φύσεως ὅτι "λυσιτελεῖ ζῆν ἄφρονα, ἢ

C. 6. ἀπονίας] Sic B. E. ἀπορίας Ald. unde εὐπορίας correxit Leonic. quod tranſiit in Baſ. Xyl. Steph. Græco-Lat.
C. 9. καὶ μεταξὺ] καὶ delendum videtur.
E. 2. δὲ καὶ χείριστον] καὶ additum ex E.

ſuam perdunt atque corrumpunt, ſanitatem aut opes ut conſequantur.

XII. Ne de his plura dicam, videtur ipſa nos coronis hortari, quam Chryſippus ſuis decretis impoſuit. Nam cum in Natura ſint bona, mala, et neutra ſive indifferentia, nemo hominum eſt, qui non malit bonum habere, quam indifferens aut malum. Sed et Deos in teſtimonium vocamus, votis ab iis petentes priore quidem loco poſſeſſionem bonorum, poſteriore malorum fugam; id quod neque bonum eſt neque malum, loco boni nolentes habere, loco mali volentes. At ille ordinem invertens, ipſamque mutans Naturam, ex medio loco medium in extremum collocat, extremo in medium traducto, ſicut tyranni ſolent priorem in conſeſſu locum malis tribuere; ac lege lata jubet primo ſectari bona, deinde mala, poſtremo id deterrimum judicare, quod neque bonum ſit neque malum. Perinde faciens, ac ſi quis proxime poſt cœleſtia inferos ponat, terra et terreſtribus in tartarum rejectis,

Qua procul hinc ima ſtat ſub tellure barathrum.

Ergo cum dixiſſet in tertio De Natura, *Expedire*

"μὴ βιοῦν, κἂν μηδέποτε μέλλῃ φρονήσειν," ἐπιφέρει κατὰ λέξιν, "Τοι-
"αῦτα γὰρ τὰ ἀγαθά ἐστι τοῖς ἀνθρώποις, ὥστε τρόπον τινὰ καὶ τὰ κακὰ
"τῶν ἄλλων ἀνὰ μέσον προτερεῖν· ἔστι δὲ οὐ ταῦτα προτεροῦντα, ἀλλ'
F "ὁ λόγος μεθ' οὗ βιοῦν ἐπιβάλλει μᾶλλον, εἰ καὶ ἄφρονες ἐσόμεθα."
Δῆλον οὖν εἰ καὶ ἄδικοι καὶ παράνομοι, καὶ θεοῖς ἐχθροὶ, καὶ εἰ κακοδαί-
μονες· οὐθὲν γὰρ ἄπεστι τούτων τοῖς ἀφρόνως βιοῦσιν. Ἐπιβάλλει τοίνυν
κακοδαιμονεῖν μᾶλλον ἢ μὴ κακοδαιμονεῖν, καὶ βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ μὴ
βλάπτεσθαι, καὶ ἀδικεῖν ἢ μὴ ἀδικεῖν, καὶ παρανομεῖν ἢ μὴ παρανομεῖν;
τουτέστιν, ἐπιβάλλει τὰ ἐπιβάλλοντα ποιεῖν, καὶ καθήκει ζῆν καὶ παρὰ τὸ
μὴ καθῆκον; "Ναί· χεῖρον γάρ ἐστι τὸ ἄλογον καὶ τὸ ἀναίσθητον εἶναι,
"τοῦ ἀφραίνειν." Εἶτα τί παθόντες οὐχ ὁμολογοῦσιν εἶναι κακὸν, ὃ τοῦ κακοῦ
χεῖρόν ἐστι; διὰ τί φευκτὸν ἀποφαίνουσι μόνον τὴν ἀφροσύνην, εἰ οὐχ
1065 ἧττον ἀλλὰ καὶ μᾶλλον ἐπιβάλλον ἐστὶ φεύγειν τὴν μὴ δεχομένην τὸ
ἀφραίνειν διάθεσιν;

ιγ'. Ἀλλὰ τί ἄν τις ἐπὶ τούτοις δυσχεραίνοι, μεμνημένος ὧν ἐν τῷ δευτέρῳ Περὶ Φύσεως γέγραφεν, ἀποφαίνων, "οὐκ ἀχρήστως τὴν κακίαν "πρὸς τὰ ὅλα γεγενημένην;" Ἄξιον δὲ ἀναλαβεῖν τὸ δόγμα ταῖς ἐκείνου λέξεσιν, ἵνα καὶ μάθῃς πῶς οἱ τοῦ Ξενοκράτους καὶ Σπευσίππου κατηγοροῦντες

F. 6. τὰ ἐπιβάλλοντα] Legendum puto, τὰ μὴ ἐπιβάλλοντα: nam videtur μὴ hinc temere translatum esse ante καθῆκον.

F. 6. τὸ μὴ καθῆκον] Legendum, τὸ καθῆκον.

F. 9. χεῖρόν ἐστι; διὰ τί—εἰ οὐχ ἧττον] Vulgo, χεῖρόν ἐστι, δι' ὃ—ἧς οὐχ ἧττον, quod Steph. edidit ex Leonic. Schott. Nos διὰ τί recepimus ab Amiot. Xyl. verſ. Mez. εἰ ex Ald. Baſ. Xyl. Mez.

A. 6. μάθῃς πῶς οἱ τοῦ] πῶς aut delendum cum Xyl. aut mutandum in πως *quodammodo*. Reliqua teneam, ut in re dubia: οἱ τοῦ eſt ex Leonic. et Schott. et in Baſ. Xyl. Steph. nam Ald. B. E. ejus loco habent ὅπου.

ſtulto vitam, etſi nunquam eſſet conſecuturus intelligentiam, hæc verba ſubjungit; *Talia enim bona ſunt hominibus, ut quodammodo etiam mala ceteris mediis antecedant. Non autem hæc præcedunt, ſed ratio quæ efficit vivendum eſſe potius, etiam ſi ſimus ſtulti.* Ergo etiam ſi injuſti, flagitioſi, Diis inviſi, infelices; nihil enim horum abeſt a ſtulte viventibus. Ergo convenit miſere potius vivere quam non vivere miſere, et præſtat lædi quam non lædi, injuſtum eſſe quam non eſſe injuſtum, leges violare quam non violare? Hoc eſt, convenit non convenientia facere, et officii eſt vivere etiam contra officium? *Sane*, inquit: *eſt enim pejus ratione et ſenſu carere, quam ſtultum eſſe.* Quid ergo in mentem iis venit, ut malum eſſe non fateantur, quod malo eſt pejus? cur *ſolam* aiunt *fugiendam eſſe ſtultitiam*, ſi non minus, ſed magis etiam conveniens eſt fugere eam affectionem, quæ ſtultitiæ non eſt capax?

XIII. Sed quis de hoc queratur, memor eorum quæ in ſecundo De Natura ille ſcripſit, pronuncians *haud inutiliter rebus univerſis Malum exſtitiſſe?* Operæ pretium eſt, decretum illud ipſius verbis proponere; quo intelligas qui Xenocratem

ἐπὶ τῷ μὴ τὴν ὑγείαν ἀδιάφορον ἡγεῖσθαι, μηδὲ τὸν πλοῦτον ἀνωφελὲς,
ἐν τίνι τόπῳ τὴν κακίαν αὐτοὶ τίθενται, καὶ τίνας λόγους περὶ αὐτῆς διεξ-
ίασιν. " Ἡ δὲ κακία πρὸς τὰ λοιπὰ συμπτώματα ἔχει ὅρον· γίνεται γὰρ
" αὐτή πως κατὰ τὸν τῆς φύσεως λόγον· καὶ, ἵνα οὕτως εἴπω, οὐκ ἀχρήστως B
" γίνεται πρὸς τὰ ὅλα· οὐδὲ γὰρ ἂν τἀγαθὸν ἦν." Οὐκοῦν ἐν θεοῖς
ἀγαθὸν οὐδέν ἐστιν, ἐπεὶ μηδὲ κακόν· οὐδὲ ὅταν ὁ Ζεὺς εἰς ἑαυτὸν ἀνα-
λύσας τὴν ὕλην ἅπασαν, εἷς γένηται καὶ τὰς ἄλλας ἀνέλῃ διαφορὰς,
οὐδέν ἐστιν ἀγαθὸν τηνικαῦτα, μηθενός γε κακοῦ παρόντος· ἀλλὰ χοροῦ
μέν ἐστιν ἐμμέλεια, μηδενὸς ἀπᾴδοντος ἐν αὐτῷ· καὶ σώματος ὑγεία, μηδ-
ενὸς μορίου νοσοῦντος· ἀρετὴ δὲ ἄνευ κακίας οὐκ ἔχει γένεσιν, ἀλλ' ὥσπερ
ἐνίαις τῶν ἰατρικῶν δυνάμεων ἰὸς ὄφεως, καὶ χολὴ ὑαίνης, οὕτως ἀναγκαῖόν
ἐστιν ἐπιτηδειότης ἑτέρα τῇ Μελίτου μοχθηρίᾳ πρὸς τὴν Σωκράτους δικαι- C
οσύνην, καὶ τῇ Κλέωνος ἀναγωγίᾳ πρὸς τὴν Περικλέους καλοκἀγαθίαν·
πῶς δ' ἂν εὗρεν ὁ Ζεὺς τὸν Ἡρακλέα φῦσαι καὶ τὸν Λυκοῦργον, εἰ μὴ
καὶ Σαρδανάπαλον ἡμῖν ἔφυσε καὶ Φάλαριν; Ὥρα λέγειν αὐτοῖς ὅτι καὶ
φθίσις γέγονεν ἀνθρώπων πρὸς εὐεξίαν, καὶ ποδάγρα πρὸς ὠκύτητα· καὶ
οὐκ ἂν ἦν Ἀχιλλεὺς κομήτης, εἰ μὴ φαλακρὸς Θερσίτης. Τί γὰρ δια-
φέρουσι τῶν ταῦτα ληρούντων καὶ φλυαρούντων οἱ λέγοντες μὴ ἀχρήστως
γεγονέναι πρὸς τὴν ἐγκράτειαν τὴν ἀκολασίαν, καὶ πρὸς τὴν δικαιοσύνην τὴν

B. 3. ἀναλύσας] Melius est ἀναλώσας, quod Mez. notat.
B. 8. καὶ χολὴ—ἑτέρα] Forte corrigendum, καὶ χολὴ ὑαίνης ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὕτως ἐπιτηδειότης ἑτέρα—.
C. 5. ἀνθρώπων] Forte, ἀνθρώπῳ.

et Speusippum incusant, quia sanitatem negaverint esse e censu indifferentium, neque divitias de inutilium numero, ipsi quo loco vitiositatem ponant, et quid de ea loquantur. *Malum*, inquit, *suo termino a reliquis distinguitur accidentibus. Exsistit enim ipsum quodammodo secundum Naturæ rationem, et, ut sic dicam, non inutiliter ratione universarum rerum*; *alioqui enim ne bonum quidem poterat subsistere.* Ergo Diis boni nihil est, quando nihil mali? et cum Jupiter tota in seipsum consumta materia unicus fiet, abolitis reliquis differentiis, bonum tunc nullum erit, quia nihil aderit mali? Enimvero chorus concinere potest, nemine vitiose canente; et corpus sanum est, nullo membro ægrotante: virtus autem sine vitio exsistere nequit? sed nimirum sicut quorundam medicamentorum facultatibus virus serpentis aut fel hyænæ admiscere oportet; ita ad Socratis justitiam congruebat alicujus mali adjunctio, utpote malitia Meliti; et Cleonis petulantia ad Periclis probitatem? et quomodo Jupiter potuisset gignere Herculem ac Lycurgum, si non Sardanapalum quoque et Phalaridem nobis creasset? Tempus jam est, ut dicant tabem quoque hominibus ad firmam corporis affectionem conducere, et podagram ad velocitatem. Quid enim differunt a talia nugantibus, qui dicunt non inutiliter ad continentiam exstitisse intemperantiam, et injusti-

D ἀδικίαν, ὅπως εὐχώμεθα τοῖς θεοῖς ἀεὶ μοχθηρίαν εἶναι,

Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος,

εἰ τούτων ἀναιρεθέντων οἴχεται φροῦδος ἡ ἀρετὴ, καὶ συναπόλωλεν.

ιδ'. Ἢ βούλει τὸ ἥδιστον αὐτοῦ τῆς γλαφυρίας καὶ πιθανότητος ἱστορῆσαι; "Ὥσπερ γὰρ αἱ κωμῳδίαι," φησὶν, "ἐπιγράμματα γελοῖα "φέρουσιν, ἃ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐστὶ φαῦλα, τῷ δὲ ὅλῳ ποιήματι χάριν "τινὰ προστίθησιν· οὕτως ψέξειας ἂν αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς τὴν κακίαν· "τοῖς δὲ ἄλλοις οὐκ ἄχρηστός ἐστι." Πρῶτον μὲν οὖν τὴν κακίαν γεγονέναι κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν, ὥσπερ τὸ φαῦλον ἐπίγραμμα γέγονε κατὰ E τὴν τοῦ ποιητοῦ βούλησιν, πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀτοπίας ὑπερβάλλει. Τί γὰρ μᾶλλον ἀγαθῶν ἢ κακῶν δοτῆρες ἔσονται; πῶς δ' ἔτι θεοῖς ἐχθρὸν ἡ κακία, καὶ θεομισές; ἢ τί πρὸς τὰ τοιαῦτα δυσφημήματα λέγειν ἔξομεν, ὡς

Θεὸς μὲν αἰτίαν φύει βροτοῖς
Ὅταν κακῶσαι δῶμα παμπήδην θέλῃ·

καὶ,

Τίς τ' ἄρ σφῶε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;

Ἔπειτα δὲ τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τὴν κωμῳδίαν κοσμεῖ, καὶ συνεργεῖ πρὸς τὸ τέλος αὐτῆς, ἐφιεμένης τοῦ γελοίου ἢ κεχαρισμένου τοῖς

D. 1. μοχθηρίαν εἶναι] εἶναι revocavimus ex Ald. Bas. Xyl. B. E. pro vulgato ἀπεῖναι quod Steph. sumsit a Leonic. Schott. Anon.
D. 4. Ἢ βούλει] Sic B. E. Vulgo, Ἡ βούλῃ.
D. 8. τοῖς δὲ ἄλλοις] Rectius Mez. τοῖς δὲ ὅλοις.

tiam ad justitiam? scilicet Deos comprecemur, ut semper sint perversitas,

Fallaces mores, blanda et mendacia verba,

siquidem his sublatis, una evanescet et interibit virtus.

XIV. Mavisne pernoscere suavissimam ejus facundiam, politamque persuadendi vim? *Sicut enim*, inquit, *comœdiæ ferunt ridiculas adscriptiones, quæ pro se nullius pretii, toti poëmati tamen aliquid venustatis addunt, ita ipsum quidem pro se vitium vituperaveris, ad alias res inutile non est.* Primo, vitium Dei Providentia exstitisse, sicut voluntate poëtæ adscriptio mala facta est, tantum absurdi habet, ut absurdius cogitari possit nihil. Nam hoc dato, qui magis bonorum, quam malorum datores erunt Dii? quomodo invisum erit Diis flagitium? quid habebimus quod male ominatis hisce dictis opponamus?

Caussam mortalibus creat aliquam Deus,
Cum familiam vult quandam adfligere funditus:

et,

In litem Superum quis tandem compulit istos?

Deinde mala adscriptio comœdiam ornat, et ad finem consequendam adjuvat, poëta spectatoribus risum movere vel lepidum proponere aliquid cu-

θεαταῖς· ὁ δὲ Πατρῷος καὶ Ὕπατος καὶ Θεμίστιος Ζεὺς, καὶ Ἀριστοτέχνας, κατὰ Πίνδαρον, οὐ δρᾶμα δήπου μέγα καὶ ποικίλον καὶ πολυμαθὲς δημιουργῶν τὸν κόσμον, ἀλλὰ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἄστυ κοινὸν, συννομησομένων μετὰ δίκης F
καὶ ἀρετῆς ὁμολογουμένως καὶ μακαρίως, τί πρὸς τὸ κάλλιστον τοῦτο καὶ σεμνότατον τέλος ἐδεῖτο ληστῶν καὶ ἀνδροφόνων καὶ πατροκτόνων καὶ τυράννων; Οὐ γὰρ ἡδὺ τῷ θείῳ καὶ κομψὸν ἡ κακία γέγονε ἐπεισόδιον, οὐδὲ δι' εὐτραπελίαν, ἢ ἀδικίαν, καὶ γέλωτα καὶ βωμολοχίαν προστέτριπται τοῖς 1066
πράγμασιν, ὑφ' ὧν οὐδὲ ὄναρ ἰδεῖν ἐστι τῆς ὑμνουμένης ὁμολογίας. Ἔτι, τὸ μὲν φαῦλον ἐπίγραμμα τοῦ ποιήματος πολλοστημόριόν ἐστι, καὶ μικρὸν ἐπέχει παντάπασιν ἐν τῇ κωμῳδίᾳ χωρίον· καὶ οὔτε πλεονάζει τὰ τοιαῦτα, οὔτε τῶν εὖ τι ποιεῖσθαι δοκούντων ἀπόλλυσι καὶ λυμαίνεται τὴν χάριν· τῆς δὲ κακίας ἀναπέπλησται πάντα πράγματα, καὶ πᾶς ὁ βίος εὐθὺς ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἄχρι κορωνίδος ἀσχημονῶν καὶ ἐκπίπτων καὶ ταραττόμενος, καὶ μηδὲν ἔχων μέρος καθαρὸν, μηδὲ ἀνεπίληπτον, ὡς οὗτοι λέγουσιν, αἴσχιστόν ἐστι δραμάτων ἁπάντων καὶ ἀτερπέστατον. B

ιε΄. Ὅθεν ἡδέως ἂν πυθοίμην πρὸς τι γέγονεν εὔχρηστος ἡ κακία τοῖς ὅλοις. Οὐ γὰρ δὴ πρὸς τὰ οὐράνια καὶ θεῖα, φήσει. Γελοῖον γὰρ,

E. 11. Ὕπατος] Sic Baſ. Xyl. Amiot. Valckenar. Diatr. Eurip. p. 285. Vulgo, ὕστατος: unde Gataker. ad M. Ant. VI, 47, corrigit, πρῶτος καὶ ὕστατος.

E. 12. πολυμαθὲς] Reiſk. πολυπαθές: ſententiæ loci utrumque item congruum: vulgatum retinendum ob conſenſum librorum.

A. 1. ἢ ἀδικίαν] Legendum, ἡ ἀδικία, ut et Reiſk. vidit.

A. 5. τι ποιεῖσθαι] Legendum πεποιῆσθαι, cum Mez. et Reiſk.

B. 3. φήσει] Recepi ex B. E. Vulgo, φύσει.

piente. At Patrius ille, et Supremus, et Juſtitiæ Præſes Jupiter, Optimuſque, ut eum Pindarus nominat, Artifex, non ſcilicet drama aliquod magnum, varium ac doctum, mundum fabricans, ſed civitatem Diis hominibuſque communem, in quo una vitam exigerent juſtitia et virtute ducibus concorditer ac feliciter, quorſum ad pulcherrimum hunc finem opus habuit latronibus, homicidis, parricidis, tyrannis? Non enim jucundum Deo additamentum ac digreſſio elegans fuit vitioſitas; neque injuſtitia propter facetias, aut riſum, et ſcurrilitatem rebus humanis intulit; propter quæ ne ſomnium quidem decantatæ illius cum Natura Conſenſionis videre licet. Præterea inepta illa adſcriptio perexigua eſt comœdiæ particula, inque ea minimum plane locum occupat; ac neque abundant talia, neque eorum quæ recte facta videntur cuiquam officiunt, aut venuſtatem ejus corrumpunt. At vitiis repleta ſunt omnia, totaque vita ſtatim a primordio fabulæ uſque ad coronidem decorum non ſervans, aberrans a recto curſu, conturbata, nullam partem habens puram, aut reprehenſionis immunem, ut ipſi dicunt, omnium eſt dramatum turpiſſimum et injucundiſſimum.

XV. Quare libenter ex ipſo quæſiverim, ad quam tandem rem vitioſitas univerſis rebus ſit utilis. Non quidem ad cœleſtia, et divina eam

εἰ μὴ γινομένης ἐν ἀνθρώποις μηδὲ οὔσης κακίας καὶ ἀπληστίας καὶ ψευδολογίας, μηδὲ ἀλλήλους ἡμῶν ἀγόντων καὶ φερόντων καὶ συκοφαντούντων καὶ φονευόντων, οὐκ ἂν ἐβάδιζεν ὁ ἥλιος τὴν τεταγμένην πορείαν, οὐδ' ἂν ὥραις ἐχρῆτο καὶ περιόδοις καιρῶν ὁ κόσμος, οὐδὲ ἡ γῆ τὴν μέσην χώραν ἔχουσα τοῦ παντὸς, ἀρχὰς τῶν πνευμάτων ἐνεδίδου καὶ ὄμβρων. Ἀπολείπεται

C τοίνυν, πρὸς ἡμᾶς καὶ τὰ ἡμέτερα τὴν κακίαν εὐχρήστως γεγονέναι· καὶ τοῦτο ἴσως οἱ ἄνδρες λέγουσιν. Ἆρ' οὖν ὑγιαίνομεν μᾶλλον, κακοὶ ὄντες, ἔτι δὲ μᾶλλον εὐποροῦμεν τῶν ἀναγκαίων; πρὸς δὲ κάλλος ἡμῖν ἢ πρὸς ἰσχὺν εὔχρηστος ἡ κακία γέγονεν; Οὔ φασιν· ἡ δὲ, τῆς γῆς ἐστιν ὄνομα μόνον, καὶ δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων σοφιστῶν, οὐχ ὥσπερ ἡ κακία πᾶσιν ὑπερέκκειται, καὶ πᾶσιν ἐναργὴς, οὐδενὸς ὡς ἀχρήστου μεταλαβεῖν· ἥκιστα δὲ ἀρετῆς, ὦ θεοὶ, δι' ἣν γεγόναμεν; Εἶτα οὐ δεινὸν εἰ γεωργῷ μὲν καὶ κυβερνήτῃ καὶ ἡνιόχῳ τὰ εὔχρηστα, φορὰ καὶ συνεργὰ πρὸς τὸ οἰκεῖόν ἐστι

D τέλος· τὸ δὲ ὑπὸ τοῦ θεοῦ πρὸς ἀρετὴν γεγονὸς ἀπολώλεκε τὴν ἀρετὴν καὶ διέφθαρκεν; Ἀλλ' ἴσως ἤδη καιρὸς ἐπ' ἄλλο τρέπεσθαι, τοῦτο δ' ἀφεῖναι.

ιϛ'. ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Οὐδαμῶς, ὦ φίλος, ἐμὴν χάριν· ἐπιθυμῶ γὰρ πυθέσθαι τίνα δὴ τρόπον οἱ ἄνδρες τὰ κακὰ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τὴν κακίαν τῆς ἀρετῆς προεισάγουσιν.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἀμέλει καὶ ἄξιον, ὦ ἑταῖρε· πολὺς μὲν ὁ ψελλισ-

C. 4. ἡ δὲ, τῆς γῆς—μεταλαβεῖν] Locus adumbratus partim ex Eurip. Herc. Fur. 111, valde corruptus, ita sanandus videtur: Εἰ δὲ ἡ ἀρετὴ ἐστιν ὄναρ μόνον καὶ δόκημα νυκτερωπὸν ἐννύχων σοφιστῶν, οὐδ' ὥσπερ ἡ κακία πᾶσιν ὕπαρ ἔκκειται καὶ πᾶσιν ἐναργής· οὐδενὸς ἔσται χρηστοῦ μεταλαβεῖν.

utilem dicet. Ridiculum enim sit, si vitiis inter homines non obortis neque exstantibus, avaritiam dico, mendacia, rapinas, calumnias, cædes, non fuisse Solem dicamus suum confecturum cursum, mundumque statis temporum et tempestatum circuitibus usurum, terram in medio mundi sitam ventorum et pluviarum materiam emissuram. Restat, nobis et rebus nostris utiliter vitia exstitisse; atque id fortasse intelligi Stoici volunt. Sanioresne ergo sumus, si vitiosi sumus? aut majorem copiam rerum necessariarum adipiscimur? aut ad pulchritudinem roburve nobis conducunt vitia? Negant. At virtus ubi terrarum est? Opinio est, nocturnorum Sophistarum nocturnum visum, somnium: at vitiositas revera exstat in vita et vigiliis ante omnes homines exposita, omnibus manifesta: per quam nullius utilitatis participes fieri possumus, minus etiam virtutis, Dii boni, ob quam nati sumus? Proinde non indignum hoc sit, agricolæ et gubernatori et aurigæ quæ utilia sunt, conducere ad finem ei propositum; id autem quod a Deo ad virtutem est factum, amisisse et perdidisse suam virtutem? Sed fortasse tempus est nunc, omisso hoc, ad alia nos convertere.

XVI. Lamprias. Nequaquam, amice, mei gratia: cupio enim audire, quo modo Stoici mala bonis et vitia virtutibus prius introducant.

Diadumenus. Sane, mi sodalis: res enim

μὸς αὐτῶν, τέλος δὲ, τὴν μὲν φρόνησιν, ἐπιστήμην ἀγαθῶν καὶ κακῶν οὖσαν, * καὶ παντάπασιν ἀναιρεῖσθαι λέγουσιν· ὡς δὲ ἀληθῶν ὄντων, ἀδύνατον μὴ καὶ ψευδῆ τινα εἶναι παραπλησίως, οὕτω προσήκει ἀγαθῶν ὑπαρχόντων, καὶ κακὰ ὑπάρχειν.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ φαύλως λέλεκται· τὸ δ' ἕτερον E
οἶμαι μηδ' ἐμὲ λανθάνειν. Ὁρῶ γὰρ διαφορὰν ἢ τὸ μὲν οὐκ ἀληθὲς εὐθὺς ψεῦδός ἐστιν, οὐ μὴν εὐθὺς κακὸν τὸ μὴ ἀγαθόν. Ὅθεν ἀληθῶν μὲν καὶ ψευδῶν οὐδέν ἐστι μέσον, ἀγαθῶν δὲ καὶ κακῶν τὸ ἀδιάφορον· καὶ οὐκ ἀνάγκη ταῦτα συνυπάρχειν ἐκείνοις· ἐξῆν γὰρ τὴν φύσιν ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, τοῦ κακοῦ μὴ δεομένην, ἀλλὰ τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν ἔχουσαν. Πρὸς δὲ τὸν πρότερον λόγον, εἴ τι λέγεται παρ' ὑμῶν, ἀκουστέον.

ιζ'. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἀλλὰ πολλὰ μὲν λέλεκται, τὰ δὲ νῦν τοῖς ἀναγκαίοις χρηστέον. Πρῶτον μὲν οὖν εὔηθες οἴεσθαι φρονήσεως ἕνεκα γένεσιν κακῶν ὑποστῆναι καὶ ἀγαθῶν. Ὄντων γὰρ ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐπι- F
γίνεται φρόνησις, ὥσπερ ἰατρικὴ νοσερῶν ὑποκειμένων καὶ ὑγιεινῶν. Οὐ γὰρ τὸ ἀγαθὸν ὑφίσταται καὶ τὸ κακὸν ἵνα γένηται φρόνησις, ἀλλ' ᾗ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν ὄντα καὶ ὑφεστῶτα κρίνομεν, ὠνομάσθη φρόνησις· ὥσπερ ὄψις ἡ λευκῶν καὶ μελάνων αἴσθησις, οὐ γινομένων ὡς ἔχοιμεν ὄψιν ἡμεῖς,

D. 8. οὖσαν * καὶ παντάπασιν] Ita videtur explendus defectus, οὖσαν, κακῶν μὴ ὄντων, ὅλως καὶ παντάπασιν—.
D. 9. προσήκει] Legendum προσήκειν.
E. 6. δεομένην] Recepi a Mez. item correxit Reisk. Vulgo, δεόμενον.
E. 7. Πρὸς δὲ τὸν] Sic B. E. et vertit Xyl. Vulgo, τὸ δὲ τόν.

cognitu digna est. Multa quidem balbutiunt; tandem vero *Prudentiam, quæ sit Bonorum et Malorum scientia, sublatis Malis, ipsam quoque omnino tolli* dicunt. Porro, *ut vera esse nequeant nisi sint falsa quædam, eadem ratione item, si Bona sint, oportere etiam esse mala.*

LAMPRIAS. Atqui illud quidem non inepte dictum est. Alterum etiam puto mihi quoque non esse ignotum. Video enim discrimen, cur quod non verum est, statim falsum sit; non illico etiam Malum, quod Bonum non est. Unde fit, ut inter vera et falsa nihil sit medium; inter Bona et Mala intervenit indifferens, neque necesse est hæc cum illis eodem modo habere. Nam potest Bonum tribui Naturæ, etiam si nullum Malum ponatur, sed id modo, quod neque bonum sit neque malum. Ad priorem rationem si quid a vobis dicitur, audiendum est.

XVII. DIADUMENUS. Multa quidem dicuntur, sed in præsentia tantum necessariis utemur. Initio igitur stultum est opinari Prudentiæ caussa Bona et Mala exsistere. Exstantibus enim jam Bonis et Malis supervenit Prudentia; sicut Medicina, salubribus jam et insalubribus subjectis. Nam Bona et Mala non propterea exstant, ut fiat Prudentia; sed quatenus Mala et Bona jam subsistentia dijudicamus, vocatur Prudentia: sicut Visus est alborum et nigrorum sensio, non ideo

1076 ἀλλὰ μᾶλλον ἡμῶν πρὸς τὰ τοιαῦτα κρίνειν ὄψεως δεηθέντων. Δεύτερον, ὅταν ἐκπυρώσωσι τὸν κόσμον οὗτοι, κακὸν μὲν οὐδ᾽ ὁπουοῦν ἀπολείπεται, τὸ δ᾽ ὅλον φρόνιμόν ἐστι τηνικαῦτα καὶ σοφόν· ἔστι τοίνυν φρόνησις οὐκ ὄντος κακοῦ· καὶ οὐκ ἀνάγκη κακὸν ὑπάρχειν εἰ φρόνησις ἔνι. Εἰ δὲ δὴ πάντως δεῖ τὴν φρόνησιν ἀγαθῶν εἶναι καὶ κακῶν ἐπιστήμην, τί δεινὸν εἰ τῶν κακῶν ἀναιρεθέντων οὐκ ἔσται φρόνησις; ἑτέραν τε ἀντ᾽ ἐκείνης ἀρετὴν ἕξομεν, οὐκ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἀλλὰ ἀγαθῶν μόνον ἐπιστήμην οὖσαν;
B Ὥσπερ εἰ τῶν χρωμάτων τὸ μέλαν ἐξαπόλοιτο παντάπασιν, εἶτά τις βιάζοιτο καὶ τὴν ὄψιν ἀπολωλέναι, λευκῶν γὰρ οὐκ εἶναι καὶ μελάνων αἴσθησιν· τί κωλύει φάναι πρὸς αὐτὸν, ὅτι δεινὸν οὐδὲν εἰ τὴν μὲν ὑπό σου λεγομένην ὄψιν οὐκ ἔχομεν, ἄλλη δὲ πάρεστιν ἀντ᾽ ἐκείνης αἴσθησις ἡμῖν καὶ δύναμις, ᾗ λευκῶν ἀντιλαμβανόμεθα καὶ μὴ λευκῶν χρωμάτων; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὔτε γεῦσιν οἶμαι φροῦδον ἂν γενέσθαι, πικρῶν ἐπιλιπόντων· οὔτε ἁφὴν, ἀλγηδόνος ἀναιρεθείσης· οὔτε φρόνησιν, κακοῦ μὴ παρόντος· ἀλλ᾽ ἐκείνας τε μένειν αἰσθήσεις γλυκέων καὶ ἡδέων καὶ τῶν μὴ τοιούτων ἀντι-
C λαμβανομένας, ταύτην τε τὴν φρόνησιν, ἀγαθῶν καὶ μὴ ἀγαθῶν ἐπιστήμην οὖσαν. Οἷς δὲ μὴ δοκεῖ, τοὔνομα λαβόντες ἀπολιπέτωσαν ἡμῖν τὸ πρᾶγμα.

ιη΄. Χωρὶς δὲ τούτων, τί ἐκώλυε τοῦ μὲν κακοῦ νόησιν εἶναι, τοῦ δὲ

B. 4. ἄλλη δὲ πάρεστιν] Sic E. in prima voce adſentiuntur Baſ. Xyl. Leonic. Schott. Amiot. in poſtrema Amiot. verſio Xyl. Mez. Vulgo. ἄλλην δὲ παρίστησιν: quorum primum Steph. neſcio unde ſumſit: poſtremum habuit a Leonico. Nam Ald. ἄλλο δὲ παράστασιν: Schott. ἄλλο δὲ περίστασιν.

factorum ut nos Viſum habeamus, ſed nobis contra ad hæc judicanda Viſu indigentibus. Deinde quando Mundus de ſententia ipſorum conflagraverit, Malum quidem nullum prorſus ſupererit, et Univerſum prudens tunc erit atque ſapiens. Eſt ergo Prudentia, etiam ſi Malum non ſit; neque neceſſe eſt ut ſi Prudentia ſit, Malum etiam exſtet. Jam ſi omnino oportet Prudentiam eſſe Bonorum Malorumque ſcientiam, quid incommodi eſt, ſi Malis ſublatis nulla relinquatur Prudentia, locoque ejus aliam acquiramus virtutem, quæ non Bonorum et Malorum, ſed duntaxat Bonorum ſit ſcientia? Quemadmodum ſi de coloribus niger omnino interiret, et contenderet jam aliquis Viſum quoque periiſſe, utpote qui non amplius ſit alborum et nigrorum ſenſus, quid obſtaret quin ei reſponderemus? Nihil mali eſt, ſi quem tu dicis Viſum non habemus, alio inſtructi ſenſu et vi, qua alba et non alba apprehendimus. Ego enim neque Guſtatum inanem puto fore, amaris deficientibus; neque Tactum, dolore ſublato; neque Prudentiam, Malo non exſtante; ſed et iſtos manſuros ſenſus, dulcia et non dulcia, grata et non grata, percipientes, et Prudentiam Bonorum ac non Bonorum ſcientiam nihilominus futuram. Quibus videtur ſecus, ii nomen tollant licet, rem nobis relinquant.

XVIII. Præterea quid impedit quo minus

ἀγαθοῦ καὶ ὕπαρξιν; ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τοῖς θεοῖς ὑγείας μὲν ἐστι παρουσία, πυρετοῦ δὲ καὶ πλευρίτιδος νόησις. Ἐπεὶ δὲ ἡμῖν κακῶν μὲν ἀφθόνως πᾶσι παρόντων, ἀγαθοῦ δὲ μηδενὸς, ὡς οὗτοι λέγουσιν, ἀλλὰ τοῦ γε νοεῖν οὐκ ἀπολελείμμεθα τὴν φρόνησιν, τὸ ἀγαθὸν, τὴν εὐδαιμονίαν. Ὃ καὶ θαυμαστόν ἐστιν εἰ τῆς μὲν ἀρετῆς μὴ παρούσης εἰσὶν οἱ διδάσκοντες ὁποῖόν ἐστι, καὶ κατάληψιν, ἐμποιοῦντες· τῆς κακίας δὲ μὴ γενομένης, οὐ δυνατὸν ἦν κτήσασθαι νόησιν. Ὅρα γὰρ οἷα πείθουσιν ἡμᾶς οἱ κατὰ τὰς ἐν- D
νοίας φιλοσοφοῦντες, ὅτι τῇ μὲν ἀφροσύνῃ καταλαμβάνομεν τὴν φρόνησιν, ἡ δὲ φρόνησις ἄνευ τῆς ἀφροσύνης οὔτε αὐτὴν ἀφροσύνην καταλαμβάνειν πέφυκεν.

ιθ'. Εἰ δὲ δὴ πάντως ἐδεῖτο κακοῦ γενέσεως ἡ φύσις, ἓν ἦν δήπου παράδειγμα κακίας ἱκανὸν, ἢ δεύτερον· εἰ δὲ βούλει, δέκα φαύλους, ἢ χιλίους, ἢ μυρίους ἔδει γενέσθαι, καὶ μὴ κακίας μὲν φορὰν τοσαύτην τὸ πλῆθος, οὐ ψάμμος, ἢ κόνις, ἢ πτερὰ ποικιλοτρίχων οἰωνῶν τόσον ἂν χεύαιτο ἀριθμὸν, ἀρετῆς δὲ μηδὲ ἐνύπνιον. Οἱ μὲν γὰρ ἐν Σπάρτῃ τῶν E
φιδιτίων ἐπιμελούμενοι δύο ἢ τρεῖς Εἵλωτας ἐμπεφορημένους ἀκράτου καὶ μεθύοντας εἰς κοινὸν, ἐπιδείκνυνται τοῖς νέοις ὁποῖόν ἐστι τὸ μεθύειν, ὅπως

C. 7. τοῦ γε νοεῖν] Sic Amiot. et Xyl. verterunt; ab hoc fuſcepit Reiſk. Vulgo, τοῦ γένεσιν.
C. 10. ἐμποιοῦντες· τῆς κακίας δὲ μὴ] Sic B. E. Vulgo, ἐμποιοῦντες δὲ μὴ—.
D. 3. οὔτε αὐτὴν ἀφροσύνην] Legendum cum Mez. et Reiſk. οὔτε ἑαυτὴν οὔτε τὴν ἀφροσύνην.
D. 5. Εἰ δὲ δὴ] δὴ additum ex B. E.
D. 8. οὐ ψάμμος] Scripſi cum Baſ. Xyl. T. V. Mez. Vulgo, οὗ ψάμμος. Reliqua hic tangere alienum cenſui. vid. p. 497, A.
E. 2. δύο ἢ τρεῖς] Sic B. E. Vulgo, ἕνα ἢ τρεῖς.
E. 3. ἐπιδείκνυνται] Puto aliquid excidiſſe, ac legendum eſſe vel, μεθύοντας εἰσάγοντες, εἰς τὸ κοινὸν ἐπιδείκνυνται τοῖς νέοις ὁποῖόν ἐστι τὸ μεθύειν: vel, μεθύοντας, εἰς τὸ κοινὸν ἐπιδείκνυνται τοῖς νέοις, διδάσκοντες ὁποῖόν ἐστι τὸ μεθύειν.

Mali tantummodo ſit intelligentia, Boni etiam exiſtentia? Sicut, puto, Diis adeſt ſanitas, quid febris ſit aut pleuritis intelligunt. Quando nos etiam quibus omnium Malorum copia obtigit, Bonum nullum, ut ipſi aiunt, tamen non deſtituimur cognitione horum, ſed intelligimus quid Prudentia, quid Bonum ſit, quid felicitas. Atque adeo mirum eſt, virtutis abſentis eſſe tamen qui nos comprehenſione aliqua inſtruant qualis ea ſit; Malum niſi exſtiterit, quale ſit intelligi nequire. Vides enim quid perſuadere nobis velint qui contra Communes Notiones philoſophantur; *Stultitia nos Prudentiam comprehendere*; *Prudentiam ſine ſtultitia nec ſeipſam quidem, nec ſtultitiam percipere poſſe.*

XIX. Quod ſi omnino ortu Mali opus fuit Naturæ, unum aliquod vitii exemplum atque alterum ſufficere poterat; imo ſi vis decem, vel mille, vel decem mille, vitioſos finge debuiſſe naſci; non utique tantam vitiorum exſiſtere multitudinem, quæ, ut ait ille, *arenæ*, *pulveris*, *et pennarum quibus variæ volucres diſtinguuntur*, *numerum ſuperaret*; nullum interim virtutis vel ſomnium. Qui Spartæ phiditiis præerant, unum aut duos Hilotas meri plenos et ebrios producebant, ut adoleſcentibus demonſtrato quid rei eſſet ebrietas, ad tem-

φυλάττωνται καὶ σωφρονῶσιν. Ἐν δὲ τῷ βίῳ τὰ πολλὰ ταῦτα τῆς κακίας γέγονε παραδείγματα· νήφων γὰρ οὐδὲ εἷς ἐστι πρὸς ἀρετὴν, ἀλλὰ
F ῥεμβόμεθα πάντες, ἀσχημονοῦντες καὶ κακοδαιμονοῦντες· οὕτως ὁ λόγος ἡμᾶς μεθύσκει, καὶ τοσαύτης καταπίμπλησι ταραχῆς καὶ παραφροσύνης, οὐδὲν ἀπολείποντας τῶν κυνῶν, ἃς, φησὶν Αἴσωπος, δερμάτων τινῶν ἐμπλεόντων ἐφιεμένας ὁρμῆσαι μὲν ἐκπίνειν τὴν θάλασσαν, ῥαγῆναι δὲ πρότερον ἢ τῶν δερμάτων λαβέσθαι· καὶ γὰρ ἡμᾶς ὁ λόγος ἐλπίζοντας εὐδοκιμήσειν δι' αὐτοῦ καὶ τῇ ἀρετῇ προσοίσεσθαι, πρὶν ἐπ' ἐκείνην ἀφικέσθαι διέφθαρκε καὶ ἀπόλωλε, πολλῆς ἀκράτου καὶ πικρᾶς κακίας προεμφορηθέντας· εἴγε δὴ καὶ "τοῖς ἐπ' ἄκρον προκόπτουσιν," ὡς οὗτοι λέγουσιν, "οὔτε κουφισμὸς, "οὔτε ἄνεσίς ἐστιν, οὔτε ἀναπνοὴ τῆς ἀβελτηρείας καὶ κακοδαιμονίας."

1068 κ'. Ὁ τοίνυν λέγων οὐκ ἀχρήστως γεγονέναι τὴν κακίαν, ὅρα πάλιν οἷον αὐτὴν ἀποδείκνυσι χρῆμα καὶ κτῆμα τοῖς ἔχουσι, γράφων ἐν τοῖς περὶ Κατορθωμάτων, ὡς "ὁ φαῦλος οὐδενὸς δεῖται, οὐδενὸς ἔχει χρείαν· "οὐδέν ἐστιν αὐτῷ χρήσιμον, οὐθὲν οἰκεῖον, οὐδὲν ἁρμόττον." Πῶς οὖν εὔχρηστος ἡ κακία, μεθ' ἧς οὐδὲ ὑγεία χρήσιμον, οὐδὲ πλῆθος χρημάτων, οὐδὲ προκοπή; οὐ δεῖται δέ τις ὧν τὰ μὲν προηγμένα καὶ ληπτὰ, καὶ νὴ Δία εὔχρηστα, τὰ δὲ κατὰ φύσιν, ὡς αὐτοὶ καλοῦσιν; Εἶτα τούτων οὐδεὶς
B ἔχει χρείαν, ἂν μὴ γένηται σοφός. Οὐδὲ τοῦ σοφὸς οὖν γενέσθαι χρείαν

F. 5. εὐδοκιμήσειν] Legendum εὐδαιμονήσειν, ut monuit et vertit Xyl.
F. 7. πολλῆς ἀκράτου] Probabiliter Reifk. πολλῆς καὶ ἀκράτου.

perantiam ſervandam eos condocefacerent. In vita autem plurima ſunt talia vitii exempla; nemo enim ad virtutem ſobrie ſe confert, ſed vagamur omnes, turpiter agentes et miſere viventes; ita ratio Stoica nos inebriat, adeoque conturbat et dementat; ſimileſque informat canum Æſopi, quæ cum in mari natare quaſdam viderent pelles, conatæ ſunt illud ebibere, priuſque crepuerunt quam pelles apprehenderent. Etenim nos quoque iſta ratio, ſperantes opera ejus ad virtutem et felicitatem perventuros, priuſquam eo accedamus peſſundat, multo mero amaræ vitioſitatis ante oppletos. Si quidem etiam *iis qui ad ſummum profecerunt*, *nulla eſt*, ut ipſi dicunt, *allevatio*, *nulla remiſſio*, *nulla reſpiratio a ſtultitia et infelicitate.*

XX. Ceterum qui *vitioſitatem non inutiliter* ait *exſtitiſſe*, videamus deinceps qualem eam rem, et cui uſui oſtendat eſſe ea prædito: cum in commentario de Perfectis Officiis ſcribat, *Vitioſum hominem nulla re opus habere*, *nulla indigere*, *nullam ei eſſe uſui*, *nihil accommodatum*, *nihil aptum.* Quomodo ergo utilis eſt vitioſitas, cum qua neque bona valetudo prodeſt, neque divitiæ, neque profectus? Non indiget autem aliquis eorum, quorum alia ſunt præpoſita et ſumenda, atque adeo perutilia, alia ſecundum naturam, ut ipſi appellant? Ergone his nemo opus habet niſi Sapiens? Ita ne vitioſus quidem opus habet, ut fiat

ἔχει ὁ φαῦλος· οὐδὲ διψῶσιν, οὐδὲ πεινῶσιν ἄνθρωποι πρὶν σοφοὶ γενέσθαι· διψῶντες οὖν, ὕδατος οὐκ ἔχουσι χρείαν· οὐδὲ ἄρτου, πεινῶντες·

Ξένοισι μειλίχοις ἐοικότες, στέγης
Μοῦνον τε πυρὸς κεχρημένοις·

οὕτως οὐκ εἶχε χρείαν ὑποδοχῆς οὐδὲ χλαίνης ἐκεῖνος ὁ λέγων,

Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι· κάρτα ῥιγῶ.

Ἀλλὰ βούλει παράδοξον εἰπεῖν τι καὶ περιττὸν καὶ ἴδιον; λέγε τὸν σοφὸν μηδενὸς ἔχειν χρείαν, μηδὲ δεῖσθαί τινος· ἐκεῖνος ὄλβιος, ἐκεῖνος ἀπροσδεής, ἐκεῖνος αὐτάρκης, μακάριος, τέλειος. Νυνὶ δὲ τίς ὁ ἴλιγγος οὗτος, C
τὸν μὲν ἀνενδεῆ δεῖσθαι ὧν ἔχει ἀγαθῶν, τὸν δὲ φαῦλον ἐνδεῆ μὲν εἶναι πολλῶν, δεῖσθαι δὲ μηδενός; Τοῦτο γὰρ λέγει Χρύσιππος, ὡς "οὐ δέονται "μέν, ἐνδέονται δὲ οἱ φαῦλοι" πεττῶν δίκην δεῦρο κἀκεῖ τὰς κοινὰς ἐννοίας μετατιθείς. Πάντες γὰρ ἄνθρωποι τὸ δεῖσθαι πρότερον εἶναι τοῦ μὴ δεῖσθαι νομίζουσιν, ἡγούμενοι τὸν οὐχ ἑτοίμων οὐδὲ εὐπορίστων δεόμενον ἐνδεῖσθαι· κεράτων γοῦν καὶ πτερῶν οὐδεὶς ἐνδεὴς ἄνθρωπός ἐστιν, ὅτι μηδὲ δεῖται τούτων· ἀλλὰ ὅπλων ἐνδεεῖς λέγομεν, καὶ χρημάτων καὶ ἱματίων, ὅταν ἐν χρείᾳ γενόμενοι, μὴ τυγχάνωσι, μηδὲ ἔχωσιν. Οἱ δ' οὕτως ἐπιθυμοῦσιν ἀεί τι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας φαίνεσθαι λέγοντες, ὥστε D
πολλάκις ἐξίστασθαι καὶ τῶν ἰδίων, ἐπιθυμίᾳ καινολογίας, ὥσπερ ἐνταῦθα.

B. 4. Ξένοισι—κεχρημένοις] Vulgo continuantur prosae orationi.
B. 7. κάρτα ῥιγῶ] Legendum, κάρτα γὰρ ῥιγῶ, ut aliis locis exstat, et Xyl. edidit.
C. 5. τοῦ μὴ δεῖσθαι] Legam cum Amiot. Mez. Reisk. τοῦ ἐνδεῖσθαι.

sapiens. Hac ratione non sitient aut esurient homines ante quam sapientes fiant; sitientes autem aqua opus non habebunt, non pane esurientes;

Clementibus similes hospitibus, nisi aquam
Tectumque nil petentibus.

Ita hospitio et chlæna non habebat opus is qui dixit,

Chlamydem cedo Hipponacti, nam valde algeo.

Sed vis admirabile aliquid, subtile, ac peculiare aliquid dicere? Dic sapientem nulla re opus habere, nullius indigere; ille fortunatus est, ille nullius rei indigus, sibi sufficiens, beatus, perfectus. Quæ vero ista est vertigo, eum cui nihil deest, opus habere suis bonis; vitiosum autem carere quidem multis, indigere nulla re: hoc enim dicit Chrysippus, *non indigere sed carere vitiosos*, tesserarum in morem hac illac Communes Notitias jactans. Etenim omnes homines *indigere* prius esse quam *carere* sentiunt; existimantes eum qui indiget rebus non in promtu sitis aut paratu facilibus, carere. Cornibus quidem et alis nemo hominum caret, quia ne indiget quidem iis; armis carere eos, et pecunia, et veste dicimus, qui his, cum usus erat, destituuntur. Sed Stoici adeo cupiunt semper aliquid contra Communes Notitias dixisse videri, ut novitatis caussa sæpe a seipsis desciscant; velut hic.

κα'. Σκόπει δὲ, μικρὸν ἀνωτέρω ἀναγαγὼν ἑαυτόν. Ἕν τι τῶν παρὰ
τὰς ἐννοίας λεγομένων ἐστὶ, "τὸ μηδένα φαῦλον ὠφελεῖσθαι." Καίτοι
παιδευόμενοί γε πολλοὶ προκόπτουσι, καὶ δουλεύοντες ἐλευθεροῦνται, καὶ
πολιορκούμενοι σώζονται, καὶ πηρούμενοι χειραγωγοῦνται, καὶ θεραπεύονται
νοσοῦντες· "ἀλλὰ οὐκ ὠφελοῦνται τούτων τυγχάνοντες, οὐδὲ εὖ πάσχουσιν,
"οὐδὲ εὐεργέτας ἔχουσιν, οὐδὲ εὐεργετῶν ἀμελοῦσιν." Οὐ τοίνυν οὐδὲ ἀχαρισ-
E τοῦσιν οἱ φαῦλοι· καὶ μὴν οὐδὲ οἱ νοῦν ἔχοντες. Ἀνύπαρκτον οὖν ἐστι τὸ
ἀχάριστον· οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἀποστεροῦσι χάριν λαμβάνοντες, οἱ δὲ χάριν
λαμβάνειν οὐ πεφύκασιν. Ὅρα δὴ τί πρὸς ταῦτα λέγουσιν· "ὅτι ἡ
"χάρις εἰς τὰ μέσα διατείνει, καὶ τὸ μὲν ὠφελεῖν καὶ ὠφελεῖσθαι σοφῶν
"ἐστι, χάριτος δὲ καὶ οἱ φαῦλοι τυγχάνουσιν." Εἶτα οἷς χάριτος μέτεστι,
τούτοις οὐ μέτεστι χρείας; ὅπου δὲ διατείνει χάρις, ἐκεῖ χρήσιμον οὐθὲν
F ἐστιν, οὐδὲ οἰκεῖον; ἄλλο δὲ τί ποιεῖ τὴν ὑπουργίαν χάριν, ἢ τὸ πρός τι
χρήσιμον ὑπάρξαι τῷ δεομένῳ τὸν παρασχόντα;

κβ'. ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ταῦτα μὲν οὖν ἄφες· ἡ δὲ πολυτίμητος ὠφέλεια τίς ἐστιν, ἣν ὡς μέγα τι τοῖς σοφοῖς ἐξαίρετον φυλάσσοντες, οὐδὲ ὄνομα λείπουσιν αὐτοῖς τοῖς σοφοῖς.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἂν εἷς σοφὸς ὁπηδήποτε προτείνῃ τὸν δάκτυλον φρο-

D. 3. ἀναγαγὼν] Sic Bas. Xyl. Vulgo, ἀπαγαγών.

D. 6. πηρούμενοι] Ita Xyl. voluit. Libri omnes πληρούμενοι.

F. 5. αὐτοῖς τοῖς σοφοῖς] Legendum cum Mez. αὐτῆς τοῖς μὴ σοφοῖς: idem voluerunt T. V. Xyl. Reisk.

XXI. Considera vero illud paulo attentius, quod ipsum quoque unum est de enunciatis contra Notitias, *Neminem vitiosum percipere quicquam utilitatis.* Atqui multi institutione proficiunt, multi servientes liberantur, obsessi eximuntur, mutilati manu ducuntur, ægrotantes sanantur. *At nihil ad eos inde redit utilitatis*, inquiunt, *neque beneficiis adficiuntur*, *neque habent eos a quibus beneficia accipiant*, *neque eos negligunt vitiosi.* Ergo vitiosi non sunt ingrati. At neque sapientes ingrati sunt. Nullum itaque est ingrati animi vitium; cum neque defraudent gratia boni debita, neque de vitiosis bene mereri liceat. Ad hæc vide quid respondeant: *Gratiam*, aiunt, *in medias res tendere*; *et prodesse atque utilitatem percipere*, *Sapientum esse*; *gratiam etiam ad vitiosos pertingere.* Ergo qui gratiæ sunt participes, ab usu excluduntur? quo gratia pertingit, ibi nihil utile est, nihil adaptatum? quid vero aliud facit ex officio gratiam, quam quod qui præstitit officium opus habenti, is huic in aliqua re profuit?

XXII. LAMPRIAS. Verum hæc mitte. Veneranda autem illa Stoicorum Utilitas quid tandem rei est? quam, ut magnum aliquid, Sapientibus eximiam servantes, ne nomen quidem ejus vitiosis permittunt?

DIADUMENUS. *Si*, aiunt, *unus Sapiens digitum prudenter quoquo modo porrigat*, *omnes toto orbe ter-*

νόμους, οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην σοφοὶ πάντες ὠφελοῦνται. Τοῦτο τῆς φιλίας ἔργον αὐτῶν· εἰς τοῦτο τοῖς κοινοῖς ὠφελήμασι τῶν σοφῶν αἱ ἀρεταὶ τελευτῶσιν. Ἐλήρει δὲ Ἀριστοτέλης, ἐλήρει δὲ Ξενοκράτης, ὠφελεῖσθαι μὲν 1069
ἀνθρώπους ὑπὸ θεῶν, ὠφελεῖσθαι δὲ ὑπὸ γονέων, ὠφελεῖσθαι δὲ ὑπὸ καθηγητῶν ἀποφαινόμενοι· τὴν δὲ θαυμαστὴν ἀγνοοῦντες ὠφέλειαν, ἣν οἱ σοφοὶ κινουμένων κατ᾽ ἀρετὴν ἀλλήλων ὠφελοῦνται, κἂν μὴ συνῶσι, μηδὲ γινώσκοντες τυγχάνωσιν. Καὶ μὴν πάντες ἄνθρωποι τὰς ἐκλογὰς, καὶ τὰς τηρήσεις, καὶ τὰς οἰκονομίας, ὅταν χρήσιμοι ὦσι καὶ ὠφέλιμοι, τότε χρησίμους καὶ ὠφελίμους ὑπολαμβάνουσι· καὶ κλεῖδας ὠνεῖται, καὶ ἀποθήκας φυλάττει χρηματικὸς ἀνὴρ,

Πλούτου διοίγων θάλαμον ἥδιστον χερί·

τὸ δὲ ἐκλέγεσθαι τὰ πρὸς μηδὲν ὠφέλιμα, καὶ τηρεῖν ἐπιμελῶς καὶ B
πολυπόνως, οὐ σεμνὸν, οὐδὲ καλὸν, ἀλλὰ καταγέλαστόν ἐστιν. Ὁ οὖν Ὀδυσσεὺς εἰ τὸν δεσμὸν ἐκεῖνον ἐκμαθὼν παρὰ τῆς Κίρκης, κατεσημαίνετο δι᾽ αὐτοῦ μὴ τὰ παρ᾽ Ἀλκινόου δῶρα, τρίποδας, καὶ λέβητας, καὶ εἵματα, καὶ χρυσὸν, ἀλλὰ συρφετόν τινα καὶ λίθους, καὶ * συναγαγὼν τὴν περὶ ταῦτα πραγματείαν, καὶ κτῆσιν αὐτῶν, καὶ τήρησιν, εὐδαιμονικὸν ἔργον ἡγεῖτο, καὶ μακάριον, τίς ἂν ἐζήλωσε τὴν ἀνόητον ταύτην πρόνοιαν, καὶ κενόσπουδον ἐπιμέλειαν; Ἀλλὰ μὴν τοῦτο τῆς Στωϊκῆς ὁμολογίας τὸ

B. 5. καὶ * συναγαγὼν] Ad ſententiam nil deſideres, ſi legas λίθους συναγαγὼν, τὴν περὶ ταῦτα—. Omnes tamen libri lacunam habent, quorum rationem non poſſumus non habere: itaque vel cum Xyl. σκύβαλα, vel λήρους, vel κόνιν, vel ſimile, ſupplendum.

rarum Sapientes emolumentum inde capiunt. Hoc opus eſt utilitatis Stoicæ, huc, communicatis commodis, virtutes Sapientum redeunt. Deliraverunt ergo Ariſtoteles, et Xenocrates, ſtatuentes utilitatem adferri nobis a Diis, a parentibus, a præceptoribus, ignari mirabilis hujus *utilitatis*, *quam Sapientes invicem ſecundum virtutem moti percipiunt, etiam ſi nec conſueſcant invicem nec noſcant.* Enimvero univerſi mortales delectus, adſervationes, diſpenſationes tum demum utiles cenſent, cum uſum aliquem et commodum ea præbent: claves emit, penu cuſtodit homo rei faciundæ intentus,

Reſerans opum thalamum ſuaviſſimum manu:

deligere autem quæ nulli ſint uſui, et ſervare anxie ea ac laborioſe, non pulchrum aut præclarum, ſed ridiculum eſt. Ulyſſes quidem ſi nodo, quem Circe eum docuerat, muniviſſet non dona apud Alcinoum accepta, tripodes, lebetes, veſtes, aurum, ſed quiſquilias, lapides, aliaque id genus vilia, congerens, occupari ſe circa ea, et poſſidere et cuſtodire, beatum putaſſet; ecquis ſtultam hanc providentiam, et inanem operam putaſſet laudandam? At enim hoc illud Stoicæ conſenſionis pul-

C καλόν ἐστι, καὶ σεμνὸν, καὶ μακάριον, ἕτερον δὲ οὐθὲν, ἀλλ' ἐκλογὴ καὶ τήρησις ἀνωφελῶν πραγμάτων καὶ ἀδιαφόρων· τοιαῦτα γὰρ τὰ κατὰ φύσιν, καὶ τὰ ἐκτός ἐστι μᾶλλον· εἴ γε "κρασπέδοις, καὶ ἀμίσι χρυσαῖς, καὶ νὴ "Δία ληκύθοις, ὅταν τύχωσι, παραβάλλουσι τὸν μέγιστον πλοῦτον," εἶτα, ὥσπερ οἱ θεῶν τινων ἢ δαιμόνων ἱερὰ δόξαντες ὑπερηφάνως καθυβρίσαι καὶ λοιδορῆσαι, μετακρούσαντες εὐθὺς ὑποπίπτουσι καὶ κάθηνται ταπεινοὶ, κατευλογοῦντες καὶ μεγαλύνοντες τὸ θεῖον· οὕτως ἐκεῖνοι νεμέσει τινὶ τῆς
D μεγαλαυχίας ταύτης καὶ κενολογίας περιπεσόντες, αὖθις ἐν τούτοις ἐξετάζονται τοῖς ἀδιαφόροις καὶ μηδὲν πρὸς αὐτοὺς, μέγα βοῶντες ὡς ἕν ἐστιν ἀγαθὸν, καὶ καλὸν, καὶ σεμνὸν, ἡ τούτων ἐκλογὴ, καὶ περὶ ταῦτα οἰκονομία, καὶ τούτων μὴ τυγχάνοντας οὐκ ἄξιόν ἐστι βιοῦν, ἀλλὰ ἀποσφάττειν ἑαυτοὺς ἢ ἀποκαρτερεῖν, πολλὰ τῇ ἀρετῇ χαίρειν φάσκοντας. Τὸν τοίνυν Θέογνιν αὐτοὶ παντελῶς ἀγεννῆ καὶ μικρὸν ἡγοῦνται, λέγοντα,

Χρὴ πενίην φεύγοντα, καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
Ῥίπτειν, καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων·

οὕτως ἀποδειλιῶντα πρὸς τὴν πενίαν ἀδιάφορον οὖσαν· ἀλλ' αὐτοί γε ταὐτὰ
E πεζῷ λόγῳ παρακελεύονται, καὶ λέγουσιν ὅτι, "χρὴ νόσον φεύγοντα με-"γάλην καὶ ἀλγηδόνα σύντονον, ἐὰν μὴ παρῇ ξίφος ἢ κώνειον, εἰς θά-

C. 3. ἐστὶ μᾶλλον] Mez. ἔτι μᾶλλον.
C. 6. μετακρούσαντες] μετανοήσαντες B. E.
D. 2. ἕν ἐστιν] Sic Amiot. Mez. Xyl. verſio. Vulgo, ἔνεστιν.
D. 3. ἡ τούτων] Sic Ald. Baſ. Xyl. Vulgo, ἢ τούτων.
D. 4. οἰκονομία] Sic B. E. Amiot. Vulgo, ἡ κοινωνία.
D. 9. πρὸς τὴν πενίαν—ταυτὰ] Hæc vulgo deſiderata addidimus ex B. E. Item fere Reiſk. conjecit.

chrum eſt, et præclarum, et beatum, aliud nihil, quam delectus et cuſtodia inutilium rerum et indifferentium; ſiquidem *fimbriis et matulis aureis, atque adeo ſi ita eveniat lecythis comparant maximas opes.* Poſt, ut qui Deorum aut geniorum quorundam ſacris videntur ſuperbe contumeliam intuliſſe et maledixiſſe, mox mutata ſententia demittunt ſeſe, humileſque adſident, magnificis præconiis numen collaudantes; ſic Stoici, jactantiam eorum et futilitatem Nemeſi quadam ulciſcente, rurſum in his ſeſe exercent indifferentibus, et quæ nihil ad ipſos faciant, alta voce teſtantes *unum eſſe bonum, pulchrum, et præclarum, delectum horum et communicationem, quibus qui non potiantur, non debere vivere, ſed mortem ſibi conſciſcere, aut inedia vitam finire, longo vale virtuti dicto.* Theognidem ſane ipſi prorſus abjecti animi fuiſſe aiunt, nimiſque timidum ad paupertatem, rem indifferentem, qui dixerit,

Ut paupertatem fugias, vel te in mare vaſtum
Projicias, celſis, Cyrne, vel a ſcopulis:

ipſi ſoluta oratione hortantur, jubentque effugiendi morbi magni cauſſa, aut continentis doloris, ſi non ſit ad manum gladius vel cicuta, in mare ſeſe abjicere, aut de ſcopulo præcipitare; quum illo-

λατίαν ἀφεῖναι, καὶ κατὰ πετρῶν ῥίπτειν ἑαυτόν· ὧν οὐδέτερον βλαβερόν, οὐδὲ κακόν, οὐδὲ ἀσύμφορόν ἐστιν, οὐδὲ κακοδαίμονας ποιεῖ τοὺς περιπίπτοντας.

κγ΄. "Πόθεν οὖν," φησίν, "ἄρξωμαι; καὶ τίνα λάβω τοῦ καθήκοντος "ἀρχήν, καὶ ὕλην τῆς ἀρετῆς, ἀφεὶς τὴν φύσιν, καὶ τὸ κατὰ φύσιν;" Πόθεν δὲ Ἀριστοτέλης, ὦ μακάριε, καὶ Θεόφραστος ἄρχονται; τίνας δὲ Ξενοκράτης καὶ Πολέμων λαμβάνουσιν ἀρχάς; οὐχὶ καὶ Ζήνων τούτοις ἠκολούθησεν, ὑποτιθεμένοις στοιχεῖα τῆς εὐδαιμονίας τὴν φύσιν, καὶ τὸ κατὰ F
φύσιν; ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἐπὶ τούτων ἔμειναν ὡς αἱρετῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ ὠφελίμων, καὶ τὴν ἀρετὴν προσλαβόντες αὐτοῖς ἐνεργοῦσαν, οἰκείως χρωμένην ἑκάστῳ, τέλειον ἐκ τούτων καὶ ὁλόκληρον ᾤοντο συμπληροῦν βίον καὶ συμπεραίνειν, τὴν ἀληθῶς τῇ φύσει πρόσφορον καὶ συνῳδὸν ὁμολογίαν ἀποδιδόντες. Οὐ γὰρ ὥσπερ οἱ τῆς γῆς ἀφαλλόμενοι, καὶ καταφερόμενοι πάλιν ἐπ' αὐτήν, ἐταράττοντο, τὰ αὐτὰ πράγματα ληπτὰ καὶ οὐχ αἱρετά, 1070
καὶ οἰκεῖα καὶ οὐκ ἀγαθά, καὶ ἀνωφελῆ μέν, εὔχρηστα δέ, καὶ οὐδὲν μὲν πρὸς ἡμᾶς, ἀρχὰς δὲ τῶν καθηκόντων, ὀνομάζοντες· ἀλλὰ οἷος ὁ λόγος, τοιοῦτος ἦν ὁ βίος τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ ἔπραττον οἷς ἔλεγον οἰκεῖα καὶ σύμφωνα παρεχόντων. Ἡ δὲ τούτων αἵρεσις, ὥσπερ ἡ παρὰ Ἀρχιλόχῳ γυνή,

Τῇ μὲν ὕδωρ δολοφρονέουσα χειρί, τῇ δὲ πῦρ,

E. 6. κατὰ φύσιν] Ita dedi ſecundum Amiot. et Mez. Vulgo, παρὰ φύσιν.
F. 3. οἰκείως] Forte, καὶ οἰκείως.
A. 6. Τῇ μὲν ὕδωρ—πῦρ] Niſi ad proſam orationem hunc verſum accommodare voluit Auctor, ſcripſit ſane, ut monuimus ad p. 950, F. Τῇ μὲν ὕδωρ ἐφόρει δολόφρων χερί, τῇ δ' ἑτέρῃ πῦρ.

rum neutrum ſit damnoſum, aut malum, aut incommodum, neque miſeros faciat eos quibus huc res rediit.

XXIII. *Unde ergo*, inquit, *ordiar, et quod ſumam officii principium, ac materiam virtutis, omiſſa Natura, et iis quæ ſecundum Naturam ſunt?* Unde vero, mi homo, Ariſtoteles et Theophraſtus orſi ſunt? quibus Xenocrates et Polemon uſi virtutis principiis? nonne etiam Zeno hos ſecutus eſt? qui elementa ponerent felicitatis, Naturam, et id quod eſt ſecundum Naturam. Verum hi quidem his inſtiterunt, ut optabilibus, bonis, utilibus; virtutemque iis adjungentes efficacem, dum unoquoque apte utitur, inde vitam cenſuerunt perfectam omnibuſque integram partibus abſolvi et confici, ac vere Naturæ conſentaneam et concinentem. Non enim eos imitati ſunt, qui a terra exſilientes, rurſum in eam deferuntur; non, inquam, ita conturbate egerunt, ut eaſdem res ſumendas, non tamen expetendas; accommodatas ad Naturam, non tamen bonas; inutiles; et tamen uſui bene aptas; nihil ad nos pertinentes, et tamen officiorum principia, appellarent. Sed qualis oratio, talis etiam vita fuit illorum virorum, actiones ſuas dictis ſuis congruentes et concinentes exhibentium. At qui a Stoicorum ſunt ſecta, inſtar mulieris illius apud Archilochum quæ,

—— dolos nectens aquam ferebat altera
Manu, alteraque ignem,

τοῖς μὲν προσάγεται τὴν φύσιν, τοῖς δὲ ἀπωθεῖται δόγμασι· μᾶλλον δὲ τοῖς μὲν ἔργοις καὶ τοῖς πράγμασιν, ὡς αἱρετῶν καὶ ἀγαθῶν ἔχονται τῶν κατὰ φύσιν, τοῖς δὲ ὀνόμασι καὶ τοῖς ῥήμασιν, ἀδιάφορα καὶ ἄχρηστα καὶ
B ἀῤῥεπῆ πρὸς εὐδαιμονίαν ἀναίνονται καὶ προπηλακίζουσιν.

κδ'. Ἐπεὶ δὲ καθόλου τἀγαθὸν ἅπαντες ἄνθρωποι χαρτὸν νοοῦσιν, εὐκταῖον, εὐτυχὲς, ἀξίαν ἔχον τὴν μεγίστην, αὔταρκες, ἀπροσδεὲς, ὅρα τὸ τούτων παραπιθεὶς ἀγαθὸν, ἆρά γε χαρτὸν ποιεῖ τὸ φρονίμως τὸν δάκτυλον προτεῖναι; τί δ' εὐκταῖόν ἐστι φρονίμη στρέβλωσις; εὐτυχεῖ δὲ ὁ κατακρημνίζων ἑαυτὸν εὐλόγως; ἀξίαν δὲ ἔχει τὴν μεγίστην ὃ πολλάκις αἱρεῖ λόγος ἀντὶ τοῦ μὴ ἀγαθοῦ προέσθαι; τέλειον δὲ καὶ αὔταρκές ἐστιν, οὗ παρόντος, ἂν μὴ τυγχάνωσι τῶν ἀδιαφόρων, οὐχ ὑπομένουσιν, οὐδὲ βούλονται
C ζῆν; Γέγονε δὲ ἕτερος λόγος, ὑφ' οὗ μᾶλλον ἡ συνήθεια παρανενόμηται, τὰς μὲν γνησίας ὑφαιροῦντος αὐτῆς καὶ ἀποσπῶντος ἐννοίας, ὥσπερ τέκνα, νόθας δὲ προσβάλλοντος ἑτέρας θηριώδεις καὶ ἀλλοκότους, καὶ ταύτας ἀντ' ἐκείνων ἐκτιθηνεῖσθαι καὶ στέργειν ἀναγκάζοντος· καὶ ταῦτα ἐν τοῖς περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, αἱρετῶν τε καὶ φευκτῶν, οἰκείων τε καὶ ἀλλοτρίων, ἃ μᾶλλον ἔδει θερμῶν τε καὶ ψυχρῶν, λευκῶν τε καὶ μελάνων σαφεστέραν ἔχειν τὴν ἐνάργειαν· ἐκείνων μὲν γὰρ ἔξωθέν εἰσιν αἱ φαντασίαι ταῖς αἰσθή-

A. 9. ἀδιάφορα] Mez. ὡς ἀδιάφορα.
A. 9. καὶ ἀῤῥεπῆ] Sic B. E. Exempl. Turneb. Anon. In Varr. Lect. Græco-Lat. vitioſe τῇ ἀῤῥεπῆ. Vulgo, τῇ ἀρετῇ.
B. 4. ποιεῖ] οἴει Reiſk.
B. 7. οὗ παρόντος] Sic Amiot. Xyl. Reiſk. Vulgo, οὗ μὴ παρόντος.
C. 7. ἐνάργειαν] Sic Steph. At ἐνέργειαν Ald. Baſ. Xyl. B. E. dubium in hac confuſione, ut hic, ita aliis locis, utrum præferri debeat.

aliis decretis naturam ſibi conciliant, aliis repellunt; imo factis et reipſa ea quæ ſecundum Naturam ſunt ut expetenda et Bona amplectuntur; verbis ac nominibus, dum indifferentia et inutilia ea virtuti ad felicitatem dicunt, repudiantes et contumelia afficientes.

XXIV. Quoniam autem univerſe Bonum omnes homines ſentiunt eſſe lætabile, optabile, fauſtum, ſummæ dignitatis, ſibi ipſi ſufficiens, nullius rei indigum, compara ipſorum cum his Bonum. An vero lætitiam adferat prudens digiti porrectio? an exoptandum eſt, prudenter torqueri? an fortunatus eſt, qui ſe cum ratione præcipitem dat? an ſumma in eo conſiſtit dignitas, quod non boni cauſſa dimittere ratio frequenter jubet? an perfectum, totumque ex ſe aptum eſt, quo præſente, niſi indifferentibus potiantur, non tolerant neque volunt vivere? Eſt et alia Stoicorum ratio, quæ majorem conſuetudini facit injuriam, germanas ejus notiones tanquam natos ſubtrahens atque avellens, ſpurias autem alias et belluinas abſurdaſque ſubmittens, haſque iſtarum loco enutriri et diligi cogens. Atque hoc quidem in iis, quæ dicuntur de Bonis et Malis, expetendis ac fugiendis, accommodatis ad Naturam et alienis; quorum evidentiam oportebat notiorem eſſe quam calido-

σεσιν ἐπεισόδιοι, ταῦτα δ' ἐκ τῶν ἀγαθῶν τῶν ἐν ἡμῖν σύμφυτον ἔχει τὴν γένεσιν. Οἱ δὲ ὥσπερ εἰς τὸν Ψευδόμενον, ἢ τὸν Κυριεύοντα μετὰ τῆς διαλεκτικῆς ἐμβάλλοντες εἰς τὸν περὶ εὐδαιμονίας τόπον, ἔλυσαν μὲν οὐδεμίαν ἀμφιβολίαν ἐν αὐτῷ, μυρίας δὲ ἐποίησαν. D

κέ. Καὶ μὴν ὅτι δυοῖν ἀγαθῶν, τοῦ μὲν τέλους, τοῦ δὲ πρὸς τὸ τέλος, μεῖζόν ἐστι τὸ τέλος καὶ τελειότερον, ὑπ' οὐδενὸς ἀγνοεῖται. Γινώσκει δὲ καὶ Χρύσιππος τὴν διαφορὰν, ὡς δῆλόν ἐστιν ἐν τῷ τρίτῳ τῷ Περὶ Ἀγαθῶν· τοῖς γὰρ τέλος ἡγουμένοις τὴν ἐπιστήμην ἀνομολογεῖ, καὶ τίθησιν· ἐν δὲ τοῖς Περὶ Δικαιοσύνης, "εἰ μέν τις ὑπόθοιτο τὴν ἡδονὴν "τέλος, οὐκ οἴεται σώζεσθαι τὸ δίκαιον· εἰ δὲ μὴ τέλος, ἀλλὰ ἁπλῶς "ἀγαθὸν, οἴεται·" τὰς δὲ λέξεις οὐκ οἴομαί σε δεῖσθαι νῦν ἀκούειν ἐμοῦ καταλέγοντος· τὸ γὰρ τρίτον Περὶ Δικαιοσύνης βιβλίον ἐστὶ πανταχόθεν E λαβεῖν. Ὅταν οὖν αὖθις, ὦ φίλε, μηδὲν ἀγαθὸν λέγωσι μηδενὸς ἀγαθοῦ μεῖζον εἶναι μηδὲ ἔλαττον, ἀλλὰ ἴσον τῷ τέλει τὸ μὴ τέλος, οὐ ταῖς κοιναῖς μόνον ἐννοίαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς αὐτῶν λόγοις φαίνονται μαχόμενοι. Καὶ πάλιν εἰ δυοῖν κακοῖν ὑφ' οὗ μὲν γινόμεθα χείρονες, ὅταν παραγένηται, τὸ δὲ βλάπτει μὲν, οὐ ποιεῖ δὲ χείρονας, παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι μὴ λέγειν

C. 8. ἐπεισόδιοι] Sic E. Vulgo, ἐπεισόδιον.
C. 9. γένεσιν] Mez. γνῶσιν.
D. 5. τῷ Περὶ Ἀγαθῶν] Vel delendum τῷ, vel corrigendum Περὶ τῶν Ἀγαθῶν.
D. 6. καὶ τίθησιν] Aliquid excidiſſe videtur.
D. 7. ἐν δὲ τοῖς] δὲ pro vulgato γε recepimus a Mez. item diſpunximus quæ antea continua erant.
D. 9. δεῖσθαι] Additum ex E.
E. 2. λέγωσι] Sic B. E. Vulgo, λέγουσι.
E. 5. κακοῖν] Sic Amiot. Xyl. Mez. Vulgo, καὶ κοινῶς.
E. 6. παρὰ τὴν ἔννοιαν—οὐ ποιεῖ δὲ χείρονας] Hoc totum, vulgo deſideratum, addidimus ex E.

rum et frigidorum, alborum et nigrorum; quod horum imagines extrinſecus viſui objiciuntur; hæc ex bonis quæ nobis inſunt cognatam habent originem. Illi vero in locum de Felicitate tanquam in ſophiſmata, Mentientem ac Dominantem, ſua cum Dialectica irruentes, nullam quidem ſuſtulerunt, permultas autem intulerunt ambiguitates.

XXV. Jam vero de duobus Bonis, quorum alterum Finis ſit, alterum ad Finem pertineat, Finem eſſe potius et perfectius Bonum, nemo ignorat. Agnoſcit etiam Chryſippus hoc diſcrimen, ut liquet ex tertio De Bonis libro: aſſentitur enim iis qui ſcientiam Finem faciunt, et ponit hoc. Et in opere De Juſtitia, *Si quis voluptatem Finem ſtatuat*, negat *Juſtitiam ſervari*; concedit, *ſi non Finis, ſed ſimpliciter Bonum voluptas dicatur*. Neque puto opus eſſe ut nunc verba tibi ejus recenſeam, cum tertius De Juſtitia liber ubique exſtet. Quando ergo vice verſa, amice, nullum Bonum alio Bono majus aut minus, et non-Finem Fini æqualem aiunt, non Communibus jam tantum Notitiis, ſed ſuis ipſorum dictis repugnant. Rurſumque ſi de duobus malis alterum nos, ſi adſit, pejores facit, alterum nocet quidem, non facit tamen deteriores, contra Communem eſt Noti-

ἐκεῖνο μεῖζον εἶναι κακὸν ὑφ' οὗ γινόμεθα χείρονες ὅταν παραγένηται τοῦ ὃ
βλάπτει μὲν, οὐ ποιεῖ δὲ χείρονας· μηδὲ κακίονα βλάβην, τῆς κακίονας
ἡμᾶς ἀποτελούσαν. Ἀλλ' ὁμολογεῖ μὲν Χρύσιππος "εἶναι τινὰς φόβους καὶ
"λύπας καὶ ἀπάτας, αἳ βλάπτουσι μὲν ἡμᾶς, χείρονας δὲ οὐ ποιοῦσιν." Ἔντυχε
F δὲ τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Πλάτωνα γεγραμμένων Περὶ Δικαιοσύνης· καὶ
γὰρ ἄλλων ἕνεκα, τὴν ἐκεῖ τοῦ ἀνδρὸς εὑρεσιολογίαν ἄξιον ἱστορῆσαι,
πάντων ἁπλῶς πραγμάτων καὶ δογμάτων οἰκείων ὁμοῦ καὶ ἀλλοτρίων
ἀφειδοῦσαν.

κϛ'. Παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι δύο τέλη καὶ σκοποὺς προκεῖσθαι τοῦ βίου,
071 καὶ μὴ πάντων ὅσα πράττομεν ἐφ' ἕν τι γίνεσθαι τὴν ἀναφοράν· ἔτι δὲ
μᾶλλόν ἐστι παρὰ τὴν ἔννοιαν, ἄλλο μὲν εἶναι τέλος, ἐπ' ἄλλα δὲ τῶν πραττ-
ομένων ἕκαστον ἀναφέρεσθαι· τούτων δὲ αὐτοὺς ὑπομένειν ἀνάγκη θάτερον.
Εἰ γὰρ αὐτὰ μὲν πρῶτα κατὰ φύσιν ἀγαθὰ μή ἐστιν, ἡ δὲ εὐλόγιστος
ἐκλογὴ καὶ λῆψις αὐτῶν, καὶ τὸ πάντα τὰ παρ' ἑαυτὸν ποιεῖν ἕκαστον ἕνεκα
τοῦ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν, ἐπ' ἐκεῖνο δὲ πάντα ἔχειν τὰ πραττ-
όμενα τὴν ἀναφορὰν, τὸ τυγχάνειν τῶν πρώτων κατὰ φύσιν· εἴπερ γὰρ οἴονται
μὴ στοχαζομένους μηδὲ ἐφιεμένους τοῦ τυχεῖν ἐκείνων τὸ τέλος ἔχειν, ἄλλο

F. 4. ἀφειδοῦσαν] Recepi ab Amiot. et Mez. Vulgo, ἀπιδοῦσαν. T. V. Anon. ἀπᾳδουσαν.

A. 4. μὲν πρῶτα] Legendum, μὲν τὰ πρῶτα.

A. 4. κατὰ φύσιν ἀγαθὰ μή ἐστιν] Ita lacunam explevimus. Vulgo, κατὰ φύσιν * καθὰ μή ἐστιν. B. E. vocem mutilam, una demta litera, habent αθὰ—.

A. 6. δὲ πάντα ἔχειν] Legendum, δὴ πάντα ἔχει: in promtu item ſit δεῖ πάντα ἔχειν: illud ſententiæ loci accommodatius.

A. 7. εἴπερ γὰρ—ἐκλογὴν] Lego, οἱ δ' ἄρ' οἴονται, μὴ στοχαζομένους μηδὲ ἐφιεμένους τὸ τυχεῖν ἐκείνων τέλος ἔχειν, ἀλλ' οὗ δεῖ ἐκεῖνα ἀναφέρεσθαι, τὴν τούτων ἐκλογήν. Ratio et ſententia reddita eſt in Latinis, quæ totius loci nova confecimus.

tiam, non dicere illud majus eſſe Malum a quo præſente pejores reddimur, quam id a quo lædimur quidem nec tamen pejores reddimur; neque dicere, majus eſſe damnum, unde pejores reddamur. Sed fatetur Chryſippus, *eſſe quoſdam metus et dolores et errores*, *quibus lædamur*, *non autem deteriores etiam reddamur*. Lege vero primum adverſus Platonem librum ejus De Juſtitia; nam cum alia, tum maxime hominis commenta cognitu digna ſunt, de nullis omnino rebus ac ſententiis tum ſuis tum alienis ullam rationem ducentis.

XXVI. Contra Communes eſt Notitias duos Fines ac ſcopos vitæ propoſitos eſſe, neque omnia quæ agimus ad unum aliquid referri. Id vero magis etiam Notitiæ adverſatur, alium eſſe Finem, et alio ſingulas noſtras referri actiones. Quorum tamen alterum eos neceſſe eſt in ſe recipere. Si enim ipſa prima ſecundum Naturam, non ſunt bona, ſed probabilis eorum electio ac ſumtio bona eſt atque induſtria quanta fieri poteſt maxima in illis adipiſcendis collocata; efficitur, ut ad hanc ipſam adeptionem primorum ſecundum Naturam, omnes actiones referantur. At vero Stoici putant, eos qui ſpectant et appetunt prima Naturæ, finem ſibi propoſitum habere non illorum adeptionem ſed id quo adeptio referenda eſt; eam-

οὗ δεῖ ἕνεκα ἀναφέρεσθαι τὴν τούτων ἐκλογήν, καὶ μὴ ταῦτα· τέλος μὲν B
γάρ, τὸ ἐκλέγεσθαι καὶ λαμβάνειν ἐκεῖνα φρονίμως· ἐκεῖνα δὲ αὐτά, καὶ τὸ τυγχάνειν αὐτῶν, οὐ τέλος, ἀλλ' ὥσπερ ὕλη τις ὑπόκειται τὴν ἐκλεκτικὴν ἀξίαν ἔχουσα· τοῦτο γὰρ οἶμαι καὶ τοὔνομα λέγειν καὶ γράφειν αὐτούς, ἐνδεικνυμένους τὴν διαφοράν.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ἀνδρικῶς μὲν ἀπομεμνημόνευκας καὶ ὃ λέγουσι καὶ ὡς λέγουσι.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Σκόπει δὲ ὅτι ταὐτὸ πάσχουσι τοῖς τὴν σκιὰν ὑπεράλλεσθαι τὴν ἑαυτῶν ἐφιεμένοις· οὐ γὰρ ἀπολείπουσιν, ἀλλὰ συμμεταφέρουσι τὴν ἀτοπίαν τῷ λόγῳ, πορρωτάτω τῶν ἐννοιῶν ἀφισταμένην. Ὡς γὰρ εἰ τοξεύοντα φαίη τις οὐχὶ πάντα ποιεῖν τὰ περὶ αὐτὸν ἕνεκα τοῦ βαλεῖν τὸν σκοπόν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ πάντα ποιῆσαι τὰ περὶ αὐτόν, αἰνίγμασιν ὅμοια καὶ C
τεράστια δόξειεν ἂν περαίνειν· οὕτως οἱ τριπέμπελοι βιαζόμενοι μὴ τὸ τυγχάνειν τῶν κατὰ φύσιν τοῦ στοχάζεσθαι τῶν κατὰ φύσιν εἶναι τέλος, ἀλλὰ τὸ λαμβάνειν, τὸ ἐκλέγεσθαι, μηδὲ τὴν ἔφεσιν τῆς ὑγείας καὶ δίωξιν εἰς τὸ ὑγιαίνειν ἑκάστῳ τελευτᾶν, ἀλλὰ τοὐναντίον τὸ ὑγιαίνειν ἐπὶ τὴν ἔφεσιν αὐτοῦ καὶ δίωξιν ἀναφέρεσθαι, περιπάτους τινάς, καὶ ἀναφωνήσεις, καὶ τομὰς νὴ Δία, καὶ φαρμακείας εὐλογίστους τέλη ποιούμενοι τῆς ὑγείας, οὐχὶ τούτων ἐκείνην, ὅμοια ληροῦσι τῷ λέγοντι,

B. 3. οὐ τέλος] Certissima hæc est Xylandri emendatio. Vulgo, et omnes libri, εὐτελής.
C. 1. περὶ αὐτὸν] Rectius fit παρ' αὐτόν, utroque loco.
C. 4. τὸ λαμβάνειν] Sic B. E. Ald. Bas. Xyl. Vulgo, τῷ λαμβάνειν. Forte etiam corrigendum τὸ λαμβάνειν τοῦ ἐκλέγεσθαι.

que referendam ad electionem primorum Naturæ, non ad ipsa prima Naturæ. Finis quippe est deligere, et prudenter accipere illa; ipsa autem, et eorum possessio, Finis non est, sed tanquam materia subjicitur, deligendo debitam habens æstimationem; hoc enim puto nomen istos dicere et scribere, discrimen ostendentes.

Lamprias. Strenue quidem et quid et quo modo dicant commemoravisti.

Diadumenus. Id autem considera, idem iis accidere, quod umbram suam transilire conantibus: non enim post se relinquunt, sed una cum oratione trahunt absurditatem longissime a Communibus distantem Notitiis. Sicut enim qui sagittantem dicat omnia sua facere non scopi attingendi gratia, sed ut omnia sua faciat, is ænigmatum similia et monstrosa videatur narrare; ita plusquam deliri isti contendentes, non esse Finem expetendi quæ sunt Naturæ convenientia iis potiri, sed Finem esse accipere et deligere, neque sanitatis appetentiam et consectationem unicuique nostrum sanitate finiri, sed, contra, sanitatem referri ad ejus appetitionem et procurationem, ac fines esse ambulationes nescio quas, et vocis contentiones, atque adeo sectiones, et ratione institutas medicationes, non horum finem ipsam sanitatem: igitur isti similiter nugantur, ac si quis dicat,

D Δειπνῶμεν ἵνα θύωμεν, ἵνα λουώμεθα.

Μᾶλλον δὲ ἐκεῖνος εἰωθός τι καὶ νενομισμένον ἀλλάττει, καὶ παρὰ τὴν τάξιν· ἃ δὲ οὗτοι λέγουσι, τὴν πᾶσαν ἔχει τῶν πραγμάτων ἀνατροπὴν καὶ σύγχυσιν. "Οὐ σπουδάζομεν εὐκαίρως περιπατεῖν ἕνεκα τοῦ πέττειν τὴν "τροφὴν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ περιπατεῖν εὐκαίρως". Ἦπου καὶ τὴν ὑγείαν ἡ φύσις τοῦ ἐλλεβόρου χάριν πεποίηκεν, οὐ τῆς ὑγείας τὸ ἐλλέβορον. Τί γὰρ ἄλλο καταλείπεται αὐτοῖς εἰς ὑπερβολὴν παραδοξολογίας ἢ τοιαῦτα ληρεῖν; τί γὰρ διαφέρει τοῦ λέγοντος γεγονέναι τὴν ὑγείαν τῶν φαρμάκων ἕνεκα, μὴ τὰ φάρμακα τῆς ὑγείας, ὁ τὴν ἐκλογὴν τὴν περὶ τὰ
E φάρμακα καὶ σύνθεσιν καὶ χρῆσιν αὐτῶν αἱρετωτέραν ποιῶν τῆς ὑγείας; μᾶλλον δὲ τὴν μὲν οὐδ' ὅλως αἱρετὸν ἡγούμενος, ἐν δὲ τῇ περὶ ἐκεῖνα πραγματείᾳ τὸ τέλος τιθέμενος; καὶ τὴν ἔφεσιν ἀποφαίνων τῆς τεύξεως, οὐ τῆς ἐφέσεως τὴν τεῦξιν; "Τῇ γὰρ ἐφέσει, νὴ Δία, τὸ εὐλογίστως καὶ τὸ "φρονίμως πρόσεστι". Πάνυ μὲν οὖν, φήσομεν, ἂν ὡς πρὸς τέλος ὁρᾷ τὴν τεῦξιν ὧν διώκει καὶ τὴν κτῆσιν· εἰ δὲ μή, τὸ εὐλόγιστον αὐτῆς ἀφαιρεῖται, πάντα ποιούσης ἕνεκα τοῦ τυχεῖν οὗ τυχεῖν οὐ σεμνὸν οὐδὲ μακάριόν ἐστι.

κζ'. * ἐνταῦθα λόγου γεγόναμεν, πᾶν φαίης μᾶλλον εἶναι παρὰ
F τὴν ἔννοιαν, ἢ τὸ μὴ λαβόντας ἔννοιαν ἀγαθοῦ μηδὲ σχόντας, ἐφίεσθαι τοῦ

D. 2. ἐκεῖνος—λέγουσι] ἐκεῖνος, pro ἐκεῖνο, eſt a Mez. ἀλλάττει, pro ἀλλάττον, ex E. παρὰ, pro πάντα, ex B. E. denique δὲ additum ex Mez.
D. 5. ἀλλ' ἕνεκα] Supplendum, ut Xyl. vertendo ſignificavit, ἀλλὰ πέττειν τὴν τροφὴν ἕνεκα—.
D. 7. ληρεῖν] Sic E. Vulgo, λαβεῖν.
E. 3. ἀποφαίνων] Mez. ἀποφαίνων τέλος.
E. 5. ἂν ὡς πρὸς τέλος ὁρᾷ] ὡς additum ex B. E. ὁρᾷ, pro vulgato ὁρᾶν, eſt ex Amiot. Xyl. Mez.
E. 8. * ἐνταῦθα] Non eſt dubium quin nil exciderit niſi Ἐπειδὴ δέ. Viderunt et Amiot. et Xyl.
E. 8. παρὰ τὴν ἔννοιαν] κατὰ τὴν ἔννοιαν Amiot. Mez. Forte πᾶν mutandum in παντός.

Cœnemus ut mactemus, ut lavemus nos.
Illa vero recepti in hac re ordinis inverſio omnes res conturbat atque confundit: *Non ambulabimus tempeſtive cibi concoquendi gratia, ſed ambulandi gratia cibum concoquemus?* mirum, ni ſanitatem quoque veratri cauſſa fecerit natura, non veratrum propter ſanitatem. Quid enim aliud reſtat iis ad ſummam abſurditatem, quam talia nugari? Quid intereſt utrum dicas medicamentorum cauſſa ſanitatem natam, non medicamenta ob ſanitatem exſtitiſſe; an vero delectum medicamentorum, eorumque compoſitionis et uſus magis expetendum ipſa eſſe ſanitate? imo ſanitatem ne in expetendis quidem cenſeas, in delectus occupatione finem colloces, appetitionemque adeptionis, non hanc illius finem facias? *At*, inquiunt, *cum ratione et prudenter fieri, appetitioni accidit.* Planiſſime, ſi ea ad finem reſpicit quem affectat, nempe conſecutionem et poſſeſſionem: alioqui rationem ei ademeris, ſi omnia faciat ejus adipiſcendi gratia, quod adipiſci non ſit præclarum, non beatum.

XXVII. Quandoquidem vero hunc in ſermonem devenimus, quidvis potius dixeris cum Notitiis conſentire, quam appetere bonum et conſecta-

ἀγαθοῦ καὶ διώκειν. Ὁρᾷς γὰρ ὅτι καὶ Χρύσιππος εἰς ταύτην μᾶλλον συνελαύνει τὸν Ἀρίστωνα τὴν ἀπορίαν, ὡς τῶν πραγμάτων τὴν πρὸς τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν ἀδιαφορίαν ἐπινοῆσαι, τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ μὴ προεπινοηθέντων· οὕτως γὰρ αὐτῆς φανεῖσθαι τὴν ἀδιαφορίαν προϋφισταμένην, εἰ νόησιν μὲν αὐτῆς οὐκ ἔστι λαβεῖν, μὴ πρότερον τοῦ 1072 ἀγαθοῦ νοηθέντος, ἄλλο δὲ οὐθὲν ἀλλ' αὐτὴ μόνον τὸ ἀγαθόν ἐστιν. Ἴθι δὲ καὶ σκόπει τὴν ἐκ τῆς Στοᾶς ταύτην ἀρνουμένην ἀδιαφορίαν, καλουμένην δὲ ὁμολογίαν, ὅπως δὴ καὶ ὁπόθεν παρέχειν αὐτὴν ἀγαθὸν νοηθῆναι. Εἰ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ χωρὶς οὐκ ἔστι νοῆσαι τὴν πρὸς τὸ μὴ ἀγαθὸν ἀδιαφορίαν, ἔτι μᾶλλον ἡ τῶν ἀγαθῶν φρόνησις ἐπίνοιαν αὐτῆς οὐ δίδωσι τοῖς ἀγαθὸν μὴ προεννοήσασιν. Ἀλλ' ὥσπερ ὑγιεινῶν καὶ νοσερῶν τέχνης οὐ γίνεται νόησις οἷς μὴ πρότερον αὐτῶν ἐκείνων γέγονεν, οὕτως ἀγαθῶν καὶ κακῶν ἐπιστήμης οὐκ ἔστιν ἔννοιαν λαβεῖν μὴ τἀγαθὰ καὶ τὰ κακὰ προεννοήσαντας.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Τί οὖν ἀγαθόν ἐστιν; B

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ φρόνησις.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Τί δὲ ἡ φρόνησις;

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀγαθῶν ἐπιστήμη.

F. 2. Ὁρᾷς] Mez. Ὅρα.
F. 2. μᾶλλον] Delendum ut ex antecedenti temere repetitum.
A. 2. ἀλλ' αὐτὴ μόνον] αὐτὴ, pro vulgato αὐτὸ, eſt ex B. E.
A. 2. Ἴθι] Sic B. E. Vulgo, Ἴσθι.
A. 4. αὐτὴν] Sic B. E. Vulgo, αὐτό.
A. 6. αὐτῆς] Sic B. E. Vulgo, αὐτοῖς.
A. 6. ἀγαθὸν μὴ] μὴ additum ex B. E.
B.] Ita quinquies diſtinximus dicendi vices, quæ vulgo in unam dictionem continuatæ ſunt.
B. 2. ἀλλ' ἢ—ἀλλ' ἢ] Ita duobus locis repoſuimus ex B. E. Vulgo, ἀλλ' ἡ—ἀλλ' ἡ—.

ri, cujus nullam notitiam acceperis aut habeas. Vides enim ut Chryſippus in hanc compellat Ariſtonem difficultatem, *Rerum indifferentiam, qua neque ad bonum neque ad malum inclinant, intelligi, non ante intellectis Bono et Malo: ita enim appariturum ejus Indifferentiam ante ſe ipſam ſubſiſtentem, ſi intelligentia ejus percipi non poſſit, non ante cognito bono: nihil autem aliud Bonum eſt niſi ipſa Indifferentia.* Jam mihi conſidera Stoicorum illam quam ipſi vocant Conſenſionem, Indifferentiam autem eſſe negant, undenam et quo pacto ea ſe ipſam ut Bonum cognoſcendam præbeat. Nam ſi ſine Bono intelligi non poteſt Indifferentia ad non-Bonum, multo minus prudentia Bonorum intelligendam ſe offeret, non ante intellecto Bono. Sed ſicut ſalubrium et inſalubrium artis intelligentia non paratur, niſi ſalubri prius et inſalubri cognito, ita Bonorum et Malorum ſcientia cognoſci non poterit, non prius percepta Boni et Mali cognitione.

LAMPRIAS. Quid eſt ergo Bonum?

DIADUMENUS. Nihil niſi prudentia.

LAMPRIAS. Quid eſt prudentia?

DIADUMENUS. Nihil aliud niſi Bonorum ſcientia.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Πολὺς οὖν ὁ Διὸς Κόρινθος ἐπὶ τὸν λόγον αὐτῶν ἀφῖκται. Τὴν γὰρ ὑπέρου περιτροπὴν, ἵνα μὴ σκώπτειν δοκῇς, ἔασον· καίτοι τόν γε λόγον αὐτῶν ὅμοιον ἐκείνῳ πάθος κατείληφε. Φαίνεται γὰρ εἰς τὴν τοῦ ἀγαθοῦ νόησιν, αὐτὴν νοῆσαι δεόμενος φρόνησιν ἐν τῇ περὶ τἀγαθὸν ζητῶν νοήσει, καὶ πρὸ τῆς ἑτέρας ἀναγκαζόμενος ἀεὶ τὴν ἑτέραν διώκειν, ἀπολειπόμενος δὲ ἑκατέρας τῷ τὸ πρὸ αὐτῆς νοούμενον δεῖσθαι τοῦ χωρὶς νοηθῆναι μὴ δυναμένου.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον ἐστὶ τὴν οὐκ ἔτι διαστρο-
C φὴν, ἀλλὰ ἐκστροφὴν αὐτῶν τοῦ λόγου καὶ ἀπαγωγὴν τελέως εἰς τὸ μηδὲν, καταμαθεῖν. Οὐσίαν τἀγαθοῦ τίθενται τὴν εὐλόγιστον ἐκλογὴν τῶν κατὰ φύσιν· ἐκλογὴ δὲ οὐκ ἔστιν εὐλόγιστος ἡ μὴ πρός τι γινομένη τέλος, ὡς προείρηται. Τί οὖν τοῦτό ἐστιν; Οὐδὲν ἄλλο, φασὶν, ἢ τὸ εὐλογιστεῖν ἐν ταῖς τῶν κατὰ φύσιν ἐκλογαῖς. Πρῶτον μὲν οὖν οἴχεται καὶ διαπέφευγεν ἡ ἔννοια τοῦ ἀγαθοῦ· τὸ γὰρ εὐλογιστεῖν ἐν ταῖς ἐκλογαῖς, σύμπτωμα δήπουθέν ἐστι γινόμενον ἀπὸ ἕξεως τῆς εὐλογιστίας· διὸ ταύτην μὲν ἀπὸ τοῦ τέλους, τὸ τέλος δὲ οὐκ ἄνευ ταύτης ἀναγκαζόμενοι νοεῖν, ἀπολειπόμεθα
D τῆς ἀμφοῖν νοήσεως. Ἔπειτα, ὃ μεῖζόν ἐστι, τῷ μὲν δικαιοτάτῳ λόγῳ,

B. 5. ἀφῖκται] Sic B. E. Vulgo, ἀφιᾶται.
B. 6. τόν γε λόγον] γε pro τε, receptum ex B. E.
B. 8. νόησιν—φρόνησιν] Legendum cum Amiot. et Mez. νόησιν, νοῆσαι δεόμενος τὴν φρόνησιν, αὐτὴν δὲ τὴν φρόνησιν—.
B. 9. πρὸ] Sic B. E. Vulgo, παρά.
B. 9. ἀπολειπόμενος—νοούμενον] Vulgo, ἀναλειπόμενος δὲ ἑκατέρα τῷ πρὸ αὐτῆς νοουμένῳ: duo priora correximus ex B. E. duo poſteriora, ex conſequentiæ ratione.
C. 2. εὐλόγιστον] Sic B. E. T. V. Anon. Xyl. verſ. Vulgo, ἀλόγιστον.
C. 2. τῶν κατὰ φύσιν] τῶν additum ex T. V. Anon. Xyl. verſ.
C. 3. ἡ μὴ πρός τι] μὴ aſſumtum ex Amiot. Mez.

Lamprias. Hic vero adfatim in eorum orationem Jovis ille Corinthus advenit: mitte enim proverbialem iſtam piſtilli circumagitationem, ne ſalſius notare homines videaris; quanquam ipſorum rationi idem quod huic accidit. Nam in definitione Boni prudentia, in prudentiæ, Bonum quid ſit requiritur, et alterum ſemper alterius opera conſectandum eſt; et utrinque ad unum intelligendum id prænoſſe oportet, quod ſine alterius prænotione intelligi non potuit.

Diadumenus. Eſt et alius modus non jam perverſionem ſed everſionem rationis eorum plane in nihilum abducentis deprehendendi. Subſtantiam boni ponunt delectum eorum quæ Naturæ congruunt ratiocinatione bona conſtantem. Atqui delectus talis nullus eſt, niſi qui ad Finem aliquem referatur, ſicut diximus. Quis ergo eſt Finis? nihil aiunt aliud, quam probe ratiocinari in delectu eorum quæ Naturæ congruant. Primum itaque periit et aufugit Boni notitia. Nam probe ratiocinari in delectibus, accidens ſcilicet eſt proveniens ab habitu probæ ratiocinationis. Itaque hunc e Fine, Finem autem non ſine hoc coacti intelligere, utriuſque deſtituimur intelligentia. Deinde, quod majus eſt, juſtiſſima ratione delectus ille proba conſtans ratiocinatione bo-

τὴν εὐλόγιστον ἐκλογὴν, ἀγαθῶν ἔδει καὶ ὠφελίμων καὶ συνεργῶν πρὸς τὸ τέλος ἐκλογὴν εἶναι· τὸ γὰρ ἐκλέγεσθαι τὰ μήτε συμφέροντα μήτε τίμια μήτε ὅλως αἱρετὰ, πῶς εὐλόγιστόν ἐστιν; Ἔστω γὰρ, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, εὐλόγιστος ἐκλογὴ τῶν ἀξίαν ἐχόντων πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν· ὅρα τοίνυν ὡς εἰς πάγκαλόν τι καὶ σεμνὸν αὐτοῖς ὁ λόγος ἐξήκει κεφάλαιον. Ἔστι γὰρ, ὡς ἔοικε, τέλος κατ' αὐτοὺς, τὸ εὐλογιστεῖν ἐν τῇ ἐκλογῇ τῶν ἀξίαν ἐχόντων πρὸς τὸ εὐλογιστεῖν.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ἀλλ' οὕτω σοι μὲν ἀκούοντι τῶν ὀνομάτων, ἀλλόκοτόν τι φαίνεται δεινῶς, ὦ ἑταῖρε, τὸ φραζόμενον· ἔτι δὲ δέομαι μαθεῖν πῶς E
τοῦτο συμβαίνει.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Προσεκτέον οὖν σοι μᾶλλον· οὐ γὰρ τοῦ τυχόντος ἐστὶν αἴνιγμα συνιέναι· ἄκουε δὴ, καὶ ἀποκρίνου. Ἆρ' οὖν τέλος ἐστὶ κατ' αὐτοὺς εὐλογιστεῖν ἐν ταῖς ἐκλογαῖς κατὰ φύσιν;

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Λέγουσιν οὕτως.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Τὰ δὲ κατὰ φύσιν πότερον ὡς ἀγαθὰ ἐκλέγονται, ἢ ὡς ἀξίας τινὰς ἔχοντα ἢ προαγωγὰς * τοῦτο πρὸς τὸ τέλος, ἢ πρὸς ἕτερόν τι τῶν ὄντων;

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Οὐ νομίζω, ἀλλὰ πρὸς τέλος.

D. 8. πρὸς τὸ εὐλογιστεῖν] Veram lectionem revocavi ex Ald. B. E. Vulgo, πρὸς τὸ εὐδαιμονεῖν.
D. 9. οὕτω σοι] Legendum οὑτωσί.
E. 6. Λέγουσιν] Sic B. E. Vulgo, λέγοντας: idque ſine diſtinctione colloquentium.
E. 7. πότερον] Sic e Xylandri correctione dedimus pro τὸ πρότερον: B. E. τὸ omittunt.
E. 8. προαγωγὰς * τοῦτο] Xyl. lacunam explet e conjectura, interpoſito καί. Plura deſiderantur, meo ſenſu, ita ſupplenda—προαγωγάς; ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Ὡς ἔχοντα προαγωγάς. ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Καὶ τοῦτο πρὸς τὸ τέλος—.

narum debebat eſſe, utilium, et ad Finem adjumenta adferentium rerum delectus: nam neque utilia, neque honorata, neque omnino expetenda deligere qui ſit bonæ ratiocinationis? Eſto enim, ut ipſi volunt, proba cum ratiocinatione delectus eorum quæ dignitatem habentia ad felicitatem faciunt, ac vide ad quam perpulchrum eos ratio et ſuſpiciendum capitulum perducat. Nimirum Finis ipſorum de ſententia erit probe ratiocinari in delectu eorum quæ dignitatem habent ad probe ratiocinandum.

Lamprias. Atqui hæ voces, amice, ita audienti inſolentes admodum videntur. Et ſane diſcere cupio qui hoc eveniat.

Diadumenus. Magis itaque adverte animum: non enim cujuſvis eſt ænigma hoc intelligere: proinde audi et reſponde. Nonne Stoicis Finis eſt probe ratiocinari in delectu rerum Naturæ congruentium?

Lamprias. Sic ipſi dicunt.

Diadumenus. Illa naturæ congrua utrum ut bona deliguntur, an quia dignitates quaſdam habeant et productionem, idque vel ad finem, vel ad aliam quampiam rem?

Lamprias. Non puto, ſed ad Finem.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Ἤδη τοίνυν ἀποκαλύψας ὅρα τὸ συμβαῖνον αὐτοῖς,
ὅτι τέλος ἐστὶ τὸ εὐλογιστεῖν ἐν ταῖς ἐκλογαῖς τῶν ἀξίαν ἐχόντων πρὸς τὸ
εὐλογιστεῖν· ἄλλην γὰρ οὐσίαν τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς εὐδαιμονίας, οὔτε ἔχειν
φασὶν, οὔτε νοεῖν οἱ ἄνδρες, ἢ τὴν πολυτίμητον εὐλογιστίαν ταύτην περὶ τὰς
F ἐκλογὰς τῶν ἀξίαν ἐχόντων. Ἀλλὰ τοῦτο μέν εἰσιν οἱ πρὸς Ἀντίπατρον
οἰόμενοι λέγεσθαι, μὴ πρὸς τὴν αἵρεσιν· ἐκεῖνον γὰρ ὑπὸ Καρνεάδου πιε-
ζόμενον, εἰς ταύτας καταλύεσθαι τὰς εὑρεσιολογίας.

κη΄. Τῶν δὲ περὶ ἔρωτος φιλοσοφουμένων ἐν τῇ Στοᾷ παρὰ τὰς κοινὰς
1073 ἐννοίας, τῆς ἀτοπίας πᾶσιν αὐτοῖς μέτεστιν. "Αἰσχροὺς μὲν γὰρ εἶναι τοὺς νέους,
"φαύλους γε ὄντας καὶ ἀνοήτους, καλοὺς δὲ, τοὺς σοφούς· ἐκείνων δὲ τῶν καλῶν
"μηδένα μήτε ἐρᾶσθαι, μήτε ἀξιέραστον εἶναι". Καὶ οὐ τοῦτό πω δεινόν·
ἀλλὰ καὶ "τοὺς ἐρασθέντας αἰσχρῶν, παύεσθαι" λέγουσι "καλῶν γενομένων".
Καὶ τίς ἔρωτα γινώσκει τοιοῦτον, ὃς ἅμα σώματος μοχθηρίᾳ ψυχῆς
βλεπομένη συνέχεται καὶ γίνεται, κάλλους δὲ ἅμα φρονήσει μετὰ δικαιο-
σύνης καὶ σωφροσύνης ἐγγινομένου, κατασβέννυται καὶ ἀπομαραίνεται;
Οὓς μηδὲν οἴομαι τῶν κωνώπων διαφέρειν· χαίρουσι γὰρ λάμπῃ καὶ ὄξει,
τὸν δὲ πότιμον καὶ χρηστὸν οἶνον ἀποπετόμενοι φεύγουσιν. Ἣν δὲ λέγοντες
B καὶ ὀνομάζοντες ἔμφασιν κάλλους ἐπαγωγὸν εἶναι τοῦ ἔρωτος λέγουσι, πρῶτον

E. 12. ἐν ταῖς ἐκλογαῖς—τοῦ ἀγαθοῦ] Totus hic locus, vulgo desideratus, debetur codicibus B. E.
A. 6. βλεπομένη] Legendum βλαπτομένου.

DIADUMENUS. Jam ergo rem detegens inspice quid illis eveniat; nempe Finem esse probe ratiocinari in electione rerum æstimatione dignarum ad probe ratiocinandum: aliam enim essentiam Boni et felicitatis neque habere se isti, neque intelligere dicunt aliam, quam pretiosam illam in delectu rerum æstimatione dignarum ratiocinationem. Verum hæc quidem sunt qui putent adversus Antipatrum dicta, non adversus Stoicam sectam: hunc enim a Carneade pressum, in ista commenta se abdidisse.

XXVIII. Quæ porro de Amore in Stoa disseruntur Communibus adversa Notitiis, eorum absurditas communis omnibus est Stoicis. *Deformes* aiunt *esse adolescentes, quippe qui vitiosi sint et stulti*; *formosos, qui sapiant: atque horum formosorum nullum neque amatum esse, neque amari dignum.* Neque hoc gravissimum est. Addunt, *eos qui turpes amaverint, finem amandi facere ubi hi pulchri sint facti.* Quis vero talem amorem cognovit, qui, cum corpus animi pravitate labefactatum est, constet; pulchritudine una cum prudentia, justitia, et temperantia innatis, extinguatur et contabescat? Tales ego culicum similes judico, qui spuma vini et aceto gaudent, bonum et potui aptum vinum avolantes fugiunt. Quam vero dicunt ac nominant *pulchritudinis apparentem speciem quæ alliciat*, de ea primum non loquuntur

μὲν οὐκ ἔχει τὸ πιθανόν· ἐν γὰρ αἰσχίστοις καὶ κακίστοις οὐκ ἂν ἔμφασις γένοιτο κάλλους· εἴπερ, ὡς λέγουσιν, ἡ μοχθηρία τοῦ ἤθους ἀναπίμπλησι τὸ εἶδος. Ἐπεὶ κομιδῇ παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν, ἀξιέραστον εἶναι τὸν αἰσχρὸν, ὅτι μέλλει καὶ προσδοκᾶταί ποτε κάλλος ἕξειν· κτησάμενον δὲ τοῦτο καὶ γενόμενον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ὑπὸ μηδενὸς ἐρᾶσθαι.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Θήρα γάρ τις, φασὶ, ἐστὶν ὁ ἔρως, ἀτελοῦς μὲν, εὐφυοῦς δὲ μειρακίου πρὸς ἀρετήν.

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Εἶτα, ὦ βέλτιστε, πράττομεν ἄλλο νῦν, ἢ τὴν αἵρεσιν αὐτῶν ἐλέγχομεν, οὔτε πιθανοῖς πράγμασιν, οὔτε ὡμιλημένοις ὀνόμασι C τὰς κοινὰς ἐκστρέφουσαν ἡμῶν καὶ παραβιαζομένην ἐννοίας; Οὐδεὶς γὰρ ἦν ὁ κωλύων τὴν περὶ τοὺς νέους τῶν σοφῶν σπουδὴν, εἰ πάθος αὐτῇ μὴ πρόσεστι, θήραν ἢ φιλοπαιδείαν προσαγορευομένην· ἔρωτα δὲ καλεῖν ὃν πάντες ἄνθρωποι καὶ πᾶσαι νοοῦσι καὶ ὀνομάζουσι *

Πάντες δ' ἠρήσαντο παραὶ λεχέεσι κλιθῆναι·

καὶ,

Οὐ γὰρ πώποτέ μ' ὧδε θεᾶς ἔρος, οὐδὲ γυναικὸς,
Θυμὸν ἐνὶ στήθεσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασεν.

B. 2. κακίστοις] Sic B. E. Vulgo, καλλίστοις.
B. 4. Ἐπεὶ] Corrigendum, Ἔπειτα.
B. 4. παρὰ τὴν ἔννοιάν] Ita dudum correxi ad Plut. de Ser. Num. Vind. p. 46. Omnes libri, παρά τινων οἷόν—.
C. 3. μὴ πρόσεστι—ἄνθρωποι] Hæc vulgo omiſſa reſtituimus ex B. E. In iis unam vocem excidiſſe putem, ita inſtaurandam, ἔρωτα δ' ἔδει καλεῖν—.
C. 5. ὀνομάζουσι * Πάντες] Nihil deſiderem, niſi οἷον τὸ, aut ſimile. Ceterum verſus mutilatos ſupplevimus ex Odyſſ. Λ. 366, et Iliad. Ξ. 315: particulam καὶ ipſi interpoſuimus. Vulgo, ὀνομάζουσι * λεχέεσσι κλιθῆναι * θεᾶς ἔρος οὐδὲ γυναικὸς Θυμὸν ἐνὶ στήθεσσι περιπροχυθεὶς ἐδάμασσεν.

probabiliter. Nam in turpiſſimis et peſſimis nulla poteſt pulchritudinis apparere ſpecies; cum ipſi dicant ob *ingenii pravitatem deformitate faciem oppleri*. Deinde vero, plane contra Communem Notitiam eſt, amore dignum eſſe deformem, qui ſit aliquando futurus pulcher, expectetque formæ venuſtatem; ſi eam conſecutus, ac pulcher factus ſit et probus, a nemine debeat amari.

LAMPRIAS. *Eſt enim amor venatio*, ut aiunt, *quædam imperfecti quidem, ſed tamen ad virtutem bona indole adoleſcentis.*

DIADUMENUS. Quaſi vero nos, optime, aliud agamus, quam ſectam eorum demonſtremus neque probabilibus rebus, neque receptis nominibus Communes nobis pervertere Notitias? Nemo enim prohibebat ſtudium ſapientium erga adoleſcentes; quod quidem ſi non cum affectu conjunctum ſit, nominari poterat *venatio* aut *docendi ſtudium*. At amorem nominare debebant eum quem cuncti cunctæque intelligunt ac nominant: veluti

Cunctos concubitus deſideriumque ſubivit:

et

Nam neque me Dea, nec mortali ſemine creta
Fœmina, tam rapido prius inflammavit amore.

κθ΄. Εἰς τοιαῦτα μέν τοι πράγματα τὸν ἠθικὸν λόγον ἐκβάλλοντες,

Ἑλικτὰ, καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ

εὐτελίζουσι καὶ διασύρουσιν, ὡς δὴ μόνοι τὴν φύσιν καὶ συνήθειαν ὀρθοῦντες
D ᾗ χρὴ, καὶ καθίστανται τὸν λόγον, ἀλλὰ ἀποστρέφει καὶ ἐπάγει ταῖς ἐφέσεσι καὶ διώξεσι καὶ ὁρμαῖς πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστον. Ἡ δὲ συνήθεια τῆς διαλεκτικῆς διερὰ μὲν γινομένη χρηστὸν μὲν οὐδὲν οὐδὲ ὑγιὲς ἀπολέλαυκεν, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ἀκοὴ νοσώδης ὑπὸ κενῶν ἤχων δυσηκοΐας καὶ ἀσαφείας ἐμπέπλησται· περὶ ἧς αὖθις ἑτέραν ἀρχὴν λαβόντες, εἰ βούλει, διαλεξόμεθα. Νυνὶ δὲ τὸν φυσικὸν αὐτῶν λόγον οὐχ ἧττον τοῦ περὶ τελῶν διαταράττοντα τὰς κοινὰς προλήψεις, ἐν τοῖς κυριωτάτοις καὶ πρώτοις ἐπιδράμωμεν.

λ΄. Καθόλου μὲν ἄτοπον καὶ παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν, εἶναι μέν τοι, μὴ
E ὂν δὲ, εἶναι μὲν, οὐκ ὄντα δὲ εἶναι, λεγόντων ἀτοπώτατόν ἐστι, τὸ ἐπὶ τοῦ παντὸς λεγόμενον. Κενὸν γὰρ ἄπειρον ἔξωθεν τῷ κόσμῳ περιθέντες, οὔτε σῶμα τὸ πᾶν, οὔτε ἀσώματον εἶναι λέγουσιν. Ἕπεται δὲ τούτῳ τὸ μὴ ὂν εἶναι τὸ πᾶν· ὄντα γὰρ μόνα τὰ σώματα καλοῦσιν, ἐπειδὴ ὄντος τὸ ποιεῖν τι καὶ πάσχειν, τὸ δὲ πᾶν οὐκ ὄν ἐστιν· ὥστε οὔτε τι ποιήσει, οὐδέ τι πείσεται

C. 12. εὐτελίζουσι καὶ] Interponendum τοὺς ἄλλους vel simile, ut vertit Xyl.

D. 1. καθίστανται—ἕκαστον] Forte, καθιστάντες τὸν λόγον ἅμα ἀποστροφαῖς καὶ ἐπαγωγαῖς καὶ ἐφέσεσι καὶ διώξεσι καὶ ὁρμαῖς πρὸς τὸ οἰκεῖον ἑκάστου.

D. 3. διερὰ μὲν γινομένη] Nec ipsa dant sententiam, et sine his constat sententia: itaque in Latinis omisi, e Græcis delere ratio vetat. Forte corrigendum διατεταραγμένη, vel διέραμα γινομένη.

D. 6. αὐτῶν λόγον] Sic Ald. Bas. Xyl. Amiot. Vulgo, αὐτὸν λόγον. B. E. αὐτῷ λόγον.

D. 9. εἶναι μέντοι—λεγόντων] Corrigendum videtur, εἶναι μέν τι, μὴ ὂν δὲ εἶναι· καὶ εἶναι μέν τινα, μὴ ὄντα δὲ εἶναι. Πολλὰ δὲ τοιαῦτα αὐτῶν λεγόντων—.

E. 1. τὸ ἐπὶ] Sic B. E. Vulgo, τὸ δ' ἐπί.

E. 5. πείσεται] Sic B. E. Schott. Omnes editi πήσεται.

XXIX. In hujusmodi negotia illi Moralem rationem conjicientes, et

Perplexa nilque sani, ambages omnia

dicentes, vilem eam reddunt: quantumvis alios subsannantes, et se solos Naturam consuetudinemque tutari ut oportet jactantes, ac rationem constituere aversionibus, inductionibus, appetitionibus, consectationibus, et incitationibus ad suum cujusque congruum ac propositum. Consuetudo autem a Dialectica nihil boni aut sani percepit fructus: sed, veluti auditus morbosus, vanis sonis oppleta ægre audit atque obscure: de qua, si videbitur, alias novo facto initio loquemur. Nunc Physicam eorum doctrinam, non minus quam quæ de Finibus est, Communes Notiones turbantem, per prima et præcipua capita decurrentes examinabimus.

XXX. In universum quidem absurdum est et contrarium Notitiis, esse aliquod quod non sit; et esse res quæ non sint res. Sed omnium absurdissimum est quod de Universo dicunt. Inane enim infinitum foris mundo circumponentes, neque corpus Universum, neque corporis expers dicunt. Sequitur ergo id non-Ens esse; cum Ens id solum ipsis sit quod est corpus. Cum vero Entis sit agere et pati, Universum non-Ens sit;

τὸ πᾶν. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τόπῳ ἔσται· σῶμα γὰρ δήπου τὸ ἐπέχον τόπον· οὐ σῶμα δὲ τὸ πᾶν. Καὶ μὴν τὸν αὐτὸν ἐπέχειν τόπον συμβέβηκε τοῦτο τὸ μένον· ὥστε οὐ μένει τὸ πᾶν· οὐ γὰρ ἐπέχει τόπον. Ἀλλ' οὐδὲ κινεῖται· πρῶτον, ὅτι καὶ κινουμένῳ τόπου δεῖ καὶ χώρας ὑποκειμένης· ἔπειτα, ὅτι F
τὸ μὲν κινούμενον, ἢ αὐτὸ κινεῖν, ἢ ὑφ' ἑτέρου πάσχειν πέφυκε· τὸ μὲν οὖν ὑφ' ἑαυτοῦ κινούμενον, ἔχει τινὰς νεύσεις ἐξ ἑαυτοῦ καὶ ῥοπὰς κατὰ βάρος ἢ κουφότητα· κουφότητος δὲ καὶ βάρους ἤτοι σχέσεις τινὲς, ἢ δυνάμεις εἰσὶν, ἢ διαφοραὶ πάντως σώματος· τὸ δ' ἅπαν οὐ σῶμά ἐστιν· ὥστε 1074
ἀνάγκη μήτε βαρὺ, μήτε κοῦφον εἶναι τὸ πᾶν, μηδὲ ἔχειν ἐξ ἑαυτοῦ κινήσεως ἀρχήν. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ ὑφ' ἑτέρου κινήσεται τὸ πᾶν· ἕτερον γὰρ οὐδέν ἐστι τοῦ παντός· ὥστε ἀνάγκη λέγειν αὐτοῖς, ὅπερ λέγουσι, μήτε μένον εἶναι τὸ πᾶν, μήτε κινούμενον. Ὅλως δὲ ἐπεὶ τὸ λέγειν σῶμα τὸ πᾶν, μὴ δέον ἐστὶ κατ' αὐτούς· σῶμα δὲ οὐρανὸς, καὶ γῆ, καὶ ζῶα, καὶ φυτὰ, καὶ ἄνθρωποι, καὶ λίθοι· τὸ μὴ ὂν σῶμα σώματα μέρη ἕξει, καὶ τοῦ μὴ ὄντος μέρη ἔσται ὄντα, καὶ τὸ μὴ βαρὺ χρήσεται βαρέσιν μορίοις, καὶ κούφοις τὸ μὴ κοῦφον· ὧν οὐδὲ ὀνείρατα λαβεῖν μᾶλλόν ἐστι παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας. Καὶ μὴν οὕτως οὐδὲν ἐναργές ἐστι, καὶ τῶν κοινῶν ἐχόμενον ἐν- B
νοιῶν, ὡς τὸ, εἴ τι μὴ ἔμψυχόν ἐστιν, ἐκεῖνο ἄψυχον εἶναι, καὶ πάλιν εἴ τι

E. 7. Καὶ μὴν—μένον] Legendum, Καὶ μὴν ᾧ τὸν αὐτὸν ἐπέχειν τόπον συμβέβηκε, τοῦτό ἐστι μένον.
F. 2. τὸ μὲν κινούμενον] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, τὸ μὴ κινούμενον.
F. 4. κουφότητος δὲ καὶ βάρους] Forte κουφότης δὲ καὶ βάρος.
A. 1. πάντως] Receptum a Mez. item vertit Xyl.
A. 6. μὴ δέον] Non ſollicitandum videtur.

ſequitur ipſum nihil acturum, nihil paſſurum. Quin et in loco non erit. Nam corpus eſt quod locum occupat: Univerſum corpus non eſt. Atqui, cui accidit eundem locum occupare, id manet: ergo non manebit Univerſum, quia locum non occupat. Imo neque movebitur; primum quidem, quia id quod movetur, loco ad hoc opus habet et ſpatio ſubjecto. Deinde quod movetur, aut ſeipſum movet, aut ab alio adficitur. Quod ipſum a ſe movetur, momenta quædam habet ratione gravitatis aut levitatis: at gravitas et levitas, aut habitus ſunt, aut facultates, aut omnino differentiæ corporis. Univerſum non eſt corpus: ergo neceſſe eſt ipſum neque grave eſſe, neque leve, neque ex ſe principium motus habere. Atqui ne ab alio quidem movebitur: nihil eſt enim aliud. Itaque neceſſitas eo adigit eos ut dicant neque manere Univerſum, neque moveri. Denique, cum ipſorum de ſententia Univerſum non ſit corpus, cœlum autem, terra, animalia, plantæ, lapides ſint corpora; id quod non eſt corpus, partes habebit corpora, et non-Entis partes erunt Entia; et quod grave non eſt, partibus utetur gravibus, levibus quod non leve. Quibus opinionibus ne ſomnia quidem fingi poſſint magis Communibus adverſantia Notitiis. Porro nihil tam evidens, tamque cum Communibus conjunctum eſt Notitiis, quam quod animatum non eſt, inanimum, et

μὴ ἄψυχον, ἐκεῖνο ἔμψυχον εἶναι· καὶ ταύτην οὖν ἀνατρέπουσι τὴν ἐνάργειαν, οὕτω τὸ πᾶν ὁμολογοῦντες μήτε ἔμψυχον εἶναι, μήτε ἄψυχον. Ἄνευ δὲ τούτων, ἀτελὲς μὲν οὐδεὶς νοεῖ τὸ πᾶν, οὗ γε δὴ μηθὲν μέρος ἄπεστιν· οὗτοι δὲ τέλειον οὔ φασιν εἶναι τὸ πᾶν· ὡρισμένον γάρ τι τὸ τέλειον· τὸ δὲ πᾶν ὑπὸ ἀπειρίας ἀόριστον· οὐκοῦν ἔστι τι κατ᾽ αὐτοὺς, ὃ μήτε ἀτελὲς, μήτε τέλειόν ἐστιν. Ἀλλὰ μὴν οὔτε μέρος ἐστὶ τὸ πᾶν· οὐθὲν γὰρ
C αὐτοῦ μεῖζον· οὔτε ὅλον, ὡς αὐτοὶ λέγουσι· τεταγμένου γὰρ τὸ ὅλον κατηγορεῖσθαι, τὸ δὲ πᾶν δι᾽ ἀπειρίαν καὶ ἀόριστον εἶναι καὶ ἄτακτον. Αἴτιον τοίνυν οὔτε τοῦ παντὸς ἕτερόν ἐστι, τῷ μηθὲν εἶναι παρὰ τὸ πᾶν ἕτερον· οὔτε ἄλλου τὸ πᾶν, ἀλλ᾽ οὐδὲ αὑτοῦ· ποιεῖν γὰρ οὐ πέφυκε· τῷ δὲ ποιεῖν, τὸ αἴτιον νοεῖται. Φέρε τοίνυν πάντας ἀνθρώπους ἐρωτᾶσθαι τί νοοῦσι τὸ μηθὲν, καὶ τίνα τοῦ μηθενὸς ἐπίνοιαν λαμβάνουσιν, ἆρα οὐκ ἂν εἴποιεν ὡς τὸ μήτε αἴτιον ὑπάρχον, μήτε αἴτιον ἔχον· μήτε ὅλον, μήτε μέρος· μήτε τέλειον, μήτε ἀτελές· μήτε ἔμψυχον, μήτε ἄψυχον· μήτε κινού-
D μενον, μήτε μένον που, μήτε ὑπάρχον· μήτε σῶμα, μήτε ἀσώματον; τοῦτο καὶ οὐκ ἄλλό τι τὸ οὐθέν ἐστιν. Ὅταν οὖν ὅσα πάντες οἱ λοιποὶ τοῦ μηθενὸς, οὗτοι μόνοι τοῦ παντὸς κατηγορῶσι, ταυτὸν, ὡς ἔοικε, φαίνονται τῷ μηδενὶ τὸ πᾶν ποιοῦντες. Οὐθὲν οὖν ἔτι δεῖ λέγειν τὸν χρόνον, τὸ κατηγόρημα, τὸ ἀξίωμα, τὸ συνημμένον, τὸ συμπεπλεγμένον· οἷς χρῶνται

B. 5. οὗ γε δὴ] γε additum ex Ald. Bas. Xyl.

quod inanimum non est, animatum esse. Tamen hanc quoque evertunt ipsi evidentiam, Universum fatentes neque animatum esse neque inanimum. Præter hæc, imperfectum nemo censet Universum esse, quippe cui nulla pars desit. Illi Universum negant esse perfectum. *Quod enim perfectum sit, id definitum esse:* Universum ob infinitatem non definiri. Est ergo, ipsis auctoribus, aliquid neque perfectum neque imperfectum. Quin etiam neque pars erit Universum, cum nihil sit eo majus; neque totum, hoc enim prædicari aiunt de ordinato: Universum ob infinitatem neque definiri et inordinatum esse. Proinde neque Universi caussa aliqua est, cum nihil extra Universum sit: et neque aliorum, neque sui ipsius caussa nominari Universum potest; quippe ut agat, natura ejus non fert; agendo autem caussa intelligitur. Age nunc, si interrogent cuncti homines quidnam sit Nihilum, et quomodo ejus notionem percipiant; nonne respondebunt hoc, Nihil esse, quod neque caussa est, neque caussam habet, neque totum est neque pars, neque perfectum neque imperfectum, neque animatum neque non animatum, neque corporeum neque incorporeum? hoc, et non aliud quippiam definient esse Nihil. Quando itaque ea quæ reliqui omnes Nihilo, soli Stoici Universo tribuunt; nimirum apparet eos idem facere Universum cum Nihilo. Nihil ergo jam oportet appellare tempus, prædicatum, effatum, connexum, complexum; quibus ii maxime omnium philoso-

μὲν μάλιστα τῶν φιλοσόφων, ὄντα δὲ οὐ λέγουσιν εἶναι. Καίτοι τόγε ἀληθὲς ὂν μὴ εἶναι, μήτε ὑπάρχειν, ἀλλὰ καταλαμβάνεσθαι, καὶ καταληπτὸν εἶναι καὶ πιστὸν, ᾧ τῆς οὐσίας τοῦ ὄντος μὴ μέτεστι, πῶς οὖν οὐ πᾶσαν ἀτυχίαν ὑπερβέβληκεν;

λα'. Ἀλλ', ἵνα μὴ δοκῇ ταῦτα λογικωτέραν ἔχειν τὴν ἀπορίαν, ἀψώμεθα τῶν φυσικωτέρων. Ἐπεὶ τοίνυν E

Ζεὺς ἀρχὴ, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται,

ὡς αὐτοὶ λέγουσι, μάλιστα μὲν ἔδει τὰς περὶ θεῶν ἐννοίας, εἴ τι ταραχῶδες ἢ πλανητὸν ἐγγέγονεν αὐταῖς, ἰωμένους, ἀπευθύνειν καὶ κατορθοῦν ἐπὶ τὸ βέλτιστον· εἰ δὲ μὴ, θέντας τε ἐᾶν ὡς ἔχουσιν ὑπὸ τοῦ νόμου ἕκαστοι, καὶ τῆς συνηθείας πρὸς τὸ θεῖον.

Οὐ γάρ τοι νῦν γε κἀχθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτε
Ζῇ ταῦτα, κ' οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φάνη.

Οἱ δὲ ὥσπερ ἀφ' ἑστίας ἀρξάμενοι τὰ καθεστῶτα κινεῖν καὶ πάτρια τῆς περὶ θεῶν δόξης, οὐδεμίαν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, ἔννοιαν ὑγιῆ καὶ ἀκέραιον ἀπολελοίπασι. Τίς γὰρ ἐστὶν ἄλλος ἀνθρώπων ἢ γέγονεν ὃς οὐκ ἄφθαρτον νοεῖ καὶ F

D. 8. πῶς—ἀτυχίαν] Mez. πῶς οὐ πᾶσαν ἀτοπίαν. In poſtremo tuear vulgatum.
E. 3. εἴ τι ταραχῶδες ἢ πλανητὸν] Vulgo, εἰ ταραχῶδες, εἰ πλανητόν. Primum recepimus a Leonic. Schott. poſtremum mutavimus cum B. E.
E. 5. θέντας τε] Forte, μεθέντας.
E. 5. ἕκαστοι—θεῖον] Primum horum mutandum in ἕκασται. In poſtremo forte quid ad ſententiæ perfectionem deſideretur. Leonic. addit ἤ τι, videtur ἔτι ſcribere voluiſſe: nec alienum hoc ab hujus loci ratione.
E. 7. Οὐ γάρ τοι—φάνη] ταῦτα recepimus ex B. E. cetera a Xyl. ad exemplum Sophocl. Antig. 467. Vulgo, Οὐ γάρ τοι νῦν καὶ χθὲς, ἀλλ' ἀεί ποτι, ζῇ πάντα, καὶ οὐδεὶς οἶδεν ἐξ ὅτου φανῇ.

phorum utuntur, Entia autem eſſe negant. At enim id quod verum ſit, non eſſe aut exſtare, ſed percipi et eſſe comprehenſibile, ac fide dignum quod ſubſtantiam Entis non participat, quomodo non eſt quovis abſurdo abſurdius?

XXXI. Sed ne hæc videantur ad diſquiſitionem potius Logicam pertinere, veniamus ad ea, quæ magis ſunt philoſophiæ Naturalis. Quoniam ergo

Principium Jupiter, mediumque eſt, cunctaque ab ipſo,

ſicut ipſi tradunt; maxime oportebat eos notionibus de Diis, ſi quid turbulentum aut vagum in iis ineſſet, remedium adhibere, et in melius dirigere atque emendare: aut ſi hoc nequirent, in medio relinquere, ita ut quiſque legibus adſtrictus de iis ſentit, aut conſuetudinem ſequitur, ſentire concedentes.

Non nunc enim, neque heri ſunt iſta prodita:
Semper valuere, nec quando inierint liquet.

Illi vero tanquam ipſis a Laribus orſi movere conſtitutas res, et a majoribus traditas opiniones convellere, nullam ferme notionem integram et incorruptam reliquerunt. Quis enim, iis demtis, homo eſt natus aut vivit, qui non interitus expertem ac ſempiternum exiſtimet Deum? Quid in

ἀΐδιον τὸ θεῖον; ἢ τί ἐν ταῖς κοιναῖς προλήψεσιν περὶ θεῶν ὁμολογουμένως ἀναπεφώνηται μᾶλλον, ἢ τὰ τοιαῦτα,

Τῷ ἔνι τέρπονται μάκαρες θεοὶ ἤματα πάντα.
Ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ᾽ ἀνθρώπων.

1075 καὶ τὸ,

Κεῖνοι γάρ τ᾽ ἄνοσοι καὶ ἀγήραοι,
Πόνων δὲ ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος.

Καὶ ἴσως ἐντύχοι τις ἂν ἔθνεσι βαρβάροις καὶ ἀγρίοις θεὸν μὴ νοοῦσι· θεὸν δὲ νοῶν, μὴ νοῶν δὲ ἄφθαρτον μηδὲ ἀΐδιον, ἄνθρωπος οὐδὲ εἷς γέγονεν. Οἱ γοῦν ἄθεοι προσαγορευθέντες οὗτοι, Θεόδωροι, καὶ Διαγόραι, καὶ Ἵππωνες, οὐκ ἐτόλμησαν εἰπεῖν τὸ θεῖον ὅτι φθαρτόν ἐστιν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπίστευσαν ὡς ἔστι τι ἄφθαρτον· τοῦ μὲν ἀφθάρτου τὴν ὕπαρξιν μὴ ἀπολείποντες, τοῦ θεοῦ δὲ τὴν πρόληψιν φυλάττοντες. Ἀλλὰ Χρύσιππος καὶ
B Κλεάνθης ἐμπεπληκότες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῷ λόγῳ θεῶν τὸν οὐρανὸν, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, τὴν θάλατταν, οὐδένα τῶν τοσούτων ἄφθαρτον οὐδὲ ἀΐδιον ἀπολελοίπασι, πλὴν μόνου τοῦ Διός· εἰς ὃν πάντας καταναλίσκουσι τοὺς ἄλλους. Ὥστε καὶ τούτῳ τὸ φθείρειν προσεῖναι τοῦ φθείρεσθαι μὴ ἐπιεικέστερον· ἀσθενείᾳ γάρ τινι καὶ τὸ μεταβάλλον εἰς ἕτερον φθείρεται, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις εἰς ἑαυτὸ φθειρομένοις τρεφόμενον σώζεται. Ταῦτα δὲ, οὐχ ὡς ἄλλα πολλὰ τῶν ἀτόπων συλλογιζόμεθα ἔχει τὰς ὑποθέσεις αὐτῶν, καὶ

B. 7. συλλογιζόμεθα—ἔπεται] Sic Baf. Xyl. Steph. Forte, συλλογιζομένας. B. E. Mez. συλλογιζόμεθα ἔχειν—ἕπεσθαι: in duobus ultimis aſſentitur Ald.

Communibus Notionibus de Diis una voce magis decantatur quam iſthæc,

Illic felices capiunt ſua gaudia Divi
Æternum—— :

item,

Terreſtreſque homines, et Divi morte carentes :

et,

Illi morborum vacui, triſtiſque ſenectæ,
Rudes laborum, freta Acherontis ſonora evitaverunt.

Ac fieri ſane poteſt, ut incidat aliquis in homines barbaros et feros, qui Deum eſſe nullum putent: Deum eſſe qui exiſtimet, ſed eundem non immunem ab interitu, non æternum, inventus eſt ne unus quidem homo. Certe qui Athei appellantur, quod negarent eſſe Deos, Theodorus, Diagoras, Hippo, non auſi ſunt dicere Deum eſſe interitui obnoxium, ſed non crediderunt aliquid eſſe ab interitu immune; ac talem naturam aliquam eſſe poſſe negantes, notitiam de Deo reliquerunt in medio. Chryſippus vero et Cleanthes, cum implevissent, ut ſic dicam, quoad quidem dicendo fieri poteſt, Diis cœlum, terras, aërem, mare; nullum horum ab interitu liberum aut ſempiternum ſtatuerunt, ſolo Jove excepto, in quem reliquos omnes conſumi: ut jam is perdat, quod nihilo eſt quam perire melius. Eſt enim imbecillitas ut pereundo in alium tranſire, ita interitu aliorum in ſe tranſeuntium nutriri atque ſervari. Hæc vero non, ut alia ipſorum abſurda, ex ſententiis et decretis eorum ſequuntur aut ratioci-

τοῖς δόγμασιν ἕπεται, ἀλλὰ αὐτοὶ μέγα βοῶντες ἐν τοῖς περὶ Θεῶν, καὶ
Προνοίας, Εἱμαρμένης τε καὶ Φύσεως γράμμασι, διαῤῥήδην λέγουσι τοὺς
ἄλλους θεοὺς ἅπαντας εἶναι γεγονότας καὶ φθαρησομένους ὑπὸ πυρὸς, τηκτοὺς, C
κατ' αὐτοὺς, ὥσπερ κηρίνους ἢ καττιτερίνους ὄντας. Ἔστιν οὖν παρὰ τὴν ἔννοιαν
ὡς τὸ ἄνθρωπον ἀθάνατον εἶναι, καὶ τὸ θεὸν θνητὸν εἶναι· μᾶλλον δὲ οὐχ
ὁρῶ τίς ἔσται θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον διαφορὰ, εἰ καὶ ὁ θεὸς ζῶον λογικὸν,
καὶ φθαρτόν ἐστιν. Ἂν γὰρ αὖ τὸ σοφὸν τοῦτο καὶ καλὸν ἀντιθῶσι, θνητὸν
εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οὐ θνητὸν δὲ τὸν θεὸν, ἀλλὰ φθαρτὸν, ὅρα τὸ συμ-
βαῖνον αὐτοῖς. Ἢ γὰρ ἀθάνατον φήσουσιν ἅμα τὸν θεὸν καὶ φθαρτὸν, ἢ
μήτε θνητὸν εἶναι μήτε ἀθάνατον. Ὧν οὐκ ἔστιν οὐδὲ πλάττοντας ἐξεπί-
τηδες ἕτερα παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν, ὑπερβάλλειν τὴν ἀτοπίαν· λέγω δὲ D
τοὺς ἄλλους· ἐπεὶ τούτοις γε τῶν ἀτοπωτάτων οὐδὲν ἄῤῥητον οὐδὲ ἀνεπιχείρητόν
ἐστι παρειμένον. Ἔτι τοίνυν ἐπαγωνιζόμενος ὁ Κλεάνθης τῇ ἐκπυρώσει,
λέγει τὴν σελήνην καὶ τὰ λοιπὰ ἄστρα τὸν ἥλιον * ἐξομοιῶσαι πάντα ἑαυτῷ,
καὶ μεταβαλεῖν εἰς ἑαυτὸν, ἀλλ' ὅτι * οἱ ἀστέρες θεοὶ ὄντες πρὸς τὴν ἑαυτῶν
φθορὰν συνεργοῦσι τῷ ἡλίῳ, συνεργοῦντές τι πρὸς τὴν ἐκπύρωσιν, πολὺς ἂν
εἴη γέλως ἡμᾶς περὶ σωτηρίας αὐτοῖς προσεύχεσθαι, καὶ σωτῆρας ἀνθρώπων
νομίζειν, οἷς κατὰ φύσιν ἐστὶ τὸ σπεύδειν ἐπὶ τὴν αὐτῶν φθορὰν καὶ ἀναίρεσιν. E

B. 9. τοὺς ἄλλους θεοὺς] ἄλλους additum ex B. E.
C. 6. ἀλλὰ φθαρτὸν] Sic Baſ. Xyl. Amiot. Vulgo, ἀλλὰ ἄφθαρτον. Ald. ἀλλ' ἄφθαρτον.
D. 4. ἥλιον * ἐξομοιῶσαι] Nil excidit ſecundum quidem Amiot. Xyl. Mez.
D. 5. ὅτι * οἱ ἀστέρες] Amiot. Xyl. Mez. ſupplent, ὅτι ἡ σελήνη καὶ οἱ ἀστέρες.
D. 6. συνεργοῦντές τι] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, συνεργοῦντός ἐστι. Forte ſcriptum ab Auctore συνεργοῦντές γε.

nando colliguntur; ſed ipſi magna cum vociferatione in libris de Diis, Providentia, Fato, ac Natura, diſerte omnes Deos natos eſſe et interituros vi ignis autumant, conflatiles opinione ipſorum, ac ſi cerei eſſent vel ſtannei. Enimvero tam eſt contra Communes Notiones, Deum eſſe mortalem, quam hominem immortalem: imo non video quod ſit futurum Dei et hominis diſcrimen, ſi Deus quoque animal ratione prædītum et interitui obnoxium eſt. Si enim argutum illud ſcitumque objiciant, *mortalem eſſe hominem, Deum non mortalem ſed interitui obnoxium*, vide quid impetrent. Aut immortalem ſimul et interitui obnoxium dicent Deum, aut neque mortalem neque immortalem. Quibus abſurdiora et magis a Communibus Notionibus aliena fingere nemo alius etiam dedita in hoc opera poſſit. Alius inquam: nam iſti indictum intentatumque eorum quæ abſurdiſſima ſunt nihil reliquerunt. Ad hæc Cleanthes pro conflagratione mundi propugnans tradit, ita ſe rem habere, ut Sol Lunam et reliquas ſtellas omnes, ipſi ſimiles ſit redacturus, et in ſe tranſmutaturus. Atqui ſi ſtellæ, cum Dii ſint, opis aliquid ad conflagrationem conferunt Soli, itaque ſuum ipſarum ad interitum, perridiculum fuerit nos eis pro ſalute noſtra vota facere, et ſervatores hominum putare, quibus a natura hoc inſit ut ſuum interitum ipſæ accelerent.

λβ'. Καὶ μὴν αὐτοί τε πρὸς τὸν Ἐπίκουρον οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν
πραγμάτων, ἰοῦ, ἰοῦ, φεῦ, φεῦ, βοῶντες, ὡς συγχέοντα τὴν τῶν θεῶν
πρόληψιν, ἀναιρουμένης τῆς Προνοίας· "οὐ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον
"μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικὸν καὶ ὠφέλιμον προλαμβά-
"νεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν." Ὅπερ ἀληθές ἐστιν. Εἰ δὲ ἀναιροῦσι τὴν περὶ
θεοῦ πρόληψιν οἱ μὴ ἀπολείποντες Πρόνοιαν, τί ποιοῦσιν οἱ προνοεῖν μὲν
τοὺς θεοὺς ἡμῶν λέγοντες, μὴ ὠφελεῖν δὲ ἡμᾶς, μηδὲ ἀγαθῶν εἶναι δωτῆ-
ρας, ἀλλ' ἀδιαφόρων, ἀρετὴν μὲν μὴ διδόντας, πλοῦτον δὲ καὶ ὑγείαν καὶ
F τέκνων γενέσεις καὶ τὰ τοιαῦτα διδόντας, ὧν οὐδὲν ὠφέλιμον, οὐδὲ λυσιτελές,
οὐδὲ αἱρετὸν, οὐδὲ συμφέρον ἐστίν; Ἢ ἐκεῖνοι μὲν οὐκ ἀναιροῦσι τὰς περὶ
θεῶν ἐννοίας· οὗτοι δὲ καὶ προσυβρίζουσι καὶ χλευάζουσιν, Ἐπικάρπιόν τινα
1076 θεὸν εἶναι λέγοντες, καὶ Γενέθλιον, καὶ Παιᾶνα, καὶ Μαντικόν; οὐκ ὄντος
ἀγαθοῦ τῆς ὑγείας, καὶ τῆς γενέσεως, οὐδὲ τῆς πολυκαρπίας, ἀλλ' ἀδια-
φόρων καὶ ἀνωφελῶν τοῖς λαμβάνουσι.

λγ'. Τὸ τρίτον τοίνυν τῆς περὶ θεῶν ἐννοίας ἐστὶ, μηδενὶ τοσοῦτον τοὺς θεοὺς τῶν ἀνθρώπων διαφέρειν, ὅσον εὐδαιμονίᾳ καὶ ἀρετῇ διαφέρουσιν. Ἀλλὰ, κατὰ Χρύσιππον, οὐδὲ τοῦτο περίεστιν αὐτοῖς· "ἀρετῇ τε γὰρ οὐχ "ὑπερέχειν τὸν Δία τοῦ Δίωνος, ὠφελεῖσθαί τε ὁμοίως ὑπὸ ἀλλήλων τὸν

E. 2. αὐτοί τι] Legendum, αὐτοί γε.

E. 2. οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν πραγμάτων] Forte, ἐν οὐδενὶ ἀπολείπουσι τῶν γραμμάτων. Vid. p. 1077, C.

E. 3. τῶν θεῶν] Sic E. Vulgo αὐτῶν, quod Steph. a Leonico habuit. Ald. Baf. Xyl. τῶν. Schott. Anon. T. V. θεῶν.

XXXII. At enim ubique in ſcriptis adverſus Epicurum ipſi contendunt, Io, Io, Proh, Proh, vociferantes, quod is præſumtionem de Diis labefactet Providentia tollenda: *non enim immortalem modo et beatum, ſed et hominum ſtudioſum, curamque eorum gerentem et commodantem præſumi intelligique Deum.* Quod quidem eſt verùm. At ſi præſumtionem de Diis tollunt, qui Providentiam non relinquunt; quid agunt, qui Deos quidem providere nobis dicunt, negant autem commodare nobis: neque largitores bonorum eos, ſed indifferentium faciunt? ſcilicet virtutem non dantes, ſed opes, ſanitatem, prolem, aliaque id genus, quorum nihil utile, commodum, optabile aut conducibile ſit. An potius non illi notionem de Diis anticipatam tollunt; ſed hi Deos contumelioſe ſubſannant, frugum, matrimonii, medicinæ, divinationis aliquos procuratores Deos dum fingunt, cum ſanitas, proles, ubertas, bona non ſint, ſed indifferentia, et inutilia adipiſcentibus?

XXXIII. Tertio loco id de Diis dictant Notiones Communes, Nulla eos alia re magis ab hominibus differre, quam beatitate et virtute. At ſi Chryſippum ſequimur, ne hoc quidem iis reſtabit. Ait enim *virtute Jovem Dioni non præſtare, et æqualiter juvari Jovem ac Dionem alterum ab al-*

"Δία καὶ τὸν Δίωνα σοφοὺς ὄντας, ὅταν ἕτερος θατέρου τυγχάνῃ κινουμένου."
Τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ καὶ παρὰ θεῶν ἀγαθὸν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ θεοῖς
παρὰ ἀνθρώπων, σοφῶν γινομένων, ἄλλο δὲ οὔ. Ἀρετῇ δὲ μὴ ἀπολειπό- B
μενον ἄνθρωπον, οὐδὲν ἀποδεῖν εὐδαιμονίας λέγουσιν, ἀλλ' ἐπίσης εἶναι
μακάριον τῷ Διῒ τῷ Σωτῆρι τὸν ἀτυχῆ, διὰ νόσους καὶ πηρώσεις σώματος
ἐξάγοντα τοῦ ζῆν ἑαυτὸν, εἴπερ εἴη σοφός. Ἔστι δὲ οὗτος οὐδαμοῦ γῆς, οὐδὲ
γέγονεν· ἄπλετοι δὲ μυριάδες ἀνθρώπων κακοδαιμονοῦντες ἐπ' ἄκρον, ἐν
τῇ τοῦ Διὸς πολιτείᾳ καὶ ἀρχῇ τὴν ἀρίστην ἐχούσῃ διοίκησιν. Καίτοι τί
μᾶλλον ἂν γένοιτο παρὰ τὴν ἔννοιαν, ἢ τοῦ Διὸς ὡς ἔνι ἄριστα διοικοῦντος,
ἡμᾶς ὡς ἔνι χείριστα πράσσειν; Εἰ γοῦν, ὃ μηδὲ θέμις ἐστὶν εἰπεῖν, ἐθε-
λήσειε μηδὲ Σωτὴρ, μηδὲ Μειλίχιος εἶναι, μηδὲ Ἀλεξίκακος, μηδὲ τἀ-
ναντία τῶν καλῶν τούτων προσηγοριῶν, οὐθέν ἐστι προσθεῖναι τοῖς οὖσι C
κακὸν, οὔτε εἰς πλῆθος, οὔτε εἰς μέγεθος, ὡς οὗτοι λέγουσι, πάντων ἀνθρώπων
ἐπ' ἄκρον ἀθλίως μοχθηρῶς βιούντων, καὶ μηδὲ τῆς κακίας ἐπίδοσιν,
μηδὲ ὑπερβολὴν τῆς κακοδαιμονίας δεχομένης.

λδ'. Οὐ μὴν ἐνταῦθα τὸ δεινότατόν ἐστιν, ἀλλὰ Μενάνδρῳ μὲν εἰπόντι θεατρικῶς,

B. 3. πηρώσεις] Sic E. Amiot. Mez. Vulgo, πυρώσεις.
B. 7. ἔννοιαν, ἢ τοῦ Διὸς] ἢ, quod vulgo abest, fecimus ex lectione Ald. B. E. τήν.
B. 9. Μειλίχιος] Sic B. E. Vulgo, Λύσιος. Ald. Bas. Xyl. Λύκιος.
B. 9. μηδὲ τἀναντία] Mez. ἀλλὰ τἀναντία.
C. 1. οὐθέν ἐστι] Forte, οὕτως οὐθέν ἐστι.
C. 2. κακὸν] Sic Mez. et vertit Xyl. Vulgo, καλόν.
C. 3. ἀθλίως μοχθηρῶς] Interponendum καί.

tero, cum sapientes essent, quando alter in alterius motum incidisset: hoc enim esse bonum illud, quod et a Diis ad homines et ab hominibus sapientibus ad Deos pervenit, nullum aliud. Porro virtute Diis non inferiorem hominem, felicitate quoque non cedere iis: neque minus beatum esse Jove Servatore eum, qui ob morbos et cruciatus corporis infortunatus, alioqui sapiens, seipsum interficiat. Atqui is sapiens nusquam gentium est, neque erit: innumera autem hominum millia extremam infelicitatem tolerantium in Jovis sunt imperio et civitate, quam optime administrari par est. Quid autem magis potest Communi Notitiæ contrarium cogitari, quam Jove optime gubernante, quantum res ipsæ ferunt, nos quantum omnino fieri potest esse miserrimos? Sin, quod nefas dictu est, Jupiter nolit Servator esse et Clemens, et Averruncator, sed contraria eorum facere quæ pulchræ ipsius appellationes pollicentur, nihil potest iis quæ sunt adjici malis neque ad numerum neque ad molem; quando ipsi dicunt *omnes homines in summa vivere miseria, neque vitio incrementum, neque infelicitate augmentum admittente.*

XXXIV. Neque tamen hoc est gravissimum. Sed cum Menander pro theatro dixerit,

Ἀρχὴ μεγίστη τῶν ἐν ἀνθρώποις κακῶν
Τὰ λίαν ἀγαθά,

δυσκολαίνουσι· τοῦτο γὰρ εἶναι παρὰ τὴν ἔννοιαν· αὐτοὶ δὲ τῶν κακῶν ἀρχὴν
ἀγαθὸν ὄντα τὸν θεὸν ποιοῦσι. "Οὐ γὰρ ἥ γε ὕλη τὸ κακὸν ἐξ ἑαυτῆς
D "παρέσχηκεν· ἄποιος γάρ ἐστι, καὶ πάσας ὅσας δέχεται διαφορὰς ὑπὸ τοῦ
"κινοῦντος αὐτὴν καὶ σχηματίζοντος ἔχει·" κινεῖ δὲ αὐτὴν ὁ λόγος ἐνυπάρ-
χων καὶ σχηματίζει, μήτε κινεῖν ἑαυτὴν μήτε σχηματίζειν πεφυκυῖαν.
Ὥστε ἀνάγκη τὸ κακόν, εἰ μὲν δι' οὐδέν, ἐκ τοῦ μὴ ὄντος· εἰ δὲ διὰ τὴν
κινοῦσαν ἀρχὴν, ἐκ τοῦ θεοῦ γεγονὸς ὑπάρχειν. Καὶ γὰρ εἰ μὲν οἴονται τὸν
Δία μὴ κρατεῖν τῶν ἑαυτοῦ μερῶν, μηδὲ χρῆσθαι κατὰ τὸν αὐτοῦ λόγον
ἑκάστῳ, παρὰ τὴν ἐπίνοιαν λέγουσι, καὶ πλάττουσι ζῶον οὗ πολλὰ τῶν μορίων
ἐκφεύγει τὴν βούλησιν, ἰδίαις ἐνεργείαις χρώμενα καὶ πράξεσιν, αἷς τὸ
ὅλον ὁρμὴν οὐ δίδωσιν, οὐδὲ κατάρχει κινήσεως. Οὐδὲν γὰρ οὕτω κακῶς
E συντέτακται τῶν ψυχὴν ἐχόντων, ὥστε, ἀβουλοῦντος αὐτοῦ, προϊέναι πό-
δας, ἢ φθέγγεσθαι γλῶτταν, ἢ κέρας κυρίττειν, ἢ δάκνειν ὀδόντας· ὧν
ἀνάγκη τὰ πλεῖστα πάσχειν τὸν θεόν, εἰ παρὰ τὴν βούλησιν αὐτοῦ, μέρη
ὄντες, οἱ φαῦλοι ψεύδονται καὶ ῥᾳδιουργοῦσι καὶ τοιχωρυχοῦσι καὶ ἀποκτιν-
νύουσιν ἀλλήλους. Εἰ δέ, ὥς φησι Χρύσιππος, "οὐδὲ τοὐλάχιστόν ἐστι τῶν
"μερῶν ἔχειν ἄλλως ἀλλ' ἢ κατὰ τὴν τοῦ Διὸς βούλησιν," ἀλλὰ πᾶν μὲν

D. 2. ἔχει· κινεῖ δὲ αὐτὴν] Sic Mez. et vertit fere Amiot. Vulgo, ἔσχηκεν· εἰ δὲ αὐτήν.
D. 7. ἐπίνοιαν] Forte, ἔννοιαν. Mez.

Summum hoc malorum humanorum est primordium,
Nimis bona;

illi ægre ferunt; quod hoc ſit contra Communem Notitiam: ipſi Deum, qui bonus eſt, malorum cauſſam ſtatuunt. *Non enim,* aiunt, *malum ex ſe potuit edere materia omnis expers qualitatis, et quicquid habet differentiarum a movente eam et informante in ſe recipiens:* movet autem eam Ratio in ea habitans et format, quippe non valentem ipſam ſe movere et formare. Ut neceſſe ſit, Malum, ſiquidem nullam habeat cauſſam, a non-Ente proficiſci: ſin a movente eſt principio ortum, a Deo productum eſſe. Verum Stoici, ſi arbitrantur Jovem non imperare ſuis partibus, neque ſecundum rationem uti quavis earum, contra Notitias Communes loquuntur, et fingunt animal cujus multa membra voluntatis imperium ſubterfugiant, peculiaribus utentia efficacitatibus et actionibus, ad quas a toto non incitentur, neque motus principium ab eo habeant. Enimvero nullum animal ita male eſt compactum, ut ipſo nolente gradiantur pedes, loquatur lingua, feriant cornua: quorum pati pleraque neceſſe eſt Deum, ſi partes ipſius cum ſint vitioſi homines, injuſſu ejus mentiuntur, impoſturas exercent, furantur, cædes perpetrant. Sin, quod Chryſippo placet, ne minima quidem particula ſecus habet quam juxta Jovis volunta-

ἔμψυχον οὕτως ἴσχεσθαι καὶ οὕτω κινεῖσθαι πέφυκεν ὡς ἐκεῖνος ἄγει κἀκεῖνος ἐπιστρέφει καὶ ἴσχει καὶ διατίθησιν,

Ὁ δ' αὖτ' ἐκείνου φθόγγος ἐξωλέστερος.

Μυρία γὰρ ἦν ἐπιεικέστερον ἀσθενείᾳ καὶ ἀδυναμίᾳ τοῦ Διὸς ἐκβιαζόμενα F
τὰ μέρη, πολλὰ δρᾶν ἄτοπα παρὰ τὴν ἐκείνου φύσιν καὶ βούλησιν· ἢ μήτε ἀκρασίαν εἶναι, μήτε κακουργίαν, ἧς οὐκ ἔστιν ὁ Ζεὺς αἴτιος. Ἀλλὰ μὴν τόν γε κόσμον εἶναι πόλιν, καὶ πολίτας τοὺς ἀστέρας, εἰ δὲ τοῦτο καὶ φυλέτας, καὶ ἄρχοντας, δῆλον ὅτι καὶ βουλευτὴν τὸν ἥλιον, καὶ τὸν ἕσπερον
πρύτανιν ἢ ἀστυνόμον, οὐκ οἶδα μὴ τοὺς ἐλέγχοντας τὰ τοιαῦτα τῶν λεγόντων 1077
καὶ ἀποφαινομένων, ἀποδείκνυσιν ἀτοπωτέρους.

λέ. Ἀλλὰ τῶν φυσικωτέρων λεγομένων ἆρα οὐ παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι, σπέρμα πλέον εἶναι καὶ μεῖζον ἢ τὸ γινόμενον ἐξ αὐτοῦ; Τὴν γοῦν φύσιν ὁρῶμεν πᾶσι ζώοις καὶ φυτοῖς καὶ ἀγρίοις ἀρχὰς τὰ μικρὰ καὶ γλίσχρα, καὶ μόλις ὁρατὰ τῆς τῶν μεγίστων γενέσεως λαμβάνουσαν. Οὐ γὰρ ἐκ πυροῦ στάχυν, οὐδὲ ἄμπελον ἐκ γιγάρτου μόνον, ἀλλὰ ἐκ πυρῆνος, ἢ βαλάνου τινὸς ὄρνεον διαφυγούσης, ὥσπερ ἐκ μικροῦ τινος σπινθῆρος ἐξάψασα, καὶ ῥιπίσασα τὴν γένεσιν, ἔρνος ἢ βάτου, ἢ δρυὸς, ἢ B

F. 1. Μυρία] Forte, Μυριάκις, ut Mez.
F. 1. ἀσθενείᾳ καὶ ἀδυναμίᾳ] Sic Bas. Xyl. Vulgo, ἀσθένεια καὶ ἀδυναμία.
F. 4. τόν γε κόσμον] Ita Mez. et vertit Xyl. Vulgo, τὸ νεῖκος μέν.
A. 1. τοὺς ἐλέγχοντας—ἀτοπωτέρους] Sic B. E. et in priore adsentitur Ald. Vulgo, τις ἐλέγχων—ἀτοπώτερα.
A. 3. Ἀλλὰ] Sic B. E. novi initio loci facto. Vulgo, continua oratione—ἀτοπώτερα ἀλλὰ τῶν φυσικωτέρων—.
A. 3. ἆρα οὐ] Sic B. E. Vulgo, novi initio loci, ἆρα οὖν.
A. 5. καὶ ἀγρίοις] Forte legendum, καὶ ἡμέροις καὶ ἀγρίοις.

tem, sed animatum quodvis ea natura est, ut sic habeat et moveatur, ut Jupiter movet, impellitque,

Hæc jam priore vox est flagitiosior.

Infinitis enim partibus tolerabilius erat dicere, *membra, Jovi ob ejus imbecillitatem vi facta, agere multa improbe contra ipsius naturam et voluntatem*; quam, nullam esse libidinem, nullum scelus, quod non Jovi auctori imputandum sit. Jam *mundum esse civitatem, cives stellas*, atque si vis etiam tribules et magistratus, nimirum etiam Solem consulem, Luciferum prætorem aut præfectum esse civitatis, haud scio an ejusmodi sint, ut in iis refutare quam refutari, absurdius sit.

XXXV. Sed ex opinionibus istorum magis cum physica ratione conjunctis nonne hæc repugnat Communi Notitiæ, *semen majus et grandius esse eo quod ex ipso nascitur?* Naturam quidem videmus omnibus animalibus, plantis, ac sylvestribus stirpibus exigua, parca, et vix conspectui obvia ortus magnorum initia tribuisse. An non enim e grano tritici spicam, ex acino solo vitem, e nucleo aut glande quæ avim subterfugerit, tanquam e scintilla exigua incendens procreationem, germen rubi, quercus, palmæ, aut piceæ proceriffi-

φοίνικος, ἢ πεύκης περιμήκιστον ἀναδίδωσιν. Ἡ, καί φασιν * „τὸ μὲν
„σπέρμα τὴν ἐπὶ μικρὸν ὄγκον ἐκ πολλοῦ σπείρασιν ὠνομάσθαι, τὴν
„δὲ φύσιν, ἐμφύσησιν οὖσαν, καὶ διάχυσιν τῶν ὑπ' αὐτῆς ἀνοιγομένων καὶ
„λυομένων λόγων καὶ ἀριθμῶν." Ἀλλὰ „τοῦ τε κόσμου" πάλιν „τὸ πῦρ ὃ
„σπέρμα" λέγουσιν „εἶναι, καὶ μετὰ τὴν ἐκπύρωσιν, εἰς σπέρμα μετέβαλε τὸν
„κόσμον, ἐκ βραχυτέρου σώματος καὶ ὄγκου, φύσιν ἔχοντα πολλήν, καὶ τοῦ
„κενοῦ προσεπιλαμβάνοντα χώραν ἄπλετον ἐπινεμομένην τῇ αὐξήσει, γινο-
C „μένου δὲ αὖθις ὑποχωρεῖν τὸ μέγεθος καὶ συνολισθαίνειν, δυομένης καὶ
„συναγομένης περὶ τὴν γένεσιν εἰς ἑαυτὴν τῆς ὕλης."

λς'. Ἀκοῦσαι τοίνυν ἔστιν αὐτῶν καὶ γράμμασιν ἐντυχεῖν πολλοῖς
πρὸς τοὺς Ἀκαδημαϊκοὺς διαφερομένων, καὶ βοώντων, „ὡς πάντα πράγ-
„ματα συγχέουσι ταῖς ἀπαραλλαξίαις, ἐπὶ δυοῖν οὐσιῶν ἕνα ποιὸν εἶναι
„βιαζόμενοι." Καίτοι τοῦτο μὲν οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνθρώπων οὐ διανοεῖται,
καὶ τοὐναντίον οἴεται θαυμαστὸν εἶναι καὶ παράδοξον, εἰ μήτε φάττα φάττῃ,
μήτε μελίττῃ μέλιττα, μήτε πυρῷ πυρός, ἢ σύκῳ τὸ τοῦ λόγου σῦκον, ἐν
τῷ παντὶ χρόνῳ γέγονεν ἀπαράλλακτον. Ἐκεῖνα δὲ ὄντως παρὰ τὴν
D ἔννοιάν ἐστιν, ἃ λέγουσιν οὗτοι καὶ πλάττουσιν, „ἐπὶ μιᾶς οὐσίας δύο ἰδίως
„γίνεσθαι ποιούς, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ἕνα ποιὸν ἰδίως ἔχουσαν, ἐπιόντος

B. 2. φασιν * τὸ μὲν σπέρμα] Ad sententiam nil requiras : ad lacunam explendam satis est αὐτοί.
B. 5. τοῦ τε κόσμου] Forte τοῦ γε κόσμου.
B. 5. ὃ σπέρμα] ὃ delendum cum Xyl. vers.
B. 6. εἰς σπέρμα μετέβαλε] εἰς pro εἰ est a Xyl. postremum forte mutandum in μεταβαλεῖν.
B. 8. ἐπινεμομένην] Sic B. E. Vulgo, ἐπὶ νεμομένην.

mum edere solet? Unde etiam dicunt, *semen Sperma vocari quia e magna mole paulatim in parvam, tanquam in spiram, convolutum sit: Physin dictam Naturam, quod quasi inflatio sit quædam diffusioque ab ea apertarum et dissolutarum rationum ac numerorum.* Sed Stoici rursus *Ignem*, aiunt, *semen mundi esse, et post conflagrationem, ubi semen mutaverit mundum, e minore corpore et mole naturam habentem copiosam, et inanis spatium apprehendentem incremento suo se proferentem in immensum: rursumque, mundo nato, magnitudinem recedere, et collabi, subsidente in ortu inque se contracta materia.*

XXXVI. Audire licet ipsos, et multa scripta eorum legere, cum Academicis altercantium ac vociferantium, *ab his omnes res confundi indiscreta ista similitudine, duabus substantiis unam qualitatem inesse contendentibus.* Atqui nemo est hominum qui hoc non intelligat, contraque existimet mirum esse et a ratione alienum, si neque palumbes palumbi, neque apis api, neque tritico triticum, neque ficui, ut in proverbio est, ficus, universo in tempore ita similis fieri potuerit, ut discerni nequeat. Hæc vero plane contra Notitiam Communem sunt, quæ Stoici dicunt et fingunt, *in una substantia duas seorsim qualitates exsistere, eandemque substantiam, quæ unam habeat peculiariter, su-*

" ἑτέρου δέχεσθαι καὶ διαφυλάττειν ὁμοίως ἀμφοτέρους." Εἰ γὰρ δύο, καὶ τρεῖς καὶ τέτταρες ἔσονται καὶ πέντε, καὶ ὅσους οὐκ ἄν τις εἴποι, περὶ μίαν οὐσίαν· λέγω δὲ οὐκ ἐν μέρεσι διαφόροις, ἀλλὰ πάντας ὁμοίως περὶ ὅλην τοὺς ἀπείρους. Λέγει γοῦν Χρύσιππος, " ἐοικέναι τῷ μὲν ἀνθρώπῳ " τὸν Δία καὶ τὸν κόσμον, τῇ δὲ ψυχῇ τὴν Πρόνοιαν· ὅταν οὖν ἐκπύρωσις " γένηται, μόνον ἄφθαρτον ὄντα τὸν Δία τῶν θεῶν, ἀναχωρεῖν ἐπὶ τὴν " Πρόνοιαν, εἶτα ὁμοῦ γενομένους ἐπὶ μιᾶς τῆς τοῦ αἰθέρος οὐσίας δια- E
" τελεῖν ἀμφοτέρους."

λζ'. Ἀφέντες οὖν ἤδη τοὺς θεούς, καὶ προσευξάμενοι κοινὰς φρένας διδόναι, καὶ κοινὸν νοῦν, τὰ περὶ στοιχείων πῶς ἔχει αὐτοῖς ἴδωμεν. Παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι, σῶμα σώματος εἶναι τόπον, καὶ σῶμα χωρεῖν διὰ σώματος, κενὸν μηδετέρου περιέχοντος, ἀλλὰ τοῦ πλήρους εἰς τὸ πλῆρες ἐνδυομένου, καὶ δεχομένου τὸ ἐπιμιγνύμενον τοῦ διάστασιν οὐκ ἔχοντος, ἀλλὰ τοῦ πλήρους οὐδὲ χώραν ἐν αὑτῷ διὰ τὴν συνέχειαν. Οἱ δὲ οὐχ ἓν εἰς ἓν, οὐδὲ δύο, οὐδὲ τρία, καὶ δέκα συνωθοῦντες, ἀλλὰ πάντα μέρη τοῦ κόσμου κατακερματισθέντος ἐμβάλλοντες εἰς ἓν ὅ, τι ἂν τύχωσι, καὶ τοὐλάχιστον αἰσθητὸν F
ἐπιφάσκοντες, ἐπιλείψειν ἐπιόντι τῷ μεγίστῳ νεανιεύονται, δόγμα ποιούμενοι τὸν ἔλεγχον, ὡς ἐν ἄλλοις πολλοῖς, ἅτε δὴ μαχομένας ὑποθέσεις ταῖς ἐννοίαις λαμβάνοντες. Αὐτίκα γοῦν τῷ λόγῳ τούτῳ, πολλὰ

D. 6. ὅλην τοὺς ἀπείρους] Forte, ὅλην οὐσίαν ἀπείρους.
F. 1. αἰσθητὸν ἐπιφάσκοντες, ἐπιλείψειν] Legendum, αἰσθητὸν ἔτι φάσκοντες, οὐκ ἐπιλείψειν—.

perveniente altera, recipere et ſervare æque ambas. Nam ſi duo, tres item erunt, quatuor et quinque, et quotquot tribuere voles uni ſubſtantiæ: dico autem non in diverſis partibus, ſed omnes æqualiter in tota ſubſtantia innumerabiles erunt. Dicit ergo Chryſippus, *Jovem homini ſimilem eſſe et mundum, animæ Providentiam. Ergo cum conflagrabit mundus, Jovem (ſolum quippe de omnibus Diis expertem interitus) receſſurum ad Providentiam, ibique ambos in una ætheris ſubſtantia perpetuo futuros.*

XXXVII. Sed nos jam Diis dimiſſis, comprecati hos ut Communem Stoicis Senſum, mentemque cum aliis conſentientem, largiantur; videamus de elementis quæ ſit eorum ſententia. Contra Notitias Communes eſt, corpus corporis eſſe locum, et corpus per corpus penetrare, ubi neutrum in ſe inane contineat, ſed plenum in plenum ſubeat, recipiaturque ab eo quod intercapedinem in ſe aut ſpatium recipiendi ob continuitatem habeat nullum. Illi vero non unum in unum, aut duo, aut tria, vel decem contrudentes, ſed omnia mundi diſſecti fruſtula in unum, quodcunque fors obtulerit, conjicientes, et minimum quodque fruſtulum adhuc ſenſile eſſe perhibentes, jactant minimum quodque fruſtulum ſuperveniente maximo corpori recipiendo ſatis fore; audacter illi novum decretum condentes, idque, ut alias ſolent crebro, probantes ſumtis iis, quæ adverſus Communes pugnant Notitias. Statim vero

τερατώδη καὶ ἀλλόκοτα προσδέχεσθαι τοὺς τὰ σώματα τοῖς σώμασιν ὅλοις
1078 ὅλα κεραννύντας. Ὧν ἐστι καὶ τὸ "τὰ τρία τέσσαρα εἶναι." τοῦτο γὰρ οἱ μὲν
ἄλλοι λέγουσιν ἐν ὑπερβολῇ παράδειγμα τῶν ἀδιανοήτων· τούτοις δὲ συμ-
βαίνει τὸν ἕνα κύαθον τοῦ οἴνου πρὸς δύο κεραννύμενον ὕδατος, εἰ μέλλει
μὴ ἀπολείπειν ἀλλ᾽ ἐξισοῦσθαι, παράγοντας ἐπὶ πᾶν καὶ διασυγχέοντας,
ἕνα ὄντα δύο ποιεῖν τῇ πρὸς δύο τῆς κράσεως ἐξισώσει· τὸ γὰρ μένειν ἕνα,
καὶ δυοῖν παρεκτείνειν, καὶ ποιεῖν ἴσον τῷ διπλασίῳ· εἰ δὲ ὅπως ἐξίκηται
τῇ κράσει πρὸς τοὺς δύο, δυοῖν λαμβάνειν μέτρον ἐν τῇ διαχύσει, τοῦτο
μέτρον ἅμα καὶ τριῶν ἐστι καὶ τεσσάρων· τριῶν μὲν, ὅτι τοῖς δύο εἷς μέ-
B μικται· τεσσάρων δὲ, ὅτι δυσὶ μεμιγμένος ἴσον ἔσχηκε πλῆθος οἷς μίγνυται.
Τοῦτο δὲ συμβαίνει τὸ καλὸν αὐτοῖς, ἐμβάλλουσιν εἰς σῶμα σώματα, καὶ τὸ
τῆς περιοχῆς ἀδιανόητον. Ἀνάγκη γὰρ εἰς ἄλληλα χωρούντων τῷ κεράν-
νυσθαι, μὴ θάτερον μὲν περιέχειν, περιέχεσθαι δὲ θάτερον, καὶ τὸ μὲν
δέχεσθαι, τὸ δὲ ἐνυπάρχειν· οὕτω γὰρ οὐ κρᾶσις, ἁφὴ δὲ καὶ ψαῦσις ἔσται
τῶν ἐπιφανειῶν, τῆς μὲν ἐντὸς ὑποδυομένης, τῆς δὲ ἐκτὸς περιεχούσης,
τῶν δὲ ἄλλων μερῶν ἀμίκτων καὶ καθαρῶν ἐνδιαφερομένων· ἀλλὰ
ἀνάγκη, γινομένης ὥσπερ ἀξιοῦσι τῆς ἀνακράσεως, ἐν ἀλλήλοις τὰ μιγ-
C νύμενα γενέσθαι, καὶ ταυτὸν ὁμοῦ τῷ ἐνυπάρχειν περιέχεσθαι, καὶ τῷ

F. 5. προσδέχεσθαι] Lego, προσδέχεται.
A. 4. ἐπὶ πᾶν] Ita ſcripſi pro εἴτι πᾶν, quod omnes libros occupavit.
A. 5. τὸ γὰρ μένειν] Forte, καὶ γὰρ μένειν.
A. 6. εἰ δὲ ὅπως] Legendum, εἰ δὲ οὕτως.
B. 2. καὶ τὸ] Forte, κατὰ τό.
B. 7. καθαρῶν—γενέσθαι] γενέσθαι eſt ex E. cetera conſequenter ipſe conſtitui. Vulgo, καθαρῶν, ἐν δὲ διαφερομένων· ἀλλὰ ἀνάγκης γινομένης· ὥσπερ ἀξιοῦσι τῆς ἀνακράσεως ἐν ἀλλήλοις τὰ μιγνύμενα μίγνυσθαι.

neceſſe habent monſtroſa multa et inſolentia ſuæ diſputationi adſciſcere, dum *corpora tota totis commiſceri* aiunt. De quibus etiam hoc eſt, *tria eſſe quatuor*; quod alii ponunt in exemplum eorum quæ ne cogitando quidem concipi poſſint. At Stoicis uſu venit, ut cum unus vini cyathus duobus aquæ cyathis permiſcetur, ſi non deficiet ſed exæquabit, (ut volunt) extendatur, et unus duo fiat exæquatione commixtionis. Quando enim unus manet, et duobus pariter extenditur, duplumque æquat ut in temperatione ac diffuſione duorum menſuram impleat, fit ut eadem ſit trium ac quatuor menſura; trium, quia duobus unus admixtus eſt; quatuor, quia duobus permixtus unus, duorum quantitatem æquat. Hoc tam ſcitum accidit iis, dum corpora corporibus immittunt, et comprehenſionem eorum faciunt qualis intelligi non poteſt. Neceſſe eſt enim dum miſcendo in ſe invicem intrant, non alterum continere, alterum contineri, neque alterum recipere, alterum ineſſe: (ſic enim non contemperatio, ſed contactus ſuperficierum erit, altera intro ſubeunte, altera foris ambiente, reliquis partibus ſinceris et mixtionis expertibus inter ſe invicem verſantibus:) ſed neceſſe eſt, facta, ut ipſi volunt, permixtione, utrumque mixtum in alterum mutuo inferri, et idem ſimul, quia in altero eſt, contineri, et, quia recipit alterum, continere; ac rur-

δέχεσθαι περιέχειν θάτερον, καὶ μηδ' ἕτερον αὐτῶν αὖ πάλιν δυνατὸν εἶναι, συμβαίνειν δ' ἀμφότερα, τῆς κράσεως δι' ἀλλήλων διϊέναι, καὶ μηδὲν ἀπολείπεσθαι μηδενὸς μόριον, ἀλλὰ πάντως ἀναπίμπλασθαι βιαζομένης. Ἐνταῦθα δὴ τὸ θρυλλούμενον ἐν ταῖς διατριβαῖς Ἀρκεσιλάου σκέλος ἥκει ταῖς ἀτοπίαις ἐπεμβαῖνον αὐτῶν μετὰ γέλωτος. Εἰ γάρ εἰσιν αἱ κράσεις δι' ὅλων, τί κωλύει, τοῦ σκέλους ἀποκοπέντος καὶ κατασαπέντος καὶ ῥιφέντος εἰς τὴν θάλατταν καὶ διαχυθέντος, οὐ τὸν Ἀντιγόνου μόνον στόλον διεκπλεῖν, ὡς ἔλεγεν Ἀρκεσίλαος, ἀλλὰ τὰς Ξέρξου χιλίας καὶ διακοσίας, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς ὁμοῦ τριακοσίας τριήρεις ἐν τῷ σκέλει ναυμαχούσας; Οὐ γὰρ D
ἀπολείψει δήπουθεν προϊὸν, οὐδὲ παύσεται ἐν τῷ μείζονι τοὔλαττον· ἢ πέρας ἡ κρᾶσις ἕξει, καὶ τὸ τελευταῖον αὐτῆς ἀφὴν ὅπου λήγει ποιησάμενον, εἰς ὅλον οὐ δίεισιν, ἀλλ' ἀπαγορεύει μιγνύμενον. Εἰ δὲ μεμίξεται δι' ὅλων, οὐ μὰ Δία τὸ σκέλος ἐνναυμαχῆσαι παρέξει τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλὰ τοῦτο μὲν δεῖται σήψεως καὶ μεταβολῆς. Εἰ δέ τις κύαθος ἢ μία σταγὼν αὐτόθεν εἰς τὸ Αἰγαῖον ἐμπεσοῦσα πέλαγος ἢ τὸ Κρητικὸν, ἐφίξεται τοῦ Ὠκεανοῦ καὶ τῆς Ἀτλαντικῆς θαλάσσης οὐκ ἐπιπολῆς ψαύουσα τῆς ἐπιφανείας, ἀλλὰ πάντη διὰ βάθους εἰς πλάτος ὁμοῦ καὶ μῆκος ἀνα- E
χεομένη. Καὶ ταῦτα προσδέχεται Χρύσιππος εὐθὺς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν

C. 3. συμβαίνειν δ'—βιαζομένης] Postremum est ex B. E. pro βιαζομένοις. Reliqua duo consequenter ipse correxi: συμβαίνειν δ' pro συμβαίνει, quod in Ald. Bas. Xyl. est συμβαίνῃ: item πάντως pro παντός.

D. 2. προϊὸν] Sic Bas. Xyl. Vulgo, προϊών.

D. 6. εἰ δέ τις—ἐμπεσοῦσα—ἐφίξεται] Sic scripsi, postulante sententia pro ἀφίξεται. Reliqua ita corrigenda, ut legatur vel ἔτι δέ τις κύαθος—ἐμπεσοῦσα—: vel, εἰ δέ τις κύαθος—ἐμπεσεῖται—.

E. 1. πάντη] Sic omnes libri, Ald. Bas. Xyl. B. E. exceptis vulgatis, id est Steph. et Græco-Lat. παντί.

sus horum neutrum fieri posse, et tamen utrumque accidere, quia mixtio cogit ut per se invicem transeant, et neutrius ulla pars integra maneat, sed omnino partes utriusque omnes per se invicem repleantur et altera alterius naturam assumat. Huc jam illud in scholis tritum Arcesilai crus advenit, cum risu absurdis Stoicorum insultans. Nam si tota totis permiscentur, quid obstat quin crure amputato, putrefacto, et in mare abjecto, cumque eo diffusione permixto, non Antigoni modo classis, ut aiebat Arcesilaus, per crus naviget, sed etiam Xerxis mille ac ducentæ, cum Græcis trecentis triremibus in crure navalem pugnam obeant? Non enim deficiet Minus in progrediendo, neque desinet in Majori usquam diffundi; alias finem habebit mixtio, extremumque cruris mare contingens, desperata mixtione, non transibit in totum. Si vero totum crus toti mari permiscetur, non solum, mehercle, crus locum navalis prælii Græcis præbebit; quanquam huic putredine opus est et mutatione. Immo cyathus unus, vel gutta unica hinc in Ægæum lapsa aut Creticum mare, perveniet ad Oceanum et Atlanticum mare, non summam attingens superficiem, sed usquequaque per profundum in longum latumque diffusa. Atque hæc Chrysippus admittit statim in primo

Φυσικῶν Ζητημάτων, “οὐδὲν ἀπέχειν,” φάμενος, “οἴνου σταλαγμὸν ἕνα “κεράσαι τὴν θάλατταν·” καὶ ἵνα δὴ μὴ τοῦτο θαυμάζωμεν, “εἰς ὅλον “φησὶ τὸν κόσμον διατενεῖν τῇ κράσει τὸν σταλαγμόν.” Ὧν οὐκ οἶδα τί ἂν ἀτοπώτερον φανείη.

λή. Καὶ μὴν παρὰ τὴν ἔννοιαν, μήτε ἄκρον ἐν τῇ φύσει τῶν σωμάτων, μήτε πρῶτον, μήτε ἔσχατον μηδὲν, εἰς ὃ λήγει τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ἀλλ᾽ ἀεὶ τοῦ ληφθέντος ἐπέκεινα φαινόμενον εἰς ἄπειρον καὶ
F ἀόριστον ἐμβάλλειν τὸ ὑποκείμενον. Οὔτε γὰρ μεῖζον, οὔτε ἔλαττον ἔσται νοεῖν ἕτερον ἑτέρου μέγεθος, εἰ τὸ προϊέναι τοῖς μέρεσιν ἐπ᾽ ἄπειρον ἀμφοτέροις ὡς συμβέβηκεν, ἀλλ᾽ ἀνισότητος αἴρεται φύσις· ἀνίσων γὰρ νοουμένων, τὸ μὲν προαπολείπεται τοῖς ἐσχάτοις μέρεσι, τὸ δὲ παραλλάττει καὶ περίεστι· μὴ οὔσης δὲ ἀνισότητος, ἕπεται μὴ ἀνωμαλίαν εἶναι, μηδὲ τραχύτητα σώματος· ἀνωμαλία μὲν γάρ ἐστι μιᾶς ἐπιφανείας ἀνισότης πρὸς
1079 ἑαυτὴν, τραχύτης δὲ ἀνωμαλία μετὰ σκληρότητος· ὧν οὐθὲν ἀπολείπουσιν οἱ σῶμα μηδὲν εἰς ἔσχατον μέρος περαίνοντες, ἀλλὰ πάντα πλήθει μερῶν ἐπ᾽ ἄπειρον ἐξάγοντες. Καίτοι πῶς οὐκ ἐναργές ἐστι τὸν ἄνθρωπον ἐκ πλειόνων συνεστηκέναι μορίων ἢ τὸν δάκτυλον τοῦ ἀνθρώπου, καὶ πάλιν τὸν κόσμον ἢ τὸν ἄνθρωπον; Αὐτὰ γὰρ ἐπίστανται, καὶ διανοοῦνται πάντες, ἂν

E. 9. φαινόμενον] Videtur corrigendum esse, ἀποφαινόμενον vel φάμενον.

F. 3. ὡς συμβέβηκεν] ὡς vel delendum, vel corrigendus locus hunc fere in modum, συμβέβηκεν, ἅμα δ᾽ οὕτως ἡ ἀνισότητος αἴρεται φύσις.

A. 1. σκληρότητος] Forte, σκαληνότητος.

A. 5. Αὐτὰ] Forte, ταῦτα, vel ταυτά.

Physicarum Quæstionum libro, *nihil*, inquiens, *impedire, quo minus una vini stilla cum toto permisceatur mari.* Ac ne id miremur, *permixtione eam in totum* ait *perventuram mundum.* Quibus quid absurdius possit videri, nescio.

XXXVIII. Jam hoc quoque contra Communem est Notitiam, *neque extremum in Natura esse corpus, neque primum, neque ultimum ullum in quod desinat magnitudo corporis*; *sed semper sumto corpore ultra aliud superesse, remque sic in immensum et infinitum protrahi.* Nam neque majorem, neque minorem licebit aliam alia quantitatem cogitare, si partibus in infinitum progredi utrinque contingit; atque sic inæqualitatis tollitur natura. Nam ubi hæc consideratur, alterum extremis partibus deficit, alterum excedit. Sublata inæqualitate, sequitur inæquabilitatem quoque et asperitatem corporum nullam esse. Est enim *inæquabilitas* unius superficiei adversus seipsam inæqualitas; asperitas inæquabilitati adjunctam habet duritiem: quorúm nihil relinquunt, qui nullum corpus extremo finiunt, sed omnia multitudine partium in infinitum producunt. At enim qui non est evidens hominem e pluribus quam digitum, mundum quam hominem, constare partibus? Hoc quidem sciunt et intelligunt omnes, nisi si Stoici

μὴ Στωϊκοὶ γένωνται· γενόμενοι δὲ Στωϊκοί, τἀναντία λέγουσι καὶ δοξάζουσιν· ὡς οὐκ ἔστιν ἐκ πλειόνων μορίων ὁ ἄνθρωπος ἢ ὁ δάκτυλος, οὐδὲ ὁ κόσμος ἢ ὁ ἄνθρωπος· ἐπ' ἄπειρον γὰρ ἡ τομὴ περάτει τὰ σώματα· τῶν δὲ ἀπείρων οὐθὲν ἐστι πλέον, οὐδὲ ἔλαττον, οὐδὲ ὅλως ὑπερβάλλει πλῆθος, B ἢ παύσεται τὰ μέρη τοῦ ὑπολειπομένου μεριζόμενα καὶ παρέχοντα πλῆθος ἐξ αὑτῶν.

ΛΑΜΠΡΙΑΣ. Πῶς οὖν ἀμύνονται ταύτας τὰς ἀπορίας;

ΔΙΑΔΟΥΜΕΝΟΣ. Εὐμηχάνως κομιδῇ καὶ ἀνδρείως. Λέγει γὰρ ὁ Χρύσιππος, "ἐρωτωμένους ἡμᾶς εἴ τινα ἔχομεν μέρη, καὶ πόσα, καὶ ἐκ τίνων "συγκείμενα μερῶν καὶ ποσῶν, διαστολῇ χρήσεσθαι, τὸ μὲν ὁλοσχερὲς "τιθέντας, ὡς ἐκ κεφαλῆς καὶ θώρακος καὶ σκελῶν συγκείμεθα· τοῦτο γὰρ "ἦν πᾶν τὸ ζητούμενον καὶ ἀπορούμενον· ἐὰν δὲ ἐπὶ τὰ ἔσχατα μέρη τὸ "ἐρωτᾷν προάγωσιν, οὐδέν," φησί, "τῶν τοιούτων ἐστὶν ὑποληπτέον, ἀλλὰ C "ῥητέον, οὔτε ἐκ τίνων συνεστάναι, καὶ ὁμοίως, οὔτε ἐξ ὁπόσων, οὔτε "ἀπείρων, οὔτε ἐκ πεπερασμένων." Καί μοι δοκῶ ταῖς ἐκείνου κεχρῆσθαι λέξεσιν αὐταῖς, ὅπως συνίδῃς ὃν τρόπον διεφύλαττε τὰς κοινὰς ἐννοίας, κελεύων ἡμᾶς νοεῖν τῶν σωμάτων ἕκαστον οὔτε ἐκ τίνων, οὔτε ἐξ ὁποσωνοῦν μερῶν, οὔτε ἐξ ἀπείρων, οὔτε ἐκ πεπερασμένων συγκείμενον. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀγαθοῦ καὶ κακοῦ τὸ ἀδιάφορον, οὕτω πεπερασμένου

A. 8. περάτει] Legendum, προάγει.
B. 1. ὑπερβάλλει πλῆθος] πλῆθος forte delendum, ut temere ex ſequentibus anticipatum.
B. 8. συγκείμεθα] Sic B. E. Vulgo, συγκείμενα.
B. 9. τὸ ἐρωτᾷν] τὸ pro vulgato τοῦ eſt ex E. Poterat item corrigi, τῷ.

fiant; Stoici facti, contra dicunt atque ſentiunt *non eſſe plures hominis quam digiti, mundi quam hominis, partes.* Nam ad infinitum ſectio eorum redigit corpora; infinitorum autem nullum plus eſt aut minus altero, neque ſe multitudine invicem excedunt, aut deſinent partes reſidui ſecari, et ex ſe multitudinem præbere.

LAMPRIAS. Quomodo ſe ex his evolvunt perplexitatibus?

DIADUMENUS. Artificioſe admodum et ſtrenue. Dicit enim Chryſippus, *interrogatos nos an quas et quot partes habeamus, et quibus et quot partibus ipſæ illæ partes conſtent, tum vero nos debere uti diſtinctione; ut ponamus grandiores, e capite ſcilicet, thorace, et cruribus nos dicentes conſtare: hoc enim eſſe omne id de quo tam ſolicite quæritur. Si vero interrogationes ad extremas uſque partes deducantur, nihil,* inquit, *tale eſt ſuſcipiendum, ſed dicendum neque e quibuſdam, neque ex tot vel tot, neque e finitis, neque ex infinitis illas partes conſtare partibus.* Ac videor mihi ipſius hæc verbis expoſuiſſe, ut perſpicias quomodo Communes defenderit Notitias; jubens nos intelligere, *corporum unumquodque neque ex quibus, neque ex quotquot, neque ex infinitis, neque e finitis conſtare partibus.* Nam ſi ut inter Bonum et Malum medio loco eſt

τε καὶ ἀπείρου μέσον ἐστὶν, εἰπόντα τί τοῦτό ἐστιν ἔδει λῦσαι τὴν ἀπορίαν· εἰ δὲ ὡς τὸ μὴ ἴσον, εὐθὺς ἄνισον, καὶ τὸ μὴ φθαρτὸν, ἄφθαρτον, οὕτω τὸ
D μὴ πεπερασμένον ἄπειρον νοοῦμεν, ὅμοιόν ἐστιν, οἶμαι, τῷ τὸ σῶμα εἶναι μήτε ἐκ πεπερασμένων, μήτε ἐξ ἀπείρων, καὶ λόγον εἶναι μήτε ἐξ ἀληθῶν λημμάτων, μήτε ἐκ ψευδῶν μήτε *

λθʹ. Ἐπὶ δὲ τούτοις ἐπινεανιευόμενος, φησὶ, "τῆς πυραμίδος ἐκ "τριγώνων συνισταμένης τὰς πλευρὰς κατὰ τὴν συναφὴν κεκλιμένας, "ἀνίσους μὲν εἶναι, μὴ ὑπερέχειν δὲ ᾗ μείζονές εἰσιν." Οὕτως ἐτήρει τὰς ἐννοίας. Εἰ γάρ ἐστι τι μεῖζον καὶ μὴ ὑπερέχον, ἔσται τι μικρότερον καὶ μὴ ἐλλεῖπον· ὥστε καὶ ἄνισον, μήτε ὑπερέχον μήτε ἐλλεῖπον, τουτέστιν, ἴσον τὸ ἄνισον, καὶ οὐ μεῖζον τὸ μεῖζον, οὐδὲ μικρότερον τὸ μικρότερον. Ἔτι
E τοίνυν ὅρα τίνα τρόπον ἀπήντησε Δημοκρίτῳ, διαποροῦντι φυσικῶς καὶ ἐμψύχως, "εἰ κῶνος τέμνοιτο παρὰ τὴν βάσιν ἐπιπέδῳ, τί χρὴ διανοεῖσθαι "τὰς τῶν τμημάτων ἐπιφανείας, ἴσας ἢ ἀνίσους γινομένας; ἄνισοι μὲν γὰρ "οὖσαι τὸν κῶνον ἀνώμαλον παρέξουσι, πολλὰς ἀποχαράξεις λαμβάνοντα "βαθμοειδεῖς καὶ τραχύτητας· ἴσων δὲ οὐσῶν ἴσα τμήματα ἔσται, καὶ φανεῖται τὸ τοῦ κυλίνδρου πεπονθὼς ὁ κῶνος, ἐξ ἴσων συγκείμενος καὶ οὐκ "ἀνίσων κύκλων, ὅπερ ἐστὶν ἀτοπώτατον." Ἐνταῦθα δὴ, τὸν Δημόκριτον

D. 3. μήτε *] Amiot. delet et μήτε et lacunam. B. E. μήτε ἐξ—cum lacuna.

E. 2. ἐμψύχως] Forte, ἐπιτυχῶς, vel εὐφυῶς.

E. 2. τέμνοιτο—ἐπιπέδῳ] Sic B. E. Xyl. Vulgo, τέμνοι τὸ—ἐπίπεδον.

Indifferens, ita etiam finito infinitoque aliquid intervenit, hoc quale esset docendo solvenda erat quæstio. Sin, ut non æquale statim inæquale, et non interiturum interitus expers, ita non finitum etiam illico infinitum esse intelligimus; perinde est, ni fallor, corpus dicere compositum neque ex finitis, neque ex infinitis, atque ratiocinationem affirmare constructam esse neque e veris neque e falsis sumtionibus: neque *

XXXIX. His juvenili quadam temeritate hæc adjicit, *Pyramide e triangulis constante, latera juxta commissuram inclinantia inæqualia quidem esse, non excedere tamen, quatenus unum alio majus sit.* Sic ille Notitias tuetur. Si enim est aliquid majus et non excedit, erit et minus quod non deficiat; erit ergo inæquale quod neque excedat neque excedatur; hoc est, erit æquale non æquale, majus non majus, minus non minus. Porro autem vide quomodo occurrerit Democrito, physice et prudenter quærenti, *si conus ad basin plano secetur, quid judicandum sit de segmentorum superficiebus, æqualesne fiant an inæquales? si enim sint inæquales, conum reddent inæquabilem, multas nactum, graduum in morem, incisuras et asperitates; sin æquales, erunt segmenta æqualia, videbiturque cono evenire quod est cylindri, nempe ex æqualibus, non inæqualibus, constitui circulis, quod est absurdissimum.* Hic ut argueret Democritum ignorationis,

ἀποφαίνων ἀγνοοῦντα, "τὰς μὲν ἐπιφανείας," φησί, "μήτε ἴσας εἶναι, μήτε "ἀνίσους· ἄνισα δὲ τὰ σώματα, τῷ μήτ' ἴσας εἶναι, μήτε ἀνίσους τὰς F "ἐπιφανείας." Τὸ μὲν δὴ νομοθετεῖν τῶν ἐπιφανειῶν μὴ ἴσων οὐσῶν, τὰ σώματα συμβαίνειν ἄνισα εἶναι, θαυμαστὴν ἐξουσίαν αὐτῷ τοῦ γράφειν ὅ, τι ἂν ἐπίῃ διδόντος ἐστί. Τοὐναντίον γὰρ ὁ λόγος μετὰ τῆς ἐναργείας νοεῖν δίδωσι, τῶν ἀνίσων σωμάτων ἀνίσους εἶναι τὰς ἐπιφανείας, καὶ μείζονα τὴν τοῦ μείζονος· εἴγε μὴ μέλλει τὴν ὑπεροχήν, ᾗ μεῖζόν ἐστιν, ἐστερημένην 1080 ἐπιφανείας ἕξειν. Εἰ γὰρ οὐχ ὑπερβάλλουσι τὰς τῶν ἐλαττόνων ἐπιφανείας αἱ τῶν μειζόνων, ἀλλὰ προαπολείπουσιν, ἔσται σώματος πέρας ἔχοντος μέρος ἄνευ πέρατος, καὶ ἀπεράτωτον. Εἰ γὰρ λέγει ὅτι βιαζόμενος οὕτω * ἃς γὰρ ὑφορᾶται περὶ τὸν κῶνον ἀναχαράξεις, ἡ τῶν σωμάτων ἀνισότης δήπουθεν, οὐχ ἡ τῶν ἐπιφανειῶν, ἀπεργάζεται. Γελοῖον οὖν τὸ τὰς ἐπιφανείας ἐξαιρούμενον, ἐν τοῖς σώμασιν ἐλεγχομένην ἀπολιπεῖν ἀνωμαλίαν. Ἀλλ' ἂν μένωμεν ἐπὶ τῆς ὑποθέσεως, τί μᾶλλόν ἐστι παρὰ τὴν B ἔννοιαν ἢ τὰ τοιαῦτα πλάττειν; Εἰ γὰρ ἐπιφάνειαν ἐπιφανείᾳ θήσομεν μήτ' ἴσην εἶναι, μήτε ἄνισον, καὶ τὸ μέγεθος ἔσται μεγέθει φάναι καὶ ἀριθμὸν ἀριθμῷ μήτε ἴσον εἶναι μήτε ἄνισον, καὶ ταῦτα ἴσου καὶ ἀνίσου μέσον, τὸ μηδέτερον, οὐκ ἔχοντας εἰπεῖν, οὐδὲ νοῆσαι δυναμένους.

F. 2. μὴ ἴσων οὐσῶν] Forte, μὴ ἴσων μήτ' ἀνίσων οὐσῶν: vel, μὴ ἀνίσων οὐσῶν, quod vertimus.
A. 3. ἔσται] Sic E. Leonic. Schott. T. V. B. Vulgo, ἔστω.
A. 5. οὕτω * ἃς γάρ] Forte ita ſupplendus locus, οὕτως ὁ τοῦ κώνου λόγος διὰ τὰς ἀναχαράξεις ἀπαιτεῖ, οὐδὲν λέγει· ἃς γάρ—.
B. 2. Εἰ γάρ] Sic B. E. Ald. Baſ. Xyl. Vulgo, ἢ γάρ.
B. 5. τὸ μηδέτερον] Forte, ὃ μηδέτερόν ἐστι. Ducit huc B. E. ὃ μὴ δεύτερόν ἐστι. Ald. τὸ μηδέτερόν ἐστιν, οὐκ ἔχονται.

ſuperficies, ait, *neque æquales fieri neque inæquales; ſed corpora inæqualia; quia ſuperficies eorum neque æquales ſint, neque inæquales.* Enimvero legem hanc ponere, *ſuperficies ſi non ſint inæquales, corpora tamen eſſe inæqualia*, hominis eſt mirandam ſibi ſcribendi quidquid in mentem venerit ſumentis licentiam. Contra enim ratio et evidentia docent, inæqualium corporum inæquales eſſe ſuperficies, majoremque majoris; niſi debeat exceſſum quo minorem ſuperat carentem ſuperficie habere. Nam ſi non exceduntur minorum ſuperficies a majoribus, ſed hæ prius deficiunt, erit corporis termino finiti pars ſine termino et infinita. Si enim dicat ſic naturam coni propter inciſuras poſtulare et cogere, nil ſani dicit. Quas enim metuit coni inciſuras, eas ſcilicet non ſuperficierum ſed corporum efficit inæqualitas. Ridiculum itaque ſuperficiebus ademtis inæquabilitatem relinquere, in ipſis corporibus monſtratam. Sed, ſi in eo quod poſitum fuit maneamus; quid magis repugnat Communibus Notitiis, quam talia fingere? Quippe ſi ponamus ſuperficiem ſuperficiei neque æqualem eſſe neque inæqualem; magnitudinem quoque magnitudini, numero numerum dicemus neque æqualem eſſe neque inæqualem; cum quidem quod neutrum et inter hæc medium ſit, dicere

Ἔτι δὲ οὐσῶν ἐπιφανειῶν μήτε ἴσων μήτε ἀνίσων, τί κωλύει καὶ κύκλους
νοεῖσθαι μήτε ἴσους μήτε ἀνίσους; αὐταὶ γὰρ δήπουθεν ὄντων κωνικῶν
τμημάτων ἐπιφάνειαι κύκλοι εἰσίν. Εἰ δὲ κύκλους· καὶ διαμέτρους
κύκλων θετέον μήτε ἴσους μήτε ἀνίσους. Εἰ δὲ τοῦτο· καὶ γωνίας καὶ τρί-
C γωνα, καὶ παραλληλόγραμμα, καὶ παραλληλεπίπεδα, καὶ σώματα. Καὶ
γὰρ εἰ μήκη ἐστὶ μήτε ἴσα μήτε ἄνισα ἀλλήλοις, καὶ βάρους ἔσται καὶ
πληγὴ καὶ σώματα. Εἶτα πῶς τολμῶσιν ἐπιτιμᾷν τοῖς τὰς κοινότητας
εἰσάγουσι, καὶ ἀμερῆ τινα καὶ μαχόμενα μήτε κινεῖσθαι μήτε μένειν ὑπο-
τιθεμένοις, αὐτοὶ τὰ τοιαῦτα ἀξιώματα ψευδῆ λέγοντες εἶναι; "Εἴ τινα
" μή ἐστιν ἴσα ἀλλήλοις, ἐκεῖνα ἄνισά ἐστιν ἀλλήλοις" καί, "Οὐκ ἔστι μὲν
" ἴσα ταῦτα ἀλλήλοις, ἄνισα δέ ἐστι ταῦτα ἀλλήλοις." Ἐπεὶ δέ φησιν,
" εἶναί τι μεῖζον, οὐ μὴν ὑπερέχον," ἄξιον ἀπορῆσαι πότερον ταῦτα ἐφαρ-
D μόσει ἀλλήλοις. Εἰ μὲν γὰρ ἐφαρμόσει, πῶς μεῖζόν ἐστι θάτερον; εἰ δ'
οὐκ ἐφαρμόσει, πῶς οὐκ ἀνάγκη τὸ μὲν ὑπερέχειν, τὸ δὲ ἐλλείπειν, τῷ
μηδέτερον ὑπάρχειν; καὶ οὐκ ἐφαρμόσει τῷ μείζονι, ἢ καὶ ἐφαρμόσει τὸ
μεῖζον εἶναι θάτερον. Ἀνάγκη γὰρ ἐν τοιαύταις ἀπορίαις γίνεσθαι τοὺς
τὰς κοινὰς ἐννοίας μὴ φυλάττοντας.

μ'. Καὶ μήν, "τὸ μηθενὸς ἅπτεσθαι μηθέν," παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν. Οὐχ

B. 7. ὄντων] Legendum, αἱ τῶν.
C. 3. πληγὴ] Rectius ſit πλήθη. Sed majori etiam mutatione legendum, καὶ βάθη ἴσαι, καὶ πλάτη, καὶ σώματα.
C. 3. κοινότητας] Forte, rectius ſit κενότητας cum Amiot. T. B. Leonic. Schott. Anon.
C. 4. μαχόμενα] Forte, Ἀχιλλεία, vel ἁμιλλώμενα, niſi forte complura exciderunt.
C. 7. ἄνισα δέ ἐστι] Ita vertendo correxerunt Amiot. et Xyl. Vulgo, οὐκ ἄνισα δέ ἐστι.
D. 2. τῷ μηδέτερον—θάτερον] Ut in ulcere deſperato, fortaſſe hoc remedium probetur: τῷ δὲ μηδέτερον ὑπάρχειν, καὶ οὐκ ἐφαρμόσει τῷ μείζονι, καὶ ἐφαρμόσει τῷ μείζονι ἅμα, θάτερον. Ita quidem vertimus.

aut cogitare non poſſimus. Ad hæc, ſi ſuperficies ſunt neque æquales neque inæquales, quid obſtat quin circulos quoque neque æquales, neque inæquales ſtatuamus; ac proinde etiam eorum diametros, tum angulos, triangulos, parallelogramma, parallelepipeda, corpora? Nam ſi longitudines ſunt invicem neque æquales neque inæquales; erunt etiam pondera, ictus, corpora. Qui ergo audent invehi in eos, qui Communitates introducunt, et quædam individua et pugnantia, quæ neque moveantur neque quieſcant, ponunt? cum ipſi hujuſmodi pronunciata falſa eſſe dicant, *Quæ non ſunt æqualia inter ſe, ſunt inæqualia*: et, *Non ſunt hæc et æqualia inter ſe, et inæqualia inter ſe.* Quoniam vero dicit Chryſippus, *eſſe quippiam majus quod tamen non excedat minorem quantitatem*, quæri haud injuria poteſt, an invicem applicata ea congruant. Nam ſi congruunt, quomodo alterum altero erit majus? ſi non congruant, qui non oportebit alterum excedere, alterum ſuperari? quod ſi neutrum eſt, et non congruet cum majore, et congruet ſimul cum majore, alterum. Neceſſe enim eſt in tales difficultates devolvi eos qui Communibus non ſtant Notitiis.

XL. Jam his adverſatur illud, *Nihil a quoquam tangi*: neque minus hoc, *Corpora ſe invicem tan-*

ἧττον δὲ τοῦτο, "ἅπτεσθαι μὲν ἀλλήλων τὰ σώματα, μηδενὶ δὲ ἅπτεσθαι" τοῦτο δὲ ἀνάγκη προσδέχεσθαι τοῖς μὴ ἀπολείπουσιν ἐλάχιστα μέρη σώματος, ἀλλ' ἀεί τι τοῦ δοκοῦντος ἅπτεσθαι πρότερον λαμβάνουσι, καὶ μηδέποτε τοῦ προάγειν ἐπέκεινα παυομένοις. Ὃ γοῦν αὐτοὶ μάλιστα προφέ- E
ρουσι τοῖς τῶν ἀμερῶν προϊσταμένοις, τοῦτό ἐστι, τὸ, "μήτε ὅλοις ὅλων "ἁφὴν εἶναι, μήτε μέρεσι μερῶν· τὸ μὲν γὰρ οὐχ ἁφὴν ἀλλὰ κρᾶσιν "ποιεῖν· τὸ δὲ οὐκ εἶναι δυνατὸν, μέρη τῶν ἀμερῶν οὐκ ἐχόντων." Πῶς οὖν οὐκ αὐτοὶ τούτῳ περιπίπτουσι, μηδὲν μέρος ἔσχατον μηδὲ πρῶτον ἀπολιπόντες; Ὅτι "μὴ διαψαύειν κατὰ πέρας τὰ σώματα ὅλα ὅλων, οὐ κατὰ "μέρος" λέγουσι· "τὸ δὲ πέρας σῶμα οὐκ ἔστιν." Ἅψεται τοίνυν σῶμα σώματος ἀσωμάτῳ· καὶ οὐχ ἅψεται πάλιν, ἀσωμάτου μεταξὺ ὄντος. Εἰ δὲ ἅψεται, καὶ ποιήσει τι καὶ πείσεται τῷ ἀσωμάτῳ τὸ σῶμα· ποιεῖν γάρ F
τι καὶ πάσχειν ὑπ' ἀλλήλων καὶ ἅπτεσθαι τὰ σώματα πέφυκεν. Εἰ δὲ ἁφὴν ἴσχει τῷ ἀσωμάτῳ τὸ σῶμα, καὶ συναφὴν ἕξει, καὶ κρᾶσιν καὶ συμφυΐαν. Ἔτι γὰρ ἐν ταῖς συναφαῖς καὶ κράσεσιν ἢ μένειν ἀναγκαῖον, ἢ μὴ μένειν, ἀλλ' ἐφθάρθαι τὰ πέρατα τῶν σωμάτων· ἑκάτερον δὲ παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι. Φθορὰς μὲν γὰρ ἀσωμάτων καὶ γενέσεις οὐδὲ αὐτοὶ καταλείπουσι· κρᾶσις δὲ καὶ συναφὴ σωμάτων ἰδίοις χρωμένων πέρασιν 1081

D. 9. ἀλλ' ἀεί τι] Sic poſtulante ſententia ſcripſimus. Omnes libri, ἀλλὰ εἴτι.
E. 1. τοῦ προάγειν] Eadem de cauſſa hoc dedimus, et proxime παυομένοις. Omnes libri τοὺς προάγειν—παυομένους.
E. 2. ὅλοις ὅλων] ὅλοις additum ex B. E.
E. 6. Ὅτι μὴ διαψαύειν] Legendum, Ὅτι νὴ Δία ψαύειν κατὰ πέρας τὰ σώματα, οὐχ ὅλα ὅλων, οὐδὲ κατὰ μέρος λέγουσι. Reſponſio eſt ad interrogationem. Item verti.
F. 1. πείσεται] Sic E. Omnes alii, frequenti errore, πήσεται.

gere quidem, ſed nihilo tangere. Id autem neceſſe habent admittere ii, qui non relinquunt minimas corporis partes, ſed ſemper aliquid prius eo quod tangere videtur ſumunt, idque ulterius producere nunquam deſinunt. Quod ergo maxime ii individuorum corporum patronis objiciunt, hoc eſt: *Neque totis ad tota eſſe tactum, neque partibus ad partes: a priore enim ratione non tactum ſed commixtionem effici; poſteriorem rationem omnino repugnare naturæ rerum, nec fieri poſſe, cum individua nullas habeant partes.* At quomodo non ipſi in hoc ipſum incidunt, nullam extremam aut primam partem relinquentes? *Quia nimirum,* inquiunt, *corpora tanguntur a ſe invicem extremitate, non tota a totis, neque partes a partibus; extremitas vero corpus non eſt.* Ergo corpus incorporeo tanget corpus; rurſumque non tanget interveniente inter ipſa incorporeo. Si tanget, aget quoque aliquid, et patietur incorporeo corpus; eſt enim ea corporum natura, ut contactu invicem agant ac patiantur. Quod ſi tactum corpus incorporeo habet, contactum quoque habebit, et commixtionem, et coalitionem. Rurſus enim in coalitionibus et commixtionibus, aut manebunt aut non manebunt extremitates corporum, ſed peribunt; quorum utrumque contra Notitiam eſt. Interitus nimirum et ortus incorporeorum ne ipſi quidem concedunt. Commixtio et coalitio cor-

οὐκ ἂν γένοιτο· τὸ γὰρ πέρας ὁρίζει καὶ ἵστησι τὴν τοῦ σώματος φύσιν· αἱ δὲ κράσεις, εἰ μὴ μερῶν παρὰ μέρη παραθέσεις εἰσὶν ἀλλήλοις, ὅλα τὰ κιρνάμενα συγχέουσιν, ὥσπερ οὗτοι λέγουσι, φθορὰς ἀποληπτέον περάτων ἐν ταῖς μίξεσιν, εἶτα γενέσεις ἐν ταῖς διαστάσεσι· ταῦτα δὲ οὐδεὶς ἂν ῥᾳδίως νοήσειεν. Ἀλλὰ μὴν καθ' ὅ γε ἅπτεται τὰ σώματα ἀλλήλων, κατὰ τοῦτο καὶ πιέζεται καὶ θλίβεται καὶ συντρίβεται ὑπ' ἀλλήλων· ἀσώματον δὲ ταῦτα πάσχειν ἢ ποιεῖν, οὐ δυνατὸν, ἀλλ' οὐδὲ διανοητέον ἐστί· τοῦτο
B δὲ βιάζονται νοεῖν ἡμᾶς. Εἰ γὰρ ἡ σφαῖρα τοῦ ἐπιπέδου κατὰ σημεῖον ἅπτεται, δῆλον ὅτι καὶ σύρεται κατὰ σημεῖον διὰ τοῦ ἐπιπέδου· κἂν ᾖ μίλτῳ τὴν ἐπιφάνειαν ἀληλιμμένη, μιλτίνην ἐνομόρξεται τῷ ἐπιπέδῳ γραμμήν· πεπυρωμένη πυρώσει τὸ ἐπίπεδον. Ἀσώματον δὲ χρώζεσθαι, καὶ ἀσωμάτῳ πυροῦσθαι σῶμα, παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστιν. Ἂν δὲ δὴ κεραμέαν ἢ κρυσταλλίνην σφαῖραν εἰς ἐπίπεδον φερομένην λίθινον ἀφ' ὕψους νοήσωμεν, ἄλογον εἰ μὴ συντριβήσεται, πληγῆς πρὸς ἀντίτυπον γενομένης· ἀτοπώτερον δὲ τὸ συντριβῆναι κατὰ πέρας καὶ σημεῖον ἀσώματον προσπεσοῦσαν. Ὥστε πάντη τὰς περὶ τῶν ἀσωμάτων καὶ σωμάτων αὐτοῖς
C ταράττεσθαι προλήψεις, μᾶλλον δὲ ἀναιρεῖσθαι, πολλὰ τῶν ἀδυνάτων παρατιθεμένοις.

μα'. Παρὰ τὴν ἔννοιάν ἐστι, χρόνον εἶναι μέλλοντα καὶ παρῳχημένον,

A. 3. ἀλλήλοις, ὅλα] Legendum, ἀλλήλοις, ἀλλ' ὅλα.
A. 4. ἀποληπτέον] Immo, ἀπολειπτέον.
A. 8. διανοητέον ἐστί· τοῦτο] Sic E. adſentiente B. in ἐστί. Vulgo, διανοητέον· τούτῳ.

porum ſuis contentorum extremitatibus fieri nequit. Nam terminus definit et conſtituit corporis naturam: commixtio, quum non ſit partium juxta partes appoſitio, ſed tota confundat corpora quæ miſcentur, ſicut hi dicunt; interitus extremitatum in mixtione ponendi ſunt, in diffidio ortus. Hæc vero nemo facile animo conceperit. Enimvero quo corpora invicem tanguntur, eodem etiam premuntur, colliduntur, et conteruntur invicem. Hoc autem ab incorporeo fieri non poteſt, neque adeo cogitari. Sed hoc eſt, quod, nos ut intelligamus, vim nobis intentant. Atqui, ſi globus planum in puncto tangit, utique puncto etiam volvetur per planum: et ſi minio inducta ſit ſuperficies, miniatam in ſuperficie plana imprimet lineam; ſi candens, uret planum. Ceterum incorporeo colorari aut uri corpus, eſt contra Communem Notitiam. Quod ſi cryſtallinam aut figlinam ſphæram imaginemur ab alto in planum lapideum deferri; abſurdum dictu eſt eam non confractum iri, ictu in ſolidum et durum impactam; abſurdius autem, confringi eam extremitate et puncto incorporeo incidentem. Igitur undique eorum de incorporeis et corporibus præſumtiones turbantur, aut potius tolluntur, cum multa iis annectant impoſſibilia.

XLI. Contrarium eſt Communi Notitiæ, Tempus eſſe futurum et præteritum, præſens tempus

ἐνεστῶτα δὲ μὴ εἶναι χρόνον, ἀλλὰ τὸ μὲν ἄρτι καὶ τὸ πρῴην ὑφεστάναι, τὸ δὲ νῦν ὅλως μηδὲν εἶναι. Καὶ μὴν τοῦτο συμβαίνει τοῖς Στωϊκοῖς ἐλάχιστον χρόνον μὴ ἀπολείπουσι, μηδὲ τὸ Νῦν ἀμερὲς εἶναι βουλομένοις, ἀλλ᾽ ὅ, τι ἄν τις ὡς ἐνεστὼς οἴηται λαβὼν διανοεῖσθαι, τούτου τὸ μὲν μέλλον, τὸ δὲ παρῳχημένον εἶναι φάσκουσιν· ὥστε μηθὲν κατὰ τὸ νῦν ὑπομένειν μηδὲ λείπεσθαι μόριον χρόνου παρόντος, ἄν, ὃς λέγεται παρεῖναι, τούτου τὰ μὲν εἰς τὰ μέλλοντα, τὰ δὲ εἰς τὰ παρῳχημένα διανέμηται. Δυοῖν οὖν D συμβαίνει θάτερον· Ἢ τὸ ἦν χρόνος, καὶ ἔσται χρόνος, τιθέντας, ἀναιρεῖν τὸ, ἔστι χρόνος· Ἢ ἔστι χρόνος ἐνεστηκὼς, οὗ τὸ μὲν ἐνειστήκει, τὸ δὲ ἐνστήσεται· καὶ λέγειν ὅτι τοῦ ὑπάρχοντος τὸ μὲν μέλλον ἐστὶ, τὸ δὲ παρῳχημένον· καὶ τοῦ Νῦν, τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· ὥστε νῦν εἶναι τὸ μηδέπω νῦν, καὶ τὸ μηκέτι νῦν· οὐκ ἔστι γὰρ νῦν τὸ παρῳχημένον, καὶ οὐδέπω νῦν τὸ μέλλον * διαιροῦσι λέγειν αὐτοῖς, ὅτι καὶ τὸ * καὶ τοῦ φωτὸς τὸ μὲν πέρυσι, τὸ δὲ εἰς νέωτα· καὶ τοῦ ἅμα τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον. Οὐθὲν γὰρ ἐπιεικέστερα τούτων κυκῶσι, ταυτὰ ποιοῦντες τὸ E μηδέπω καὶ τὸ ἤδη καὶ τὸ μηκέτι, καὶ τὸ νῦν καὶ τὸ μὴ νῦν· οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι καὶ τὸ ἄρτι καὶ τὸ μετὰ μικρὸν, ὡς ἕτερα τοῦ νῦν μόρια, καὶ τὸ μὲν μετὰ τὸ νῦν, τὸ δὲ πρὸ τοῦ νῦν τίθενται καὶ νοοῦσι καὶ νομί-

D. 6. οὐκ ἔστι] Forte οὐκέτι.
D. 7. μέλλον * διαιροῦσι] Probabiliter ita supplet Amiot. μέλλον. Ἀνάγκη οὖν οὕτω διαιροῦσι—.
riunt obſidione circumventi? quænam animi relaxatio et cum amicis oblectatio tanta eſt, quanti ſunt cruciatus et torturæ a tyrannis immiſſæ? Hoc ipſo ſcilicet corpus quam ſit pravum, et natura ad jucunde vivendum ineptum intelligitur, quod magis perfert dolores quam voluptates, præditumque adverſus illos robore ac viribus, in his imbecillum eſt ac ſatietati faſtidioque obnoxium. Neque vero nos aggreſſos de jucunda vita dicere plura patiuntur ipſi proferre, utpote qui fateantur ultro, voluptatem corporis exiguam eſſe adeoque momentaneam; ſi quidem non nugatur aut vana in dicendo utitur jactantia Metrodorus, dum ait *ſæpenumero nos exſpuere in deſpectum voluptatum corporis*; itemque Epicurus, qui *ſapientem ægrotantem*, inquit, *ſæpe ridere ob morbi, quo urgetur corpus, magnitudinem.* Quibus ergo dolores corporis ita ſunt faciles atque leves, quo tandem pacto ſint voluptates alicujus momenti? Nam, ut neque tempore neque magnitudine doloribus ſint minores, certe circa dolores verſantur, finemque voluptatibus extremum hunc communem præſcripſit Epicurus *omnis doloris ſublationem*; nimirum quod natura uſque ad dolorem abolendum augeat voluptatem, ultra autem progredi hujus nequeat magnitudo, variari duntaxat modis non neceſſariis poſſit, cum non in eo eſt ut doloris vacuitatem conciliet. Quæ autem cum appetitu eo tendit via, utpote menſura voluptatis, brevis admodum eſt ac compendioſa. Itaque hoc loco ſentientes

μενοι τῆς ἐνταῦθα γλυκερότητος, ὥσπερ ἐκ χωρίου λυπροῦ τοῦ σώματος μεταφέρουσι τὸ τέλος εἰς τὴν ψυχήν, ὡς ἐκεῖ νομὰς καὶ λειμῶνας ἀμφιλαφεῖς ἡδονῶν ἕξοντες.

Ἐν δὲ Ἰθάκῃ οὔτ' ἂρ δρόμοι εὐρέες,

οὔτε λείη περὶ τὸ σαρκίδιον ἡ ἀπόλαυσις, ἀλλὰ τραχεῖα, μεμιγμένη πρὸς πολὺ τὸ ἀλλότριον καὶ σφυγματῶδες.

δ'. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Ζεύξιππος, Εἶτα οὐ καλῶς, ἔφη, δοκοῦσί σοι ποιεῖν οἱ ἄνδρες, ἀρχόμενοι μὲν ἀπὸ τοῦ σώματος, ἐν ᾧ πρῶτον ἐφάνη γένεσις, ἐπὶ δὲ τὴν ψυχὴν ὡς βεβαιοτέραν, καὶ τὸ πᾶν ἐν αὐτῇ τελει-
E οῦντες; Καλῶς, νὴ Δία, ἔφην ἐγὼ, καὶ κατὰ φύσιν, εἴ τι κρεῖττον ἐνταῦθα μετιόντες καὶ τελειότερον ἀληθῶς ἀνευρίσκουσιν, ὥσπερ οἱ θεωρητικοὶ καὶ πολιτικοὶ τῶν ἀνδρῶν. Εἰ δὲ ἀκούεις αὐτῶν μαρτυρουμένων καὶ βοώντων ὡς ἐπ' οὐδενὶ ψυχὴ τῶν ὄντων πέφυκε χαίρειν καὶ γαληνίζειν, πλὴν ἐπὶ σώματος ἡδοναῖς παρούσαις ἢ προσδοκωμέναις, καὶ τοῦτο αὐτῆς τὸ ἀγαθὸν ἐστιν, ἆρα οὐ δοκοῦσί σοι διεράματι τοῦ σώματος χρῆσθαι τῇ ψυχῇ, καθάπερ οἶνον ἐκ πονηροῦ καὶ μὴ στέγοντος ἀγγείου τὴν ἡδονὴν διαχέοντες ἐνταῦθα καὶ παλαιοῦντες, οἴεσθαι σεμνότερόν τι ποιεῖν καὶ τιμιώτερον; Καίτοι γε

D. 3. ὡς ἐκεῖ νομὰς—ἕξοντες] Non dubitavi hanc Xylandri emendationem recipere. Vulgo, ὡς ἐκεῖνο ἡμᾶς—αἴξοντας. Loco poſtremæ vocis ἕξοντας dant Venet. 1. et Harl.

D. 10. βεβαιοτέραν, καὶ] Inter has voces media ab Auctore ſcripta fuiſſe videtur μεταβαίνοντες.

E. 1. εἴ τι] Scripſi, ſententia jubente. Omnes libri, ἔτι.

E. 6. διεράματι] Probabile videtur nec mutandum; quanquam multum variant libri.

E. 6. καθάπερ] Legendum, καὶ καθάπερ.

E. 8. σεμνότερόν τι—καὶ τιμιώτερον] Legendum, σεμνοτέραν τι—καὶ τιμιωτέραν.

rei exilitatem, e corpore tanquam ſterili agro finem bonorum in animum transferunt, nimirum quod ibi voluptatibus paſcua et ampla prata ſuppeditent; quando

Non eſt aptus equis Ithacæ locus, ut neque planis
Porrectus ſpatiis; ——

quando ſcilicet non facilis eſt in caruncula hac voluptatum perceptio, ſed aſpera, admixtis multis alienis et quæ pulſando exagitent.

IV. Sub hæc Zeuxippus, Itane, inquit, non tibi recte videntur iſti facere homines, qui initio facto a corpore, in quo primum ortus voluptatis conſpicitur, inde ad animam tranſeunt, remque in ea abſolvunt? Recte, inquam ego, et naturæ convenienter; ſi quidem melius aliquid hic et perfectius revera indagant atque inveniunt, ſicut viri faciunt in contemplatione rerum verſantes ac civiles. Cum vero audias ipſos teſtari ac vociferari, nulla re animam gaudere poſſe, nulla tranquillitate frui, niſi vel adſint vel exſpectentur voluptates corporis, haſque bonum ejus eſſe, nonne videntur tibi animam pro corporis colo uſurpare, voluptatem vini inſtar e corpore tanquam pravo et perfluente vaſe diffundentes per colum iſtud, ætatemque ei conciliantes ut fiat aliquanto melior et honeſtior? Quanquam vinum quidem diffuſum a

οἶνον μὲν χρόνος διαχυθέντα τηρεῖ καὶ συνηδύνει· τῆς δὲ ἡδονῆς ἡ ψυχὴ παραλαβοῦσα τὴν μνήμην, ὥσπερ ὀσμὴν, ἄλλο δὲ οὐδὲν, φυλάσσει· ζέσασα γὰρ ἐπὶ σαρκὶ κατασβέννυται, καὶ τὸ μνημονευόμενον αὐτῆς ἀμαυρόν ἐστι καὶ κνισῶδες, ὥσπερ ἑώλων, ὧν τις ἔφαγεν ἢ ἔπιε τιθεμένου καὶ ταμιεύοντος, ἐπινοίαις ἐν αὑτῷ, καὶ χρωμένου δηλονότι ταύταις, προσφάτων μὴ παρόντων. Ὅρα δὲ ὅσῳ μετριώτερον οἱ Κυρηναϊκοὶ, καίπερ ἐκ μιᾶς οἰνοχόης Ἐπικούρῳ πεπωκότες, "οὐδὲ ὁμιλεῖν ἀφροδισίοις οἴονται δεῖν "μετὰ φωτὸς, ἀλλὰ σκότος προθεμένους, ὅπως μὴ τὰ εἴδωλα τῆς πράξεως "ἀναλαμβάνουσα διὰ τῆς ὄψεως ἐναργῶς ἐν αὐτῇ ἡ διάνοια πολλάκις "ἀνακαίῃ τὴν ὄρεξιν." Οἱ δὲ τούτῳ μάλιστα τὸν σοφὸν ἡγούμενοι διαφέρειν, τῷ μνημονεύειν ἐναργῶς καὶ συνέχειν ἐν αὑτῷ τὰ περὶ τὰς ἡδονὰς φάσματα καὶ πάθη καὶ κινήσεις, εἰ μὲν οὐδὲν ἄξιον σοφίας παρεγγυῶσιν, ὥσπερ σωμάτων οἰκίᾳ τῇ ψυχῇ τοῦ σοφοῦ τὰ τῆς ἡδονῆς ἐκκλύσματα μένειν ἐῶντες, μὴ λέγωμεν· ὅτι δὲ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτων ἡδέως ζῆν, αὐτόθεν πρόδηλον. Οὐ γὰρ εἰκὸς εἶναι μέγα τῆς ἡδονῆς τὸ μνημονευόμενον, εἰ μικρὸν ἐδόκει τὸ παρόν· οὐδὲ οἷς συνεφέρετο μετρίως γινομένοις, ὑπερχαίρειν γενομένων· ὅπου οὐδὲ τοῖς ἐκπεπληγμένοις τὰ σωματικὰ καὶ θαυμάζουσιν, ἐμμένει τὸ χαίρειν παυσαμένοις, ἀλλὰ σκιά τις ὑπολείπεται

F. 1. χρόνος διαχυθέντα] Certa emendatio hæc eſt Xylandri, quam ſecundum eum et nos recepimus. Vulgo, χρόνῳ διαλυθέντα.

B. 1. ὥσπερ σωμάτων] Puto corrigendum, ὥσπερ σήματα ἐν οἰκίᾳ, τῇ ψυχῇ τ. σ.

B. 3. Οὐ γὰρ εἰκὸς—γενομένων] ὑπερχαίρειν habet Venet. 1. et pro varia lectione A. et E. ὑπερεξαίρειν Harl. εἰκὸς, μέγα eſt partim ab Amiot. vidit et Reiſk. cetera conſequenter ipſe correxi. Vulgo, οὐ γὰρ ἴσως μετὰ τῆς ἡδονῆς τὸ μνημονευόμενον, εἰ μικρόν τε δοκεῖ τὸ παρόν· οὐδὲ οἷς συνεφέρετο μετρίοις γινομένοις ὑποχωρεῖν γενομένων.

tempore conſervatur, fitque ſuavius: voluptatis præter memoriam conceptam tanquam odorem quendam, nihil animus aliud conſervat, quæ in carne ut efferbuit ita exſtinguitur, ipſaque ejus memoria obſcura eſt, ac nidoris ſimilis; perinde ac ſi quis pridie quæ edit bibitve, eorum ſibi imaginationes ſuggerat, inque animo recondat, ſcilicet his uſurus cum recentia non ſint ad manum. Vide autem, quanto modeſtius Cyrenaici, quanquam ex eodem cum Epicuro poti poculo; qui *re venerea uti, adhibita lucerna, nequaquam* cenſuerunt *debere homines, ſed tenebras prætendere; ne animus e conſpectu ſimulachra actionis concipiens evidentia, crebrius appetitum inflammet.* At Epicurei, quum hac maxime re ſapientem excellere exiſtiment, quod evidenter recordetur, inque ſeipſo contineat voluptatum imagines, affectiones, motus, ne dicamus nihil eos ſapientia dignum profiteri qui tanquam funera in domo, ita voluptatum eluviem in animo ſapientis volunt relinqui; ſtatim quidem manifeſtum eſt, Ex his vivi ſuaviter non poſſe. Neque enim veriſimile eſt voluptatem memoria retentam magnam eſſe, quum præſens exigua fuerit; neque in percipiendis mediocriter affici rebus, de iiſdem perceptis vehementer lætari; quando etiam iſtis, qui attoniti corporeas mirantur magnique faciunt voluptates, his poſt perceptionem non remanet delectatio,

καὶ ὄναρ ἐν τῇ ψυχῇ τῆς ἡδονῆς ἀποπταμένης, οἷον ὑπέκκαυμα τῶν ἐπιθυμιῶν, ὥσπερ ἐν ὕπνῳ διψῶντες ἢ ἐρῶντες, ἀτελεῖς ἡδοναὶ καὶ ἀπο-
C λαύσεις δριμύτερον ἐγείρουσι τὸ ἀκόλαστον. Οὔτε δὴ τούτοις ἐπιτερπὴς ἡ μνήμη τῶν ἀπολελαυσμένων, ἀλλ' ἐξ ὑπολείμματος ἡδονῆς ἀμυδροῦ καὶ διακένου πολὺ τὸ οἰστρῶδες καὶ νύττον ἐναργοῦς ἀναφέρουσα τῆς ὀρέξεως· οὔτε τοὺς μετρίους καὶ σώφρονας εἰκὸς ἐνδιατρίβειν τῇ ἐπινοίᾳ τῶν τοιούτων, οὐδὲ, ἅπερ ἔσκωπτε τὸν Κορνιάδην πράττοντα, οἷον ἐξ ἐφημερίδων ἀναλέγεσθαι, "ποσάκις Ἡδείᾳ καὶ Λεοντίῳ συνῆλθον, ἢ ποῦ Θάσιον ἔπιον, "ποίας εἰκάδας ἐδείπνησα πολυτελέστατα." Δεινὴν γὰρ ἐμφαίνει καὶ θηριώδη περὶ τὰ γινόμενα καὶ προσδοκώμενα τῆς ἡδονῆς ἔργα ταραχὴν καὶ λύσσαν
D ἡ τοσαύτη πρὸς ἀναμνήσεις βάκχευσις αὐτῆς τῆς ψυχῆς καὶ πρόστηξις. Ὅθεν αὐτοί μοι δοκοῦσιν, τούτων αἰσθόμενοι τῶν ἀτοπιῶν, εἰς τὴν ἀπονίαν καὶ τὴν εὐστάθειαν ὑποφεύγειν τῆς σαρκὸς, ὡς ἐν τῷ ταύτην ἐπινοεῖν περί τινας ἐσομένην καὶ γεγενημένην, τοῦ ἡδέως ζῆν ὄντος. "Τὸ γὰρ εὐσταθὲς "σαρκὸς κατάστημα, καὶ τὸ περὶ ταύτης πιστὸν ἔλπισμα τὴν ἀκροτάτην "χαρὰν καὶ βεβαιοτάτην ἔχει τοῖς ἐπιλογίζεσθαι δυναμένοις."

ε'. Ὅρα δὴ πρῶτον μὲν οἷα ποιοῦσιν, τὴν εἴτε ἡδονὴν ταύτην εἴτε ἀπονίαν, ἢ εὐπάθειαν, ἄνω καὶ κάτω μεταίροντες ἐκ τοῦ σώματος εἰς τὴν

B. 8. διψῶντες ἢ ἐρῶντες] Legendum cum Amiot. διψώντων ἢ ἐρώντων.
C. 5. τὸν Κορνιάδην] Forte αὐτὸν Καρνεάδης. Venet. 1. Xyl. not. et verſ. Καρνεάδην: Venet. pro var. lect. Καρνιάδην. Harl. καρνία.
C. 7. ἐδείπνησα] Sic A. B. E. Xyl. partim Pet. ἐδείπνισα. Vulgo, ἐδείπνησαν.
D. 3. περί τινας] Forte corruptum: omiſit vertendo Xyl. additum lenivimus interpretando. Harl. περί τινας.

ſed umbra quædam et ſomnium, quaſi fomes cupiditatum, relinquitur in animo, voluptatis quæ avolavit; quemadmodum qui per ſoporem ſitiunt aut amant, eorum imperfectæ voluptates ac perceptiones acrius exſtimulant libidinem. Ita et his non jucunda eſt voluptatum perceptarum memoria, ſed ejuſmodi quæ ex reliquiis voluptatis inanis ac languidæ multum proferat furorem ac ſtimulum manifeſtæ cupiditatis. Neque probabile eſt, modeſtos ac temperantes homines hujuſmodi cogitationibus immorari, aut ea facere, ob quæ Carneadem ſubſannat ille, tanquam ex ephemeridibus repetentem, *Quoties cum Hedeia aut Leontio rem habuiſſet, Ubi Thaſium vinum bibiſſet, Quibus Idibus ſplendidiſſime cœnaſſet.* Atrocem enim ac belluinam in fruendis aut exſpectandis voluptatibus exagitationem animi ac rabiem deſignat tanta ipſius ad recordandum bacchatio atque adhæſio. Unde et ipſi videntur mihi hæc abſurda animadvertentes, ad vacuitatem doloris et firmam affectionem carnis defugere; ac ſi in eo ſita ſit vitæ jucunditas, ut cogitemus iſta nobis vel adfutura vel adfuiſſe. *Summum enim et conſtantiſſimum gaudium adferre iis qui ratiocinari poſſint* aiunt, *carnis firmam affectionem, ejuſque exploratam ſpem.*

V. Hic primum conſidera quam rem agant, iſtam ſive voluptatem, ſive indolentiam hinc inde transferentes, e corpore in animum, ex hoc rur-

ψυχήν, εἶτα πάλιν ἐκ ταύτης εἰς ἐκεῖνο τῷ μὴ στέγειν ἀποῤῥέουσαν καὶ περιολισθαίνουσαν, ἀναγκαζόμενοι τῇ ἀρχῇ συνάπτειν· καὶ τὸ μὲν ἡδόμενον, ὥς φησι, τῆς σαρκὸς τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς ὑπερείδοντες, αὖθις E
δὲ τοῦ χαίροντος εἰς τὸ ἡδόμενον τῇ ἐλπίδι τελευτῶντες. Καὶ πῶς οἷόν τε τῆς βάσεως τιναττομένης, μὴ συντινάττεσθαι τὸ ἐνόν; ἢ βέβαιον ἐλπίδα καὶ χαρὰν ἀσάλευτον εἶναι περὶ πράγματος σάλον ἔχοντος τοσοῦτον, καὶ μεταβολὰς ὅσαι φυλάττουσι τὸ σῶμα, πολλαῖς μὲν ἔξωθεν ὑποκείμενον ἀνάγκαις καὶ πληγαῖς, ἐν αὐτῷ δὲ ἔχον ἀρχὰς κακῶν, ἃς οὐκ ἀποτρέπει λογισμός; Οὐδὲ γὰρ ἂν προσέπιπτεν ἀνδράσι νοῦν ἔχουσι στραγγουρικὰ πάθη, καὶ δυσεντερικά, καὶ φθίσεις, καὶ ὕδρωπες, ὧν τοῖς μὲν αὐτὸς Ἐπί- F
κουρος συνηνέχθη, τοῖς δὲ Πολύαινος, τὰ δὲ Νεοκλέα καὶ Ἀγαθόβουλον ἐξήγαγε. Καὶ ταῦτα οὐκ ὀνειδίζομεν, εἰδότες καὶ Φερεκύδην καὶ Ἡράκλειτον ἐν νόσοις χαλεπαῖς γενομένους· ἀλλὰ ἀξιοῦμεν αὐτούς, εἰ τοῖς πάθεσι βούλονται τοῖς ἑαυτῶν ὁμολογεῖν, καὶ μὴ κεναῖς φωναῖς θρασυνόμενοι καὶ 1090
δημαγωγοῦντες ἀλαζονείαν προσοφλισκάνειν, ἢ μὴ λαμβάνειν χαρᾶς ἀρχὴν ἁπάσης τῆς σαρκὸς εὐστάθειαν, ἢ μὴ φάναι χαίρειν καὶ ὑβρίζειν τοὺς ἐν πόνοις ὑπερβάλλουσι καὶ νόσοις γινομένους. Κατάστημα μὲν γὰρ εὐσταθὲς σαρκὸς γίνεται πολλάκις, ἔλπισμα δὲ πιστὸν ὑπὲρ σαρκὸς καὶ

E. 3. δὲ τοῦ χαίροντος] Legendum vel, δὲ τὸ χαῖρον: vel cum Reiſkio, δ' ἐκ τοῦ χαίροντος.
E. 6. φυλάττουσι] Legendum, τινάττουσι, vel σφάλλουσι.
A. 3. τῆς σαρκὸς] Legendum τὴν σαρκός, cum Reiſk. et verterat jam Xyl.

ſum, quia contineri eo non poſſit, in corpus dilabentem. Itaque coguntur ad principium redire, *delectationem carnis*, ſic enim aiunt, *gaudio animæ ut fundamentum ſubſternentes*, *ac rurſus lætitiam ſpe voluptatis finientes*. At qui fieri quit, ut fundamento concuſſo, non id ſimul concutiatur, quod ei inſiſtit? aut qui explorata ſpes poteſt, gaudiumque illabefactabile eſſe de re tot jactationibus ac mutationibus obnoxia, quale eſt corpus? cui et foris imminent plurimæ neceſſitates, plurimi ictus, et in ſe intus habet principia malorum, quæ ratione averti ulla nequeant. Alias non accidiſſent prudentibus viris difficultates urinæ, inteſtinorum morbi, tabes, aquæ intercutes; quorum cum quibuſdam ipſe conflictatus eſt Epicurus; alia Polyænum, Neoclem, Agathobulum e vita eduxerunt. Neque nos illis hæc exprobramus, qui et Pherecydem et Heraclitum novimus in gravibus fuiſſe morbis: ſed hoc poſtulamus, ut ſi ſuo ipſi ſenſui affectuique conſentire velint, neque vanis vocibus ferociendo et auram popularem captando ultra arrogantis futilitatis culpam incurrere, aut non ſtatuant carnis firmam affectionem principium omnis gaudii, aut non dicant gaudere et inſultare doloribus eos, qui in graviſſimis morbis ſunt et cruciatibus. Sæpe enim affectio corpori firma contingit, ſed de ea ſpem exploratam ac ſtabilem animus ſanæ mentis compos

βέβαιον οὐκ ἔστιν ἐν ψυχῇ νοῦν ἐχούσῃ γενέσθαι· ἀλλ' ὥσπερ ἐν θαλάσσῃ, κατ' Αἰσχύλον,

> Ὠδῖνα τίκτει νὺξ κυβερνήτῃ σοφῷ
> Καὶ γαλήνῃ·

τὸ γὰρ μέλλον ἄδηλον· οὕτως ἐν σώματι ψυχὴν εὐσταθοῦντι καὶ ταῖς περὶ
B σώματος ἐλπίσι τἀγαθὸν θεμένην, οὐκ ἔστιν ἄφοβον καὶ ἀκύμονα διεξαγαγεῖν. Οὐ γὰρ ἔξωθεν μόνον, ὥσπερ ἡ θάλασσα, χειμῶνας ἴσχει καὶ καταιγισμοὺς τὸ σῶμα, πλείονας δὲ ταραχὰς ἐξ ἑαυτοῦ καὶ μείζονας ἀναδίδωσι· εὐδίαν δὲ χειμερινὴν μᾶλλον ἄν τις ἢ σαρκὸς ἀβλάβειαν ἐλπίσειεν αὐτῷ παραμένειν βεβαίως. Τὸ γὰρ ἐφήμερα καλεῖν καὶ ἀβέβαια καὶ ἀστάθμητα, φύλλοις τε γινομένοις ἔτους ὥρᾳ καὶ φθίνουσιν εἰκάζειν τὸν βίον, τί παρέσχηκεν ἄλλο τοῖς ποιηταῖς, ἢ τὸ τῆς σαρκὸς ἐπίκηρον καὶ πολυβλαβὲς καὶ νοσῶδες; ἧς δὴ καὶ τὸ ἄκρον ἀγαθὸν δεδιέναι καὶ κολούειν παρεγγυῶσιν.
C "Σφαλερὸν γὰρ ἡ ἐπ' ἄκρον εὐεξία," φησὶν Ἱπποκράτης·

> Ὁ δὲ ἄρτι θάλλων σαρκί, διοπετὴς ὅπως
> Ἀστὴρ, ἀπέσβη,

κατὰ τὸν Εὐριπίδην. Ὑπὸ δὲ βασκανίας καὶ φθόνου βλάπτεσθαι προσορωμένους οἴονται τοὺς καλούς, ὅτι τάχιστα τὸ ἀκμάζον ἴσχει μεταβολὴν τοῦ σώματος δι' ἀσθένειαν.

A. 9. Καὶ γαλήνῃ] Forte, Κἂν ἡ γαλήνη.
C. 4. προσορωμένους] Sic Baſ. Xyl. P. Vulgo, προορωμένους.

nunquam concipit. Verum ſicut in mari, ut eſt apud Æſchylum,

> Nox incutit gubernatori qui ſapit
> Dolorem, etiam ſi ſit ſerenitas,

futurum enim incertum eſt; ſic animum corpore bene affecto et in ſpe de ejus bono ſtatu felicitatem collocantem, non licet ſine metu et fluctuatione degere. Non enim foris duntaxat, ut mare, ita corpus etiam tempeſtatibus et procellis poteſt exagitari, ſed plus turbarum, earumque majorum, intus alit atque effert: ac rectius tranquillitatem hybernam aliquis quam carnis incolumitatem ſperaverit ſibi conſtanter adfuturam. Quid enim aliud poëtas movit, ut *homines animalia* dicerent *in diem viventia*, *inſtabilia*, *incerta*, *foliorum ſimilia*, *quæ anni ſtatis temporibus naſcuntur ac pereunt*, quam natura corporis tot calamitatibus, damnis, morbis obnoxia? cujus etiam optimam affectionem metuere jubent, ac deminuere. *Eſt enim*, inquit Hippocrates, *ad ſummum progreſſa corporis bona affectio*, *periculoſa:* et Euripideus ille,

> Modo qui vigebat carne, cœlitus velut
> Delapſa ſtella, exſtinctus eſt.——

Et formoſos putant lædi faſcino et invidia contuentium; quia vigor corporis ob imbecillitatem celerrime admittit mutationem.

ϛʹ. Ὅτι δὲ ὅλως μοχθηρὰ τὰ πράγματα πρὸς βίον ἄλυπόν ἐστιν αὐτοῖς, σκόπει καὶ ἀφ' ὧν πρὸς ἑτέρους λέγουσι. "Τοὺς γὰρ ἀδικοῦντας "καὶ παρανομοῦντας, ἀθλίως," φασὶ, "καὶ περιφόβως ζῆν τὸν πάντα "χρόνον· ὅτι κἂν λαθεῖν δύνωνται, πίστιν περὶ τοῦ λαθεῖν λαβεῖν ἀδύνατόν "ἐστιν· ὅθεν ὁ τοῦ μέλλοντος ἀεὶ φόβος ἐγκείμενος οὐκ ἐᾷ χαίρειν, οὐδὲ D
"θαῤῥεῖν ἐπὶ τοῖς παροῦσι." Ταῦτα δὲ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς εἰρηκότες λελήθασιν. Εὐσταθεῖν μὲν γὰρ ἔστι καὶ ὑγιαίνειν τῷ σώματι πολλάκις, πίστιν δὲ λαβεῖν περὶ τοῦ διαμένειν, ἀμήχανον· ἀνάγκη δὴ ταράττεσθαι καὶ ὠδίνειν ἀεὶ πρὸς τὸ μέλλον ὑπὲρ τοῦ σώματος, ἢ τί περιμένουσιν ἐλπίδα πιστὴν ἀπ' αὐτοῦ καὶ βέβαιον οὐδέπω κτήσασθαι δυνάμενοι; Τὸ δὲ μηδὲν ἀδικεῖν, οὐδέν ἐστι πρὸς τὸ θαῤῥεῖν· οὐ γὰρ τὸ δικαίως παθεῖν, ἀλλὰ τὸ παθεῖν, φοβερόν· οὐδὲ συνεῖναι μὲν αὐτὸν ἀδικίαις ἀνιαρὸν, περιπεσεῖν δὲ ταῖς ἄλλων οὐ χαλεπόν. Ἀλλ' εἰ μὴ μεῖζον, οὐκ ἔλαττόν E
γε τὸ κακὸν ἦν Ἀθηναίοις ἡ Λαχάρους, καὶ Συρακουσίοις ἡ Διονυσίου χαλεπότης, ἤπερ αὐτοῖς ἐκείνοις· ταράττοντες γὰρ ἐταράττοντο, καὶ πείσεσθαι κακῶς προσεδόκων ἐκ τοῦ προαδικεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τοὺς προσεντυγχάνοντας. Ὄχλων δὲ θυμοὺς, καὶ λῃστῶν ὠμότητας, καὶ κληρονόμων ἀδικίας, ἔτι δὲ λοιμοὺς ἀέρων, καὶ θάλασσαν εὐκράγκην, ὑφ' ἧς Ἐπίκουρος ὀλίγον ἐδέησε καταποθῆναι πλέων εἰς Λάμψακον, ὡς γράφει, τί ἂν λέγοι τις; Ἀρκεῖ

D. 5. ἢ τί] Forte, σώματος, ἣν περιμένουσιν—.
E. 6. εὐκράγκην] Variant libri: εὔβράγκην A. B. E. Venet. 1. 2. Harl. P. εὐκράγκτην Mez. Forte ἐκρακτὴν ὑφ' ἧς. Difficile judicare quid corruptum sit in verbis Epicuri, qui ipse frequenter corrupte locutus est.

VI. Omnino autem res ipsorum esse ad vitam doloris vacuam parandam male accommodatas, ex his intellige, quæ contra alios ipsi disserunt. *Flagitiosos*, aiunt, *omne tempus vitæ*, *misere et in metu exigere*; *quod etsi fallere possint*, *tamen spem latendi certam atque indubitatam sibi sumere nullo modo possint*; *itaque futuri metum identidem incumbentem non sinere eos gaudere*, *aut præsentibus confidere.* Non animadvertunt hoc adversum seipsos esse ab ipsis dictum. Sæpe enim potest corpus bono in statu esse, ac sanitate frui; explorata spes, fore ut semper eo in statu maneat, fieri potest nulla. Necesse est ergo, semper ut perturbere anxiusque sis de corpore propter futura; quandoquidem exspectatam illam spem certam ac stabilem a corpore consequi nunquam possis. Jam nihil peccare non eo facit, ut bono sis animo, et rebus tuis fidas. Non enim hoc formidamus, ne quid juste patiamur, sed ne quid omnino patiamur. Neque molestum est, esse injustum, non molestum aliorum injustitiam experiri. Sed si non majori, non minori quidem certe malo fuit Atheniensibus Lacharis, et Syracusanis Dionysii importunitas, quam ipsi Lachari et Dionysio: hi enim turbantes turbabantur, et male se tractatum iri suspicabantur, quia injurias et maleficia ultro aliis intulerant. Jam plebis iras, latronum crudelitates, hæredum injustitias, tum pestilentias aëris, maris pericula, quo se Epicurus cum navigaret Lampsacum pene fuisse absorptum scribit, quorsum attinet referre?

γὰρ ἡ φύσις τῆς σαρκός, ὕλην ἔχουσα νόσων ἐν ἑαυτῇ, καὶ τοῦτο δὴ τὸ παι-
F ζόμενον, ἐκ τοῦ βοὸς τοὺς ἱμάντας λαμβάνουσα, τὰς ἀλγηδόνας ἐκ τοῦ
σώματος, ὁμοίως τοῖς τε φαύλοις καὶ τοῖς ἐπιεικέσι τὸν βίον ἐπισφαλῆ
ποιεῖν καὶ φοβερόν, ἄνπερ ἐπὶ σαρκὶ καὶ τῇ περὶ σάρκα ἐλπίδι μάθωσιν,
1091 ἄλλῳ δὲ μηδενί, χαίρειν καὶ θαρρεῖν, ὡς Ἐπίκουρος ἔν τε ἄλλοις πολλοῖς
γέγραφε, καὶ τούτοις α' περὶ Τέλους.

ζ'. Οὐ μόνον τοίνυν ἄπιστον καὶ ἀβέβαιον ἀρχὴν λαμβάνουσι τοῦ ἡδέως
ζῆν, ἀλλὰ καὶ παντάπασιν εὐκαταφρόνητον καὶ μικράν· "εἴπερ αὐτοῖς κακῶν
"ἀποφυγὴ τὸ χαρτόν ἐστι καὶ τὸ ἀγαθόν, ἄλλο δὲ οὐδὲν διανοεῖσθαί
"φασιν, οὐδὲ ὅλως τὴν φύσιν ἔχειν ὅποι τεθήσεται τὸ ἀγαθόν, εἰ μὴ
"μόνον ὅθεν ἐξελαύνεται τὸ κακὸν αὐτῆς," ὥς φησι Μητρόδωρος ἐν τοῖς
πρὸς τοὺς Σοφιστάς· "ὥστε τοῦτο αὐτὸ ἀγαθόν ἐστι, τὸ φυγεῖν τὸ κακόν·
"ἔνθα γὰρ τεθήσεται τὸ ἀγαθόν, οὐκ ἔστιν, ὅταν μηθὲν ἔτι ὑπεξίῃ μήτε
B "ἀλγεινόν, μήτε λυπηρόν." Ὅμοια δὲ καὶ τὰ Ἐπικούρου, λέγοντος "τὴν
"τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν ἐξ αὐτῆς τῆς φυγῆς τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς μνήμης καὶ ἐπι-
"λογίσεως καὶ χάριτος, ὅτι τοῦτο συμβέβηκεν αὐτῷ, γεννᾶσθαι· τὸ γὰρ ποιοῦν,"
φησίν, "ἀνυπέρβλητον γῆθος τὸ παρ' αὐτὸ πεφυγμένον μέγα κακόν· καὶ
"αὕτη φύσις ἀγαθοῦ, ἄν τις ὀρθῶς ἐπιβάλλῃ, ἔπειτα σταθῇ, καὶ μὴ κενῶς
"περιπατῇ περὶ ἀγαθοῦ θρυλλῶν." Φεῦ τῆς μεγάλης ἡδονῆς τῶν ἀνδρῶν καὶ

B. 3. ὅτι τοῦτο] Sic Xyl. Harl. item B. vulgata tamen ei superscripta. Vulgo, ὅτι τούτῳ.
B. 4. πεφυγμένον] Forte, πεφυγέναι γινόμενον—.

Sufficit ipsa carnis natura, materiam morborum in se continens, et, quod proverbio dicitur, *loris ex ipso bove petitis*, doloribus e corpore, vitam bonis malisque juxta periculosam reddere metusque plenam; siquidem de carne duntaxat et ejus spe discant, nulla alia de re, gaudere aut fiduciam concipere, quemadmodum Epicurus cum aliis multis in libris scripsit, tum in iis, quos De Fine composuit.

VII. Ergo non tantum infidum atque inconstans principium suaviter vivendi sumunt, sed omnino contemtu facile ac exiguum; siquidem *gaudendi materies et bonum ipsis est malorum evitatio, neque aliud se excogitare posse, aut omnino in natura esse aiunt, in quo Bonum collocetur, eo uno excepto, unde malum ejus expellitur*, ut Metrodorus scripsit in his quæ adversus Sophistas disputat: *Est ergo Bonum ipsum fuga Mali: ubi enim ponatur Bonum nihil est, si nihil porro abeat dolorem molestiamve faciens.* Similia sunt hæc Epicuri, dicentis *naturam Boni exsistere ex evitatione Mali, memoriaque et reputatione ac gratulatione, quod sibi ita evenerit. Quod enim*, inquit, *facit incomparabile gaudium, est magnum malum evitatum quod imminebat. Atque hæc est natura Boni, si quis recte adsequatur, deinde consistat, neque inaniter obambulet de bono garriens.* O ingentem hominum istorum voluptatem et felicitatem, qua fruuntur gaudentes quod nihil mali

μακαριότητος, ἣν καρποῦνται χαίροντες ἐπὶ τῷ μὴ κακοπαθεῖν, μηδὲ
λυπεῖσθαι, μηδὲ ἀλγεῖν. Ἆρα οὐκ ἄξιόν ἐστιν ἐπὶ τούτοις καὶ φρονεῖν
καὶ λέγειν ἃ λέγουσιν, "ἀφθάρτους καὶ ἰσοθέους" ἀποκαλοῦντες αὐτούς; καὶ
δι' ὑπερβολὰς καὶ ἀκρότητας ἀγαθῶν, εἰς βρόμους καὶ ὀλολυγμοὺς ἐκβακ- C
χεύοντες ὑφ' ἡδονῆς; ὅτι τῶν ἄλλων περιφρονοῦντες, ἐξευρήκασι μόνοι θεῖον
ἀγαθὸν καὶ μέγα, τὸ μηθὲν ἔχειν κακόν. Ὥστε μήτε συῶν ἀπολείπεσθαι,
μήτε προβάτων, εὐδαιμονίαν τὸ τῇ σαρκὶ καὶ τῇ ψυχῇ περὶ τῆς σαρκὸς
ἱκανῶς ἔχειν μακάριον τιθεμένους. Ἐπεὶ τοῖς γε κομψοτέροις καὶ γλα-
φυρωτέροις τῶν ζώων οὐκ ἔστι φυγὴ κακοῦ, τέλος· ἀλλὰ καὶ πρὸς ᾠδὰς
ὑπὸ κόρου τρέπεται, καὶ νήξεσι χαίρει καὶ πτήσεσι, καὶ ἀπομιμεῖσθαι παίζοντα
φωνάς τε παντοδαπὰς καὶ ψόφους ὑπὸ ἡδονῆς καὶ γαυρότητος ἐπιχειρεῖ·
καὶ πρὸς ἄλληλα χρῆται φιλοφροσύναις τε καὶ σκιρτήσεσιν, ὅταν ἐκφύγῃ D
τὸ κακόν, τἀγαθὸν πεφυκότα ζητεῖν· μᾶλλον δὲ ὅλως πᾶν τὸ ἀλγεινὸν
καὶ τὸ ἀλλότριον ὡς ἐμποδὼν ὄντα τῇ διώξει τοῦ οἰκείου καὶ κρείττονος ἐξω-
θοῦντα τῆς φύσεως.

η'. Τὸ γὰρ ἀναγκαῖον οὐκ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλ' ἐπέκεινα τῆς φυγῆς
τῶν κακῶν κεῖται τὸ ἐφετὸν καὶ τὸ αἱρετόν, καί, νὴ Δία, τὸ ἡδὺ καὶ οἰκεῖον,
ὡς Πλάτων ἔλεγε, καὶ ἀπηγόρευε τὰς λυπῶν καὶ πόνων ἀπαλλαγάς, ἡδονὰς
μὴ νομίζειν, ἀλλ' οἷόν τινα σκιαγραφίαν ἢ μῖξιν οἰκείου καὶ ἀλλοτρίου,

C. 3. μέγα, τὸ] Sic Harl. aſſentiente Veneto 1. in τό. Vulgo, μετὰ τοῦ.
C. 6. οὐκ ἔστι φυγὴ κακοῦ, τέλος] Ita legendum, ut Xyl. vertit, et hinc Reiſk. ſuſcepit: quanquam ille in Græco exemplo edidit, οὐκ ἔστι φύσει φυγὴ κακοῦ τέλος. Vulgo et ceteri libri, οὐκ ἔστι φύσει κακοῦ τέλους: excepto Venet. 1. qui a ſecunda manu habet τέλος.

ſint paſſi, neque moleſtia aut dolore afficiantur! Nonne jure ſuo ob iſta et ſentiunt de ſe et dicunt quæ dicunt? *immortales* dum *ſeipſos et Diis æquales* jactant, atque ob nimiam bonorum excellentiam præ voluptate in fremitus atque ululatus bacchando efferuntur; quod ſcilicet, aliis ſpretis, ſoli divinum invenerint Bonum et magnum, vacuitatem omnium Malorum. Adeo ut jam neque porcis cedant, neque ovibus, in eo felicitatem ſtatuentes, ut carni, et animo de carne, bene ſit. Enimvero animalium quæ ſunt natura elegantiore et venuſtiore, iis finis non eſt fuga mali; ſed et ad canendum præ ſatietate aguntur, et natatione aut volatu ſe oblectant, ac voluptate et animi elatione inſtigata, omnis generis voces ac ſonos imitari aggrediuntur, ſibique invicem blandiuntur et exultim ludunt; natura eo ducente, ut evitato malo bonum quærant, aut potius, ut omne moleſtum atque alienum propulſent, utpote impedimenta ſui Boni et præſtantioris naturæ.

VIII. Quod enim neceſſarium eſt id bonum non eſt, ſed ultra fugam mali ſitum eſt id quod appeti et deligi debet; imo autem id quod ſuave eſt, et naturæ conveniens ac vernaculum. Hoc enim Plato pronunciavit, qui prohibuit etiam *ne dolorum aut moleſtiarum evitationem voluptates pu-*

E καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος ἀπὸ τοῦ κάτω πρὸς τὸ μέσον ἀναφερομένων, ἀπειρίᾳ δὲ τοῦ κάτω καὶ ἀγνοίᾳ, τὸ μέσον ἄκρον ἡγουμένων εἶναι καὶ πέρας. Ὥσπερ Ἐπίκουρος ἡγεῖται καὶ Μητρόδωρος, οὐσίαν τἀγαθοῦ καὶ ἀκρότητα τὴν τοῦ κακοῦ φυγὴν τιθέμενοι, καὶ χαίροντες ἀνδραπόδων τινὰ χαρὰν ἢ δεσμίων ἐξ εἱργμοῦ λυθέντων ἀσμένως ἀλειψαμένων καὶ ἀπολουσαμένων μετ᾽ αἰκίας καὶ μάστιγας, ἐλευθέρας δὲ καὶ καθαρᾶς καὶ ἀμιγοῦς καὶ ἀπουλωτίστου χαρᾶς ἀγεύστων καὶ ἀθεάτων. Οὐ γὰρ εἰ τὸ ψωριᾶν τὴν σάρκα καὶ λημᾶν τὸν ὀφθαλμὸν ἀλλότριον, ἤδη καὶ τὸ κνᾶσθαι καὶ ἀπομάττεσθαι θαυμάσιον· οὐδ᾽ εἰ τὸ ἀλγεῖν καὶ φοβεῖσθαι τὰ
F θεῖα καὶ ταράττεσθαι τοῖς ἐν ᾅδου κακόν, ἡ τούτων ἀποφυγὴ μακάριον καὶ ζηλωτόν· ἀλλὰ μικρόν τινα τόπον καὶ γλίσχρον ἀποφαίνουσι τῆς χαρᾶς, ἐν ᾧ στρέφεται καὶ κυλινδεῖται μέχρι τοῦ μὴ ταράττεσθαι τοῖς ἐν ᾅδου κακοῖς, ἡ τούτων παρὰ τὰς κενὰς δόξας προϊοῦσα, καὶ τοῦτο ποιουμένη τῆς
1092 σοφίας τέλος, ὃ δόξειεν αὐτόθεν ὑπάρχειν τοῖς ἀλόγοις. Εἰ γὰρ πρὸς τὴν ἀπονίαν τοῦ σώματος οὐ διαφέρει πότερον δι᾽ αὑτὸ ἢ φύσει τοῦ πονεῖν ἐκτός ἐστιν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἀταραξίαν τῆς ψυχῆς μεῖζόν ἐστι τὸ δι᾽ αὑτὸ ἢ κατὰ φύσιν οὕτως ἔχειν ὥστε μὴ ταράττεσθαι. Καίτοι φήσειεν ἄν τις οὐκ ἀλόγως, ἐρρωμενεστέραν εἶναι διάθεσιν τὴν φύσει μὴ δεχομένην τὸ ταράττον

E. 2. τοῦ κάτω] Legendum τοῦ ἄνω, cum Mez.
E. 7. ἀπουλωτίστου] Forte, ἀνουλωτίστου.
F. 4. ἡ τούτων παρὰ] Delendum ἡ τούτων, ut ex antecedentibus temere iteratum.

taremus, sed veluti quandam adumbrationem seu mixtionem vernaculi et alieni, tanquam albi et nigri ab imis partibus ad medium sese efferentium; quod imperiti atque inscientes superioris, pro summo extremoque habeant. Quo in errore Epicurus est et Metrodorus, substantiam summumque gradum Boni ponentes mali fugam, gaudiumque gaudentes mancipiorum quoddam aut captivorum, qui e vinculis sint dimissi, ac post contumeliosam tractationem flagellorumque verbera pergratum habeant ungi et lavare; cum quidem liberalem, puram, sinceram, et vibicum expertem lætitiam neque degustaverint unquam, neque spectaverint. Non enim si alienum est carnem scabie, oculos lippitudine laborare, ideo scabere, et detergere ex oculis defluentem humorem, res est admirabilis; neque si malum est dolere, et Deos timere, perturbarique ob ea quæ apud Manes esse putantur, ideo harum opinionum vacuitas beatum aliquid aut præclarum haberi debet. Imo exiguum quendam planeque arctum gaudio attribuunt locum in quo versetur ac volutetur eo usque, ut malis quæ apud inferos creduntur esse non perturbetur, aliquantulum ultra falsas opiniones progrediens, huncque finem sapientiæ præfigens, quem per se ipsa obtinere videntur bruta. Si enim ad indolentiam corporis nihil interest, utrum suo studio, an a natura vacuitatem habeat doloris, ne ad animi quidem a perturbatione vacuitatem referet, per sene, an a natura adeptus hoc sit ut ne perturbetur. Et quidem non sine ratione dici potest vacuitatem perturbationum meliorem esse a natura, quam a

ἢ τὴν ἐπιμελείᾳ καὶ λόγῳ διαφυγοῦσαν. Ἔστω δὲ ἔχειν ἐπίσης· καὶ
γὰρ οὕτω φανοῦνται τῶν θηρίων πλέον οὐδὲν ἔχοντες, ἐν τῷ μὴ ταράτ-
τεσθαι τοῖς ἐν ᾅδου καὶ περὶ θεῶν λεγομένοις, μηδὲ προσδοκᾷν λύπας
μηδὲ ἀλγηδόνας ὅρον ἐχούσας. Αὐτὸς γοῦν Ἐπίκουρος, εἰπὼν "ὡς εἰ B
"μηδὲν ἡμᾶς αἱ ὑπὲρ τῶν μετεώρων ὑποψίαι ἠνώχλουν, ἔτι τὰ περὶ
"θανάτου καὶ ἀλγηδόνων, οὐκ ἄν ποτε προσεδεόμεθα φυσιολογίας." Εἰς
τοῦτο ἄγειν ἡμᾶς οἴεται τὸν λόγον, ἐν ᾧ τὰ θηρία φύσει καθέστηκεν· οὔτε
γὰρ ὑποψίας ἔχει φαύλας περὶ θεῶν, οὔτε δόξας, αἷς ἐνοχλεῖται μετὰ τὸν
θάνατον, οὐδὲ ὅλως ἐπινοεῖ τι δεινὸν ἐν τούτοις, οὐδὲ οἶδε. Καίτοι εἰ μὲν
ἐν τῇ προλήψει τοῦ θεοῦ τὴν πρόνοιαν ἀπέλιπον, ἐφαίνοντο ἂν ἐλπίσι
χρησταῖς πλέον ἔχοντες οἱ φρόνιμοι τῶν θηρίων πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν· ἐπεὶ
δὲ τέλος ἦν τοῦ περὶ θεῶν λόγου τὸ μὴ φοβεῖσθαι θεὸν, ἀλλὰ παύσασθαι
ταραττομένους, βεβαιότερον οἶμαι τοῦτο ὑπάρχειν τοῖς ὅλως μὴ νοοῦσι θεὸν, C
ἢ τοῖς νοεῖν μὴ βλάπτοντα μεμαθηκόσιν· οὐ γὰρ ἀπήλλακται δεισιδαιμο-
νίας, ἀλλ' οὐδὲ περιπέπτωκεν· οὐδὲ ἀποτέθειται τὴν ταράττουσαν ἔννοιαν
περὶ θεῶν, ἀλλ' οὐδ' εἴληφε. Τὰ δὲ αὐτὰ καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου λεκτέον·

B. 1. ὅρον ἐχούσας] Xyl. vertit ὅρον οὐκ ἐχούσας, et ita forte corrigendum.
B. 1. Ἐπίκουρος, εἰπὼν] Legendum, Ἐπίκουρος εἶπεν.
B. 2. ἔτι τὰ περὶ] Forte, οὔτε τὰ περί. Harl. ἔτι τε τὰ περί.
B. 3. φυσιολογίας." Εἰς τοῦτο—οὔτε γὰρ] Ita fupplevi hunc locum ex Harl. quandoquidem manifeftum erat aliquid excidiffe: cetera difpunxi confequenter. Vulgo, φυσιολογίας εἰς τοῦτο· οὔτε γὰρ—.
B. 5. μετὰ τὸν θάνατον] τῶν μετὰ θάνατον, Harl.
B. 9. τὸ μὴ φοβεῖσθαι—παύσασθαι] Legendum, τὸ, τῷ μὴ φοβεῖσθαι θεὸν, ἅμα παύσασθαι—.
C. 2. ἢ τοῖς νοεῖν—μεμαθηκόσιν] Mez. plenius, ἢ τοῖς νοεῖν μὲν, μὴ βλάπτοντα δὲ νοεῖν μεμαθηκόσιν.

ftudio et ratione profectam. Deferatur tamen uni tantum, quantum alteri: certe fic liquebit, nihil eos brutis antecellere, quod attineat ad vacuitatem perturbationis propter ea quæ de Diis et inferis dicuntur, et non extimefcendos dolores aut cruciatus finitos. Ipfe profecto Epicurus dixit, *Nifi nobis moleftias exhibuiffent ea quæ in fublimi funt, et quæ de morte ac doloribus feruntur, nihil ad hæc amolienda nobis opus fuiffe philofophia naturali.* Ergo putat rationem nos eo perducere, quo per fuam ipfa naturam jam funt bruta: neque de Diis in malam fufpicantur partem, neque opiniones habent de iis quæ mortem fubfecutura fint finiftras quibus conturbentur, atque omnino his de rebus nihil vel cogitant vel norunt metuendum. Quod fi Epicurei in anticipata Dei notione tradenda Providentiam reliquiffent; videri poterat, homines prudentes plus bonæ fpei de vita jucunda habere quam belluas. Quoniam autem finis difputationi de Deo ab iis hic proponitur, ut non metuamus Deum, definamufque turbari; conftantius ego arbitror teneri hoc ab iis, quæ omnino Deum effe non intelligunt, quam ab iis, qui didicerunt eum cenfere qui non lædat. Illa enim non liberantur fuperftitione, fed ne capta quidem ea unquam fuerunt: neque deponunt cogitationem de numine perturbantem, fed ne venerunt quidem unquam in eam. Eadem de inferis funt dicenda:

τὸ μὲν γὰρ ἐλπίζειν χρηστὸν ἀπ' ἐκείνων οὐδέτερον ὑπάρχει· τὸ δ' ὑποπλεύειν καὶ φοβεῖσθαι μετὰ τὸν θάνατον, ἧττον μέτεστιν οἷς οὐ γίνεται θανάτου πρόληψις, ἢ τοῖς προλαμβάνουσιν ὡς οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς ὁ θάνατος· πρὸς μέν γε τούτους ἐστὶν ἐφ' ὅσον περὶ αὐτοῦ διαλογίζονται καὶ σκοποῦσι· τὰ δὲ
D ὅλως ἀπήλλακται τοῦ φροντίζειν τῶν οὐ πρὸς ἑαυτά, πληγὰς δὲ φεύγοντα καὶ τραύματα καὶ φόνους, τοῦτο τοῦ θανάτου δέδοικεν ὃ καὶ τούτοις φοβερόν ἐστιν.

θ'. Ἃ μὲν οὖν λέγουσιν αὐτοῖς ὑπὸ σοφίας παρεσκευασμένα, τοιαῦτά ἐστιν· ὧν δὲ αὑτοὺς ἀφαιροῦνται καὶ ἀπελαύνουσιν, ἤδη σκοπῶμεν. Τὰς μὲν γὰρ ἐπὶ σαρκὶ καὶ σαρκὸς εὐπαθείᾳ τῆς ψυχῆς διαχύσεις, ἐὰν ὦσι μέτριαι, μηδὲν ἐχούσας μέγα, μηδὲ ἀξιόλογον· ἂν δὲ ὑπερβάλλωσι, πρὸς τῷ κενῷ καὶ ἀβεβαίῳ φορτικὰς φαινομένας καὶ θρασείας, οὐδὲ ψυχικὰς ἄν τις οὐδὲ χάριτας, ἀλλὰ σωματικὰς ἡδονάς, οἷον ἐπιμειδιάσεις
E καὶ συνεπιθρύψεις προσείποι τῆς ψυχῆς. Ἃς δὲ ἄξιον καὶ δίκαιον εὐφροσύνας καὶ χαρὰς νομίζεσθαι, καθαραὶ μέν εἰσι τοῦ ἐναντίου, καὶ σφυγμὸν οὐδένα κεκραμένον, οὐδὲ δηγμὸν οὐδὲ μετάνοιαν ἔχουσιν· οἰκεῖον δὲ τῇ ψυχῇ, καὶ ψυχικὸν ἀληθῶς καὶ γνήσιον καὶ οὐκ ἐπείσακτον αὐτῶν τἀγαθόν ἐστιν, οὐδὲ ἄλογον, ἀλλὰ εὐλογώτατον, ἐκ τοῦ θεωρητικοῦ

C. 5. ἐλπίζειν χρηστὸν] Mez. ἐλπίζειν τι χρηστόν.
C. 5. οὐδέτερον] Legendum οὐδετέροις, cum Amiot. Xyl. Mez. Reiſk.
C. 5. τὸ δ' ὑποπλεύειν—θάνατον] Mez. τοῦ δ' ὑποπλεύειν καὶ φοβεῖσθαι τὰ μετὰ τὸν θάνατον: prius non item neceſſarium ac poſterius.
D. 9. χάριτας] Veriſimiliter Reiſk. χαράς.

inde enim bonum aliquid ſperare, neutris contingit. Suſpicari autem et metuere aliquid poſt mortem, minus evenit iis quæ omnino anticipata mortis notitia carent, quam iis qui præcipiunt mente nihil ad nos mortem pertinere. Certe enim eatenus ad eos pertinet mors, quatenus de ea ratiocinantur et conſiderant: belluæ prorſus vacant cura rerum ad ſe non pertinentium; et cum verbera, vulnera, cædem fugiunt, eatenus mortem timent, quatenus et iſti.

IX. Talia ſunt, quæ ſibi per ſapientiam comparata Epicurei dicunt. Conſideremus porro qualia ſint, quibus ſeipſos privant, et a quibus ſeſe abigunt. Animæ delectationes, quæ iis ob jucundam corporis affectionem accidunt, ſi mediocres ſunt, magni aut præclari habent nihil: ſin excellentes ſint, præterquam quod vanæ et inſtabiles, importunas etiam et protervas, non profecto animi voluptates aut gratos motus, ſed corporeas dixerit aliquis voluptates, animo veluti arridente iis ſimulque luxuriante. Quas vero dignum æquumque eſt lætitias et gaudia animi dici, eæ contrarii ſunt vacuæ, neque palpitationem aut morſum admixtum ullum, ullamve pœnitentiam habent. Eæ delectationes bonum habent animo familiare, eique vere conveniens, et germanum, non adſcititium, non brutum, ſed ſumme conſentiens rationi, enatum ea ex animi facultate, quæ

καὶ φιλομαθοῦς, ἢ πρακτικοῦ καὶ φιλοκάλου τῆς διανοίας φυόμενον. Ὧν ὅσας ἑκάτερον καὶ ἡλίκας ἡδονὰς ἀναδίδωσιν, οὐκ ἄν τις ἀνύσειε διελθεῖν προθυμούμενος· ὑπομνῆσαι δὲ βραχέως αἵ τε ἱστορίαι πάρεισι, πολλὰς μὲν ἐπιτερπεῖς διατριβὰς ἔχουσαι, τὸ δὲ ἐπιθυμοῦν ἀεὶ τῆς ἀληθείας ἀκόρεστον ἀπολείπουσαι καὶ ἄπληστον ἡδονῆς· δι᾽ ἣν οὐδὲ τὸ ψεῦδος ἀμοιρεῖ F
χάριτος, ἀλλὰ καὶ πλάσμασι καὶ ποιήμασι τοῦ πιστεύεσθαι μὴ προσόντος, ἔνεστιν ὅμως τὸ πεῖθον.

ι΄. Ἐννόει γὰρ ὡς δακνόμενοι τὸν Πλάτωνος ἀναγινώσκομεν Ἀτλαν- 1093
τικὸν, καὶ τὰ τελευταῖα τῆς Ἰλιάδος, οἷον ἱερῶν κλειομένων ἢ θεάτρων ἐπιποθοῦντες τοῦ μύθου τὸ λειπόμενον. Αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας ἡ μάθησις οὕτως ἐράσμιόν ἐστι καὶ ποθεινὸν, ὡς τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι, διὰ τὸ γινώσκειν· τοῦ δὲ θανάτου τὰ σκυθρωπότατα, λήθη καὶ ἄγνοια καὶ σκότος. Ἢ καὶ, νὴ Δία, μάχονται τοῖς φθείρουσι τῶν ἀποθανόντων τὴν αἴσθησιν ὀλίγου δεῖν ἅπαντες, ὡς ἐν μόνῳ τῷ αἰσθανομένῳ καὶ γινώσκοντι τῆς ψυχῆς τιθέμενοι τὸ ζῆν καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ χαίρειν. Ἔστι γὰρ καὶ τοῖς ἀνιῶσι τὸ μεθ᾽ ἡδονῆς B
τινος ἀκούεσθαι· καὶ ταραττόμενοι πολλάκις ὑπὸ τῶν λεγομένων καὶ κλαίοντες, ὅμως λέγειν κελεύομεν· ὥσπερ οὗτος,

Οἴ μοι πρὸς αὐτῷ γ᾽ εἰμὶ τῷ δεινῷ λέγειν.
Κἄγωγ᾽ ἀκούειν· ἀλλ᾽ ὅμως ἀκουστέον.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἔοικε τῆς περὶ τὸ πάντα γινώσκειν ἡδονῆς ἀκρασία τις

E. 8. αἵ τι ἱστορίαι] Forte αἵγε ἱστορίαι.

contemplando vero, diſcendique ſtudio, aut quæ agendo et honeſti tractationi eſt deſtinata. Quam multas, et quantas voluptates harum utraque proferat, dicendo enumerare fruſtra quiſquam conetur: breviter mentionem earum ſubjicere licet. In promtu ſunt hiſtoriæ, quæ cum multas habeant animum oblectantes tractationes, perpetuum veritatis ſtudium nunquam explent, nunquam exſatiant voluptate: quæ voluptas etiam falſis aliquam conciliat gratiam, ut cum figmentis et poëmatis fidem non adhibeamus, tamen inſit his quædam perſuadendi vis.

X. Cogita enim apud animum tuum, quem morſum ſentiamus, ubi Platonis Atlanticum, aut Iliadis poſtremam partem legimus, veluti templo clauſo aut theatro deſiderantes fabulæ reliquum. Ipſius autem veritatis cognitio ita eſt amabilis, ita deſiderabilis, ut ipſum hoc vivere et eſſe, propter cognitionem; et quæ mors habet triſtiſſima, oblivio ſunt, ignoratio, et tenebræ. Itaque ergo, mehercle, omnes fere uno ore reclamant iis qui mortuos ſenſu privant; quod in ſola animæ ſentiente ac cognoſcente vi ponunt vitam, eſſe, et gaudere. Licet enim etiam eorum quæ moleſta nobis ſunt quædam interdum cum voluptate audire; ac ſæpe turbati aliorum ſermone et lachrymantes, tamen dicere jubemus, ut ille;

A. Eheu, mali ipſius eſt dicendi jam locus.
B. Et audiendi mihi: ſed audire eſt opus.

Verum hoc quidem videtur voluptatis omnia cog-

ται) καὶ ῥύσις ἐκβιαζομένη τὸν λογισμόν. Ὅταν δὲ μηδὲν ἔχουσα λυπηρὸν ἢ βλαβερὸν ἱστορία καὶ διήγησις ἐπὶ πράξεσι καλαῖς καὶ μεγάλαις προσλάβῃ λόγον ἔχοντα δύναμιν καὶ χάριν, ὡς τὸν Ἡροδότου τὰ Ἑλληνικὰ, καὶ Περσικὰ τὸν Ξενοφῶντος,

Ὅσα δὲ Ὅμηρος ἐθέσπισε θέσκελα εἰδὼς,

C ἢ τὰς περιόδους Εὔδοξος, ἢ κτίσεις καὶ πολιτείας Ἀριστοτέλης, ἢ βίους ἀνδρῶν Ἀριστόξενος ἔγραψεν, οὐ μόνον μέγα καὶ πολὺ τὸ εὐφραῖνον, ἀλλὰ καὶ καθαρὸν καὶ ἀμεταμέλητόν ἐστιν. Τίς δ' ἂν φάγοι πεινῶν καὶ πίοι διψῶν τὰ Φαιάκων ἥδιον, ἢ διέλθοι τὸν Ὀδυσσέως ἀπόλογον τῆς πλάνης; Τίς δ' ἂν ἡσθείη συναναπαυσάμενος τῇ καλλίστῃ γυναικὶ, μᾶλλον, ἢ προσαγρυπνήσας οἷς γέγραφε περὶ Πανθείας Ξενοφῶν, ἢ περὶ Τιμοκλείας Ἀριστόβουλος, ἢ Θήβης Θεόπομπος;

ια'. Ἀλλὰ ταῦτα τῆς ψυχῆς. Ἐξωθοῦσι δὲ καὶ τὰς ἀπὸ τῶν μαθη-
D μάτων. Καίτοι ταῖς μὲν ἱστορίαις ἁπλοῦν τι καὶ λεῖόν ἐστιν· αἱ δὲ ἀπὸ γεωμετρίας καὶ ἀστρολογίας καὶ ἁρμονικῆς δριμὺ καὶ ποικίλον ἔχουσαι τὸ δέλεαρ, οὐδὲν ἀγώγιμον ἀποδέουσιν, ἕλκουσαι καθάπερ ἴυγξι τοῖς διαγράμμασιν· ὧν ὁ γευσάμενος, ἂν περ ἔμπειρος ᾖ, τὰ Σοφοκλέους περίεισιν ᾄδων,

C. 1. τὰς περιόδους] Forte, γῆς περιόδους: ducit huc et ipsa res, et librorum varietas: A. τῆς περιόδους. P. τῆς ἢ περὶ Εὔδοξος.

C. 7. Θήβης] Ita Harl. item B. superscripta tamen vulgata Θίσβης.

C. 8. Ἀλλὰ ταῦτα—μαθημάτων] Forte, Ἀλλὰ ταύτας τε τῆς ψυχῆς ἐξωθοῦσι, καὶ τὰς ἀπὸ τῶν μαθημάτων.

D. 3. ἀγώγιμον] Legendum cum Mez. et Reisk. ἀγωγίμων.

noscendi quædam esse intemperantia ac fluxus vim rationi faciens. Cum vero nihil in se habens molestum aut damnosum historia, vel narratio de rebus pulchris ac magnis, adsciverit orationem vi elegantiaque præditam; ut cum res Græcas Herodotus, Persicas Xenophon exponit,

Et quos divinus numeros cantavit Homerus,

aut Eudoxi terrarum obeundo cognitarum descriptiones, Aristotelis de conditis urbibus et de rebuspublicis libri, Aristoxeni vitæ virorum; non modo ingens et copiosa ibi exhilarandi animi materies offertur, sed et pura, pœnitentiæque secura. Quis enim vel esuriens edere, vel sitiens bibere, malit ea quæ apud Phæaces fuerunt proposita, quam Ulyssis recensionem suorum errorum cognoscendo percurrere? aut quem magis juvet dormire cum formosissima muliere, quam invigilare iis quæ de Panthea Xenophon, de Timoclea Aristobulus, de Theba scripsit Theopompus?

XI. Verum ab his delectationibus Epicurei animum avocant. Adde, quod etiam a Mathematibus profectas inde exturbant. At enim Historiis simplex quædam et plana ac lævis adest delectandi occasio. Quæ a Geometria, Astrologia et Harmonica veniunt voluptates, iis acres et variæ illecebræ aditum parant, neque ulla deest inescandi occasio. Descriptionibus enim suis Mathemata tanquam illicibus quibusdam ad se trahunt: quarum qui gustum percepit, si quidem rerum imperitus non sit, obambulat Sophoclea ista cantillans;

Μουσομανεῖ δ' ἐλάφθην δ' ἂν, καὶ τῷ ποτὶ δειρὰν, ἔρχομαι δ' ἔκ τε λύρας, ἔκ τε νόμων.

Οὐ Θαμύρας περὶ ἄλλα μουσοποιεῖ, καὶ, νὴ Δία, Εὔδοξος καὶ Ἀρίσταρχος
καὶ Ἀρχιμήδης. Ὅπου γὰρ οἱ φιλογραφοῦντες οὕτως ἄγονται τῇ πιθα-
νότητι τῶν ἔργων, ὥστε Νικίαν γράφοντα τὴν νεκύαν ἐρωτᾷν πολλάκις τοὺς E
οἰκέτας εἰ ἠρίστηκε· Πτολεμαίου δὲ τοῦ βασιλέως ἑξήκοντα τάλαντα τῆς
γραφῆς συντελεσθείσης πέμψαντος αὐτῷ, μὴ λαβεῖν, μηδὲ ἀποδόσθαι
τὸ ἔργον· τίνας οἰόμεθα καὶ πηλίκας ἡδονὰς ἀπὸ γεωμετρίας δρέπεσθαι
καὶ ἀστρολογίας Εὐκλείδην γράφοντα τὰ διοπτικὰ, καὶ Φίλιππον ἀποδεικ-
νύντα περὶ τοῦ σχήματος τῆς σελήνης, καὶ Ἀρχιμήδην ἀνευρόντα τῇ γωνίᾳ
τὴν διάμετρον τοῦ ἡλίου τηλικοῦτο τοῦ μεγίστου κύκλου μέρος οὖσαν, ἡλίκον
ἡ γωνία τῶν τεσσάρων ὀρθῶν· καὶ Ἀπολλώνιον καὶ Ἀρίσταρχον, ἑτέρων
τοιούτων εὑρετὰς γενομένους, ὧν νῦν ἡ θέα καὶ κατανόησις ἡδονάς τε με- F
γάλας καὶ φρόνημα θαυμάσιον ἐμποιεῖ τοῖς μανθάνουσι; Καὶ οὐκ ἄξιον
οὐδαμῆ τὰς ἐκ τῶν ὀπτανείων καὶ μαστρυλλίων ἡδονὰς ἐκείνας παραβάλλοντα 1094
ταύταις, καταισχύνειν τὸν Ἑλικῶνα καὶ τὰς Μούσας,

Ἔνθ' οὔτε ποιμὴν ἀξιοῖ φέρβειν βοτὰ,
Οὐδ' ἦλθέ πω σίδηρος.

Ἀλλ' αὗται μὲν εἰσιν ὡς ἀληθῶς ἀκήρατοι νομαὶ τῶν μελιττῶν, ἐκεῖνα

D. 5. Μουσομανεῖ—νόμων] Ut in loco deſperato, exhibui vulgatam. Nil in libris eſt remedii. A. B. E. P. ἐλάμφθην: Harl. καὶ τό: E. ἄρχομαι. Duo ſunt dicta Thamyræ diſtincta per interpoſitam formulam καὶ τό; itaque legendum putem "Μουσομανεῖ δ' ἐλάμφθην ἀνίᾳ," καὶ τὸ, "Ποτὶ δειράδ' αἴρομαι ἔκ τε λύρας "ἔκ τε νόμων."

D. 6. Οὐ Θαμύρας—Εὔδοξος] Forte, Οὐ Θαμύρας γὰρ μόνος ἐμουσομάνει, ἀλλὰ καὶ, νὴ Δία, Εὔδοξος—.

A. 1. μαστρυλλίων] E. P. Harl. ματρυλλίων. Forte legendum, ματρυλλείων.

Muſarum exagitat me validus furor.
Nec cura mihi nunc, quam lyra, quam modi,
Eſt quidquam.

Neque vero ſolus Thamyras Muſarum inſtinctu agebatur; agebantur item Eudoxus, Ariſtarchus, Archimedes. Quando enim picturæ dediti adeo ſuorum afficiuntur operum ſpecie, ut Nicias pingens necyiam ſæpe e ſervis quæſiverit, *Pranſuſne eſſet*; et opere abſoluto cum Ptolemæus rex ejus emendi gratia mitteret ſexaginta talenta, non acceperit pecuniam, neque tabulam vendiderit; quas et quantas credemus voluptates e Geometria et Aſtrologia decerpſiſſe Euclidem cum ſcriberet Dioptica, Philippum demonſtratione de figura Lunæ literis mandata, Archimedem cum anguli miniſterio deprehendiſſet diametrum Solis tantam eſſe maximi circuli portionem, quanta eſt angulus ille de quatuor angulis rectis? Quod idem volo intelligi de Apollonio et Ariſtarcho aliarum id genus rerum inventoribus, quarum hodieque conſideratio magnas voluptates et mirabilem animorum alacritatem apud diſcentes excitat. Indignum vero eſt e culinis et proſtibulis arceſſitas voluptates cum his contendendo, dedecus inferre Muſis et Heliconi,

Ubi neque paſtor paſcere conatur pecus,
Ferroque ſunt intacta loca.—

Nam Mathematicæ hæ voluptates vere ſunt paſ-

δὲ συῶν καὶ τράγων κνησμοῖς ἔοικε, προσαναπιμπλάντα τῆς ψυχῆς τὸ παθητικώτατον. Ἔστι μὲν οὖν ποικίλον καὶ ἰταμὸν τὸ φιλήδονον· οὔπω δέ τις ἐρωμένῃ πλησιάσας ὑπὸ χαρᾶς ἐβουθύτησεν, οὐδὲ ηὔξατό τις ἐμπλησθεὶς ὄψων ἢ πεμμάτων βασιλικῶν, εὐθὺς ἀποθανεῖν· Εὔδοξος δὲ ηὔχετο, παραστὰς τῷ ἡλίῳ, καὶ καταμαθὼν τὸ σχῆμα τοῦ ἄστρου καὶ τὸ μέ-
B γεθος καὶ τὸ εἶδος, ὡς ὁ Φαέθων, καταφλεγῆναι· καὶ Πυθαγόρας ἐπὶ τῷ διαγράμματι βοῦν ἔθυσεν, ὥς φησιν Ἀπολλόδοτος,

Ἡνίκα Πυθαγόρης τὸ περικλεὲς εὕρετο γράμμα
Κεῖνο ἐφ' ᾧ λαμπρὴν ἤγετο βουθυσίην·

εἴτε περὶ τῆς ὑποτεινούσης, ὡς ἴσον δύναται ταῖς περιεχούσαις τὴν ὀρθήν, εἴτε πρόβλημα περὶ τοῦ χωρίου τῆς παραβολῆς. Ἀρχιμήδην δὲ βίᾳ τῶν διαγραμμάτων ἀποσπῶντες συνήλειφον οἱ θεράποντες, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς κοιλίας ἔγραφε τὰ σχήματα τῇ στλεγγίδι· καὶ λουόμενος, ὥς φασιν, ἐκ
C τῆς ὑπερχύσεως ἐννοήσας τὴν τοῦ στεφάνου μέτρησιν, οἷον ἔκ τινος κατοχῆς ἢ ἐπιπνοίας ἐξήλατο βοῶν, Εὕρηκα, καὶ τοῦτο πολλάκις φθεγγόμενος ἐβάδιζεν. Οὐδενὸς δὲ ἀκηκόαμεν οὔτε γαστριμάργου περιπαθῶς, Βέβρωκα, βοῶντος· οὔτε ἐρωτικοῦ, Πεφίληκα· μυρίων μυριάκις ἀκολάστων γεγονότων καὶ ὄντων· ἀλλὰ καὶ βδελυττόμεθα τοὺς μεμνημένους δείπνων ἐμπαθέστερον,

B. 2. Ἀπολλόδοτος] Forte, Ἀπολλόδωρος: vid. Xyl. Annot. et Menag. ad Diog. Laert. VIII, 12. Item habet Venet. 1. et Harl.

cua apum vitii exſortia; iſtæ porcorum et caprorum pruritibus ſunt ſimiles, porro animi facultatem, quæ omnis generis affectionibus eſt opportuniſſima, opplentes. Sane res eſt varia, et proterva, ſtudium voluptatis. Neque tamen in hunc uſque diem quiſquam amica potitus præ gaudio ſolenne ſacrificium fecit; aut ſtatim mori optavit, ſi daretur obſoniis bellariiſque regiis impleri. At vero Eudoxus, Phaëthontis modo, comburi vovit, ea lege, ut ſibi ante liceret ad Solem adſtanti, figuram, et magnitudinem, formamque aſtri perdiſcere; et Pythagoras bovem immolavit, delineationis geometricæ cauſſa: ſic enim perhibet Apollodotus,

Pythagoras celebri diagrammate quando reperto
Mactato fecit ſplendida ſacra bove:

ſive id pertinet ad hoc, quod in rectangulo triquetro longiſſimi lateris quadratum reliquorum laterum quæ angulum rectum conficiunt quadratis in unum conflatis æquale eſſe demonſtravit; ſive ad quæſtionem de area parabolæ. Jam Archimedem a deſcriptionibus geometricis vi avulſum ſervi unxerunt; ille interim ſtrigili lineas in ventre ducebat; et inter lavandum cum ex aquæ, ut traditum, ſupra labrum ſolii eliſæ effluxu excogitaſſet coronæ dimenſionem, tanquam furore quodam aut divino inſtinctu exagitatus proſiluit, vociferans, *Reperi*; hacque voce ſæpius repetita perrexit ire. Neque vero audivimus, vel gulæ addictiſſimum quenquam clamare, *Voravi*; vel laſciviſſimum, *Amavi*; cum quidem et ſint et fuerint innumeri intemperantes: ſed et, ut impuros, averſamur eos, qui cœnarum vehementiori cum affectione animi recordantur, ut qui nimium de-

ὡς ἐφ' ἡδοναῖς μικραῖς καὶ μηδενὸς ἀξίαις ὑπερασμενίζοντας. Εὐδόξῳ δὲ καὶ Ἀρχιμήδει καὶ Ἱππάρχῳ συνενθουσιῶμεν· καὶ Πλάτωνι πειθόμεθα περὶ τῶν μαθημάτων, ὡς ἀμελούμενα δι' ἄγνοιαν καὶ ἀπειρίαν, ὅμως D
βίᾳ ὑπὸ χάριτος αὐξάνεται.

ιβ'. Ταύτας μέντοι τὰς τηλικαύτας καὶ τοσαύτας ἡδονὰς ὥσπερ ἀενάους ἐκτρέποντες οὗτοι καὶ ἀποστρέφοντες, οὐκ ἐῶσι γεύεσθαι τοὺς πλησιάσαντας αὐτοῖς· ἀλλὰ τοὺς μὲν, ἐπαραμένους τὰ ἀκάτια φεύγειν ἀπ' αὐτῶν κελεύουσιν· Πυθοκλέους δὲ πάντες καὶ πᾶσαι δέονται δι' Ἐπικούρου καὶ ἀντιβολοῦσιν, ὅπως οὐ ζηλώσῃ τὴν ἐλευθέριον καλουμένην παιδείαν· Ἀπελλῆν δέ τινα θαυμάζοντες καὶ ὑπερασπαζόμενοι, γράφουσιν ὅτι τῶν μαθημάτων ἀποσχόμενος ἐξ ἀρχῆς καθαρὸν ἑαυτὸν ἐτήρησε· περὶ δὲ τῆς ἱστορίας, ἵνα τὴν ἄλλην ἀνηκοΐαν ἐάσω, παραθήσομαι μόνα τὰ Μητροδώρου γράφοντος ἐν τοῖς περὶ Ποιητῶν, "Ὅθεν μηδὲ εἰδέναι φάσκων μετὰ E
"ποτέρων ἦν ὁ Ἕκτωρ, ἢ τοὺς πρώτους στίχους τῆς Ὁμήρου ποιήσεως, ἢ
"πάλιν τὰ ἐν μέσῳ, μὴ ταρβήσῃς." Ὅτι τοίνυν αἱ τοῦ σώματος ἡδοναὶ, καθάπερ οἱ ἐτησίαι, μαραίνονται μετὰ τὴν ἀκμὴν καὶ ἀπολήγουσιν, οὐ λέληθε τὸν Ἐπίκουρον· διαπορεῖ γοῦν "εἰ γέρων ὁ σοφὸς ὢν καὶ μὴ δυνά-
"μενος πλησιάζειν, ἔτι ταῖς τῶν καλῶν ἁφαῖς χαίρει καὶ ψηλαφήσεσιν·" οὐ τὰ αὐτὰ μὲν τῷ Σοφοκλεῖ διανοούμενος, ἀσμένως ἐκφυγόντι τὴν

D. 8. ὑπερασπαζόμενοι] Sic A. B. E. Harl. P. Vulgo, ὑπερασπιζόμενοι.

lectentur exiguis et nullius pretii voluptatibus. At Eudoxi et Archimedis et Hipparchi instinctu divino concitatorum comites esse volumus, Platonique credimus, qui de Mathematibus pronunciavit, *ea ob inscitiam hominum imperitiamque neglecta, vi tamen ob venustatem suam incrementa facere.*

XII. Enimvero has tot tantasque voluptates veluti perenni e fonte manantes Epicurei devitant atque aversantur, neque patiuntur earum gustum percipere quicunque se ad ipsos contulerint; sed aliis mandant, *ut citatis lembis eas fugiant*; et Pythoclem omnes ab ea secta viri, omnes mulieres, per Epicurum orant atque obsecrant, *ne disciplinam, quæ liberalis dicitur, magnifacere sectarive studeat:* et Apellem quendam mirantur ac majorem in modum amplectuntur, quod, uti scribunt, *a Mathematibus jam inde ab initio abstinendo purum sese conservaverit.* De Historiis, ut cetera omittam quæ hac in re eorum ruditatem arguunt, verba duntaxat apponam Metrodori, qui in libro de Poëtis sic scripsit; *Proinde ignorare te dicens ab utra parte fuerit Hector, ignorare etiam primos Homeri versus, aut quæ in medio sunt, non est quod timeas.* Jam corporis voluptates Etesiarum in morem post vigorem elanguescere ac desinere, non fugit Epicurum. Dubitat itaque *an sapiens jam senex factus et ad coitum ineptus, pulchrarum adhuc tactibus et contrectationibus gaudeat:* sane non cum Sophocle sentiens, qui *libenter a voluptate hac, tanquam a*

ἡδονὴν ταύτην, ὥσπερ ἄγριον καὶ λυττῶντα δεσπότην· ἀλλ' ἔδει γε τοὺς ἀπολαυστικοὺς, ὁρῶντας ὅτι πολλὰς ἀφαυαίνει τῶν ἡδονῶν τὸ γῆρας,

Ἥ τε Ἀφροδίτη τοῖς γέρουσιν ἄχθεται,

1095 κατ' Εὐριπίδην, ταύτας μάλιστα συνάγειν τὰς ἡδονὰς, ὥσπερ εἰς πολιορκίαν ἄσηπτα σιτία καὶ ἄφθαρτα παρατιθεμένους· εἶτα ἄγειν ἀφροδίσια τοῦ βίου καὶ μεθεόρτους καλὰς ἐν ἱστορίαις καὶ ποιήμασι διατρίβοντας, ἢ προβλήμασι μουσικοῖς καὶ γεωμετρικοῖς. Οὐ γὰρ ἂν ἐπῆλθεν αὐτοῖς εἰς νοῦν βαλέσθαι τὰς τυφλὰς ἐκείνας καὶ νωδὰς ψηλαφήσεις, καὶ ἐπιπηδήσεις τοῦ ἀκολάστου, μεμαθηκόσιν, εἰ μηδὲν ἄλλο, γράφειν περὶ Ὁμήρου καὶ περὶ Εὐριπίδου, ὡς Ἀριστοτέλης καὶ Ἡρακλείδης, καὶ Δικαίαρχος. Ἀλλ', οἶμαι, τοιούτων ἐφοδίων μὴ φροντίσαντες, τῆς δὲ ἄλλης αὐτῶν
B πραγματείας ἀτερποῦς καὶ ξηρᾶς, ὥσπερ αὐτοὶ τὴν ἀρετὴν λέγουσιν, οὔσης, ἥδεσθαι πάντως ἐθέλοντες, τοῦ δὲ σώματος ἀπαγορεύοντος, αἰσχρὰ καὶ ἄωρα πράττειν ὁμολογοῦσι· τῶν τε προτέρων ἡδονῶν ἀναμιμνήσκοντες ἑαυτοὺς, καὶ χρώμενοι ταῖς παλαιαῖς ἀπορίᾳ προσφάτων, ὥσπερ τεταριχευμέναις καὶ νεκραῖς, ἄλλας πάλιν καὶ τεθνηκυίας, οἷον ἐν τέφρᾳ ψυχρᾷ, τῇ σαρκὶ κινοῦντες παρὰ φύσιν καὶ ἀναζωπυροῦντες, ἅτε δὴ μηδὲν οἰκεῖον ἡδὺ μηδὲ χαρᾶς ἄξιον ἔχοντες ἐν τῇ ψυχῇ παρεσκευασμένον.

A. 2. ἀφροδίσια] Mez. eleganter, μεταφροδίσια.
B. 7. μηδὲ χαρᾶς] Sic Harl. Vulgo, μετὰ χαρᾶς. Mez. corrigit, μήτι χαρᾶς.

domino agresti et furioso se profugisse dixit. At enim voluptatibus fruendis deditos oportebat cum cernerent multas voluptates senectute aboleri, et quod est apud Euripidem,

Ætate grandibus Venerem adversarier,

hujusmodi, quales retuli, voluptates potissimum conquirere, et quasi obsidionis metu frumentum quod corrumpi et perdi non posset congerere: atque ita quasi vitæ Veneralia post festa pulchra agere versando in historiis aut poematis, et musicas ac geometricas tractando quæstiones. Non enim in animum iis venisset inducere cæcas istas et edentulas contrectationes, si didicissent, ut nihil aliud, saltem de Homero aliquid et Euripide scribere, ut fecerunt Aristoteles, Heraclides, Dicæarchus. Isti vero nimirum hoc commeatu neglecto, cum reliqua ipsorum tractatio delectationis expers et arida esset, quomodo ipsi virtutem appellant, et omnino tamen voluptate affici vellent, corpusque ad eam rem deficeret, fatentur turpiter se et intempestive agere, dum et pristinas in memoriam sibi revocant voluptates, et antiquis, penuria novarum, utuntur, tanquam muria conditis et mortuis, aliasque rursum exanimas in carne, veluti in frigido cinere ignem, contra naturam succendunt; quippe qui nihil proprium in animo paratum habeant, quod alicujus momenti oblectationem gaudiumque conciliare possit.

ιγ΄. Καίτοι τὰ ἄλλα μὲν, ὡς ἡμῖν ἐπῆλθεν εἰπεῖν, εἴρηται· μουσικὴν δὲ ὅσας ἡδονὰς καὶ χάριτας οἵας φέρουσαν ἀποστρέφονται καὶ φεύγουσι, C βουλόμενος οὐκ ἄν τις ἐκλάθοιτο, δι' ἀτοπίαν ὧν Ἐπίκουρος λέγει, "φιλοθέωρον μὲν ἀποφαίνων τὸν σοφὸν ἐν ταῖς διαπορείαις, καὶ χαίροντα "παρ' ὁντιναοῦν ἕτερον ἀκροάμασι καὶ θεάμασι Διονυσιακοῖς, προβλή-"μασι δὲ μουσικοῖς, καὶ κριτικῶν φιλολόγοις ζητήμασιν οὐδὲ παρὰ πότον "διδοὺς χώραν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φιλομούσοις τῶν βασιλέων παραινῶν στρα-"τηγικὰ διηγήματα, καὶ φορτικὰς βωμολοχίας ὑπομένειν μᾶλλον ἐν "τοῖς συμποσίοις, ἢ λόγους περὶ μουσικῶν καὶ ποιητικῶν προβλημάτων "περαινομένους." Ταυτὶ γὰρ ἐτόλμησε γράφειν ἐν τῷ Περὶ Βασιλείας, D ὥσπερ Σαρδαναπάλῳ γράφων, ἢ Ναράτῳ τῷ σατραπεύσαντι Βαβυλῶνος. Οὐδὲ γὰρ Ἱέρων γ' ἄν, οὐδὲ Ἄτταλος, οὐδὲ Ἀρχέλαος, ἐπείσθησαν Εὐριπίδην καὶ Σιμωνίδην καὶ Μελανιππίδην καὶ Κράτητας καὶ Διοδότους ἀναστήσαντες ἐκ τῶν συμποσίων, κατακλῖναι Κάρδακας καὶ Ἀγριάντας μεθ' αὑτῶν καὶ Καλλίας γελωτοποιοὺς, καὶ Θρασωνίδας τινὰς καὶ Θρασυλέοντας, ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους ποιοῦντας. Εἰ δὲ Πτολεμαῖος ὁ πρῶτος συναγαγὼν τὸ μουσεῖον τούτοις συνέτυχε τοῖς καλοῖς καὶ βασιλικοῖς παραγγέλμασιν, ἆρα οὐκ ἂν εἶπε τοῖς Σαμίοις, Ὦ Μοῦσα, τίς ὁ E

C. 6. στρατηγικὰ] Legendum στρατιωτικὰ cum Mez. et Reiſk. item Xyl. verſ.

D. 2. Ναράτῳ] Ναναρῳ, A. B. E. Venet. 1. P. Harl.

D. 5. Ἀγριάντας] Ἀγριᾶνας, A. B. E. Venet. 1. 2. P. Harl.

E. 1. τοῖς Σαμίοις] Vix ſanum. Mez. vertit, ταῖς Μούσαις, ὦ Μοῦσαι. Dictum videtur poetæ, Ταῖσιν δὲ Μούσαισιν τίς, ὦ Μοῦσαι, φθόνος;

XIII. Ac cetera quidem a nobis, ita ut in mentem venerunt, dicta ſunt. Muſicam vero, (quantarum voluptatum et elegantiarum fertilem?) eos vitare et fugere, ne ſi velis quidem, ignorare poſſis; ita abſurda ſunt quæ hac de re Epicurus tradidit. Pronunciat enim *ſapientem ſpectaculis debere eſſe deditum in publico, ſcenicisque actionibus et muſicis auditionibus ita ut quemquam alium gaudere; ſed muſicis quæſtionibus, et eruditis diſquiſitionibus eorum qui judicium ſibi de hac re ſumunt*, ne inter pocula quidem locum concedit: imo regibus Muſarum ſtudioſis auctor eſt, *ut in conviviis narrationes militares et importunas ſcurrilitates potius tolerent, quam diſputationes de muſicis aut poeticis quæſtionibus inſtitutas.* Hæc enim auſus eſt ſcribere in libro De Regno, tanquam ſi ad Sardanapalum ſcriberet, aut Naratum Babylonis ſatrapam. Non enim Hieroni, Attalo, aut Archelao perſuaſiſſet, ut juſſis e convivio ſurgere Euripide, Simonide, Melanippide, Cratete, Diodoto, Cardaces ſecum collocarent, et Agriantas, et Callias ſcurras, ac Thraſonidas aliquos et Thraſyleontas, *ululatus* et *plauſuum tumultum* excitaturos. Quod ſi Ptolemæus, qui primus Muſeum illud conſtituit, in præclara iſta et rege digna incidiſſet præcepta, nonne dicturus erat, *O Muſa, quæ invidia?* Nam Athenienſium

φθόνος; Ἀθηναίων γὰρ οὐδενὶ πρέπει ταῖς Μούσαις οὕτως ἀπεχθάνεσθαι καὶ πολεμεῖν·

> Ὅσσα δὲ μὴ πεφίληκε
> Ζεύς, ἀτύζονται βοὰν
> Πιερίδων ἀΐοντα.

Τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε; κιθαρῳδῶν καὶ αὐλητῶν ἕωθεν ἀκροασόμενος εἰς τὸ θέατρον βαδίζεις, ἐν δὲ συμποσίῳ Θεοφράστου περὶ συμφωνιῶν διαλεγομένου, καὶ Ἀριστοξένου περὶ μεταβολῶν, καὶ Ἀριστοφάνους περὶ Ὁμήρου, τὰ ὦτα καταλήψῃ ταῖς χερσὶ, δυσχεραίνων καὶ βδελυττόμενος; Εἶτα
F οὐκ ἐμμελέστερον ἀποφαίνουσιν τὸν Σκύθην Ἀτέαν, ὃς Ἰσμηνίου τοῦ αὐλητοῦ ληφθέντος αἰχμαλώτου, καὶ παρὰ πότον αὐλήσαντος, ὤμοσεν ἥδιον ἀκούειν τοῦ ἵππου χρεμετίζοντος; οὐχ ὁμολογοῦσι δὲ τῷ καλῷ πολεμεῖν τὸν ἄσπονδον καὶ ἀκήρυκτον πόλεμον; εἰ δὲ μὴ ἡδονὴ πρόσεστι, τί σεμνὸν
1096 καὶ καθάριον ἀσπάζονται καὶ ἀγαπῶσιν; Οὐκ ἦν δὲ πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν ἐπιεικέστερον, μύρα καὶ θυμιάματα δυσχεραίνειν, ὡς κάνθαροι καὶ γῦπες, ἢ κριτικῶν καὶ μουσικῶν λαλιὰν βδελύττεσθαι καὶ φεύγειν; Ποῖος γὰρ ἂν αὐλὸς ἢ κιθάρα διηρμοσμένη πρὸς ᾠδὴν, ἢ τίς χορὸς

> Εὐρύοπα κέλαδον ἀκροσόφων
> Ἀγνυμένων διὰ στομάτων

φθεγγόμενος οὕτως ηὔφρανεν Ἐπίκουρον καὶ Μητρόδωρον, ὡς Ἀρισ-

A. 6. Ἀγνυμένων] ἀγνύμενον, Venet. 1.

quidem nemini convenit ita infenſum Muſis eſſe, iiſque bellum facere:

> Sed quæ cara Jovi non ſunt,
> Conſternantur, ubi audiunt
> Pieridum vocem.

Quid ais, Epicure? prima luce in theatrum progrederis, citharœdos auditurus et tibicines? in convivio ſi Theophraſtus de concentibus vocum diſſerat, aut earum de mutationibus Ariſtoxenus, et Ariſtophanes de Homero, manibus aures occupabis indignans et abominans? Nonne ſuo ipſi exemplo oſtendunt magis ſcitum fuiſſe Ateam illum Scytham, qui cum Iſmenias tibicen captus inter pocula fiſtula ceciniſſet, juravit ſuavius ſe auditurum equum hinnientem? Nonne profitentur ſe adverſus elegantiam æternum bellum ſuſcepiſſe nulla pace finiendum, nullo initio indictum, qui niſi voluptas adſit, nihil purum, nihil egregium amplectuntur et amant? Nonne rectius erat ſuaviter vivendi gratia, unguentis eos et ſuffitibus, cantharorum et vulturum in morem, eſſe iniquos, quam criticorum et muſicorum ſermonem averſari et fugere? Quæ enim tibia aut ad cantum concinnata cithara, aut

> Quis clarum chorus ex probe
> Doctis artificum gutturibus ſonum
> Depromens

ita delectavit Epicurum et Metrodorum, ut Ari-

τοτέλην καὶ Θεόφραστον καὶ Ἱερώνυμον καὶ Δικαίαρχον οἱ περὶ χορῶν λόγοι καὶ διδασκαλίαι, καὶ τὰ δι' αὐλῶν προβλήματα καὶ ῥυθμῶν καὶ ἁρμονιῶν; οἷον διὰ τί τῶν ἴσων αὐλῶν ὁ στενώτερος βαρύτερον φθέγγεται· καὶ διὰ τί τῆς σύριγγος ἀνασπωμένης, πᾶσιν ὀξύνεται τοῖς φθόγγοις, κλινομένης B δὲ πάλιν βαρύνει, καὶ συναχθεὶς πρὸς τὸν ἕτερον, διαχθεὶς δὲ ὀξύτερον ἠχεῖ· καὶ τί δήποτε τῶν θεάτρων ἂν ἄχυρα τῆς ὀρχήστρας κατασκεδάσης ἢ χοῦν, ὁ λαὸς τυφλοῦται· καὶ χαλκοῦν Ἀλέξανδρον ἐν Πέλλη βουλόμενον ποιῆσαι τὸ προσκήνιον, οὐκ εἴασεν ὁ τεχνίτης, ὡς διαφθεροῦντα τῶν ὑποκριτῶν τὴν φωνήν· καὶ τί δήποτε τῶν γενῶν διαχεῖ τὸ χρωματικόν, ἡ δὲ ἁρμονία συνίστησιν. Ἤθη δὲ ποιητῶν, καὶ πλάσματα, καὶ διαφοραὶ χαρακτήρων, καὶ λύσεις ἀποριῶν, ἐν τῷ πρέποντι καὶ γλαφυρῷ τὸ οἰκεῖον C ἅμα καὶ πιθανὸν ἔχουσαι, τὸ τοῦ Ξενοφῶντος ἐκεῖνό μοι δοκοῦσιν “καὶ τὸν “ἔρωτα ποιεῖν ἐπιλανθάνεσθαι,” τοσοῦτον ἡδονῆς κρατούσης.

ιδʹ. Ἧς οὐ μέτεστι τούτοις, οὐδέ φασιν οὐδὲ βούλονται μετεῖναι· κατατείναντες δὲ τὸ θεωρητικὸν εἰς τὸ σῶμα καὶ κατασπάσαντες ὥσπερ μολιβδίσι ταῖς τῆς σαρκὸς ἐπιθυμίαις, οὐδὲν ἀπολείπουσιν ἱπποκόμων ἢ ποιμένων χόρτον ἢ καλάμην ἤ τινα πόαν προβαλλόντων, ὡς ταῦτα βόσκεσθαι καὶ τρώγειν προσῆκον αὐτῶν τοῖς θρέμμασιν. Ἢ γὰρ οὐχ οὕτως

A. 9. διδασκαλίαι] διδασκαλιῶν, Venet. 1. Harl.
A. 9. δι' αὐλῶν] Forte, περὶ αὐλῶν.
B. 2. καὶ συναχθεὶς] Nova eſt Quæſtio. Ergo excidit quid.
B. 4. ὁ λαὸς] Forte, ὁ χόρος ductu Ariſtot. Probl. xi, 25. Harl. κοχάος. Venet. 1. ὁ χάος. Reiſk. ὁ ἦχος.
C. 3. ἡδονῆς κρατούσης] Forte, ἡδονῇ κρατοῦσαι. Venet. 1. ἡδονῇ κρατοῦσιν. Harl. ἡδονῆς κρατοῦσιν.

ſtotelem, Theophraſtum, Hieronymum, Dicæarchum diſputationes et doctrinæ de choris, et quæſtiones de tibiis, numeris, ac concinnatione ſonorum? Verbi gratia, Cur æqualium tibiarum ea quæ anguſtior eſt, graviorem edat ſonum? Cur fiſtula ſurſum elata omnes ſonos acutiores, inclinata rurſus graviores proferat? Cur cum alia ſi conjungatur, gravius; ſola autem, acutius ſonet? Cur ſi in orcheſtra theatri paleæ ſpargantur aut pulvis, populus cæcetur? Cur Alexandrum Pellæ proſcenium æreum facere volentem inhibuerit artifex, corrupturum eum vocem hiſtrionum dicens? Cur inter muſices genera chromaticum animum maxime diffundat, harmonicum componat? Jam poetarum ſingularia ingenia, figmenta, et formarum dicendi diſcrimina, ac quæſtionum difficilium ſolutiones, cum decoro et nitore convenientem rei propoſitæ probabilemque habentes rationem, videntur mihi, quod Xenophon aiebat, *etiam amoris oblivionem inducere*, tantam adferunt voluptatem.

XIV. Cujus quidem voluptatis neque fiunt, et nolle etiam ſe fieri participes aiunt Epicurei. Qui ſane cum facultatem animi contemplatricem intendant corpori, et quaſi plumbeis molibus in carnis cupiditates detrahant, nihil abſunt ab equiſonibus et paſtoribus fœnum aut calamum, aut herbam aliquam objicientibus, quod ſuis iſta paſ-

ἀξιοῦσι τὴν ψυχὴν ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς κατασυβωτεῖν, ὅσον ἐλπίσαι
D τι περὶ σαρκὸς ἢ παθεῖν ἢ μνημονεῦσαι χαίρουσαν, οἰκεῖον δὲ μηδὲν ἡδὺ μηδὲ τερπνὸν ἐξ αὐτῆς λαμβάνειν, μηδὲ ζητεῖν ἐῶντες; Καίτοι τί γένοιτ' ἂν ἀλογώτερον, ἢ εἰ δυοῖν ὄντοιν ἐξ ὧν ὁ ἄνθρωπος πέφυκε, σώματος καὶ ψυχῆς, ψυχῆς δὲ τάξιν ἡγεμονικωτέραν ἐχούσης, σώματος μὲν ἴδιόν τι καὶ κατὰ φύσιν καὶ οἰκεῖον ἀγαθὸν εἶναι, ψυχῆς δὲ μηδέν, ἀλλὰ τῷ σώματι καθῆσθαι προσβλέπουσαν αὐτὴν καὶ τοῖς τοῦ σώματος πάθεσιν ἐπιμειδῶσαν καὶ συνηδομένην καὶ συγχαίρουσαν, αὐτὴν δ' ἀκίνητον ἐξ ἀρχῆς καὶ ἀπαθῆ, καὶ μηδὲν αἱρετὸν ἔχουσαν, μηδὲ ὀρεκτὸν ὅλως μηδὲ χαρτόν; Ἢ
E γὰρ ἁπλῶς ἀποκαλυψαμένους ἔδει σαρκοποιεῖν τὸν ἄνθρωπον ὅλον, ὥσπερ ἔνιοι ποιοῦσι, τὴν ψυχικὴν οὐσίαν ἀναιροῦντες· ἢ δύο φύσεις ἐν ἡμῖν διαφόρους ἀπολιπόντας, ἴδιον ἀπολιπεῖν ἑκατέρας καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν καὶ οἰκεῖον καὶ ἀλλότριον· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τῶν αἰσθήσεων ἑκάστη πρὸς ἴδιόν τι πέφυκεν αἰσθητόν, κἂν πάνυ συμπαθοῦσιν ἀλλήλαις. Ἔστι δὲ τῆς ψυχῆς ἴδιον αἰσθητήριον ὁ νοῦς, ᾧ μηδὲν οἰκεῖον ὑποκεῖσθαι, μὴ θέαμα, μὴ κίνημα, μὴ πάθος συγγενές, οὗ τυγχάνουσα χαίρειν πέφυκε, πάντων ἀλογώτατόν ἐστιν· εἰ μή τι, νὴ Δία, λελήθασιν ἔνιοι συκοφαντοῦντες τοὺς ἄνδρας.

F ιε'. Κἀγὼ πρὸς αὐτόν, Οὐχ ἡμῖν γε κριταῖς, ἔφην· ἀλλὰ πάσης

F. 1. πάσης] πᾶσι, Venet. 2.

cere et edere pecoribus conveniat. Nonne enim ita volunt animam voluptatibus corporis porci in morem pascentis saginari, quantum spes aliqua suppeditat de carnis suavi affectione, ejusve recordatione? cum non sinant peculiarem sibi eam ex sese capere aut petere delectationem. At vero quid potest absurdius fieri, quam, cum duæ sint e quibus homo componitur partes, corpus et anima, quarum quidem hæc principatum obtinet; corporis proprium quoddam, domesticum, et naturæ conveniens esse Bonum, nullum animæ? sed eam desidentem in corpus habere conversos oculos, ejusque affectionibus arridere, unaque voluptate et gaudio frui? ipsam ab initio immobilem, omnisque affectionis vacuam, nihil omnino habere quod deligat, quod appetat, quo gaudeat? Aut enim oportuit eos simpliciter sententiam suam revelantes hominem totum carneum facere, quod nonnulli audent, animæ substantiam negantes; aut duas naturas diversas in nobis si relinquunt, oportuit proprium utriusque etiam relinquere Bonum et Malum, familiare et alienum: quo modo scilicet sensuum unusquisque suo est destinatus sensili, et omnino simili invicem afficiuntur modo. Est autem animæ proprium sentiendi instrumentum mens, cui nullam rem peculiarem subjicere quam spectet, qua moveatur, nullam cognatam affectionem qua soleat gaudere, omnium est absurdissimum; nisi fortassis aliqui hoc illis falso et per calumniam imputantes fallunt.

XV. Respondi tum ego in hæc verba; Non quidem nos talem sententiam feremus. Itaque

ἀφεῖσαι τῆς ὑπηρεσίας· ὥστε θαῤῥῶν τὰ λοιπὰ τοῦ λόγου πέραινε. Πῶς, εἶπεν, οὐ γὰρ Ἀριστόδημος ἡμᾶς, εἰ σὺ παντάπασιν ἀπηγόρευκας, διαδέξεται; Πάνυ μὲν οὖν, εἶπεν ὁ Ἀριστόδημος, ὅταν ἀποκάμῃς ὥσπερ οὗτος· ἔτι δὲ 1097
ἀκμάζων, ὦ μακάριε, χρῆσαι σεαυτῷ, καὶ μὴ δοκῇς ἀπομαλθακίζεσθαι. Καὶ μὴν, ὁ Θέων εἶπε, πάνυ ῥᾴδιόν ἐστι τὸ λειπόμενον· λείπεται δὲ, τὸ πρακτικὸν ὅσας ἡδονὰς ἔχει διελθεῖν. Αὐτοὶ γὰρ δήπου λέγουσιν ὡς "τὸ εὖ "ποιεῖν ἥδιόν ἐστι τοῦ πάσχειν." εὖ γὰρ ποιεῖν, ἔστι μὲν ἀμέλει καὶ διὰ λόγων, τὸ δὲ πλεῖστον ἐν πράξει καὶ μέγιστον, ὡς τοὔνομα τῆς εὐεργεσίας ὑφηγεῖται, καὶ μαρτυροῦσιν αὐτοί. Μικρὸν γὰρ ἔμπροσθεν ἠκούομεν, ἔφη, τούτου λέγοντος οἵας φωνὰς ἀφῆκεν Ἐπίκουρος, οἷα δὲ γράμματα τοῖς φίλοις ἔπεμψεν, B
ὑμνῶν καὶ μεγαλύνων Μητρόδωρον "ὡς εὖ τε καὶ νεανικῶς ἐξ ἄστεος, "ἀλλὰ συνέβη Μίθρῳ τῷ Σύρῳ βοηθήσων," καὶ ταῦτα, πράξαντος οὐθὲν τότε τοῦ Μητροδώρου. Τίνας οὖν οἰόμεθα καὶ πηλίκας ἡδονὰς εἶναι τὰς Πλάτωνος, ὁπηνίκα Δίων ὁρμήσας ἀπ' αὐτοῦ κατέλυσε Διονύσιον, καὶ Σικελίαν ἠλευθέρωσε; τίνας δὲ Ἀριστοτέλους, ὅτε τὴν πατρίδα κειμένην ἐν ἐδάφει, πάλιν ἀνέστησε, καὶ κατήγαγε τοὺς πολίτας; τίνας δὲ Θεοφράστου καὶ Φειδίου τοὺς τῆς πατρίδος ἐκκοψάντων τυράννους; Ἰδίᾳ μὲν γὰρ ὅσοις ἐβοήθησαν ἀνδράσιν, οὐ πυροὺς διαπέμποντες οὐδὲ ἀλφίτων μέδιμνον, C

B. 2. ἐξ ἄστεος, ἀλλὰ συνέβη] Ita omnes libri. Corrigendus locus ex gemino loco p. 1126, E. vel diserte ut illic est, ἐξ ἄστεως εἰς Πειραιᾶ κατέβη, cum Amiot. Xyl. Reisk. vel servandis vulgatæ vestigiis cum Mez. ἐξ ἄστεως εἰς ἅλα κατέβη: ac propius etiam ἐξ ἄ. ἅλαδε κ.

intrepide reliquum orationis persequere. Tum ille; Quomodo vero? nonne enim in dicendi partes nobis Aristodemus succedet, si tu plane fessus es? Omnino, inquit Aristodemus, si itidem tu, ut ille est, defatigatus fueris. Verum tu, bone vir, qui etiamnum viges, utere teipso, neque ob mollitiem detrectantis opinionem de te excita. Et quidem, subjiciebat Theon, id quod restat admodum est facile: superest enim ut enarretur, quanta actionibus concilietur homini voluptas. Ceterum ipsi hoc Epicurei dicunt, *suavius esse afficere quam affici beneficio*. Non abnuerim etiam verbis beneficium posse conferri; sed certe in actione pars maxima et potissima consistit, quod et benefaciendi vocabulum indicat, et ipsi fatentur. Paulo enim ante audivimus istum dicentem, quales voces emiserit Epicurus, quales ad amicos literas dederit, prædicans et summis vehens laudibus Metrodorum, *quod is præclare et egregio conatu ex Astu in Piræum descendisset Mithro Syro opem laturus*, cum quidem nihil tum egerit Metrodorus. Quas ergo et quantas fuisse existimatis Platonis voluptates, cum ab ipso profectus Dion evertit Dionysium, et Siciliæ libertatem reddidit? aut Aristotelis, quando patriam humi prostratam erexit, civesque postliminio reduxit? aut Theophrasti et Phidiæ ubi patriæ suæ tyrannos exciderunt? Quid enim apud vos, quibus isthæc sunt notissima, commemorem quam multis subvenerint viris, non tritico mittendo, aut farinæ modio, sic-

ὡς Ἐπίκουρος ἐνίοις ἔπεμψεν, ἀλλὰ φεύγοντας διαπραξάμενοι κατελθεῖν, καὶ δεδεμένους λυθῆναι, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας ἐστερημένους ἀπολαβεῖν, τί ἂν λέγοι τις ὑμῖν ἀκριβῶς εἰδόσιν; Ἀλλὰ τὴν ἀτοπίαν οὐδὲ βουλόμενόν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου παρελθεῖν, τὰς μὲν Θεμιστοκλέους καὶ Μιλτιάδου πράξεις ὑπὸ πόδας τιθεμένου καὶ κατευτελίζοντος, ὑπὲρ αὑτοῦ δὲ ταυτὶ τοῖς φίλοις γράφοντος, "Δαίως τε καὶ μεγαλοπρεπῶς ἐπιμελήθητε "ἡμῶν τὰ περὶ τὴν τοῦ σίτου κομιδὴν, καὶ οὐρανομήκη σημεῖα ἐνδέδειχθε
D "τῆς πρὸς ἐμὲ εὐνοίας." Ὥστε εἴ τις ἐξεῖλε τὸ σιτάριον ἐκ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ φιλοσόφου, δόξαν ἂν παρασχῆσαι τὰ ῥήματα τῆς χάριτος ὡς ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ὅλης, ἢ τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων ἐλευθερωθέντος, ἢ σωθέντος, γραφομένης.

ιϛʹ. Ὅτι μὲν οὖν καὶ πρὸς τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς ἡ φύσις δεῖται χορηγίας πολυτελοῦς, καὶ οὐκ ἔστιν ἐν μάζῃ καὶ φακῇ τὸ ἥδιστον, ἀλλ' ὄψα καὶ Θάσια καὶ μύρα,

Καὶ πεπτὰ καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
Πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα

ζητοῦσιν αἱ τῶν ἀπολαυστικῶν ὀρέξεις, καὶ πρός γε τούτοις εὐπρεπεῖς καὶ νέας
E γυναῖκας, οἷα Λεόντιον καὶ Βοίδιον καὶ Ἡδεῖα καὶ Νικήδιον ἐνέμοντο περὶ τὸν κῆπον, ἀφῶμεν. Ταῖς μέντοι τῆς ψυχῆς χαραῖς ὁμολογουμένως

C. 7. μεγαλοπρεπῶς ἐπιμελήθητε] Contrahendis his vocibus, lacunam ſuſtuli, ut vertendo fecerant Amiot. Xyl. et monuit Mez. Vulgo, μεγαλοπρεπῶς, * Ἐπιμελήθητε, corrigendum etiam ἐπεμελήθητε.

D. 9. Πελάνῳ μελίσσης] Sic Schott. et Harl. Nec longe abit vetus lectio Ald. Baſ. Xyl. A. E. P. Venet. 1. 2. πελανομελίσσης. Conf. Athen. xiv. p. 640, B. Vulgo, πέλανα μελίσσης. B. μελανομελίσσης.

ut Epicurus miſit quibuſdam, ſed exſulibus reditum conficiendo, vinctis liberandis, reddendiſque uxoribus et liberis his qui eos amiſerant? Sed ne ſi cupiam quidem, poſſim præterire ineptias hominis, qui cum Miltiadis et Themiſtoclis res geſtas ſub pedibus collocaſſet et extenuaſſet, de ſeipſo ad amicos hæc ſcripſit; *Strenue ac magnifice res noſtras in frumento comparando adminiſtraviſtis, veſtræque erga me benevolentiæ ſigna ad cœlum uſque pertinentia edidiſtis.* Quod ſi quis ex epiſtola philoſophi modicum illud frumenti excmiſſet, verba opinionem poterant excitare, ſcriptam eſſe cauſſa agendarum, pro tota Græcia aut Athenienſi populo liberato, gratiarum.

XVI. Mittamus in præſentia hoc, quod ad corporis voluptates natura multiplici ſumtu atque impendiis indiget, neque in jure et lente dulciſſimum ineſt; ſed appetitiones voluptariorum obſonia requirunt et Thaſium vinum, et unguenta,

Et cocta compactaque flavæ alitis apis
Succo madefacta large;

præterea formoſas et ætate integra mulieres, quales circa hortum Epicuri verſabantur Leontium, Boidium, Hedeia, Nicedium. Id quidem in confeſſo eſt animi lætitiæ ſubjectam oportere eſſe ac-

μέγεθος ὑποκεῖσθαι δεῖ πράξεων, καὶ κάλλος ἔργων ἀξιολόγων, εἰ μέλλουσι μὴ διάκενοι μηδὲ ἀγεννεῖς καὶ κορασιώδεις, ἀλλ' ἐμβριθεῖς ἔσεσθαι καὶ βέβαιοι καὶ μεγαλοπρεπεῖς. Τὸ δὲ περὶ τοῦ πάθους εὐπαθείας ἐπαίρεσθαι ναυτῶν δίκην ἀφροδίσια ἀγόντων, καὶ μέγα φρονεῖν, ὅτι, " νόσῳ νοσῶν " ἀσκίτῃ τινὰς ἑστιάσεις φίλων συνῆγε, καὶ οὐκ ἐφθόνει τῆς προσαγωγῆς " τοῦ ὑγροῦ τῷ ὕδρωπι· καὶ, τῶν ἐσχάτων Νεοκλέους λόγων μεμνημένος " ἐτήκετο τῇ μετὰ δακρύων ἰδιοτρόπῳ ἡδονῇ," ταῦτα οὐδεὶς ἂν ὑγιαίνων F
εὐφροσύνας ἀληθεῖς ἢ χαρὰς ὀνομάσειεν· ἀλλὰ εἴ τις ἐστὶ καὶ ψυχῆς Σαρδιανὸς γέλως, ἐν τούτοις ἐστὶ τοῖς παραβιασμοῖς καὶ κλαυσιγέλωσιν. Εἰ δ' οὖν ταῦτα φήσει τις εὐφροσύνας καὶ χαράς, σκόπει τὰς ὑπερβολὰς τῶν ἡδονῶν ἐκείνων·

Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν· 1098

καὶ,

Οὗτός τοι Ῥώμας ὁ μέγας, ξένε, πατρίδος ἀστήρ·

καὶ,

Δίζω ἤ σε θεὸν μαντεύσομαι ἢ ἄνθρωπον.

Ὅταν δὲ λάβω τὰ Θρασυβούλου καὶ Πελοπίδου πρὸ ὀφθαλμῶν κατορθώματα, καὶ τὸν ἐν Πλαταιαῖς Ἀριστείδην, ἢ τὸν ἐν Μαραθῶνι Μιλτιάδην, ἐνταῦθα, κατὰ τὸν Ἡρόδοτον, ἐξείργομαι γνώμην εἰπεῖν, ὅτι τῷ πρακτικῷ βίῳ τὸ ἡδὺ πλέον ἢ τὸ καλόν ἐστιν. Μαρτυρεῖ δέ μοι καὶ Ἐπαμεινώνδας,

E. 5. Τὸ δὲ περὶ τοῦ] Forte, Τὸ δ' Ἐπικούρου, ut fere Xylander vertit.
F. 2. Σαρδιανὸς] Σαρδόνιος Schott. Anon. T. V. B.

tionum magnitudinem, et pulchritudinem facinorum memorabilium, ſi non vana, ignobilis, et puerilis, ſed ponderoſa debeat eſſe, ſtabilis, ac magnifica. Quod autem Epicurus ob ſuavem affectionem animo effertur nautarum inſtar Veneris feſtum agentium; et magni ſeſe facit, quod *morbo laborans aquæ utriculariæ convivia amicorum quædam inſtituerit, aquæ intercuti humorem ſuperinducere non inviderit, et extremorum Neoclis verborum recordatus ſua peculiaris modi voluptate cum lacrymis contabuerit*; hæc nemo ſanæ mentis vera gaudia appellaverit: ſed, ſi quis eſt animæ Sardonius riſus, is in hujuſmodi eſt violentis lætitiis ac permixtis fletu riſibus. Si quis tamen lætitiæ nomine iſta dignabitur, conſidera mihi excellentiam harum voluptatum:

Conſiliis noſtris laus eſt attonſa Laconum:

et,

Hic patriæ eſt, hoſpes, Romæ memorabile ſidus:

et,

Ambigo tene hominem, vel numen dicere par ſit.

Cum autem mihi ante oculos pono Thraſybuli et Pelopidæ illuſtria facta, et apud Platæas Ariſtidem, Miltiadem Marathone; ibi, ſecundum Herodotum ut loquar, cogor hanc proferre ſententiam, vitæ in agendo occupatæ plus voluptatis quam honeſti ineſſe. Teſtimonium mihi etiam

εἰπὼν, ὥς φασιν, ἥδιστον αὐτῷ γενέσθαι τὸ τοὺς γονεῖς ζῶντας ἐπιδεῖν τὸ ἐν
B Λεύκτροις τρόπαιον αὐτοῦ στρατηγοῦντος. Παραβάλωμεν οὖν τῇ Ἐπαμεινώνδου μητρὶ τὴν Ἐπικούρου, χαίρουσαν ὅτι τὸν υἱὸν ἐπεῖδεν εἰς τὸ κηπίδιον ἐνδεδυκότα, καὶ κοινῇ μετὰ τοῦ Πολυαίνου παιδοποιούμενον ἐκ τῆς Κυζικηνῆς ἑταίρας. Τὴν μὲν γὰρ Μητροδώρου μητέρα καὶ τὴν ἀδελφὴν, ὡς ὑπερέχαιρον ἐπὶ τοῖς γάμοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς πρὸς τὸν ἀδελφὸν ἀντιγραφαῖς, ἐκ τῶν βιβλίων δήπου δῆλόν ἐστιν. Ἀλλ' "ἡδέως τε βεβιωκέναι "καὶ βρυάζειν καὶ καθυμνεῖν τὸν αὐτῶν βίον" ἐκκραυγάζοντες λέγουσι. Καὶ γὰρ οἱ θεράποντες ὅταν Κρόνια δειπνῶσιν, ἢ Διονύσια κατ' ἀγρὸν ἄγωσι περιιόντες, οὐκ ἂν αὐτῶν τὸν ὀλολυγμὸν ὑπομείναις καὶ τὸν θόρυβον,
C ὑπὸ χαρμονῆς καὶ ἀπειροκαλίας τοιαῦτα ποιούντων καὶ φθεγγομένων,

Τί κάθη; καὶ, πίωμεν· οὐ καὶ σῖτα
Πάρεστιν, ὦ δύστηνε; μὴ σαυτῷ φθόνει.
Οἱ δ' εὐθὺς ἠλάλαξαν, ἐν δ' ἐκίρνατο
Οἶνος· φέρων δὲ στέφανον ἀμφέθηκέ τις·
Ὑμνεῖ δ' αἰσχρῶς κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης,
Ὁ Φοῖβος οὐ προσῳδά· τήν τε ἐναύλιον
Ὠθῶν τις ἐξέκλαξε σύγκοιτον φίλην.

Ἢ γὰρ οὐ τούτοις ἔοικε τὰ Μητροδώρου πρὸς τὸν ἀδελφὸν γράφοντος;

B. 5. καὶ ταῖς] καὶ addendum cenſuimus, ſententiæ cauſſa.
B. 7. τὸν αὐτῶν βίον] Sic A. B. E. Venet. 2. P. Mez. Xyl. verſ. Vulgo, τὸν αὐτὸν βίον. Harl. τὸν ἑαυτῶν βίον.
C. 2. Τί κάθη—φίλην] Continuam vulgo orationem, ſecundum Xyl. et Mez. in verſus diſtinximus. Libri nil in melius variant, niſi ὑμνεῖτο A. B. E. Venet. 1. P. Harl. Forte legendum, Τί γὰρ κάθη; πίωμεν· οὐ καὶ σῖτά σοι Πάρεστιν, ὦ δύστηνε; μὴ σαυτῷ φθόνει. Οἱ δ' εὐθὺς ἠλάλαξαν· ἐν δ' ἐκίρνατο Οἶνος· φέρων δὲ στέφανον ἀμφέθηκέ τις. Ὑμνεῖτο δ' αἰσχρῶς, κλῶνα πρὸς καλὸν δάφνης, Ὁ Φοῖβος οὐ προσῳδά· τήν τ' ἐναύλιον Ὠθῶν τις ἐξέκλησε σύγκοιτον φίλην.

Epaminondas præbet, qui *hoc ſibi*, ut fertur, *jucundiſſimum eveniſſe* dixit, *quod parentes ipſius viventes tropæum ipſo duce apud Leuctra erectum conſpexerunt.* Contendamus ergo cum Epaminondæ matre matrem Epicuri, gaudentem quod filius in hortulum ſeſe abdidit, et communi jure cum Polyæno meretrice Cyzicena ad ſobolem procreandam utitur. *Matrem* enim *et ſororem Metrodori nimio ob ejus nuptias gaudio fuiſſe evectas*, *item ob ſcriptam ab eo reprehenſionem fratris*, libri iſtorum abunde docent. At vociferando in clamorem erumpentes iſti homines produnt *ſuaviter ſe vixiſſe*, *florere*, *et vitam ſuam ſummis vehere laudibus.* Atqui item faciunt ſervi cum Saturnalia cœnant, aut Liberalia in agro vagantes celebrant, ululatum eorum et tumultus ferre non poſſis, præ gaudio et imperitia rerum pulchrarum talia agentium et loquentium:

Quid deſides? quin bibimus, et capimus cibos?
Sunt hæc, miſelle, in promtu: cur tibi invides?
Vocem ſtatim hi dedere: tum Bacchi liquor
Infunditur, et corona aliquis ornat caput;
Laurique pulchram ad frondem turpiter canit
Indigna Phœbo: januamque alius domus
Pulſam operiens, excludit caram conjugem.

Nonne vero horum ſimilia ſunt ea quæ ad fratrem

“ Οὐδὲν δεῖ σώζειν τοὺς Ἕλληνας, οὐδ' ἐπὶ σοφίᾳ στεφάνων παρ' αὐτῶν
“ τυγχάνειν, ἀλλ' ἐσθίειν καὶ πίνειν οἶνον, Τιμόκρατες, ἀβλαβῶς τῇ γαστρὶ
“ καὶ κεχαρισμένως.” Καὶ πάλιν που φησὶν ἐν τοῖς αὐτοῖς γράμμασιν, D
“ Ὡς καὶ ἐχάρην καὶ ἐθρασυνάμην ὅτι ἔμαθον παρὰ Ἐπικούρου ὀρθῶς γαστρὶ
“ χαρίζεσθαι” καὶ, “περὶ γαστέρα γὰρ, ὦ φυσιολόγε Τιμόκρατες, τὸ ἀγαθόν.”

ιζ'. Καὶ ἔωλον οἱ ἄνθρωποι τῆς ἡδονῆς τὸ μέγεθος, καθάπερ κέντρῳ καὶ διαστήματι, τῇ γαστρὶ περιγράφουσι. Λαμπρᾶς δὲ καὶ βασιλικῆς καὶ φρόνημα ποιούσης μέγα καὶ φῶς καὶ γαλήνην ἀληθῶς εἰς ἅπαντας ἀναχεομένην χαρᾶς, οὐκ ἔστι μετασχεῖν βίον ἀνέξοδον καὶ ἀπολίτευτον καὶ ἀφιλάνθρωπον καὶ ἀνενθουσίαστον εἰς τιμὴν καὶ χάριν ἀνειλομένους. Οὐ γάρ τι φαῦλον ἡ τύχη καὶ μικρὸν, οὐδὲ ἀγεννές ἐστιν, οὐδὲ ὥσπερ οἱ πολύποδες, ἄχρι τῶν ἐδωδίμων ἐκτείνει τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ ταύτην μὲν ὀξ- E
ύτατος ἀποκόπτει κόρος, ἀκαρὲς ὥρας μόριον· ἀκμασάντων δὲ πρὸς τὸ καλὸν ὁρμῶν καὶ τὴν ἐπὶ τῷ καλῷ τιμὴν καὶ χάριν,

Οὐκ ἔστιν αὐτῶν μέτρον ὁ τοῦ βίου χρόνος,

ἀλλὰ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἐπιδραττόμενον τὸ φιλότιμον καὶ φιλάνθρωπον, ἐξαμιλλᾶται ταῖς πράξεσιν καὶ ταῖς χάρισιν ἡδονὰς ἀμηχάνους ἐχούσαις,

D. 4. Καὶ ἔωλον] Legendum cum Amiot. Xyl. Mez. Καὶ ὅλον. Nisi forte aliud vitium lateat.
D. 9. τύχη] Immo ψυχὴ, Amiot. Xyl. Mez.
E. 1. ταύτην] Legendum, ταύτας.
E. 2. μόριον· ἀκμασάντων δὲ] Legendum, μόριον ἀκμασάσας· τῶν δὲ—.
E. 4. Οὐκ ἔστιν—χρόνος] Dictum hoc, ut versum, forte Menandri, distinxi a prosa oratione: ceterum addidi ὁ ex Harl. Item monuerunt Mez. et Reisk.
E. 6. ἡδονὰς ἀμηχάνους] Sic Harl. Vulgo, ἡδονὴν ἀμήχανον.

scribit Metrodorus? *Nihil attinet, O Timocrates, Græcis salutem parare, aut ob sapientiam ab iis coronas accipere; sed edere, et bibere vinum ita ut ventri non noceat, eique sit gratum.* Et rursum iisdem in literis scribit: *Gavisus sum vehementer, et ferocire cœpi, quod ab Epicuro didici recte ventri gratificari.* Et: *Nam, O naturæ indagator Timocrates, circa ventrem est bonum.*

XVII. Omnino autem isti homines totam voluptatem, ejusque magnitudinem, ventre quasi centro posito circumscribunt: splendida, et regali, ac magnitudinem animo, lumen, tranquillitatemque conferente voluptate, quæ vere gaudio totum perfundat hominem, non possunt frui; quippe qui vitam exitus expertem, a republica et humanitate alienam, et quæ nullo ad honorem elegantiamque cieatur instinctu, sibi delegerint. Enimvero animus res est minime iners aut exilis aut abjecta, neque cupiditates suas, quomodo polypi flagella sua, tantum usque ea quæ esui sunt extendit; sed has celerrime præcidit satietas posteaquam momentum temporis viguerunt. At impetus animi quibus ad pulchrum incitatur eique propositum honorem et gratiam, mensuram habent non vitæ tempus, sed totam æternitatem, quam attentans humanitatis et honoris studium complectitur, ad eam se extendit certatim pulchris actionibus elegantibusque factis voluptatem haben-

ἃς οὐδὲ φεύγοντες οἱ χρηστοὶ διαφεύγειν δύνανται, πανταχόθεν αὐτοῖς ἀπαντώσας καὶ περιεχομένας, ὅταν εὐφραίνωσι πολλοὺς εὐεργετοῦντες·

Ἐρχόμενον δ' ἀνὰ ἄστυ, θεὸν ὣς εἰσορόωσιν.

F Ὁ γὰρ οὕτω διαθεὶς ἑτέρους ὥστε καὶ χαίρειν καὶ γάννυσθαι, καὶ ποθεῖν ἅψασθαι καὶ προσαγορεῦσαι, δῆλός ἐστι καὶ τυφλῷ μεγάλας ἔχων ἐν
1099 ἑαυτῷ καὶ καρπούμενος ἡδονάς. Ὅθεν οὐδὲ κάμνουσιν ὠφελοῦντες, οὐδὲ ἀπαγορεύουσιν, ἀλλὰ τοιαύτας αὐτῶν ἀκούομεν φωνάς,

Πολλοῦ σε θνητοῖς ἄξιον τίκτει πατήρ·

καί,

Μή γε παυσώμεσθα δρῶντες εὖ βροτούς.

Καὶ τί δεῖ περὶ τῶν ἄκρως ἀγαθῶν λέγειν; Εἰ γάρ τινι τῶν μέσως φαύλων, μέλλοντι θνήσκειν, ὁ κύριος ἤτοι θεὸς ἢ βασιλεὺς ὥραν ἐπιδοίη μίαν, ὥστε χρησόμενον αὐτῇ πρὸς τὴν καλὴν πρᾶξιν ἢ πρὸς ἀπόλαυσιν εὐθὺς τελευτᾶν, τίς ἂν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ βούλοιτο μᾶλλον
B Λαΐδι συγγενέσθαι, καὶ πιεῖν οἶνον Ἀριούσιον, ἢ κτείνας Ἀρχίαν ἐλευθερῶσαι τὰς Θήβας; Ἐγὼ μὲν οὐδένα νομίζω. Καὶ γὰρ τῶν μονομάχων ὁρῶ τοὺς μὴ παντάπασι θηριώδεις, ἀλλ' Ἕλληνας, ὅταν εἰσιέναι μέλλωσι, προκειμένων πολλῶν ἐδεσμάτων καὶ πολυτελῶν, ἥδιον ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ

E. 8. περιεχομένας] Forte, περιχεομένας.
A. 3. Πολλοῦ σε] Sic B. E. Venet. 2. Harl. P. Vulgo, Πολλοῖσι.
A. 8. χρησόμενον] Forte rectius, χρησάμενον Harl.
A. 8. τὴν καλὴν] τὴν aut delendum, aut mutandum in τινα.
B. 2. Θήβας] Sic Harl. Amiot. Xyl. Ceteri Ἀθήνας.

tibus immenſam; quam ne fugiendo quidem evitare poſſunt boni, undiquaque occurrentem ſibi et circumfuſam, cum lætitiam percipiunt ex eo quod multis benefecerint:

Hunc veluti numen, quacunque incedit in urbe,
Suſpiciunt cuncti.

Qui enim ſic alios afficit, ut et gaudeant eo viſo et exſultent, tangereque et compellare deſiderent, vel cæcus videat hunc magnas in ſe habere ac perfrui voluptates. Itaque etiam non defatigantur benefaciendo, neque animum deſpondent, ſed hujuſmodi eorum audiuntur voces;

Magni te pater pretii creat mortalibus:

item;

Non deſinamus bene mereri de hominibus.

Et quid opus eſt de ſumme bonis dicere? Si cuipiam mediocriter malorum jam morituro, poteſtatem vitæ et mortis habens ſive Deus ſive rex unam proroget horam, ut ea uſus vel ad honeſtum facinus vel ad fruitionem voluptatis, ſtatim vita decedat; quis iſto tempore mallet cum Laide concumbere, aut vinum bibere Ariuſium, quam Archia occiſo liberare Thebas? Equidem puto neminem. Nam gladiatores etiam video qui non plane ſunt belluini ſed Græci, in arenam intraturos, multis ac pretioſis propoſitis cibis, libentius

τὰ γύναια τοῖς φίλοις παρακαταπιθεμένους, καὶ τοὺς οἰκέτας ἐλευθεροῦντας, ἢ τῇ γαστρὶ χαριζομένους. Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ μέγα περὶ τὰς τοῦ σώματος ἡδονὰς κοινόν ἐστι δήπου τοῦτο τοῖς πρακτικοῖς πράγμασιν·

Καὶ γὰρ σῖτον ἔδουσιν, καὶ πίνουσιν αἴθοπα οἶνον,

καὶ μετὰ φίλων ἑστιῶνται, πολύ γε οἶμαι προθυμότερον ἀπὸ τῶν ἀγώνων καὶ C
τῶν ἔργων, ὡς Ἀλέξανδρος καὶ Ἀγησίλαος, καί, νὴ Δία, Φωκίων καὶ Ἐπαμεινώνδας, ἢ καθάπερ οὗτοι πρὸς πῦρ ἀλειψάμενοι, καὶ τοῖς φορείοις ἀτρέμα διασεισθέντες· ἀλλὰ καταφρονοῦσι τούτων ἐν ἐκείναις ταῖς μείζοσιν ὄντες. Τί γὰρ ἂν λέγοι τις Ἐπαμεινώνδαν, οὐκ ἐθελήσαντα δειπνεῖν, ὡς ἑώρα πολυτελέστερον τῆς οὐσίας τὸ δεῖπνον; ἀλλὰ εἰπόντα πρὸς τὸν φίλον, "Ἐγώ σε ᾤμην θύειν, οὐχ ὑβρίζειν." Ὅπου καὶ Ἀλέξανδρος ἀπεώσατο τῆς Ἄδας τοὺς μαγείρους, Αὐτος εἰπὼν ἔχειν ἀμείνονας ὀψοποιούς, πρὸς μὲν ἄριστον τὴν νυκτοπορίαν, πρὸς δὲ δεῖπνον τὴν ὀλιγαριστίαν· Φιλόξενον D
δὲ γράψαντα περὶ παίδων καλῶν, εἰ πριεῖται, μικρὸν ἐδέησε τῆς ἐπιτροπῆς ἀποστῆσαι· καίτοι τίνι μᾶλλον ἐξῆν; Ἀλλ', ὥσπερ φησὶν Ἱπποκράτης, "δυοῖν πόνων τὸν ἥττονα ὑπὸ τοῦ μείζονος ἀμαυροῦσθαι," καὶ τῶν ἡδονῶν τὰς σωματικὰς αἱ πρακτικαὶ καὶ φιλότιμοι τῷ χαίροντι τῆς ψυχῆς δι' ὑπερβολὴν καὶ μέγεθος ἐναφανίζουσι καὶ κατασβεννύουσιν.

B. 6. ἐπὶ μέγα] Legendum, εἴ τι μέγα cum Amiot. Xyl. Mez.
B. 7. πράγμασιν] Reiſk. et Xyl. verſ. probabiliter ἀνδράσιν.
C. 5. ὄντες] Sic Harl. Xyl. verſ. Mez. Vulgo, ὄντων.

iſto tempore mulierculas ſuas amicis commendare, et ſervos libertate donare, quam ventri gratificari. Imo ſi quid magnum habent voluptates corporis, commune id eſt iis qui in agendis rebus verſantur. Nam hi quoque

Veſcuntur Cerere et Lenæi rore rubentis,

et cum amicis convivia agitant: idque multo, ni fallor, alacrius, certaminibus et actionibus obitis, ut Alexander, ut Ageſilaus, ac mehercle Phocion et Epaminondas, quam hi ad ignem uncti, et lecticarum geſtatione ſenſim agitati. Verum illi has contemnunt voluptates, quia in majoribus iſtis ſunt. Quid enim referam noluiſſe cœnare Epaminondam, cum cœnam vidit quam pro re familiari ſumptuoſiorem, ac dixiſſe amico, *Putabam te ſacrificare, non inſolenter luxuriare.* Quando Alexander etiam Adæ coquos rejecit, *Meliores* inquiens *ſe obſoniorum conditores habere, nocturnum iter ad prandii, et hujus exilitatem ad cœnæ ſuavitatem:* et Philoxenum qui per epiſtolam emine vellet formoſos pueros interrogaret, parum abfuit quin procuratione commiſſa dejiceret: et vero cui magis licebat? Sed ſicut inquit Hippocrates, *e duobus doloribus minorem a majore obſcurari*; ſic voluptates etiam corporeæ a voluptatibus agendo et honeſti ſtudio partis ob animi lætitiam ingentem et incomparabilem oblitterantur et exſtinguuntur.

ιη'. Εἰ τοίνυν, ὥσπερ λέγουσι, τὸ μεμνῆσθαι τῶν προτέρων ἀγαθῶν μέγιστόν ἐστι πρὸς τὸ ἡδέως ζῆν, Ἐπικούρῳ μὲν οὐδ' ἂν εἷς ἡμῶν πιστεύσειεν, "ὅτι ταῖς μεγίσταις ἀλγηδόσι καὶ νόσοις ἐναποθνήσκων, ἀντιπαρεπέμπετο
E "τῇ μνήμῃ τῶν ἀπολελαυσμένων πρότερον ἡδονῶν." Εἰκόνα γὰρ ὄψεως ἐν βυθῷ συνταραχθέντι καὶ κλύδωνι μᾶλλον ἄν τις ἢ μνήμην ἡδονῆς διαμειδιῶσαν ἐν σφυγμῷ τοσούτῳ καὶ σπαραγμῷ σώματος ἐπινοήσειε. Τὰς δὲ τῶν πράξεων μνήμας οὐδεὶς ἂν οὐδὲ βουληθεὶς ἐκστήσειεν ἑαυτοῦ. Πότερον γὰρ ἢ πῶς οἷόν τε ἦν ἐπιλαθέσθαι τῶν Ἀρβήλων τὸν Ἀλέξανδρον, ἢ τοῦ Λεοντιάδου τὸν Πελοπίδαν, ἢ τῆς Σαλαμῖνος τὸν Θεμιστοκλέα; Τὴν μὲν γὰρ Μαραθῶνι μάχην ἄχρι νῦν Ἀθηναῖοι, καὶ τὴν ἐν Λεύκτροις Θηβαῖοι, καὶ, νὴ Δία, ἡμεῖς τὴν Δαϊφάντου περὶ Ὑάμπολιν ἑορτά-
F ζομεν, ὡς ἴστε, καὶ θυσιῶν καὶ τιμῶν ἡ Φωκὶς ἐμπέπλησται· καὶ οὐδείς ἐστιν ἡμῶν ἐφ' οἷς αὐτὸς βέβρωκεν ἢ πέπωκεν οὕτως ἡδόμενος, ὡς ἐφ' οἷς ἐκεῖνοι κατώρθωσαν. Ἐννοεῖν οὖν πάρεστι πόση τις εὐφροσύνη καὶ χαρὰ καὶ γηθοσύνη συνεβίωσεν αὐτοῖς τοῖς τούτων δημιουργοῖς, ὧν ἐν ἔτεσι πεντακοσίοις καὶ πλείοσιν οὐκ ἀποβέβληκεν ἡ μνήμη τὸ εὐφραῖνον. Καὶ μὴν ἀπὸ δόξης
1100 γίνεσθαι τὰς ἡδονὰς Ἐπίκουρος ὡμολόγει. Τί δὲ οὐκ ἔμελλεν αὐτὸς οὕτως σπαργῶν περιμανῶς καὶ σφαδάζων πρὸς δόξαν, ὥστε μὴ μόνον ἀπολέγεσθαι τοὺς καθηγητάς, μηδὲ Δημοκρίτῳ τῷ τὰ δόγματα ῥήμασιν αὐτοῖς ὑφαιρου-

A. 1. τὰς ἡδονὰς] Sic Harl. Vulgo, τινας.
A. 3. Δημοκρίτῳ] Sic Xyl. verſ. Mez. Menag. ad Diog: Laert. X, 14. Vulgo, Δημοκράτει.
A. 3. ὑφαιρουμένῳ] Lego, ὑφηγουμένῳ. Poterat etiam corrigi—Δημοκρίτῳ τὰ δόγματα—ὑφαιρούμενος. Illud præſtat.

XVIII. Quod ſi ergo, ut aiunt, *memoria priſtinorum bonorum maxime facit ad jucunditatem vitæ*; Epicuro quidem nemo, puto, noſtrum fidem habebit, *eum inter maximos dolores et graviſſimis in morbis animam agentem recreatum fuiſſe memoria perceptarum olim voluptatum.* Imaginem enim viſus in profundo conturbato et fluctu facilius aliquis animo concipiat, quam voluptatis memoriam renidentem in tanta corporis exagitatione atque laniatione. Memoriam vero actionum nemo, ne ſi id conetur quidem, poteſt amoliri a ſe. An enim, aut quomodo Arbelorum Alexander oblitus fuiſſet, aut Pelopidas Leontiadæ, aut Salaminis Themiſtocles? Marathoniam enim pugnam hodieque Athenienſes, Leuctricam Thebani celebrant; et nos Daiphanti apud Hyampolin, ut noſtis, celebramus ſolenniter, ſacrificiiſque et honoribus Phocis repletur: neque quiſquam noſtrum cibo et potu quibus veſcitur ita delectatur, ut eorum rebus geſtis. Exiſtimare licet quanta in lætitia gaudioque et hilaritate ii vixerint, qui horum auctores fuerunt facinorum; cum memoria quingentis et amplius annorum delectationem non amiſerit. Porro *a gloria etiam quaſdam proficiſci voluptates* Epicurus fatetur. Qui vero non hoc faceret? ita inſano flagrans atque æſtuans gloriæ ſtudio, ut non modo negaret *ullis ſe uſum præceptoribus*, et cum Democrito, cujus de-

μὲν ζυγομαχεῖν περὶ συλλαβῶν καὶ κεραιῶν· "σοφὸν δὲ μηδένα" φάναι "πλὴν αὐτοῦ γεγονέναι" ἐπὶ τῶν μαθητῶν· ἀλλὰ γράφειν ὡς "Κολώτης "μὲν αὐτὸν φυσιολογοῦντα προσκυνήσειεν γονάτων ἀψάμενος· Νεοκλῆς "δὲ ὁ ἀδελφὸς εὐθὺς ἐκ παίδων ἀποφαίνοιτο μηδένα σοφώτερον Ἐπι-"κούρου γεγονέναι μηδὲ εἶναι· ἡ δὲ μήτηρ ἀτόμους ἔχειν ἐν αὐτῇ τοσαύτας, "οἵας συνελθούσας σοφὸν ἂν ἐγγεννῆσαι;" Εἶτα οὐχ ὥσπερ Καλλικρατίδης B ἔλεγε τὸν Κόνωνα μοιχεύειν τὴν θάλατταν, οὕτως ἄν τις εἴποι τὸν Ἐπίκουρον αἰσχρῶς καὶ κρύφα πειρᾷν καὶ παραβιάζεσθαι τὴν δόξαν, οὐ τυγχάνοντα φανερῶς, ἀλλὰ ἐρῶντα καὶ κατατεινόμενον; Ὥσπερ γὰρ ὑπὸ λιμοῦ τὰ σώματα τροφῆς μὴ παρούσης ἀναγκάζεται παρὰ φύσιν ὑφ' αὑτῶν τρέφεσθαι, τοιοῦτον ἡ φιλοδοξία ποιεῖ κακὸν ἐν ταῖς ψυχαῖς, ὅταν ἐπαίνου πεινῶντες παρ' ἑτέρου μὴ τυγχάνωσιν, αὐτοὺς ἐπαινεῖν.

ιθ'. Ἀλλ' οἵγε πρὸς ἔπαινον καὶ δόξαν οὕτως ἔχοντες, ἆρα οὐχ ὁμολογοῦσι μεγάλας ἡδονὰς προΐεσθαι, δι' ἀσθένειαν ἢ μαλακίαν φεύγοντες ἀρχάς, ἢ πολιτείας, καὶ φιλίας βασιλέων, ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καλὰ εἰς C τὸν βίον γίνεσθαι ἔφη Δημόκριτος; Οὐ γὰρ ἄν τινα πείσειεν ἀνθρώπων ὅτι τὴν Νεοκλέους μαρτυρίαν καὶ τὴν Κολώτου προσκύνησιν ἐν τοσούτῳ λόγῳ τιθέμενος καὶ ἀγαπῶν, ὡς οὐκ ἄν, ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κροτηθεὶς Ὀλυμπιάσιν, ἐξεμάνη καὶ ἀνωλόλυξεν, μᾶλλον δὲ ὅπως ὑπὸ χαρᾶς ἤρθη, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,

B. 7. παρ' ἑτέρου] Forte, παρ' ἑτέρων.
C. 4. ὡς οὐκ ἂν] ὡς delendum.
C. 5. μᾶλλον δὲ ὅπως] Legendum, μᾶλλον δὲ ὅλως.

creta totidem verbis ſuffuratur, altercaretur de ſyllabis et apicibus; ac præſentibus diſcipulis diceret, *nullum extitiſſe ſapientem extra ſe:* ſed ſcriberet etiam, *ſibi, cum explicaret naturam rerum, ad genua accidiſſe ſuppliciterque ea tetigiſſe Coloten; Neoclen autem fratrem ſtatim a puero pronunciaviſſe, neminem Epicuro ſapientiorem unquam fuiſſe; matrem quoque ſuam in ſe tot tantaſque habuiſſe atomos, quarum congreſſu ſapiens ederetur.* Non igitur ſicut Callicratidas aiebat Cononem mare adulterare, ita jure aliquis dixerit Epicurum turpiter ac furtim captare gloriam, vique in eam ſe ingerere, cum palam ea non potiatur, ſed amet tamen ac torqueatur amore? Sicut enim præ fame corpora cibo deſtituta coguntur contra naturam ex ſeipſis alimentum petere; ita ambitio hoc mali in animis ingenerat, ut laudum avidi, quando ab aliis eæ non conferuntur, ipſi ſeſe laudent.

XIX. Ceterum qui hoc modo ſunt erga laudem et gloriam affecti, nonne fatentur ſe magnas dimittere voluptates, dum ob imbecillitatem vel mollitiem fugiunt magiſtratus, reipublicæ gubernationem, amicitias regum; quibus a rebus *magna bona vitæ proficiſci* dixit Democritus? Nemini enim homini perſuaſerit Epicurus, ſe, qui Colotæ adorationem et Neoclis teſtimonium tanti feciſſet, ſi a Græcis Olympiæ publico exciperetur plauſu, non inſaniturum præ gaudio et ululatum fuiſſe editurum; ac non potius ita præ lætitia ſe elaturum,

Γραίας ἀκάνθης πάππος ὣς φυσώμενος.

Εἴ γε μὴν τὸ εὐδοξεῖν ἡδὺ, τὸ ἀδοξεῖν δήπου λυπηρόν· ἀδοξότερον δὲ ἀφιλίας, ἀπραξίας, ἀθεότητος, ἡδυπαθείας, ὀλιγωρίας οὐδέν ἐστι. Ταῦτα
D δὲ πάντες ἄνθρωποι, πλὴν αὐτῶν ἐκείνων, τῇ αἱρέσει προσεῖναι νομίζουσιν. Ἀδίκως· φησί τις; Ἀλλὰ τὴν δόξαν, οὐ τὴν ἀλήθειαν, σκοποῦμεν. Καὶ βιβλία μὲν μὴ λέγωμεν, μηδὲ ψηφίσματα βλάσφημα πόλεων, ὅσα γέγραπται πρὸς αὐτούς· φιλαπεχθῆμον γάρ. Εἰ δὲ χρησμοὶ καὶ μαντικὴ, καὶ θεῶν Πρόνοια, καὶ γονέων πρὸς ἔκγονα στοργὴ καὶ ἀγάπησις, καὶ πολιτεία, καὶ ἡγεμονία, καὶ τὸ ἄρχειν, ἔνδοξόν ἐστι καὶ εὐκλεὲς, οὕτως ἀνάγκη τοὺς λέγοντας ὡς "οὐ δεῖ σώζειν τοὺς Ἕλληνας, ἀλλ' ἐσθίειν καὶ πίνειν ἀβλαβῶς "τῇ γαστρὶ καὶ κεχαρισμένως," ἀδοξεῖν καὶ κακοὺς νομίζεσθαι· νομιζομένους δὲ τοιούτους, ἀνεῖσθαι καὶ ζῆν ἀτερπῶς, εἴ γε δὴ τὸ καλὸν ἡδὺ καὶ τὴν εὐδοξίαν ἡγοῦνται.

E κ'. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Θέωνος, ἐδόκει καταπαῦσαι τὸν περίπατον, καὶ, καθάπερ εἰώθειμεν, ἐπὶ τῶν βάθρων καθεζόμενοι, πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἦμεν σιωπῇ χρόνον οὐ πολύν. Ὁ γὰρ Ζεύξιππος ἀπὸ τῶν εἰρημένων ἐννοήσας, Τίς, ἔφη, τὰ λειπόμενα τῷ λόγῳ προσαποδίδωσι; καὶ γὰρ οὔπω προσῆκον ἔχει τέλος· αὐτὸς ἄρτι μαντικῆς μνησθεὶς καὶ Προνοίας ὑποβέ-

D. 9. ἀνεῖσθαι] Legendum videtur ἀνιᾶσθαι, cum Amiot. Xyl. Mez. conſequenter, proximum ἀπρεπῶς in ἀτερπῶς mutavi cum Harl. ut jam Reiſk. monuerat.

D. 9. εἴ γε δὴ—ἡγοῦνται.] Legendum, εἴ γε δὴ τὸ καλὸν ἡδὺ, καὶ τὴν εὐδοξίαν καλὸν ἡγοῦνται.

E. 5. τέλος—ταῦτα γὰρ] Leniſſima adhuc videtur medicina, τέλος, αὐτὸς ἄρτι μαντικῆς μνησθεὶς καὶ Προνοίας. Ἀποβεβληκότες γὰρ ταῦτα—. Itaque verti.

Inflata ceu veteris lanugo cardui,

ut eſt apud Sophoclem. Quod ſi dulce eſt gloria eſſe præditum; nimirum moleſtum erit eſſe inglorium. Atqui nihil eſt ab omni gloria alienius, quam amicis, actionibuſque carere, Deum nullum putare, ſoli vacare voluptati, omnes res negligere: quæ quidem omnes, ipſis exceptis, homines Epicureorum ſectæ tribuunt. Dicat aliquis, *Immerito hoc*. Atqui non veritas hic, ſed fama ſpectatur. Et ſane libros ac decreta maledica civitatum contra Epicureos ſcripta non proferemus; odioſum enim hoc fuerit. Sed profecto ſi oracula, divinatio, Deorum Providentia, parentum in prolem innatus amor et dilectio, ſi reipublicæ adminiſtratio, principatus, magiſtratus, hæc, inquam, ſi cum gloria et laude ſunt conjuncta; eos qui dicunt *non eſſe ſalutem Græcis parandam, ſed edendum bibendumque, ita ut ventri neque noceat et ſit gratum*, neceſſe eſt infamia laborare, maloſque exiſtimari: et cum tales habeantur, dolore affici, et vitam vivere turpem; ſiquidem dignitatem et gloriam pro re jucunda putant.

XX. Hæc locuto Theone, placuit finem deambulandi facere, et, pro more noſtro, in ſubſellis conſidentes, dictaque conſiderantes, ſilentium tenuimus non diuturnum. Zeuxippus enim injecta e dictis cogitatione, Quis, inquit, reliquam orationis partem abſolvet? nondum enim ſuo fine concluſa eſt, cum modo divinationis et Providentiæ intulerit mentionem: *quibus abjectis*, Epicurei

ἀφῆκε· ταῦτα γὰρ οὐχ ἥκιστά φασιν οἱ ἄνδρες ἡδονὴν καὶ γαλήνην καὶ
θάρσος αὐτοῖς παρασκευάζειν εἰς τὸν βίον· ὥστε δεῖ τι λεχθῆναι καὶ περὶ
τούτων. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἀριστόδημος, Ἀλλὰ περὶ ἡδονῆς μὲν εἴρηται
σχεδὸν, εἶπεν, ὡς εὐτυχῶν καὶ κατορθῶν ὁ λόγος αὐτῶν φόβον ἀφαιρεῖ τινα F
καὶ δεισιδαιμονίαν, εὐφροσύνην δὲ καὶ χαρὰν ἀπὸ τῶν θεῶν οὐκ ἐνδίδωσιν·
ἀλλ' οὕτως ἔχειν ποιεῖ πρὸς αὐτοὺς τῷ μὴ ταράττεσθαι μηδὲ χαίρειν,
ὡς πρὸς τοὺς Ὑρκανοὺς ἢ Σκύθας ἔχομεν, οὔτε χρηστὸν οὐθὲν οὔτε φαῦλον 1101
ἀπ' αὐτῶν προσδοκῶντες. Εἰ δὲ δεῖ προσθεῖναί τι τοῖς εἰρημένοις, ἐκεῖνό
μοι δοκῶ λήψεσθαι παρ' αὐτῶν πρῶτον, ὅτι τοῖς ἀναιροῦσι λύπας καὶ
δάκρυα καὶ στεναγμοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων τελευταῖς, μάχονται, καὶ λέ-
γουσι "τὴν εἰς τὸ ἀπαθὲς καθεστῶσαν ἀλυπίαν ὑφ' ἑτέρου κακοῦ μείζονος
"ὑπάρχειν, ὠμότητος ἢ δοξοκοπίας ἀκράτου καὶ λύσσης· διὸ πάσχειν τι
"βέλτιον εἶναι, καὶ λυπεῖσθαι, καὶ, νὴ Δία, λιπαίνειν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τή-
"κεσθαι" καὶ ὅσα δὴ παθαινόμενοι καὶ γράφοντες, ὑγροί τινες εἶναι καὶ
φιλικοὶ δοκοῦσι. Ταῦτα γὰρ ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς Ἐπίκουρος εἴρηκε, καὶ B
περὶ τῆς Ἡγησιάνακτος τελευτῆς, πρὸς Δοσίθεον γράφων τὸν πατέρα,
καὶ Πύρσωνα τὸν ἀδελφὸν τοῦ τεθνηκότος. Ἔναγχος γὰρ κατὰ τύχην τὰς
ἐπιστολὰς διῆλθον αὐτοῦ. Καὶ λέγω μιμούμενος, ὡς οὐχ ἧττόν ἐστι κακὸν

F. 1. εὐτυχῶν—εὐφροσύνην δὲ] Forte, εἰ τυχὸν—εὐφροσύνην γε. Senſum in verſione expreſſimus.
A. 1. ἢ Σκύθας] Hæc eſt Xylandri emendatio confirmata a Mez. Vulgo, ἰχθῦς. Gr. Lat. poſtrema, ἢ χυθάς.
A. 5. ὑφ' ἑτέρου] Forte delendum ὑφ'.
A. 7. νὴ Δία, λιπαίνειν] Sic Harl. Mez. Vulgo, μὴ διαλιπαίνειν.

aiunt *ſe non minimum conferre momentum ad voluptatem, tranquillitatem, et fiduciam vitæ.* Itaque etiam de his dicendum eſt aliquid. Ariſtodemus ſub hæc ita locutus eſt : De voluptate quidem fere dictum eſt, Epicureorum rationem, ſi forte id conſequatur quod habet propoſitum, metum quidem auferre quendam et ſuperſtitionem, nullam tamen lætitiæ et gaudii Deorum cauſſa concipiendi præbere materiam ; ſed facere ut ita ſimus erga eos affecti neque timendo neque gaudendo, quomodo ſumus erga Hyrcanos aut Scythas affecti, neque boni ab iis quicquam neque mali exſpectantes. Si quid autem addendum eſt dictis, id ab ipſis ſumemus. Primum eſt hoc, quod dolores, lacrymas, et gemitus in morte eorum qui cari fuerunt excludentibus repugnant, dicuntque *indolentiam quæ affectionum vacuitatem efficit, a majori malo proficiſci, crudelitate nimirum aut immoderata arrogantia et rabie* ; *itaque præſtare affici, mœrere, oculos rigare, flendoque tabeſcere*, et quæ alia ſunt affectuum genera, quibus indulgentes et laudem ſcribendo tribuentes Epicurei volunt molles et ſuorum ſtudioſi videri. Hæc enim Epicurus cum aliis multis locis tradidit, tum in ſcripto *ſuper morte Hegeſianactis ad patrem ejus Doſitheum, et fratrem mortui Pyrſonem.* Nuper enim forte fortuna has epiſtolas perlegi. Ego autem ipſorum dicendi formulam imitans contra dico, opinio-

ἀθεότης ὠμότητος καὶ δοξοκοπίας, εἰς ἣν ἄγουσιν ἡμᾶς οἱ τὴν χαρὰν ἐκ τοῦ θεοῦ μετὰ τῆς ὀργῆς ἀναιροῦντες. Βέλτιον γὰρ ἐνυπάρχειν τι καὶ συγκεκρᾶσθαι τῇ περὶ θεῶν δόξῃ κοινὸν αἰδοῦς καὶ φόβου πάθος, ἤ που τοῦτο
C φεύγοντας, μήτε ἐλπίδα, μήτε χάριν ἑαυτοῖς, μήτε θάρσος ἀγαθῶν παρόντων, μήτε τινὰ δυστυχοῦσιν ἀποστροφὴν πρὸς τὸ θεῖον ἀπολείπεσθαι.

κα'. Δεῖ μὲν γὰρ ἀμέλει τῆς περὶ θεῶν δόξης, ὥσπερ ὄψεως λήμην, ἀφαιρεῖν τὴν δεισιδαιμονίαν· εἰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον, μὴ συνεκκόπτειν, μηδὲ τυφλοῦν τὴν πίστιν ἣν οἱ πλεῖστοι περὶ θεῶν ἔχουσι. Αὕτη δέ ἐστιν οὐ φοβερά τις, οὐδὲ σκυθρωπή, καθάπερ οὗτοι πλάττουσιν, διαβάλλοντες τὴν Πρόνοιαν, ὥσπερ παισὶν ἐμπίπτουσαν, ἢ ποινὴν ἀλιτηριώδη καὶ τραγικὴν ἐπιγεγραμμένην. Ἀλλ' ὀλίγοι μὲν τῶν ἀνθρώπων δεδίασι τὸν θεὸν, οἷς
D οὐκ ἄμεινον μὴ δεδιέναι· δεδιότες γὰρ ὥσπερ ἄρχοντα χρηστοῖς ἤπιον, ἀπεχθῆ δὲ φαύλοις, ἑνὶ φόβῳ δι' ὃν οὐ δέουσι πολλῶν ἐλευθερούντων ἐπὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ παρ' αὑτοῖς ἀτρέμα τὴν κακίαν ἔχοντες οἷον ἀπομαραινομένην, ἧττον ταράττονται τῶν χρωμένων αὐτῇ καὶ τολμώντων, εἶτα εὐθὺς δεδιότων καὶ μεταμελομένων. Ἡ δὲ τῶν πολλῶν καὶ ἀμαθῶν οὐ πάνυ μοχθηρῶν διάθεσις πρὸς τὸν θεὸν ἔχει μὲν ἀμέλει τῷ σεβομένῳ

B. 5. χαρὰν] Legendum χάριν, cum Amiot.
B. 7. κοινὸν] Sic omnino legendum, cum Amiot. et Xyl. Vulgo, καινόν.
C. 7. ἐμπίπτουσαν—ἐπιγεγραμμένην] Prius in ἔμπουσαν mutandum cum Amiot. Reifk. Lennep. ad Phal. p. 150. In pofteriore vel interpretando vel emendando, nec meæ mihi nec aliorum rationes adhuc fatisfecerunt.
D. 2. ἑνὶ φόβῳ—ἀδικεῖν] Probo correctionem Amiot. Mez. Reifk. ἑνὶ φόβῳ, δι' ὃν οὐ δέουσι πολλῶν, ἐλευθεροῦνται ἀπὸ τοῦ ἀδικεῖν.

nem quæ Deorum naturæ eft adverfa non minus effe immanitate et ambitione malum; quam ad opinionem ii nos ducunt, dum et gratiam et iram e divina natura tollunt. Præftat enim infitam effe opinioni de Deo et contemperatam affectionem quandam mixtam e verecundia et metu, quam, hoc dum fugimus, neque fpem nobis, neque gratiam, neque fiduciam bonis præfentibus, neque rebus adverfis refugium ad eum relinquere.

XXI. Oportet omnino opinioni de Diis fuperftitionem, tanquam oculo lemam, adimere: quod fieri fi non poffit, non eft una cum fuperftitione excidenda aut excæcanda fides, quam de Diis plerique habent. Ea autem non eft horribilis quædam aut tetrica perfuafio, qualem ifti fingunt, calumnia Providentiam impetentes, quæ hominibus tanquam pueris larva ingruat, aut Furia tragica fcelerum vindex. Verum pauci homines Deum ita timent, ut non præftet non metuiffe. Qui autem eum timent ut principem bonis benignum, malis infeftum, per unum illum metum, per quem non opus habent pluribus, a peccando liberantur, ipfi intra fe continent malitiam fenfim contabefcentem, itaque minus animo conturbantur, quam qui ei indulgent audentque fcelera, ac ftatim deinde metu et pœnitentia corripiuntur. Plerorumque vero et indoctorum, neque penitus tamen pravorum hominum, de Deo fenfus, habet

καὶ τιμῶντι μεμιγμένον τινὰ σφυγμὸν καὶ φόβον, ἢ καὶ δεισιδαιμονία κέκληται· μυριάκις δὲ μεῖζόν ἐστι καὶ πλέον αὐτῇ τὸ εὔελπι καὶ περιχαρὲς, καὶ πᾶσαν εὐπραξίας ὄνησιν ὡς ἐκ θεῶν οὖσαν εὐχομένην καὶ δεχομένην. Δῆλον δὲ τεκμηρίοις τοῖς μεγίστοις· οὔτε γὰρ διατριβαὶ τῶν ἐν E
ἱεροῖς, οὔτε καιροὶ τῶν ἑορτασμῶν, οὔτε πράξεις οὔτε ὄψεις εὐφραίνουσιν ἕτεραι μᾶλλον ὧν ὁρῶμεν ἢ δρῶμεν αὐτοὶ περὶ θεῶν, ὀργιάζοντες, ἢ χορεύοντες, ἢ θυσίαις παρόντες, ἢ τελεταῖς. Οὐ γὰρ ὡς τυράννοις τισὶν ἢ δεινοῖς κολασταῖς ὁμιλοῦσα τηνικαῦτα ἡ ψυχὴ περίλυπός ἐστι καὶ ταπεινὴ καὶ δύσθυμος, ὅπερ εἰκὸς ἦν· ἀλλ' ὅπου μάλιστα δοξάζει καὶ διανοεῖται παρεῖναι τὸν θεὸν, ἐκεῖ μάλιστα λύπας καὶ φόβους, καὶ τὸ φροντίζειν ἀπωσαμένη, τῷ ἡδομένῳ μέχρι μέθης καὶ παιδιᾶς καὶ γέλωτος ἀφίησιν ἑαυτήν. Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, ὡς ὁ ποιητὴς εἴρηκε, F

Καί τε γέρων καὶ γρηῦς, ἐπὴν χρυσῆς Ἀφροδίτης
Μνήσωνται, καί τοῖσιν ἐπηέρθη φίλον ἦτορ·

ἐν δὲ πομπαῖς καὶ θυσίαις οὐ μόνον γέρων καὶ γρηῦς, οὐδὲ πένης καὶ ἰδιώτης, ἀλλὰ καὶ

Παχυσκελὴς ἀλετρὶς πρὸς μύλην κινουμένη,

καὶ οἰκότριβες καὶ θῆτες ὑπὸ γήθους καὶ χαρμοσύνης ἀναφέρονται. Πλουσίοις 1102

D. 7. ἢ καὶ] Legendum, ᾗ καί.
E. 8. ἀφίησιν] Immo ἱφίησιν.
F. 1. Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς] Distinxi continuata vulgo antecedentibus. Corrigendum etiam, Ἐν μὲν γὰρ τοῖς ἐρωτικοῖς—.
F. 6. Παχυσκελὴς—κινουμένη] Ut poetæ dictum, disjunximus a reliqua oratione.

is quidem cultui et honori permixtum quendam tremorem et timorem unde *metus Deorum* seu *superstitio* vocatur: innumeris vero modis antecellit bonæ spei copia, gaudii abundantia, omnisque prosperitatis, ut a Diis proficiscentis, votis atque exspectatione. Quod ipsum maximis ac certissimis ostenditur signis. Nam neque commorationes aliæ magis quam eæ quæ in templis fiunt, neque tempora quam dies festi, neque actiones aut spectacula alia magis nos delectant, quam ea quæ ipsi facimus et cernimus orgia agentes, aut choros ducentes, aut sacrificiis mysteriisve vacantes. Non enim tunc animus in mœrore est, non languet, neque ei ægre est; quod futurum erat, si cum tyrannis se aut atrocibus vindicibus agere putaret: sed ubi maxime opinatur ac ratiocinatur Deum adesse, ibi potissimum doloribus, metu, curisque repudiatis, delectationi usque ad ebrietatem, risum, jocumque indulget. In re quidem amatoria, ut dixit poeta,

Annosum Cytherea virum, vetulamque suävi
Lætitia quandoque implet repetita trementem:

at in pompis et sacrificiis non vir modo senex aut anus, non pauper duntaxat et plebeius, sed et

Ancilla suras crassa in pistrino molens,

et vernæ et mercenarii gaudio lætitiaque efferuntur. Divitibus et regibus convivia sunt, et vi-

τε καὶ βασιλεῦσιν ἑστιάσεις καὶ πανδαισίαι τινὲς πάρεισιν· αἱ δ' ἐφ' ἱεροῖς καὶ θυηπολίαις, καὶ ὅταν ἔγγιστα τοῦ θείου τῇ ἐπινοίᾳ ψαύειν δοκῶσι, μετὰ τιμῆς καὶ σεβασμοῦ πολὺ διαφέρουσαν ἡδονὴν καὶ χάριν ἔχουσιν. Ταύτης οὐδὲν ἀνδρὶ μέτεστιν ἀπεγνωκότι τῆς Προνοίας. Οὐ γὰρ οἴνου πλῆθος, οὐδὲ ὄπτησις κρεῶν τὸ εὐφραῖνόν ἐστιν ἐν ταῖς ἑορταῖς, ἀλλὰ καὶ ἐλπὶς
B ἀγαθὴ καὶ δόξα τοῦ παρεῖναι τὸν θεὸν εὐμενῆ, καὶ δέχεσθαι τὰ γινόμενα κεχαρισμένως. Αὐλὸν μὲν γὰρ ἑτέρων ἑορτῶν καὶ στέφανον ἀφαιροῦμεν, θεοῦ δὲ θυσίᾳ μὴ παρόντος, ὥσπερ ἱερὸν δοχῆς, ἄθεόν ἐστι καὶ ἀνεόρταστον καὶ ἀνενθουσίαστον τὸ λειπόμενον, μᾶλλον δὲ ὅλον ἀτερπὲς αὐτῷ καὶ λυπηρόν· ὑποκρίνεται γὰρ εὐχὰς καὶ προσκυνήσεις, οὐθὲν δεόμενος, διὰ φόβον τῶν πολλῶν, καὶ φθέγγεται φωνὰς ἐναντίας οἷς φιλοσοφεῖ· καὶ θύων μὲν ὡς μαγείρῳ παρέστηκε τῷ ἱερεῖ σφάττοντι, θύσας δὲ, ἄπεισι λέγων τὸ Μενάνδρειον,

Ἔθυον οὐ προσέχουσιν οὐδέν μοι θεοῖς·

οὕτω γὰρ Ἐπίκουρος οἴεται δεῖν σχηματίζεσθαι, καὶ μὴ φθονεῖν μηδὲ ἀπεχθά-
C νεσθαι τοῖς πολλοῖς, οἷς χαίρουσιν ἕτεροι πράττοντες, αὐτοὶ δυσχεραίνοντες·

Πᾶν γὰρ ἀναγκαῖον πρᾶγμ' ἀνιηρὸν ἔφυ,

A. 2. πάρεισιν] Recte Mez. corrigit, πάρεισιν ἀεί· αἱ δ' ἐφ'.
B. 2. ἑτέρων] Quidvis legendum quam hoc: vel cum Mez. τινῶν: vel cum Reiſkio optionem præbente, ἐνίων, aut ἔστιν ὧν, ἕτεροι ἑτέρων.
B. 3. δοχῆς] Forte, εὐχῆς.
B. 4. ὅλον] Malim, ὅλως.
B. 8. τὸ Μενάνδρειον—θεοῖς] Vulgo continua erant ita: Τὸ μὲν ἀνδρεῖον ἔθυον οὐ πρ. οὐδ. μ. θ. In eandem inciderunt correctionem Mez. Reiſk. Valckenar. Diatrib. Eurip. p. 284.
C. 1. πολλοῖς, οἷς χαίρουσιν] Ita diſtinxi, addito οἷς ex Harl.

ſcerationes quædam publicæ; ſed multo majorem iis voluptatem ac delectationem ſacrificia et ſolennitates præbent, ubi cum veneratione et cultu proxime animo ad Deos accedere videntur. At enim in nullam hujus voluptatis partem venit, qui de Providentia ſpem opinionemque abjecit. Non enim vini copia, aut carnium aſſatio id eſt quod in ſacrificiis delectat; ſed bona ſpes atque ſententia de præſentia Dei propitii, et qui grata habeat ea quæ fiunt. Sunt quædam ſacrificia, quibus fiſtulæ et ſerta adimuntur. Sacrificium Deo non præſente, tanquam ſolennitas convivii expers, reliqua habet impia, feſtivitatis et inſtinctus divini expertia; imo plane totum inſuave et moleſtum Epicureo relinquitur. Simulat enim ſe adorare et vota facere, non quod ſibi his rebus aliquid quærat, ſed metu multitudinis impulſus; voceſque contrarias his quas inter philoſophandum ederet, pronunciat; ac ſacrificans quidem mactanti ſacrificulo tanquam coquo adſiſtit: operatus autem ſacris diſcedit, inquiens illud Menandri,

Rem ſacram inutiliter feci; neque enim Diis
De me ulla cura eſt:

ſic enim Epicurus cenſet, *ſacrificantem debere ſe componere, neque invidere aut infenſum eſſe vulgo hominum, ea, quæ alii gaudentes agunt, ipſi moleſte ferentes,*

Quod facere eſt etenim cunque neceſſe, grave eſt,

κατὰ τὸν Εὔηνον. Ἤ, καὶ τοὺς δεισιδαίμονας οὐ χαίροντας, ἀλλὰ φοβουμένους οἴονται θυσίαις καὶ τελεταῖς ὁμιλεῖν, μηθὲν ἐκείνων αὐτοὶ διαφέροντες, εἴτε διὰ φόβον τὰ αὐτὰ δρῶσιν, οὐδ' ἐλπίδος χρηστῆς ὅσον ἐκεῖνοι μεταλαγχάνοντες, ἀλλὰ μόνον δεδιότες καὶ ταραττόμενοι μὴ φανεροὶ γένωνται τοὺς πολλοὺς παραλογιζόμενοι καὶ φενακίζοντες· ἐφ' οὓς καὶ τὰ περὶ θεῶν καὶ θειότητος αὐτοῖς βιβλία συντέτακται,

Ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν ὑγιὲς, ἀλλὰ πᾶν πέριξ

ἐπαμπεχομένοις, καὶ ἀποκρυπτομένοις διὰ φόβον ἃς ἔχουσι δόξας. D

κβ΄. Καὶ μὴν μετά γε τοὺς πονηροὺς καὶ τοὺς πολλοὺς τρίτον ἤδη σκεψώμεθα, τὸ βέλτιον ἀνθρώπων καὶ θεοφιλέστατον γένος, ἐν ἡλίκαις ἡδοναῖς καθαραῖς περὶ θεοῦ δόξης συνόντες, ὡς πάντων μὲν ἡγεμὼν ἀγαθῶν, πάντων δὲ πατὴρ καλῶν ἐκεῖνός ἐστι, καὶ φαῦλον οὐδὲν ποιεῖν αὐτῷ θέμις, ὥσπερ οὐδὲ πάσχειν. Ἀγαθὸς γάρ ἐστι, ἀγαθῷ δὲ περὶ οὐδενὸς ἐγγίνεται φθόνος, οὔτε φόβος, οὔτε ὀργὴ, ἢ μῖσος· οὔτε γὰρ θερμοῦ τὸ ψύχειν, ἀλλὰ τὸ θερμαίνειν, ὥσπερ οὐδὲ ἀγαθοῦ τὸ βλάπτειν· ὀργὴ δὲ χάριτος, καὶ χόλος εὐμενείας, καὶ τοῦ φιλανθρώπου καὶ φιλόφρονος τὸ δυσμενὲς καὶ ταρακτικὸν, ἀπωτάτω τῇ φύσει τέτακται· τὰ μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ δυνάμεως, τὰ δὲ ἀσθενείας ἐστὶ καὶ φαυλότητος. Οὐ τοίνυν ὀργαῖς καὶ E

C. 4. εἴτε] Legendum εἴγε, cum Reisk.
D. 3. βέλτιον] Lego βέλτιστον, cum Mez.
D. 4. ἡδοναῖς—συνόντες] Probo correctionem Amiot. et Mez. ἡδοναῖς εἰσι, καθαραῖς περὶ θεοῦ δόξαις συνόντες.

inquit Evenus. Itaque etiam *superstitiosos* arbitrantur *sacris et mysteriis interesse non gaudentes, sed sibi timentes*: nihil ipsi iis meliore conditione, siquidem ob metum eadem agunt, neque tantum bonæ spei, quantum illi, animo concipiunt: id duntaxat animo perturbato metuentes, ne deprehendantur multitudinem hominum impostura circumvenientes. Adversus quam multitudinem ut sibi consulerent, libros etiam suos de Deo et divina natura composuerunt,

Cuncta involuta, distorta, et sani nihil:

sed in quibus suam opinionem metu adducti omnis generis tegumentis operiunt atque occultant.

XXII. Porro post malos et vulgus hominum, tertio loco consideremus hominum præstantius et Diis amicissimum genus quantis in voluptatibus degat de Deo pure sentiens; nimirum hunc omnium esse bonorum principem, omnium pulchrarum rerum parentem, neque fas eum aut agere aut pati mali quicquam. Bonus enim est, nec bono ullius rei vel invidia, vel metus, vel odium, vel ira subit. Ut enim caloris non est refrigerare, sed calefacere; ita boni quoque non est nocere. Iram porro a gratia, bilem a benignitate, ab humanitate et benevolentia malevolentiam ac tumultus animi, natura longissime dejunxit: cum altera virtutis sint ac potentiæ, altera imbecillitatis et vitii. Non igitur ira aut gratia numen

χάρισι συνέχεται τὸ θεῖον, ἀλλ' ὅτι μὲν χαρίζεσθαι καὶ βοηθεῖν πέφυκεν, ὀργίζεσθαι δὲ καὶ κακῶς ποιεῖν οὐ πέφυκεν. Ἀλλὰ ὁ μὲν μέγας ἐν οὐρανῷ Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, κάτω πρῶτος πορεύεται, διακοσμῶν πάντα καὶ ἐπιμελούμενος· τῶν δὲ ἄλλων θεῶν ὁ μέν ἐστιν Ἐπιδότης, ὁ δὲ, Μειλίχιος, ὁ δὲ, Ἀλεξίκακος· ὁ δὲ Ἀπόλλων

Κατεκρίθη θνατοῖς ἀγανώτατος ἔμμεν',

F ὡς ὁ Πίνδαρός φησι. Πάντα δὲ τῶν θεῶν, κατὰ τὸν Διογένην, καὶ κοινὰ τὰ τῶν φίλων, καὶ φίλοι τοῖς θεοῖς οἱ ἀγαθοί· καὶ τὸν θεοφιλῆ μή τι εὖ πράττειν, ἢ θεοφιλῆ εἶναι τὸν σώφρονα καὶ δίκαιον, ἀδύνατόν ἐστιν. Ἆρά
1103 γε δίκης ἑτέρας οἴεσθε δεῖσθαι τοὺς ἀναιροῦντας τὴν Πρόνοιαν, καὶ οὐχ ἱκανὴν ἔχειν, ἐκκόπτοντας ἑαυτῶν ἡδονὴν καὶ χαρὰν τοσαύτην, ὅση πάρεστι τοῖς οὕτω διακειμένοις πρὸς τὸ δαιμόνιον ἡμῖν; τῷ μὲν Ἐπικούρῳ καὶ Μητρόδωρος καὶ Πολύαινος καὶ Ἀριστόβουλος ἐκθάρσημα καὶ γῆθος ἦσαν, ὧν τοὺς πλείστους θεραπεύων νοσοῦντας, ἢ καταθρηνῶν ἀποθνήσκοντας διετέλεσε· Λυκοῦργος δὲ ὑπὸ τῆς Πυθίας προσαγορευθεὶς,

Ζηνὶ φίλος καὶ πᾶσιν ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν·

καὶ Σωκράτης οἰόμενος αὐτῷ τὸ δαιμόνιον διαλέγεσθαι ὑπὸ εὐμενείας,

E. 4. ἀλλ' ὅτι μὲν χαρίζεσθαι] Forte, ἀλλὰ χαρίζεσθαι μὲν—.
E. 6. Ζεὺς πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, κάτω] Interponendum duximus extremis his duobus vocibus dictum infra temere translatum, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, inter Πίνδαρος et φησί.
F. 3. ἢ θεοφιλῆ] Legendum cum Amiot. Xyl. Reisk. ἢ μὴ θεοφιλῆ.
A. 2. πάρεστι] Sic Amiot. Xyl. vers. Reisk. Omnes Graeci libri γάρ ἐστι.
A. 3. τῷ μὲν Ἐπικούρῳ] Legendum, Ἢ τῷ μὲν Ἐπικούρῳ.

tenetur; sed suapte natura beneficum et auxiliare, irasci et lædere non novit. Verum magnus in cœlo Jupiter, volucrem citans currum, primus deorsum concedit omnia componens atque procurans: reliquorum Deorum alius est Largitor, alius Blandus, alius Malorum Depulsor, et Apollo, ut ait Pindarus,

Judicio hominum benignissimus censetur.

Ceterum omnia sunt Deorum, Diogeni si credimus, itemque amicorum communia omnia, et boni Diis sunt amici. Itaque fieri non potest, Diis cari qui sunt, ut felices non sint; et homo temperans aut justus Diis non carus esse nequit. Ergone aliam mereri pœnam putemus eos qui Providentiam tollunt, et non satis hoc ipso puniri, quod tantum sibi voluptatis atque gaudii adimunt, quantum nobis contingit hoc modo erga Deos affectis? An vero Epicuro quidem Metrodorus, Polyænus, et Aristobulus præsidium fuere et gaudium, quorum plerosque vel ægrotantes curans, vel mortuos deplorans, vitam exegit; Lycurgus autem a Pythia sic compellatus,

Care Jovi, cunctisque domus quibus altus Olympus;

et Socrates existimans genium secum præ bene-

καὶ Πίνδαρος ἀκούων ὑπὸ τοῦ Πανὸς ᾄδεσθαί τι μέλος ὧν αὐτὸς ἐποίησε,
μετρίως ἔχαιρεν; ἢ Φορμίων τοὺς Διοσκόρους, ἢ τὸν Ἀσκληπιὸν Σοφοκλῆς B
ξενίζειν, αὐτός τε πειθόμενος, καὶ τῶν ἄλλων οὕτως ἐχόντων διὰ τὴν γενο-
μένην ἐπιφάνειαν; Ἃ δὲ Ἑρμογένης ἐφρόνει περὶ τῶν θεῶν, ἄξιόν ἐστιν
αὐτοῖς ὀνόμασι διαμνημονεύειν· "Οὗτοι γὰρ," φησὶν, "οἱ πάντα μὲν
"εἰδότες, πάντα δὲ δυνάμενοι θεοὶ, οὕτω μοι φίλοι εἰσὶν, ὡς διὰ τὸ
"ἐπιμελεῖσθαί μου, οὔποτε λήθω αὐτοὺς οὔτε νυκτὸς οὔτε ἡμέρας, ὅποι
"ἂν ὁρμῶμαι, οὔτε ὅ, τι ἂν μέλλω πράττειν· διὰ δὲ τὸ προειδέναι καὶ
"ὅ, τι ἐξ ἑκάστου ἀποβήσεται, σημαίνουσι, πέμποντες ἀγγέλους, φήμας,
"καὶ ἐνύπνια, καὶ οἰωνούς."

κγ΄. Καλὰ μὲν οὖν εἰκὸς εἶναι καὶ τὰ γινόμενα παρὰ τῶν θεῶν· τὸ δὲ C
γίνεσθαι διὰ τῶν θεῶν ταῦτα αὐτὰ, μεγάλην ἡδονὴν ποιεῖ, καὶ θάρσος
ἀμήχανον, καὶ φρόνημα καὶ χαρὰν, οἷον αὐτὴν ἐπιγελῶσαν τοῖς ἀγαθοῖς.
Οἱ δὲ ἄλλως ἔχοντες, τῆς μὲν εὐτυχίας τὸ ἥδιστον κωλύουσι, ταῖς δὲ δυσ-
τυχίαις ἀποστροφὴν οὐκ ἀπολείπουσιν, ἀλλ' εἰς μίαν καταφυγὴν καὶ λιμένα,
πράττοντες κακῶς, τὴν διάλυσιν καὶ τὴν ἀναισθησίαν ἀποβλέπουσιν. Ὥσπερ
εἴ τις ἐν πελάγει καὶ χειμῶνι θαῤῥύνων, ἐπιστὰς λέγοι, μήτε τὴν ναῦν
τινα ἔχειν κυβερνήτην, μήτε τοὺς Διοσκόρους αὐτοὺς ἀφίξεσθαι ἐπερχόμενόν
τε μαλάξοντας βίαιον πόντον, ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπάς· οὐδὲν δὲ ὅμως D

B. 6. ὅποι] Sic B. Venet. 1. P. Vulgo, ὅπη.
C. 3. οἷον αὐτὴν] Legendum οἷον αὐγὴν: monitum jam a Bryano ad Plut. Vit. Vol. I. p. 76. et Reisk.
C. 4. κωλύουσι] Legendum κολούουσιν, cum Mez. Reisk.

volentia loqui; et Pindarus audiens a Pane carmen quoddam cantari a se compositum, mediocriter sunt gavisi? aut Phormio Castores, Æsculapium Sophocles hospitio suo exceptum ipsis persuasum habentes, aliisque idem sentientibus ob factam apparitionem? Sententiam vero Hermogenis de Diis par est verbis ipsius referri. *Hi*, inquit, *qui et sciunt omnia, Dii et possunt omnia, ita mihi sunt amici, ut propter curam quam pro me gerunt, nunquam eos lateam neque noctu neque interdiu, quamcunque rem aggrediar aut acturus sim: utque præscire possim exitus singularum rerum, eos mihi significant mittendis nunciis suis, ominibus, somniis, auguriis.*

XXIII. Consentaneum quidem est pulchra esse quæ a Diis veniunt: sed hoc ipsum ea suggeri per Deos, magnam voluptatem conciliat, fiduciamque immensam et animi elationem ac gaudium veluti arridens bonis. Aliter affecti, rerum secundarum suavissimum quod est mutilant, in adversis quo se avertant, nihil sibi faciunt reliqui; sed fortuna urgente, ad dissolutionem et sensus vacuitatem tanquam unicum refugium et portum respiciunt. Perinde ac si tempestate in mari agitatum aliquis consolaturus sic dicat: *Neque gubernatorem habet navis tua, neque ipsi Castores suo superventu emollient vim maris ingruentis, celeresque ventorum impetus; nihil tamen mali est,*

εἶναι) δεινόν, ἀλλ' ὅσον οὐδέπω καταποθήσεσθαι τὴν ναῦν ὑπὸ τῆς θαλάττης, ἢ συντριβήσεσθαι ταχὺ πρὸς πέτραις ἐκπεσοῦσαν. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ Ἐπικούρειος λόγος ἐν νόσοις δειναῖς καὶ πόνοις ὑπερβάλλουσιν· " Ἐλπίζεις " τι χρηστὸν παρὰ θεῶν δι' εὐσέβειαν; τετύφωσαι· τὸ γὰρ μακάριον καὶ " ἄφθαρτον οὔτε ὀργαῖς οὔτε χάρισι συνέχεται. Βέλτιόν τι τῶν ἐν τῷ " βίῳ μετὰ τὸν βίον ἐπινοεῖς; ἐξηπάτησαι· τὸ γὰρ λυθὲν ἀναισθητεῖ· τὸ " δὲ ἀναισθητοῦν, οὐδὲν πρὸς ἡμᾶς." Πῶς οὖν, ἄνθρωπε, φαγεῖν με καὶ χαίρειν κελεύεις; Ὅτι, νὴ Δία, χειμαζομένῳ τὸ ναυάγιον ἐγγύς
E ἐστιν· ὁ γὰρ πόνος ὁ ὑπερβάλλων συνάψει θανάτῳ. Καίτοι νεὼς μὲν ἐκπεσὼν ἐπιβάτης διαλυθείσης ἐλπίδος ὀχεῖταί τινος, ὡς γῇ προσέξων τὸ σῶμα καὶ διανηξόμενος· τῆς δὲ τούτων φιλοσοφίας

Ἔκβασις οὔπη φαίνεθ' ἁλὸς πολιοῖο θύραζε

τῇ ψυχῇ, ἀλλ' εὐθὺς ἠφάνισται καὶ διέσπαρται, καὶ προαπόλωλε τοῦ σώματος· ὥστε ὑπερχαίρειν τὸ πάνσοφον τοῦτο δόγμα καὶ θεῖον παραλαβοῦσαν, ὅτι τοῦ κακῶς πράττειν πέρας ἐστὶν αὐτῇ τὸ ἀπολέσθαι καὶ φθαρῆναι καὶ μηδὲν εἶναι).

κδʹ. Ἀλλὰ γάρ, ἔφη πρὸς ἐμὲ βλέψας, εὐηθές ἐστι περὶ τούτου λέγειν ἡμᾶς, οὐ πρώην ἀκηκοότας ἱκανῶς διαλεγομένου πρὸς τοὺς ἀξιοῦντας
F τὸν Ἐπικούρου λόγον τοῦ Πλάτωνος περὶ ψυχῆς ῥᾴονας καὶ ἡδίους πρὸς

D. 5. τετύφωσαι] τετύφλωσαι Mez. et J. Davis. ad Cic. Nat. D. p. 120. nulla, me quidem judice, idonea ratione.

E. 10. ἡμᾶς, οὐ] Legendum ἡμᾶς, σοῦ cum Amiot. Mez.

jamjam enim navim mare deglutiet, aut statim ad scopulos ejecta conteretur. Talis est enim plane oratio Epicureorum in morbis atrocibus et doloribus ingentibus: *Speras aliquid boni a Diis ob tuam pietatem? animo es inflato: beata enim et interitus exsors natura neque gratia capitur, neque ira. Melius aliquid post vitam oblatum iri putas quam in vita? in errore es: quod enim dissolutum est, sensu caret; quod sensu caret, nihil ad nos.* Quomodo itaque, mi homo, edere me jubes, et gaudere? *Quia scilicet tempestate jactato imminet naufragium; dolor enim excellens morti tradet.* Atqui e navi quidem elapsus vector dissipata, cum spe tamen aliqua vehitur, tanquam terræ corpus applicaturus et enataturus. Horum philosophia animo

E ponti canis nusquam datur exitus undis:

sed statim abolitus est ac dissipatus, et corporis interitum antevertit; adeo ut summo afficiatur gaudio, sapiens hoc et divinum decretum arripiens, miseriarum sibi finem esse interire, perdi, nihil esse.

XXIV. Verum enimvero, hæc dicens me adspiciebat, fatuum est de hoc differere, qui nuper te audiverimus sufficienter disputantem contra eos, qui Epicuri, quam Platonis, ratione de anima putant nos ad mortem obeundam faciliores æqui-

θάνατον ἡμᾶς ποιεῖν. Ὑπολαβὼν οὖν ὁ Ζεύξιππος, Εἶτα ἐστί, ἔφη, δι' ἐκεῖνον ἀτελὴς ὁ λόγος ἔσται, καὶ φοβηθησόμεθα τὸ λόγιον πρὸς Ἐπίκουρον λέγοντες; Ἥκιστα, ἔφην ἐγὼ, καὶ

—δεῖ παρ' ὃ δὴ καλόν ἐστιν ἀκοῦσαι,

κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα. Πάλιν οὖν ὁ Θέων ἡμῖν παρακλητέος· οὐ γὰρ 1104
αὐτὸν οἶμαι παρεῖναι τοῖς τότε λεχθεῖσιν· ἀλλὰ καὶ νέος ἐστὶ, καὶ οὐ δέδιε μὴ λήθης εὐθύνας ὑπόσχῃ τοῖς νέοις.

κε'. Καὶ ὁ Θέων, ὥσπερ ἐκβιασθεὶς, Ἀλλ' εἰ δοκεῖ ταῦτα, ἔφη, ποιεῖν, οὐ μιμήσομαί σε, ὦ Ἀριστόδημε· σὺ μὲν γὰρ ἐφοβήθης τὰ τούτου λέγειν· ἐγὼ δὲ χρήσομαι τοῖς σοῖς. Ὀρθῶς γάρ μοι διαιρεῖν ἔδοξας εἰς τρία γένη τοὺς ἀνθρώπους, τὸ τῶν ἀδίκων καὶ πονηρῶν· δεύτερον δὲ, τὸ τῶν πολλῶν καὶ ἰδιωτῶν· τρίτον δὲ, τὸ τῶν ἐπιεικῶν καὶ νοῦν ἐχόντων. Οἱ μὲν οὖν ἄδικοι καὶ πονηροὶ τὰς καθ' ᾅδου δίκας καὶ τιμωρίας δεδιότες, καὶ φοβούμενοι κακουργεῖν, καὶ διὰ τοῦτο μᾶλλον ἡσυχίαν ἄγοντες, ἥδιον βιώσονται B
καὶ ἀταρακτότερον. Οὐ γὰρ Ἐπίκουρος ἄλλῳ τινὶ τῆς ἀδικίας οἴεται δεῖν ἀπείργειν ἢ φόβῳ κολάσεων. Ὥστε καὶ προσεμφορητέον ἐκείνοις τῆς δεισιδαιμονίας, καὶ κινητέον ἐπ' αὐτοὺς ἅμα τὰ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς δείματα, καὶ χάσματα, καὶ φόβους, καὶ ὑπονοίας, εἰ μέλλουσιν ἐκπλαγέντες ὑπὸ

F. 3. τὸ λόγιον] Forte, ταυτολογεῖν.
F. 5. δεῖ παρ' ὃ δὴ] Amiot. Xyl. Mez. probabiliter δὶς γὰρ ὃ δεῖ—.
A. 9. καθ' ᾅδου] Hoc unice verum reposui pro vulgato καθόλου. Monuerunt item Mez. et Reisk.
B. 5. χάσματα] Forte, φάσματα.

oresque reddi. Ergo, inquit, sermonem excipiens Zeuxippus, hæc propter illam imperfecta erit disputatio, et bis idem dicere metuemus, contra Epicurum scilicet disputantes? Minime vero, inquam ego; nam secundum Empedoclis sententiam,

Quæ sunt pulchra, iterum atque iterum est audire necesse.

Itaque rursum nobis Theon est exhortandus, quem et interfuisse illi disputationi puto, et adolescens cum sit, non metuit ne adolescentes ei oblivionis dicam scribant.

XXV. Tum Theon quasi vi adactus, Si videtur, inquit, sic agendum, non imitabor te, Aristodeme. Tu enim veritus es hujus sermonem usurpare; ego autem tuo utar. Videris enim mihi recte homines in tria divisisse genera; injustorum unum et malorum, secundum vulgi et plebeiorum, tertium bonorum et prudentum. De his injusti et mali supplicia apud inferos pœnasque dum timent, earumque metu a flagitiis sese cohibent ac facilius quiescunt, suavius vivent, ac minus dabunt turbarum. Neque enim Epicurus alia re existimat ab injustitia arcendos homines, quam supplicii metu. Ergo his ultro propinanda est superstitio, concitandaque adversum eos omnia terrorum genera, quæ cœlo et terra suppeditantur, spectraque, et metus, et suspiciones; siquidem his perculsi, honestius vivent at-

τούτων, ἐπιεικέστερον ἔχειν καὶ πρᾳότερον. Λυσιτελεῖ γὰρ αὐτοῖς τὰ μετὰ τὸν θάνατον φοβουμένοις μὴ ἀδικεῖν, ἢ ἀδικοῦσιν, ἐπισφαλῶς ἐν τῷ βίῳ διάγειν καὶ περιφόβως.

κϛ'. Τοῖς δὲ πολλοῖς καὶ ἄνευ φόβου περὶ τῶν ἐν ᾅδου ἡ περὶ τὸ
C μυθῶδες τῆς ἀϊδιότητος ἐλπὶς, καὶ ὁ πόθος τοῦ εἶναι, πάντων ἐρώτων πρεσβύτατος ὢν καὶ μέγιστος, ἡδονῆς ὑπερβάλλει καὶ γλυκυθυμίας τὸ παιδικὸν ἐκεῖνο δέος. Ἦ, καὶ τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ φίλους ἀποβάλλοντες, εἶναί που μᾶλλον ἐθέλουσι καὶ διαμένειν κακοπαθοῦντες, ἢ παντάπασιν ἐξῃρῆσθαι καὶ διεφθάρθαι καὶ γεγονέναι τὸ μηθέν· ἡδέως δὲ τῶν ὀνομάτων τοῦ μεθίστασθαι τὸν θνήσκοντα καὶ μεταλλάττειν, καὶ ὅσα δηλοῖ μεταβολὴν ὄντα τῆς ψυχῆς, οὐ φθορὰν, τὸν θάνατον, ἀκροῶνται, καὶ λέγουσιν οὕτως,

Αὐτὰρ ἐγὼ κἀκεῖθι φίλου μεμνήσομ' ἑταίρου·

καὶ,

D Τί σοι πρὸς Ἕκτορ', ἢ γέροντ' εἴπω πόσιν;

Ἐκ δὲ τούτου παρατροπῆς γινομένης, καὶ ὅπλα καὶ σκεύη καὶ ἱμάτια συνήθη τοῖς τεθνηκόσι, καὶ ὡς ὁ Μίνως τῷ Γλαύκῳ

—— Κρητικοὺς
Αὐλοὺς θανούσης κῶλα ποικίλης νεβροῦ

B. 9. ἡ περὶ τὸ μ.] ἡ παρὰ τὸ μ. Reisk.
C. 2. ἡδονῆς—γλυκυθυμίας] Forte, ἡδονῇ—γλυκυθυμίᾳ.
C. 3. Ἦ] Ita scripsi pro vulgato ἢ. Var. lect. E. Jannot. Anon. οἵ.
C. 4. κακοπαθοῦντες] Legendum, κακοπαθοῦντας.

que placidius. Magis quippe in rem ipsorum est, ut metu eorum quæ mortem sunt consecutura, sibi a flagitiis temperent, quam, facinoribus malis perpetratis, vitam in metu ac periculis traducant.

XXVI. Vulgo autem hominum, quod metu eorum vacat quæ apud inferos esse perhibentur, fabulis adjuncta sempiternitatis spes, ac vivendi desiderium, quo nullus est amor vetustior aut major, voluptates quasdam et delectationes subjicit, puerilemque istum metum eximit. Itaque ubi liberos, uxores, amicos amiserunt, esse alicubi eos et durare etiam in miseria malunt, quam omnino periisse et ad nihilum redacti videri. Iidem ergo libenter audiunt ista vocabula, quibus eum qui moritur notantes, *migrare* aut *commutare* dicimus, aut quæ alia mortem non interitum, sed mutationem animæ evenientem significant: et sic ipsi loquuntur;

Isthic rursus ero cari memor ipse sodalis:

et,

Quid Hectori tu nuncias per me, tuo
Vel quid seni marito?

Hinc adeo aberratione a vero facta, arma, instrumenta, vestesque mortuis frequentius usitatas, et ut Minos Glauco

Membra hinnulæ variæ defunctæ Creticas
Tibias

συνθάπτοντες, ἥδιον ἔχουσι. Κἄν τι δόξωσιν αἰτεῖν καὶ ποθεῖν ἐκείνους,
χαίρουσιν ἐπιδιδόντες· ὥσπερ ὁ Περίανδρος τῇ γυναικὶ τὸν κόσμον ὡς
δεομένῃ καὶ ῥιγούσῃ λεγούσῃ συγκατέκαυσεν. Οἱ δὲ Αἰακοὶ καὶ Ἀσκάλαφοι
καὶ Ἀχέροντες οὐ πάνυ διαταράττουσιν, οἷς γε καὶ χορούς καὶ θέατρα καὶ
μοῦσαν ἡδομένοις παντοδαπὴν γινομένους δεδώκασιν. Ἀλλ' ἐκεῖνο τοῦ θα-
νάτου τὸ πρόσωπον, ὡς φοβερὸν καὶ σκυθρωπὸν καὶ σκοτεινὸν ἅπαντες ὑπο- E
δειμαίνουσι, τὸ τῆς ἀναισθησίας καὶ λήθης καὶ ἀγνοίας· καὶ πρὸς τὸ Ἀπό-
λωλε, καὶ τὸ Ἀνήρηται, καὶ τὸ Οὐκ ἔστι, ταράσσονται· καὶ δυσαναχετοῦσι
τούτων λεγομένων, τὸ,

Ἐπιτακήσεται βαθυδένδρῳ ἐν χθονὶ
Συμποσίων τε καὶ λυρᾶν ἄμοιρος,
Ἰαχᾶς τε παντερπέος αὐλῶν·

καί,

Ἀνδρὸς δὲ ψυχὴ πάλιν ἐλθεῖν, οὔτε λεϊστή,
Οὔθ' ἑλετή, ἐπεὶ ἄρ κεν ἀμείψεται ἕρκος ὀδόντων.

κζ'. Ἦ καὶ προσεπισφάττουσιν οἱ ταυτὶ λέγοντες, "ἅπαξ ἄνθρωποι
"γεγόναμεν, δὶς δὲ οὐκ ἔστι γενέσθαι, δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μηκέτ' ἰέναι." Καὶ
γὰρ τὸ παρὸν ὡς μικρὸν, μᾶλλον δὲ μηδοτιοῦν, πρὸς τὸ σύμπαντα ἀπ- F

D. 10. ἡδομένοις παντοδαπὴν γενομένους] Acute et probabiliter corrigit Mez. ἡδονῆς παντοδαπῆς γέμουσαν.
E. 1. τὸ πρόσωπον] E. τὸ πρῶτον. Forte rectius.
E. 11. Ἦ] Sic ſcribendum duxi. Omnes libri ἤ.
E. 12. ἰέναι] Legendum, εἶναι.
F. 1. πρὸς τὸ σύμπαντα α. ἀναπόλαυστα] Legendum, πρὸς τὸν σύμπαντα αἰῶνα, ἀναπόλαυστον—.

juxta ſepelientes æquiore ſunt animo. Et ſi quid moriens petat aut deſiderare videatur, læti tribuunt: ut Periander ornatum muliebrem una cum uxore, rogante et algere ſe dicente, cremavit. Æaci autem, Aſcalaphi, et Acherontes non admodum perturbant; quibus ii et choros, et theatra, et Muſicam qua ſe oblectarent omnis generis obtulerunt. Eam vero mortis faciem ut terribilem, tetricam, tenebricoſam omnes reformidant, quæ ſenſuum privatione omnium, oblivione, et ignoratione deſcribitur; turbanturque cum mortuum audiunt periiſſe, ſublatum eſſe, non jam eſſe amplius; et animo ægro tales admittunt voces,

In tellure conſita arboribus
Computreſcet hic, lyræ,
Et conviviorum exſors,
Omnigenique tibiarum
Suavium ſonitus:

item,

Aſt hominis poſt mortem obitam reparabilis arte
Non ulla eſt animus ſemel expiratus ab ore.

XXVII. Itaque funeribus quaſi novum addunt funus, qui iſta dicunt, *Semel nati ſumus homines; bis naſci non datur; porro per totam æternitatem non eſſe oportet.* Hi enim vitam præſentem ut exiguam, imo ut pro nihilo, ſi cum æternitate comparetur, deputantes, contemnunt, itaque exi-

μήσαντες ἀναπόλαυστα περιίενται, καὶ ὀλιγωροῦσιν ἀρετῆς καὶ πράξεως, οἷον ἐξαθυμοῦντες, καὶ καταφρονοῦντες ἑαυτῶν ὡς ἐφημέρων καὶ ἀβε-
1105 βαίων καὶ πρὸς οὐδὲν ἀξιόλογον γεγονότων. Τὸ γὰρ "ἀναίσθητον καὶ "λυθὲν καὶ μηδὲν εἶναι πρὸς ἡμᾶς τὸ ἀναισθητοῦν," οὐκ ἀναιρεῖ τὸ τοῦ θανάτου δέος, ἀλλ' ὥσπερ ἀπόδειξιν αὐτοῦ προστίθησιν· αὐτὸ γὰρ τοῦτό ἐστιν ὃ δέδοικεν ἡ φύσις,

Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε·

τὴν εἰς τὸ μὴ φρονοῦν μηδὲ αἰσθανόμενον διάλυσιν τῆς ψυχῆς· ἣν Ἐπίκουρος εἰς κενὸν καὶ ἀτόμους διασπορὰν ποιῶν, ἔτι μᾶλλον ἐκκόπτει τὴν ἐλπίδα τῆς ἀφθαρσίας· δι' ἣν ὀλίγου δέω λέγειν πάντας εἶναι καὶ πάσας προθύμους τῷ Κερβέρῳ διαδάκνεσθαι, καὶ φορεῖν εἰς τὸν ἄτρητον, ὅπως ἐν τῷ εἶναι μόνον διαμένωσι, μηδὲ ἀναιρεθῶσι. Καίτοι ταῦτα μὲν,
B ὥσπερ ἔφην, οὐ πάνυ πολλοὶ δεδίασι, μητέρων ὄντα καὶ τιτθῶν δόγματα, καὶ λόγους μυθώδεις· οἱ δὲ καὶ δεδιότες, τελετάς τινας αὖ πάλιν καὶ καθαρμοὺς οἴονται βοηθεῖν, οἷς ἁγνισάμενοι διατελεῖν ἐν ᾅδου παίζοντες καὶ χορεύοντες ἐν τοῖς αὐγὴν καὶ πνεῦμα καθαρὸν καὶ φθόγγον ἔχουσιν. Ἡ δὲ τοῦ ζῆν στέρησις ἐνοχλεῖ καὶ νέους καὶ γέροντας·

Δυσέρωτες γὰρ φαινόμεθ' ὄντες

A. 1. Τὸ γὰρ—λυθὲν] Legendum, Τὸ γὰρ ἀναισθητεῖν τὸ λυθέν. Monuit et Reiſk. poſt Gatakerum ad M. Ant. vi, 10.

B. 1. δόγματα] Haud ſcio an vere corrigatur διηγήματα.

B. 4. ἐν τοῖς—ἔχουσιν] φθόγγον Reiſk. mutat in φέγγος : ſed nec hoc ſatis cum αὐγὴν, nec vulgatum cum ratione ſententiæ convenit. Forte legendum, ἐν τόποις γῆν καὶ πνεῦμα καθαρὸν καὶ φέγγος ἔχουσιν.

gunt, ut ea non fruantur, negliguntque virtutem et actiones, collapſis animis ſeipſos ſpernentes ut ad unius diei vitam natos, inſtabiles, et ad nullam rem factos memorabilem. Nam *diſſolutum carere ſenſu, ſenſu carens nil ad nos pertinere*, non tollit mortis metum, ſed quaſi demonſtrationem ejus adjicit. Hoc enim illud ipſum eſt, a quo ſibi natura metuit;

Sed vos in terram cuncti redeatis, aquamque;

nimirum ab animæ diſſipatione tali, quæ ei intellectum et ſenſum auferat; quam Epicurus diſperſionem in vacuum et atomos faciens, tanto magis ſpem perpetuitatis exſcindit: ob quam ſpem, parum abeſt quin dicere auſim, omnes utriuſque ſexus homines paratos eſſe adverſus Cerberum mordendo certare, et in dolium Danaidum aquam congerere, ea lege ut eſſe detur, neque prorſus aboleantur. Et vero hæc, ut dixi, non admodum multi metuunt, matrum et nutricum opiniones, ac fabuloſa commenta: et rurſum qui timent, quaſdam initiationes et expiationes putant opitulari, quibus purgati permaneant apud Manes ludo choreiſque dediti in locis præditis luce, puro ſpiritu, ſplendore. Vitæ autem privatio juvenes ſeneſque perturbat.

Nimius ſed nos amor hujus habet

Τοῦδε, ὅτι τόδε στίλβει κατὰ γῆν,

ὡς Εὐριπίδης φησίν· οὐδὲ ῥᾳδίως οὐδὲ ἀλύπως ἀκούομεν,

Ὣς ἄρα εἰπόντα μιν τηλαυγὲς ἀμβρόσιον
Ἐλασίππου πρὸς τόπον ἀπέλιπεν ἁμέρας.

κή. Διὸ τῇ δόξῃ τῆς ἀθανασίας συναναιροῦσι τὰς ἡδίστας ἐλπίδας καὶ μεγίστας τῶν πολλῶν. Τί δῆτα τῶν ἀγαθῶν οἰόμεθα καὶ βεβιωκότων ὁσίως καὶ δικαίως, κακὸν μὲν οὐθὲν ἐκεῖ, τὰ δὲ κάλλιστα καὶ θειότατα προσδοκῶσι; Πρῶτον μὲν γὰρ ἀθληταὶ στέφανον οὐκ ἀγωνιζόμενοι λαμβάνουσιν, ἀλλὰ ἀγωνισάμενοι καὶ νικήσαντες· οὕτως ἡγούμενοι τοῖς ἀγαθοῖς τὰ νικητήρια τοῦ βίου μετὰ τὸν βίον ὑπάρχειν, θαυμάσιον οἷον φρονοῦσι τῇ ἀρετῇ, πρὸς ἐκείνας τὰς ἐλπίδας· ἐν αἷς ἐστι, καὶ τοὺς νῦν ὑβρίζοντας ὑπὸ πλούτου καὶ δυνάμεως, καὶ καταγελῶντας ἀνοήτως τῶν κρειττόνων, ἐπιδεῖν ἀξίαν δίκην τίνοντας. Ἔπειτα τῆς ἀληθείας καὶ θέας τοῦ ὄντος οὐδεὶς ἐνταῦθα τῶν ἐρώντων ἐνέπλησεν ἑαυτὸν ἱκανῶς, οἷον δι' ὁμίχλης, ἢ νέφους τοῦ σώματος, ὑγρῷ καὶ ταραττομένῳ τῷ λογισμῷ χρώμενος, ἀλλ' ὄρνιθος δίκην ἄνω βλέποντες, ὡς ἐκπλησόμενοι τοῦ σώματος εἰς μέγα τι καὶ λαμπρὸν, εὐσταλῆ καὶ ἐλαφρὰν ποιοῦσι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῶν θνητῶν, τῷ φιλοσοφεῖν μελέτῃ χρώμενοι τοῦ ἀποθνήσκειν. Οὕτω μέγα τι καὶ τέλεον ὄντως ἀγαθὸν

C

D

B. 10. πρὸς τόπον] Forte, πρόσωπον.
C. 2. πολλῶν—βεβιωκότων] Corrigendum videtur, πολλῶν· εἰ δὴ περὶ τῶν ἀγαθῶν ἐνθάδε καὶ βεβιωκότων.
C. 4. ἀγωνιζόμενοι λαμβάνουσιν] Sic recte corrigunt Amiot. Xyl. Mez. Vulgo, ἀγωνιζόμενοι οὐ λαμβάνουσιν.

Supra terræ; quod sola fulget:

ut ait Euripides: itaque non facile aut citra molestiam isthæc audimus;

Isthæc eum loquentem, lucidum jubar
Solis perennis exacto liquit die.

XXVIII. Ita Epicureorum ratio cum immortalitatis opinione jucundissimas plerorumque hominum et maximas spes tollit. Siquidem cum vixerint pie et juste, nihil post mortem mali, sed bona pulcherrima et divinissima sibi pollicentur. Primo omnium, sicut athletæ non nisi peracto certamine et parta victoria coronantur; sic illi victoriæ vivendo impetratæ præmia bonis post vitam dari judicantes, mirum dictu est quantum hujus spei gratia sibi de virtute plaudant; cujus etiam spei hæc est pars, ut aliquando videant eos qui nunc propter opes et potentiam insolenter se ac impotenter gerunt, melioresque stulte despiciunt, dignas pœnas luere. Deinde nemo unquam eorum qui veritatis indagationi ac contemplationi fuere dediti, cupiditatem suam in hac vita explevit, per corpus tanquam caliginem aut nubem humida ac perturbata usus ratione: sed avis instar sursum spectant, utpote evolaturi hoc ex corpore in magnum aliquem splendidumque locum, animumque a rebus caducis liberatum, facilem expeditumque reddunt, philosophia utentes pro mortis meditatione. Adeo ingens aliquod et vere perfectum Bonum existimant esse mor-

ἡγοῦμαι τὴν τελευτήν, ὡς βίον ἀληθῆ βιωσομένην ἐκεῖ τὴν ψυχήν, οὐχ ὕπαρ νῦν ζῶσαν, ἀλλ' ὀνείρασιν ὅμοια πάσχουσαν. Εἰ τοίνυν ἡδὺ
E πανταχόθεν ἡ φίλου μνήμη τεθνηκότος, ὥσπερ Ἐπίκουρος εἶπε, καὶ ἤδη νοεῖν πάρεστιν, ἡλίκης ἑαυτοὺς χαρᾶς ἀποστεροῦσιν, φάσματα καὶ εἴδωλα τεθνηκότων ἑταίρων οἰόμενοι δέχεσθαι καὶ θηρεύειν, οἷς οὔτε νοῦς ἐστιν, οὔτε αἴσθησις, αὐτοῖς δὲ συνέσεσθαι πάλιν ἀληθῶς, καὶ τὸν φίλον πατέρα καὶ τὴν φίλην μητέρα, καί που γυναῖκα χρηστὴν ὄψεσθαι μὴ προσδοκῶντες, μηδὲ ἔχοντες ἐλπίδα τῆς ὁμιλίας ἐκείνης καὶ φιλοφροσύνης, ἣν ἔχουσιν οἱ τὰ αὐτὰ Πυθαγόρᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ Ὁμήρῳ περὶ ψυχῆς δοξάζοντες; Ὧι δὲ ὅμοιόν ἐστιν αὐτῶν τὸ πάθος, Ὅμηρος ὑπο-
F δεδήλωκεν, εἴδωλον τοῦ Αἰνείου καταβαλὼν εἰς μέσον τοῖς μαχομένοις, ὡς τεθνηκότος, εἶτα ὕστερον αὐτὸν ἐκεῖνον ἀναδείξας

— ζωὸν καὶ ἀρτεμέα προσιόντα,
Καὶ μένος ἐσθλὸν ἔχοντα,

τοῖς φίλοις·

— οἱ δ' ἐχάρησαν,

1106 φησί, καὶ τὸ εἴδωλον θέμενοι παρέχον ἑαυτόν. Οὐκοῦν καὶ ἡμεῖς, τοῦ λόγου δεικνύοντος ὡς ἔστιν ἐντυχεῖν ἀληθῶς τοῖς τεθνεῶσιν, καὶ τῷ φιλοῦντι τοῦ φρονοῦντος αὐτοῦ καὶ φιλοῦντος ἅψασθαι καὶ συγγενέσθαι μὴ δυνα-

D. 7. ἡγοῦμαι] Legendum, ἡγοῦνται, cum Amiot. Xyl. Mez.
D. 8. νῦν] Additum ex Venet. 1. 2.
A. 1. θέμενοι παρέχον ἑαυτόν] Legendum cum Amiot. et Mez. μεθέμενοι περιέχον αὐτόν.
A. 3. συγγενέσθαι μὴ δυναμένους] Forte, συγγενέσθαι, χαίρειν ἐῶμεν τοὺς ἐννοεῖν τὸ συγγενέσθαι μὴ δυναμένους.

tem, quod ab ea veram vitam ſit adepturus animus, qui hic non rebus ipſis, ſed tanquam ſomniis rerum afficitur. Quod ſi *amici memoria eſt*, quod et voluit Epicurus, et jam ipſum intelligi poteſt, *undiquaque jucunda*; quanto ſeipſos gaudio ſpoliant, *imagines et viſa mortuorum ſociorum* opinantes *ſe accepturos et venaturos*, *mentis ſenſuſque inania*: cum ipſis autem rurſum ſe vere futuros, carumque patrem, caram matrem, et uxorem alicubi probam viſuros ſe non ſperantes, neque animo præcipientes conſuetudinem iſtam et familiaritatem, quam exſpectant qui de animo idem cum Pythagora, Platone, et Homero ſentiunt? Cujus rei ſimilis ſit ipſorum ſententia Homerus obſcure ſignificavit, Æneæ velut mortui ſpeciem in medium projiciens præliantium, poſtea ipſum illum vivum et

Intrantem firmo greſſuque et robore fretum
Egregio

oſtendens ſociis, *qui gaudentes*, relicto ſimulacro, ipſum circumdederunt. Nonne igitur nos quoque, ratione demonſtrante fore ut revera cum vita functis poſſimus congredi, priſtinamque amicitiam renovare, valere jubeamus Epicureos qui judicii inopia amoliri et abjicere non poſſunt viſa iſta

μένους, μηδὲ ἀποῤῥίψαι τὰ εἴδωλα πάντα καὶ τοὺς φλοιοὺς, ἐν οἷς ὀδυρόμενοι καὶ καινοπαθοῦντες διατελοῦσιν;

κθ'. Ἄνευ δὲ τούτου, οἱ μὲν ἑτέρου βίου τὸν θάνατον ἀρχὴν κρείττονος νομίζοντες, ἐάν τε ἐν ἀγαθοῖς ὦσι, μᾶλλον ἥδονται, μείζονα προσδοκῶντες· ἄν τε μὴ κατὰ γνώμην τῶν ἐνταῦθα τυγχάνωσιν, οὐ πάνυ δυσχεραίνουσιν, ἀλλ' αἱ τῶν μετὰ τὸν θάνατον ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐλπίδες, ἀμηχάνους ἡδονὰς καὶ προσδοκίας ἔχουσαι, πᾶν μὲν ἔλλειμμα, πᾶν δὲ B
πρόσκρουσμα τῆς ψυχῆς ἐξαλείφουσι καὶ ἀφανίζουσιν, ὥσπερ ἐν ὁδῷ, μᾶλλον δὲ ὁδοῦ παρατροπῇ βραχείᾳ, ῥᾳδίως τὰ συντυγχάνοντα καὶ μετρίως φερούσης. Οἷς δὲ ὁ βίος εἰς ἀναισθησίαν περαίνει καὶ διαλύει, τούτοις ὁ θάνατος οὐ τῶν κακῶν μεταβολὴν ἐπιφέρων, ἀμφοτέροις μέν ἐστι λυπηρὸς, μᾶλλον δὲ τοῖς εὐτυχοῦσιν ἢ τοῖς ἐπιπόνως ζῶσι· τούτων μὲν γὰρ ἀποκόπτει τὴν ἄδηλον ἐλπίδα τοῦ πράξειν ἄμεινον· ἐκείνων δὲ βέβαιον ἀγαθὸν, τὸ ἡδέως ζῆν, ἀφαιρεῖται. Καὶ καθάπερ, οἶμαι, τὰ μὴ χρηστὰ τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ ἀναγκαῖα, κουφίζοντα τοὺς νοσοῦντας, ἐπιτρίβει καὶ C
λυμαίνεται τοὺς ὑγιαίνοντας, οὕτως ὁ Ἐπικούρου λόγος τοῖς μὲν ἀθλίως ζῶσιν οὐκ εὐτυχῆ, τοῖς δὲ κακῶς πράσσουσι τελευτὴν ἐπαγγέλλεται τὴν ἀναίρεσιν καὶ διάλυσιν τῆς ψυχῆς· τῶν δὲ φρονίμων καὶ σοφῶν καὶ βρυ-

A. 4. ἐν οἷς] Forte, ἐφ' οἷς.
A. 5. καινοπαθοῦντες] Legendum cum Mez. κακοπαθοῦντες. Reiſk. δεινοπαθοῦντες.
B. 4. διαλύει] Legendum διάλυσιν, ut Xyl. vertit, et hinc ſuſcepit Reiſk.
B. 5. οὐ τῶν κακῶν μεταβολὴν ἐπιφέρων] Deſideratur quid ad abſolutionem ſententiæ, ita fere explendæ, οὐ τῶν κακῶν μόνον μεταβολὴν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀποβολὴν ἐπιφέρων.
C. 3. οὐκ εὐτυχῆ—ψυχῆς] Item hoc loco ſententiæ abſolutio aliquid requirit, quod excidiſſe et ejuſmodi fuiſſe

atque cortices, in quibus lamentando ac dolendo omne vitæ tempus conterunt?

XXIX. Præterea, qui mortem alterius vitæ melioris initium exiſtimant, ii, et rebus proſpere fluentibus, majorem capiunt delectationem ob majorum exſpectationem bonorum: et ſi hic non plane ex animi ſententia res ſuccedant, non admodum ægre ferunt; ſed ſpes de bonis mortem ſubſecuturis conceptæ, inexplicabilibus voluptatibus et exſpectationibus præditæ, omnem defectum, omnem offenſionem ex animo eluunt atque abolent, veluti in via, aut declinatione potius brevi itineris, facile ac mediocriter obvia quæque ferente. At quorum vitæ finis deſtinatus eſt ſenſus omnis amiſſio et diſſolutio, his mors, quia non adfert mutationem malorum, utrique fortunæ moleſta eſt, magis tamen proſpere quam miſere viventibus: his enim amputat ſpem obſcuram felicioris vitæ; illis certum bonum ac ſtabile, vitam ſcilicet jucundam, adimit. Et quemadmodum medicamenta non commoda ſed neceſſaria ſublevant quidem ægrotos, ſed ſanos lædunt atque divexant, ſic Epicuri doctrina neque adverſa conflictatis fortuna vitam pollicetur meliorem; et quorum res ſecundæ ſunt, iis finem felicitatis denunciat animi interitum atque diſſolutionem: prudentium autem,

ὄντων ἀγαθοῖς, παντάπασι κωλύει τὸ εὔθυμον, ἐκ τοῦ ζῆν μακαρίως, εἰς τὸ μὴ ζῆν μηδὲ εἶναι καταστρέφον. Αὐτόθεν μὲν οὖν ἐστι δῆλον ὡς ἀγαθῶν ἀποβολῆς ἐπίνοια λυπεῖν πέφυκεν, ὅσον ἐλπίδες βέβαιοι καὶ ἀπολαύσεις εὐφραίνουσι παρόντων.

λ'. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ λέγουσιν, αὐτοῖς κακῶν ἀπαύστων καὶ ἀορίστων
D λυθεῖσαν ὑποψίαν, ἀγαθὸν βεβαιότατον καὶ ἥδιστον ἀπολιπεῖν τὴν ἐπίνοιαν τοῦ λελύσθαι· καὶ τοῦτο ποιεῖν τὸν Ἐπικούρου λόγον, ἱστάντα τοῦ θανάτου τὸ δέος ἐν τῇ διαλύσει τῆς ψυχῆς. Εἴπερ οὖν ἥδιστόν ἐστιν ἀπαλλαγὴ προσδοκίας κακῶν ἀπείρων, πῶς οὐκ ἀνιαρὸν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐλπίδα στερεῖσθαι, καὶ τὴν ἀκροτάτην εὐδαιμονίαν ἀποβαλεῖν; Ἀγαθὸν μὲν γὰρ οὐδὲ ἑτέροις, ἀλλὰ πᾶσι τοῖς οὖσι τὸ μὴ εἶναι παρὰ φύσιν καὶ ἀλλότριον· ὧν δὲ ἀφαιρεῖ τὰ τοῦ βίου κακὰ, τῷ τοῦ θανάτου κακῷ, τὸ ἀναίσθητον ἔχουσι παραμύθιον, ὥσπερ ἀποδιδράσκοντα· καὶ τοὐναντίον, οἷς ἐξ ἀγαθῶν
E εἰς τὸ μηδὲν μεταβολὴ, φοβερώτατον ὁρῶ ἐντελὲς ἐν ᾧ παύσεται τὸ μακάριον. Οὐ γὰρ ὡς ἀρχὴν ἑτέρου τὴν ἀναισθησίαν δέδιεν ἡ φύσις, ἀλλ' ὅτι τῶν παρόντων ἀγαθῶν στέρησίς ἐστι· τὸ γὰρ Οὐ πρὸς ἡμᾶς, παντὸς ἀναιρέσει τοῦ ἡμετέρου γινόμενον, ἤδη πρὸς ἡμᾶς ἐστι τῇ ἐπινοίᾳ· καὶ τὸ ἀναίσθητον

videtur: ἐκ εὐτυχῆ μὲν, ἀπόλυσιν δ' ὅμως τῶν κακῶν, τοῖς δὲ καλῶς πράσσουσι τελευτὴν τῶν καλῶν, ἐπαγγέλλεται τὴν ἀναίρεσιν καὶ διάλυσιν τῆς ψυχῆς.
C. 5. κωλύει] Legendum, κολούει.
D. 4. ἐλπίδα] Legendum, ἐλπίδος, cum Mez.
D. 8. ἀποδιδράσκοντα] Forte, ἀποδιδράσκοντες.
E. 1. μεταβολὴ—ἐντελὲς] Legendum, partim cum Xyl. Mez. Reiſk. ἡ μεταβολὴ, φοβερώτατον ὁρῶσιν τέλος.

ſapientum, et bonis vigentium, omnino dejicit animi lætitiam tranquillam, eos e vita beata ad vitæ amiſſionem et in nihilum revocans. Ceterum in promtu eſt cogitationem de amiſſione bonorum tantum adferre doloris, quantum gaudii exhibent ſpes de bonis præſentibus firmæ, eorumque fruitio.

XXX. At enim dicunt *cogitationem de futura diſſolutione ipſis bonum ſtabiliſſimum et ſuaviſſimum in animo relinquere, quia ſcilicet eximat ſuſpicionem de infinitis et innumeris malis*; *atque hoc præſtare doctrinam Epicuri, mortis metum animæ diſſolutione reprimentis.* Quod ſi vero ſuaviſſimum eſt liberari exſpectatione malorum infinitorum, quomodo non erit moleſtum privari ſpe æternorum bonorum, et ſupremam amittere felicitatem? Bonum enim neutris, ſed omnibus in univerſum quæ ſunt contra naturam eſt et alienum, *non eſſe*: et quibus malo mortis vitæ mala auferuntur, ea ſenſus vacuitatem ita ſolatii loco habent, ac ſi ſubterfugiſſent. Contra autem quibus e bonis in nihilum mutatio imminet, eorum video terribiliſſimum exitum, quo beatitas finietur: non enim natura ſenſus amiſſionem metuit tanquam initium alterius rei alicujus, ſed quia præſentium bonorum eſt abolitio. Etenim illud, *nihil ad nos pertinere*, ortum ex omnium noſtrarum rerum interitu, jam cogitando ad nos pertinet; et ſenſuum

οὐ λυπεῖ τότε τοὺς μὴ ὄντας, ἀλλὰ τοὺς ὄντας, εἰς τὸ μὴ εἶναι βλαπτομένους ὑπ' αὐτοῦ, καὶ μηδ' ὡς δυσομένους. Ὅθεν οὐδὲ ὁ Κέρβερος οὐδὲ ὁ Κωκυτὸς ἀόριστον ἐποίησε τοῦ θανάτου τὸ δέος, ἀλλὰ ἡ τοῦ μὴ ὄντος ἀπειλή, μεταβαλεῖν εἰς τὸ εἶναι πάλιν οὐκ ἔχουσα τοῖς φθαρεῖσι. "Δὶς γὰρ "οὐκ ἔστι γενέσθαι· δεῖ δὲ τὸν αἰῶνα μὴ εἶναι," κατ' Ἐπίκουρον. Εἰ γὰρ F
ἐστι τὸ πέρας τῷ μὴ εἶναι, τοῦτο δὲ ἀπέραντον καὶ ἀμετάστατον, εὕρηται κακὸν αἰώνιον ἡ τῶν ἀγαθῶν στέρησις, ἀναισθησίαν μηδέποτε παυσομένην. Καὶ σοφώτερος Ἡρόδοτος, εἰπὼν ὡς "ὁ θεὸς γλυκὺν γεύσας τὸν αἰῶνα, "φθονερὸς ἐν αὐτῷ ὢν φαίνεται·" καὶ μάλιστα τοῖς εὐδαιμονεῖν δοκοῦσιν, 1107
οἷς δέλεαρ ἐστι λύπης τὸ ἡδύ, γευομένοις ὧν στερήσονται. Τίνα γὰρ εὐφροσύνην ἢ ἀπόλαυσιν καὶ βρυασμὸν οὐκ ἂν ἐκκρούσειεν καὶ καταγάγοι ἐμπίπτουσα συνεχῶς ἡ ἐπίνοια τῆς ψυχῆς ὥσπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὸ ἄπειρον ἐκχεομένης, τῶν ἐν ἡδονῇ τιθεμένων τὸ καλὸν καὶ μακάριον; Εἰ δὲ δὴ καὶ μετ' ἀλγηδόνος, ὥσπερ Ἐπίκουρος οἴεται, τοῖς πλείστοις ἀπόλλυσθαι συμβαίνει, παντάπασιν ἀπαρηγόρητός ἐστιν ὁ τοῦ θανάτου φόβος, εἰς ἀγαθῶν στέρησιν διὰ κακῶν ἄγοντος.

λα'. Καὶ πρὸς ταῦτα μὲν οὐκ ἀποκαμοῦνται μαχόμενοι καὶ βια-

E. 6. *καὶ μηδ' ὡς δυσομένους*] Forte, *καὶ ἤδη ὡς ἐσομένῳ ἀπιωμένους*. Amiot. Mez. *καὶ μηδὲν ἐσομένους*.
E. 8. *μεταβαλεῖν*] *μεταβολήν*, Mez.
F. 1. *Εἰ γάρ—εἶναι*] *Εἰ γάρ ἐστι πέρας τῷ εἶναι τὸ μὴ εἶναι* : ita legendum videtur.
F. 2. *εὕρηται*] Lego, *εὕρηκε*.
A. 3. *καταγάγοι*] Forte, vitii quid ſubeſt : A. E. Venet. 1. 2. *κατάγει*. In B. deeſt totus hic locus, *καὶ καταγάγοι—ἄπειρον*.

amiſſio eos, qui jam non ſunt, non afficit ſane moleſtia: afficit profectò eos qui ſunt, plane in nihilum eos demergens, neque unquam exſtituros. Itaque ergo non Cerberus, neque Cocytus infinitum mortis metum reddidit; ſed minæ iſtæ, nos in nihilum iri redactum, unde ad Eſſe non datur mutatio aut reditus his qui interierunt. *Bis enim non licet naſci*, Epicuri de ſententia; *ſed per totam æternitatem non eſſe oportet*. Si enim eſſe finitur tranſitu in non eſſe, non eſſe autem infinitum eſt et immutabile, jam paravit nobis æternitatem mali privatio bonorum et ſenſus nunquam deſitura. Et ſapientior eſt Herodotus, qui ait *Deum hominibus guſtum jucundæ vitæ præbuiſſe, eaque in re invidum ſe oſtendere:* maxime quidem his qui beati putantur, quibus guſtantibus ea quæ amiſſuri ſunt, jucunditas eſca eſt doloris. Quam enim lætitiam, quam perceptionem voluptatis, quam exſultationem non dejiciat et expellat ex animo eorum qui honeſtatem et beatitudinem in voluptate ponunt, continenter ad animum accidens cogitatio, fore ut in infinitum is tanquam vaſtum in mare effundatur. Tum ſi, quæ eſt Epicuri opinio, *pleriſque uſu venit ut cum dolore intereant*, plane nullam admittit conſolationem mortis metus, per mala ad privationem bonorum ducentis.

XXXI. Præterea non defatigantur Epicurei

B ζόμενοι πάντας ἀνθρώπους, ἀγαθὸν μὲν ἡγεῖσθαι τὴν τῶν κακῶν ἀποφυγήν, κακὸν δὲ μηκέτι νομίζειν τὴν τῶν ἀγαθῶν στέρησιν· ἐκεῖνο δ' ὁμολογοῦσι, τὸ μηδεμίαν ἐλπίδα μηδὲ χαρὰν ἔχειν τὸν θάνατον, ἀλλὰ ἀποκεκόφθαι πᾶν τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθόν. Ἐν ᾧ χρόνῳ πολλὰ καλὰ καὶ μεγάλα καὶ θεῖα προσδοκῶσιν οἱ τὰς ψυχὰς ἀνωλέθρους εἶναι διανοούμενοι καὶ ἀφθάρτους, ἢ μακράς τινας χρόνων περιόδους, νῦν μὲν ἐν γῇ, νῦν δὲ ἐν οὐρανῷ, περιπολούσας, ἄχρις οὗ συνδιαλυθῶσι τῷ κόσμῳ, μεθ' ἡλίου καὶ σελήνης

C εἰς πῦρ νοερὸν ἀναφθεῖσαι. Τοιαύτην χώραν ἡδονῶν τοσούτων Ἐπίκουρος ἐκτέμνεται, καὶ ταῖς ἐκ θεῶν ἐλπίσιν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ χάρισιν ἀναιρεθείσαις, ἐπὶ τοῦ θεωρητικοῦ τὸ φιλομαθὲς καὶ τοῦ πρακτικοῦ τὸ φιλότιμον ἀποτυφλώσας, εἰς στενόν τι κομιδῇ καὶ οὐδὲ καθαρὸν τὸ ἐπὶ τῇ σαρκὶ τῆς ψυχῆς χαῖρον συνέστειλε καὶ κατέβαλε τὴν φύσιν, ὡς μεῖζον ἀγαθὸν τοῦ τὸ κακὸν φεύγειν οὐδὲν ἔχουσαν.

pugnando et omnes homines cogendo, ut *malorum evitationem pro bono ducant*, *pro malo autem bonorum abolitionem non reputent*: interim fatentur, *mortem omni ſpe ac gaudio carere*, *ſed præciſa eſſe omnia jucunda et bona.* Quo quidem tempore multa pulchra, magna, divinaque exſpectant, qui animos interitus expertes eſſe ſentiunt et immortales; aut qui ſtatuunt, eos longas quaſdam temporis circuitiones, alias in terra, alias in cœlo, peragrando conficere, donec una cum mundo diſſolvantur, cum Sole et Luna in ignem mente præditum conflagrantes. Hujuſmodi campum voluptatum tantarum Epicurus exſcindit, et ſublata, ut diximus, præmiorum divinorum ſpe, in contemplativa animi parte amorem doctrinæ, in activa ſtudium honoris exſtinguens, naturam in lætitiam animi corporis gratia conceptam, nimis hanc anguſtam, ac ne puram quidem, conjicit atque includit; tanquam ſi natura majus aliud bonum, quam mali fugam, haberet nullum.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΡΟΣ

ΚΟΛΩΤΗΝ.

D # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΡΟΣ

ΚΟΛΩΤΗΝ.

PLUTARCHI

ADVERSUS

COLOTEM.

α΄. ΚΟΛΩΤΗΣ, ὃν Ἐπίκουρος εἰώθει Κολωτάραν ὑποκορίζεσθαι καὶ
E Κολωτάριον, ὦ Σατορνῖνε, βιβλίον ἐξέδωκεν, ἐπιγράψας, "Περὶ τοῦ ὅτι κατὰ τὰ τῶν ἄλλων φιλοσόφων δόγματα οὐδὲ ζῆν ἐστιν." Ἐκεῖνο μὲν οὖν Πτολεμαίῳ τῷ βασιλεῖ προσπεφώνηται· ἃ δὲ ἡμῖν ἐπῆλθεν εἰπεῖν πρὸς τὸν Κολώτην, ἡδέως ἂν οἶμαί σε γεγραμμένα διελθεῖν, φιλόκαλον καὶ φιλάρχαιον ὄντα, καὶ τὸ μεμνῆσθαι καὶ διὰ χειρῶν ἔχειν, ὡς μάλιστα δυνατόν ἐστι, τοὺς λόγους τῶν παλαιῶν, βασιλικωτάτην διατριβὴν ἡγούμενον.

F β΄. Ἔναγχος οὖν ἀναγινωσκομένου, εἷς τῶν ἑταίρων Ἀριστόδημος ὁ Αἰγιεὺς,

I. COLOTES, quem Epicurus ſolebat Colotaram et Colotarium, blandiendi cauſſa, diminuta voce appellare, librum edidit hac inſcriptione, *Secundum aliorum philoſophorum decreta ne vivi quidem poſſe*; eumque regi Ptolemæo dedicavit. Quæ vero nobis adverſus Colotem diſputare ſubiit, exiſtimo te, Saturnine, cum voluptate lecturum ſi perſcripſero; ut qui honeſtis rebus antiquitatiſque ſtudio tenearis, hancque maxime regiam delectationem eſſe cenſeas, memoria complecti et in promtu habere, quantum ejus fieri poteſt, veterum doctrinam.

II. Nuper, cum is liber recitaretur, unus de ſociis noſtris Ariſtodemus Ægienſis, quem noſti,

οἶσθα γὰρ τὸν ἄνδρα τῶν ἐξ Ἀκαδημίας οὐ ναρθηκοφόρον, ἀλλὰ ἐμμανέστατον ὀργιαστὴν Πλάτωνος, οὐκ οἶδα ὅπως παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐγκαρτερήσας σιωπῇ, καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἀκροατὴν ἄχρι τέλους κόσμιον, ὡς τέλος ἔσχεν ἡ ἀνάγνωσις, Εἶεν, ἔφη, τίνα τούτῳ μαχούμενον ἀνιστάμεν ὑπὲρ τῶν φιλοσόφων; οὐ γὰρ ἄγαμαι τοῦ Νέστορος, ἑλέσθαι δέον ἐκ τῶν ἐννέα τὸν ἄριστον, ἐπὶ τῇ τύχῃ ποιουμένου, καὶ διακληροῦντος.

Ἀλλὰ ὁρᾷς, ἔφην, ὅτι κἀκεῖνος ἐπὶ τὸν κλῆρον ἑαυτὸν ἔταξεν, ὥστε τοῦ φρονιμωτάτου βραβεύοντος γενέσθαι τὸν κατάλογον·

> Ἐκ δ' ἔθορε κλῆρος κυνέης ὃν ἄρ' ἤθελον αὐτοί, 1108
> Αἴαντος.

Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ σὺ προστάττεις ἑλέσθαι,

> Πῶς ἂν ἔπειτ' Ὀδυσῆος ἐγὼ θείοιο λαθοίμην;

ὅρα δὴ καὶ σκόπει πῶς ἀμυνῇ τὸν ἄνδρα.

Καὶ ὁ Ἀριστόδημος, Ἀλλ' οἶσθα, ἔφη, τὸ τοῦ Πλάτωνος, ὅτι τῷ παιδὶ χαλεπήνας, οὐκ αὐτὸς ἐνέτεινε πληγάς, ἀλλὰ Σπεύσιππον ἐκέλευσεν, εἰπὼν αὐτὸς ὀργίζεσθαι· καὶ σὺ τοίνυν παραλαβὼν κόμιζε τὸν ἄνθρωπον ὅπως βούλει, ἐγὼ γὰρ ὀργίζομαι. Τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τῶν ἄλλων παρακελευομένων, Λεκτέον μὲν, ἔφην, ἄρα, φοβοῦμαι δὲ μὴ δόξω καὶ αὐτὸς ἐσπουδακέναι μᾶλλον ἢ δεῖ πρὸς τὸ βιβλίον, ὑπὲρ τῆς δι' ἀγροικίαν καὶ B

F. 5. μαχούμενον] Sic B. E. Vulgo, μαχόμενον.
B. 1. ὑπὲρ τῆς] Legendum ac distinguendum, βιβλίον ὑπ' ὀργῆς, δι' ἀγροικίαν—. Itaque verti.

secta Academicus, et non ferulam gestans, quod aiunt, sed ardentissimo instinctu Platonis orgia celebrans, nescio quomodo præter morem suum silentium cum tenuisset, et ad finem usque modeste auditorem se præbuisset; absoluta lectione, Agedum, inquit, quemnam huic opponemus pro philosophis propugnaturum? Non enim admodum probo Nestorem, qui de novem heroibus cum deberet præstantissimum deligere, fortunæ et sorti rem commisit.

Atqui vides, aiebam, ipsum se sortitioni præfecisse, ut prudentissimo homine eam moderante conficeretur. Itaque

> Exiit e galea sors exoptata Pelasgis,
> Ajacem pugnæ dedens Telamone creatum.

Sed tamen quando tu deligere jubes,

> Quonam divini pacto obliviscar Ulyssis?

Vide ergo ac meditare, qua ratione hominem ulciscaris.

Atqui, aiebat Aristodemus, meministi, Platonem, cum puero irasceretur, non ipsum verbera ingessisse, sed hoc Speusippo mandavisse, quod se animo commoto esse diceret. Ita tu quoque nunc meo loco hominem tracta ut libet; ipse enim iratus sum. In eandem sententiam aliis etiam exhortantibus, Dicendum ergo est, inquam. Vereor autem ne videar ipse quoque iratus majore quam par est studio adversus hunc librum contendere;

βωμολοχίαν καὶ ὕβριν τοῦ ἀνθρώπου χόρτον τινὰ προβάλλοντος * ἤσεως Σωκράτει, καὶ πῶς εἰς τὸ στόμα τὸ σιτίον οὐκ εἰς τὸ οὖς ἐντίθησιν ἐρωτῶντος. Ἀλλ' ἴσως ἂν ἐπὶ τούτοις καὶ γελάσειέ τις, ἐννοήσας τὴν Σωκράτους πρᾳότητα καὶ χάριν.

Ὑπέρ γε μέντοι παντὸς Ἑλλήνων στρατοῦ,

τῶν ἄλλων φιλοσόφων, ἐν οἷς Δημόκριτός ἐστι καὶ Πλάτων καὶ Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης καὶ Μέλισσος, οἱ κακῶς ἀκηκοότες, οὐ μόνον

Αἰσχρὸν σιωπᾶν,

ἀλλ' οὐδὲ ὅσιον ἐνδοῦναί τι καὶ ὑφελέσθαι τῆς ἄκρας ὑπὲρ αὐτῶν παρ-
C ῥησίας, εἰς τοῦτο δόξης φιλοσοφίαν προαγαγόντων. Καίτοι τὸ μὲν ζῆν οἱ
γονεῖς μετὰ τῶν θεῶν ἡμῖν ἔδωκαν, παρὰ δὲ τῶν φιλοσόφων δίκης καὶ νόμου
συνεργὸν οἰόμεθα λόγον ἐπιθυμιῶν κολαστὴν λαβόντες, εὖ ζῆν· τὸ δὲ εὖ
ζῆν, ἐστὶ κοινωνικῶς ζῆν καὶ φιλικῶς καὶ σωφρόνως καὶ δικαίως. Ὧν οὐθὲν
ἀπολείπουσιν οἱ περὶ γαστέρα τἀγαθὸν εἶναι βοῶντες, οὐκ ἂν δὲ τὰς ἀρετὰς
ὁμοῦ πάσας τετρημένου χαλκοῦ πριάμενοι, δίχα τῆς ἡδονῆς πάσης πανταχόθεν ἐξελαθείσης· ἐνδεῖν δὲ αὐτοῖς τὸν περὶ θεῶν καὶ ψυχῆς λόγον, ὡς
ἡ μὲν ἀπόλλυται διαλυθεῖσα, τοῖς δὲ οὐδενὸς μέλει τῶν καθ' ἡμᾶς. Τοῖς

B. 2. προβάλλοντος * ἤσεως Σωκράτει] Forte ita ſupplendus defectus, χόρτον τινὰ προβάλλοντος ἀντὶ ἄρτου καταφρονοῦντι αἰσθήσεως Σωκράτει. Ita partim et Xyl. conjecit et vertit.
B. 7. Πλάτων] Στίλπων B. E.
B. 9. Αἰσχρὸν σιωπᾶν] Disjunximus hæc a reliqua diſputatione, ut partem dicti Euripidei.
B. 10. ὑφελέσθαι] Malim ὑφιέσθαι. Anon. ὑφίσθαι.
C. 6. ἡδονῆς—ἐνδεῖν δὲ αὐτοῖς] Excidiſſe quædam et ita reſtituenda ſuſpicor, ἡδονῆς, ἧς πάσης καὶ πανταχόθεν ἐξελαθείσης οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν· φυσιολογίας δὲ ἐνδεῖν αὐτοῖς—. Ita verti.

propterea quod homo iſte ruſticitate et ſcurrilitate atque petulantia quaſi fœnum Socrati edendum obtulit, loco panis, cum nihil hic ſe certo ſcire pronunciaret, interrogavitque *cur cibum non in aurem, ſed in os imponeret.* Sed fortaſſis hæc riſum alicui concitent, manſuetudinem et comitatem Socratis conſideranti.

Sed integro jam pro Graiorum exercitu,

id eſt reliquis philoſophis, de quorum numero ſunt Democritus, Plato, Empedocles, Parmenides, Meliſſus, ita traductis,

Tacere turpe eſt:

ac præterea nefas etiam aliquid de ſumma pro illis dicendi libertate remittere, qui tantam philoſophiæ gloriam paraverint. Etenim vitam quidem nobis parentes Deorum auxilio largiti ſunt; a philoſophis autem juris et legum adjutricem doctrinam, et cupiditatum moderatricem accipientes, bene nos vivere putamus. Eſt autem bene vivere, amice et ſocietati hominum convenienter, temperanterque et juſte vivere. Atqui horum nihil nobis relinquunt, qui *ſummum bonum circa ventrem eſſe* clamant, et *voluptate undique rejecta univerſas virtutes ne pertuſo quidem ære emerent:* porro aiunt *philoſophiam ipſorum non opus habere naturali ratione, niſi propter locum de Diis et animo; ut conſtet, hunc perire diſſolutum, illos nullam rerum humanarum curam gerere.* Alios philoſo-

μὲν γὰρ ἄλλοις φιλοσόφοις ἐγκαλοῦσιν οὗτοι διὰ τὸ σοφὸν, ὡς τὸ ζῆν ἀναι- D
ροῦσι· ἐκεῖνοι δὲ τούτοις, ὅτι ζῆν ἀγεννῶς καὶ θηριωδῶς διδάσκουσι.

γ΄. Καίτοι ταῦτα μὲν ἐγκέκραται τοῖς Ἐπικούρου λόγοις, καὶ διαπε-
φοίτηκεν αὐτοῦ τῆς φιλοσοφίας. Ὁ δὲ Κολώτης, ὅτι φωνάς τινας ἐρήμους
πραγμάτων ἀποσπῶν, καὶ μέρη λόγων καὶ σπαράγματα κωφὰ τοῦ βε-
βαιοῦντος καὶ συνεργοῦντος πρὸς νόησιν καὶ πίστιν ἕλκων, ὥσπερ ἀγορὰν, ἢ
πίνακα τεράτων, συντίθησι τὸ βιβλίον, ἴστε δήπου παντὸς μᾶλλον ὑμεῖς,
ἔφην, τὰ συγγράμματα τῶν παλαιῶν διὰ χειρὸς ἔχοντες. Ἐμοὶ δὲ δοκεῖ
καθάπερ ὁ Λυδὸς ἐφ᾽ αὑτὸν ἀνοίγειν οὐ θύραν μίαν, ἀλλὰ ταῖς πλείσταις
τῶν ἀποριῶν καὶ μεγίσταις περιβάλλειν τὸν Ἐπίκουρον. Ἄρχεται γὰρ ἀπὸ E
Δημοκρίτου, καλὰ καὶ πρέποντα διδασκάλια κομιζομένου παρ᾽ αὐτοῦ· καί-
τοι πολὺν χρόνον αὐτὸς ἑαυτὸν ἀνηγόρευε Δημοκρίτειον ὁ Ἐπίκουρος, ὡς
ἄλλοι τε λέγουσι, καὶ Λεοντεὺς εἷς τῶν ἐπ᾽ ἄκρον Ἐπικούρου μαθητῶν,
πρὸς Λυκόφρονα γράφων, "τιμᾶσθαί τε," φησὶ, "τὸν Δημόκριτον ὑπὸ
Ἐπικούρου, διὰ τὸ πρότερον ἅψασθαι τῆς ὀρθῆς γνώσεως, καὶ τὸ σύνο-
λον τὴν πραγματείαν Δημοκρίτειον προσαγορεύεσθαι, διὰ τὸ περι-
πεσεῖν αὐτὸν πρότερον ταῖς ἀρχαῖς περὶ φύσεως." Ὁ δὲ Μητρό-
δωρος ἄντικρυς περὶ φιλοσοφίας εἴρηκεν, ὡς, "εἰ μὴ καθηγήσατο Δη-
μόκριτος, οὐκ ἂν προῆλθεν Ἐπίκουρος ἐπὶ τὴν σοφίαν." Ἀλλ᾽ εἰ κατὰ F

D. 1. οὗτοι—ἀναιροῦσι] Locus corruptus, forte cum Mez. ita corrigendus, οὗτοι ὅτι διὰ τὸ σωφρόνως τὸ ζῆν ἀναιροῦσι.
D. 5. πραγμάτων] Forte, γραμμάτων.
E. 2. καίτοι] Sic B. E. Vulgo, καί.

phos hi reprehendunt ſapientiæ nomine, quod vitam e medio tollant: illi eos, quod turpiter et belluino more vivere nos doceant.

III. Atque hæc quidem plane immixta ſunt per Epicuri diſputationes, et philoſophiam ejus permeant. Colotem autem voces quaſdam rerum inanes avellendo, et partes ſermonum ac fruſta, affirmationis et intelligentiam fidemque conciliantis rationis expertia, contrahendo, librum compoſuiſſe, quaſi forum quoddam aut tabulam monſtrorum, omnium optime vos noſtis, qui in manibus habetis ſcripta antiquorum. Mihi vero videtur ſicut Lydus ille aperire adverſus ſeipſum non unicam januam, ſed plurimis difficultatibus et maximis involvere Epicurum. Initium enim facit a Democrito, cui quidem præclaram et dignam perſolvit mercedem. Et ſane longo tempore Epicurus ſe Democriteum profeſſus eſt: quod et alii dicunt, et Leonteus unus de ſummis Epicuri diſcipulis ad Lycophronem ſcribit, *honorem haberi Democrito ab Epicuro, quia is primus rectam cognitionem attigerit, ac primus in principia naturæ inciderit, unde univerſa tractatio Democritica appelletur.* Metrodorus vero aperte de philoſophia dixit, *Niſi præiviſſet Democritus, Epicurum nunquam fuiſſe ad ſapientiam perventurum.* At vero,

τὰ Δημοκρίτου δόγματα ζῆν οὐκ ἔστιν, ὡς οἴεται Κολώτης, γελοῖος ἦν ἐπὶ τὸ μὴ ζῆν ἄγοντι Δημοκρίτῳ κατακολουθῶν ὁ Ἐπίκουρος.

δʹ. Ἐγκαλεῖ δὲ αὐτῷ πρῶτον, ὅτι τῶν πραγμάτων ἕκαστον εἰπὼν
1109 οὐ μᾶλλον τοῖον ἢ τοῖον εἶναι, συγκέχυκε τὸν βίον. Ἀλλὰ τοσοῦτόν γε Δημόκριτος ἀποδεῖ τοῦ νομίζειν μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον τῶν πραγμάτων ἕκαστον, ὥστε Πρωταγόρᾳ τῷ σοφιστῇ τοῦτο εἰπόντι μεμαχῆσθαι, καὶ γεγραφέναι πολλὰ καὶ πιθανὰ πρὸς αὐτόν· οἷς οὐδὲ ὄναρ ἐντυχὼν ὁ Κολώτης, ἐσφάλη περὶ λέξιν τοῦ ἀνδρὸς, ἐν ᾗ διορίζεται μὴ μᾶλλον τὸ Δὲν, ἢ τὸ Μηδὲν εἶναι· Δὲν μὲν ὀνομάζων τὸ σῶμα, Μηδὲν δὲ τὸ κενὸν, ὡς καὶ τούτου φύσιν τινὰ καὶ ὑπόστασιν ἰδίαν ἔχοντος. Ὁ δ᾽ οὖν δόξας τὸ μηδὲν μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον, Ἐπικουρείῳ δόγματι κέχρηται, τὸ πάσας
B εἶναι τὰς δι᾽ αἰσθήσεως φαντασίας ἀληθεῖς. Εἰ γὰρ δυοῖν λεγόντων, τοῦ μὲν αὐστηρὸν εἶναι τὸν οἶνον, τοῦ δὲ γλυκὺν, οὐδέτερος ψεύδεται τῇ αἰσθήσει, τί μᾶλλον ὁ οἶνος αὐστηρὸς ἢ γλυκύς ἐστι; Καὶ μὴν λουτρῷ γε τῷ αὐτῷ τοὺς μὲν ὡς θερμῷ, τοὺς δὲ ὡς ψυχρῷ χρωμένους ἰδεῖν ἐστιν· οἱ μὲν γὰρ ψυχρὸν, οἱ δὲ θερμὸν ἐπεμβάλλειν κελεύουσι. Πρὸς δὲ Βερρονίκην τὴν Δηϊοτάρου τῶν Λακεδαιμονίων τινὰ γυναικῶν ἀφικέσθαι λέγουσιν· ὡς δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων προσῆλθον, εὐθὺς ἀποστραφῆναι, τὴν μὲν τὸ μύρον, ὡς ἔοικε, τὴν δὲ τὸ βούτυρον δυσχεράνασαν. Εἴπερ οὖν μὴ μᾶλλόν ἐστιν ἡ ἑτέρα τῆς ἑτέρας ἀληθὴς αἴσθησις, εἰκός ἐστι καὶ τὸ ὕδωρ μὴ μᾶλλον εἶναι

F. 4. εἰπὼν] Ita Xyl. correxit. Vulgo, ἐπιών.

si secundum Democriti decreta vivi non potest, ridiculus Epicurus, qui ad non vivendum ducentem sequatur.

IV. Huic primum id vitio dat, quod *unamquamque rem asserens non magis talem quam talem esse, vitam perturbaverit.* Atqui tantum abest hoc ut senserit Democritus, ut etiam Protagoram sophistam hoc affirmantem impugnaverit, ac multa et probabilia contra eum scripserit. Quæ cum ne per somnum quidem vidisset Colotes, lapsus est in verbis ejus, quibus definit non magis *den* esse quam *meden*; *den* nominans corpus, *meden* inane, quasi hoc quoque suam quandam naturam et substantiam haberet. Enimvero qui sentiret nihil magis tale esse quam tale, Epicureum sequeretur decretum, quo *omnia sensus visa vera statuuntur esse.* Nam si duobus dicentibus, altero austerum esse vinum, altero dulce, neutrius sensus fallit, qui magis austerum erit vinum quam dulce? Quin et eodem lavacro vides unum ut calido, alterum ut frigido uti; cum hic calidam, ille frigidam affundi jubeat. Et ferunt Spartanam quandam mulierem accessisse ad Berenicem Deiotari uxorem, cumque invicem appropinquassent, aversas fuisse, quod unguentum altera, altera butyrum olfaciens aversaretur. Si ergo una sensio non est verior quam altera, consentaneum est aquam non magis frigidam esse quam calidam, et unguentum

ψυχρὸν ἢ θερμόν, καὶ τὸ μύρον καὶ τὸ βούτυρον μὴ μᾶλλον εὐῶδες ἢ C
δυσῶδες. Εἰ γὰρ αὖ τὸ φαινόμενον ἕτερον ἑτέρῳ φάσκει τις, ἀμφότερα
εἶναι λέγων λέληθεν.

έ. "Αἱ δὲ πολυθρύλλητοι συμμετρίαι καὶ ἁρμονίαι τῶν περὶ τὰ
" αἰσθητήρια πόρων, αἵ τε πολυμιξίαι τῶν σπερμάτων, ἃ δὴ πᾶσι χυμοῖς
" καὶ ὀσμαῖς καὶ χροιαῖς ἐνδιεσπαρμένα λέγουσιν ἑτέραν ἑτέρῳ ποιότητος
" κινεῖν αἴσθησιν," οὐκ ἄντικρυς εἰς τὸ μὴ μᾶλλον τὰ πράγματα συν-
ελαύνουσιν αὐτοῖς; Τοὺς γὰρ οἰομένους ψεύδεσθαι τὴν αἴσθησιν, ὅτι τὰ
ἐναντία πάθη γινόμενα τοῖς χρωμένοις ἀπὸ τῶν αὐτῶν ὁρῶσι, παραμυθού-
μενοι, διδάσκουσιν ὡς, "ἀναπεφυρμένων καὶ συμμιγνυμένων ὁμοῦ τι πάν- D
" των, ἄλλου δὲ ἄλλῳ πεφυκότος ἐναρμόττειν, οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ποιότητος
" ἐπαφὴ καὶ ἀντίληψις, οὐδὲ πᾶσι τοῖς μέρεσι κινεῖ πάντας ὡσαύτως τὸ
" ὑποκείμενον· ἀλλὰ ἐκείνοις ἕκαστοι μόνοις ἐντυγχάνοντες πρὸς ἃ σύμ-
" μετρον ἔχουσι τὴν αἴσθησιν, οὐκ ὀρθῶς διαμάχονται περὶ τοῦ χρηστὸν, ἢ
" πονηρὸν, ἢ λευκὸν ἢ μὴ λευκὸν εἶναι τὸ πρᾶγμα, τὰς αὑτῶν οἰόμενοι
" βεβαιοῦν αἰσθήσεις, τῷ τὰς ἄλλων ἀναιρεῖν· δεῖ δὲ αἰσθήσει μὲν μηδὲ
" διαμάχεσθαι· πᾶσαι γὰρ ἅπτονταί τινος, οἷον ἐκ πηγῆς τῆς πολυ-
" μιξίας ἑκάστη λαμβάνουσα τὸ πρόσφορον καὶ οἰκεῖον· ὅλου δὲ μὴ κατ- E

C. 2. Εἰ γὰρ—λέληθεν] Minime integer locus: et Xyl. ſtellam, corruptelæ ſignum, appoſuit. Suſpicor hanc fuiſſe Auctoris ſcripturam: Εἰ γὰρ τὸ αὐτὸ φαινόμενον ἕτερον ἑτέρῳ φάσκει τις εἶναι, τὸ αὐτὸ ἀμφότερα εἶναι λέγων λέληθεν. Item expreſſimus in Latinis.

C. 6. ἑτέρῳ ποιότητος] Sic E. in poſtremo conſentit etiam B. Vulgo, ἑτέρων ποιότητας.

D. 1. ὁμοῦ τι] Sic E. Vulgo, ὁμοῦ τοι. Idem modo dat συμμεμιγμένων.

D. 5. ἢ πονηρὸν] Addidimus ex B. E. Alii aliter conjiciunt: Amiot. Mez. χρηστὸν ἢ μὴ χρηστόν. Reiſk. χρηστὸν ἢ ἄχρηστον.

butyro non melius olere, non deterius. Nam qui idem Viſum aliud alii eſſe ait, is imprudens utrumque idem affirmat eſſe.

V. Illæ autem multorum ſermone tritæ *concinnitates et proportiones meatuum in ſentiendi inſtrumentis, et multiplices ſeminum permixtiones, quæ omnibus ſaporibus, odoribus, coloribuſque inſperſa* aiunt *ſenſum movere ad alias aliorum qualitates percipiendum*, an non recta eos adigunt ad dicendum, aliud alio non magis eſſe tale? Etenim quando refellere hos volunt, qui ſenſus fallere ideo aiunt, quod vident diverſe ab eadem re nos affici, docent, *confuſis atque permixtis ſimul omnibus, cum natura ſit comparatum ut aliud alii quadret, non eſſe contactum aut apprehenſionem ejuſdem qualitatis, neque a re ſubjecta omnes omnibus partibus eodem modo affici: ſed eas tantum unicuique occurrere, ad quas ſenſum habet menſura reſpondente concinnatum. Itaque non recte nos de eo certare, rem eſſe albam aut non albam, dum noſtrum ſenſum volumus defendere, alienum impugnare. Nulli enim ſenſioni repugnandum eſſe, cum quævis aliquid apprehendat ex illa multiplici mixtura; quævis id, quod ei eſt accommodatum et conveniens. Neque de toto pronunciandum eſſe, cum partes duntaxat attingantur: neque putandum omnes debere eodem modo*

“ ἠγορεῖν, ἀπολομένους μερῶν, μηδὲ τὸ αὐτὸ οἴεσθαι δεῖν πάσχειν ἅπαντας,
“ ἄλλους κατ' ἄλλην ποιότητα καὶ δύναμιν αὐτοῦ πάσχοντας.” Ἆρα δεῖ
σκοπεῖν τίνες μᾶλλον ἄνθρωποι τὸ μὴ μᾶλλον ἐπάγουσι τοῖς πράγμασιν,
ἢ οἱ πᾶν μὲν τὸ αἰσθητὸν, κρᾶμα παντοδαπῶν ποιοτήτων ἀποφαίνουσι

Σύμμικτον, ὥστε γλεῦκος αὐλητήριον,

ἔρρειν δὲ ὁμολογοῦσι τοὺς κανόνας αὐτοῖς, καὶ παντάπασιν οἴχεσθαι τὸ κρι-
τήριον, ἄνπερ εἰλικρινὲς αἰσθητὸν ὁτιοῦν, καὶ μὴ πολλὰ ἕκαστον ἀπέλιπον;

ϛ΄. Ὅρα δὴ ἃ περὶ τοῦ οἴνου τῆς θερμότητος ἐν τῷ Συμποσίῳ Πο-
F λύαινον αὐτῷ διαλεγόμενον Ἐπίκουρος πεποίηκε· λέγοντος γὰρ, “ Οὐ φῂς
“ εἶναι, ὦ Ἐπίκουρε, τὰς ὑπὸ τοῦ οἴνου διαθερμασίας;” ὑπέλαβέ τις, “ Οὐ
“ τὸ καθόλου θερμαντικὸν ἀποφαίνεσθαι τὸν οἶνον εἶναι·” καὶ μετὰ σμικρὸν,
“ Φαίνεται μὲν γὰρ τὸ καθόλου οὐκ εἶναι θερμαντικὸς ὁ οἶνος, τοῦδε δέ τινος
“ ὁ τοσοῦτος εἶναι θερμαντικὸς ἂν ῥηθείη.” Καὶ πάλιν αἰτίαν ὑπειπὼν,
1110 θλίψεις τε καὶ διασπορὰς ἀτόμων, ἑτέρων δὲ συμμίξεις καὶ παραζεύξεις
αἰτιασάμενος ἐν τῇ πρὸς τὸ σῶμα καταμίξει τοῦ οἴνου, ἐπιλέγει, “ Διὸ
“ δὴ καθόλου μὲν οὐ ῥητέον τὸν οἶνον εἶναι θερμαντικόν· τῆς δὲ τοιαύτης
“ φύσεως καὶ τῆς οὕτω διακειμένης θερμαντικὸν τὸν τοσοῦτον, ἢ τῆσδε τὸν
“ τοσοῦτον εἶναι ψυκτικόν· ἔνεισι γὰρ καὶ τοιαῦται ἐν τῷ τοιούτῳ ἀθροίσ-

E. 3. Ἆρα δεῖ] Forte, Ὅρα δή.
E. 6. αὐλητήριον] Hoc unum, si forte, mutandum in ληνητήριον vel ἐκκλυστήριον. Distinximus ut Senarium. Audacter neque ulla cum auctoritate corrigere tentat Salmasius Συμμικτὸν ὥστε γλαυκὸς αὐλιστήριον. Exercit. Plin. T. I. p. 315.
E. 9. Πολύαινον] Ex uno recepi Xyl. Vulgo, Πολύδινον.
F. 2. ὑπέλαβέ τις] Forte, ὑπέλαβεν αὐτός.

a re eadem affici, cum alius alia ejus vi et facultate afficiatur. Quaerendumne jam est, quinam homines non magis hoc quam illud esse rebus inferant? Certe hi, qui omnis generis qualitatum sensilium mixturam statuunt,

Ceu turbidus musti fit fervor aestuans,

fatenturque suos canones perire ipsis, et omnino aboleri facultatem judicandi, si ullum sensile sincerum relinquerent, non unumquodque multa facerent.

VI. Vide jam, quae de vini calore secum disputantem Polyaenum in convivio Epicurus facit. Dicente enim Polyaeno, *Negasne, Epicure, vinum calefacere?* subjecit quidam, *Non universe de vino pronunciari esse ei vim calefaciendi:* et paulo post; *Videtur enim universe non habere facultatem calefaciendi vinum; tantillum autem huncce calefacere posse dicemus.* Rursumque rationem reddens, *collisiones et disseminationes atomorum, aliorumque admixtiones et adjunctiones* caussatus in vini cum corpore commixtione, haec addit; *Itaque universe dicendum non est, vinum esse vi calefaciendi praeditum; sed tantum vini hujusmodi itaque affectam naturam calefacere posse, aut refrigerare. Insunt enim in tali congerie etiam tales naturae, e quibus*

" ματι φύσεις ἐξ ὧν ἂν ψυχρὸν συσταίη, εἰ δέον γε ἑτέροις προσζυγεῖσαι, " ψυχρασίας φύσιν ἀποτελέσειαν· ὅθεν ἐξαπατώμενοι, οἱ μὲν, ψυκτικὸν " τὸ καθόλου φασὶν εἶναι τὸν οἶνον, οἱ δὲ, θερμαντικόν." Ὁ δὴ λέγων ἐξηπατῆσθαι τοὺς πολλοὺς, τὸ θερμαῖνον, θερμαντικὸν, ἢ τὸ ψῦχον, ψυκτικὸν ὑπολαμβάνοντας, εἰ μὴ νομίζοι τὸ μὴ μᾶλλον εἶναι τοῖον ἢ τοῖον B ἕκαστον ἀκολουθεῖν οἷς εἴρηκεν, αὐτὸς ἐξηπάτηται. Προστίθησι δὲ ὅτι " πολλάκις οὐδὲ ἦλθεν εἰς τὸ σῶμα θερμαντικὴν ἐπιφέρων ἢ ψυκτικὴν " δύναμιν ὁ οἶνος, ἀλλὰ κινηθέντος τοῦ ὄγκου καὶ γινομένης τῶν σωμάτων " μεταστάσεως, αἱ ποιοῦσαι τὸ θερμὸν ἄτομοι νῦν μὲν συνῆλθον εἰς τὸ " αὐτὸ, καὶ παρέσχον ὑπὸ πλήθους θερμότητα καὶ πύρωσιν τῷ σώματι, νῦν " δὲ ἐκπεσοῦσαι κατέψυξαν."

ζ'. Ἔτι δὲ τούτοις προσεπανέστη χρῆσθαι τὸ καλούμενον καὶ νομιζόμενον πικρὸν, γλυκὺ, καθαρτικὸν, ὑπνωτικὸν, φωτεινὸν, ὡς οὐδενὸς ἔχοντος αὐτοτελῆ ποιότητα καὶ δύναμιν, οὐδὲ δρῶντος μᾶλλον ἢ πάσχοντος, ὅταν C ἐγγίνωνται τοῖς σώμασιν, ἄλλην δὲ ἐν ἄλλοις διαφορὰν καὶ κρᾶσιν λαμβάνοντος, οὐκ ἄδηλός ἐστιν. Αὐτὸς γὰρ οὖν ὁ Ἐπίκουρος ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν πρὸς Θεόφραστον, " οὐκ εἶναι λέγων τὰ χρώματα συμφυῆ τοῖς σώμασιν, " ἀλλὰ γεννᾶσθαι κατὰ ποιάς τινας τάξεις καὶ θέσεις πρὸς τὴν ὄψιν, οὐ μᾶλλον " φησὶ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον ἀχρωμάτιστον σῶμα εἶναι ἢ χρῶμα ἔχον." Ἀνω-

A. 6. εἰ δέον γε] Legendum videtur, εἰς δέον τι—.
A. 7. ἀποτελέσειαν] ἀπολέσειαν, Mez.
B. 8. Ἔτι δὲ—χρῆσθαι] Legendum, ut et Reiſkius vidit, Ὅτι δὲ τούτοις πρὸς πᾶν ἐστὶ χρῆσθαι.
C. 3. ἄδηλός] Legendum ἄδηλον, cum Reiſkio. Ejuſdem ἐγγίνηται, paulo ante, non item neceſſarium.

frigus confici poſſit, ſi ita uſus ferat, ut aliis adjunctæ naturam frigefactionis præſtent. Unde per errorem alii vinum univerſe frigefaciens dixerunt, alii calefaciens. Sane qui pleroſque erraviſſe ait, quod calefaciens id quod calefacit, frigefaciens id quod frigefacit cenſuerunt, ipſe decipitur, ſi non ſentit ex ſuis verbis hoc conſequi, nihil magis eſſe tale quam tale. Addit porro, *ſæpe vinum in corpus ita venire, ut neque calorem neque frigus inferentem vim ſecum afferat*; *ſed, commota mole et facta corporum mutatione, atomi quæ calorem inducunt aliquando*, inquit, *coëuntes ſua multitudine calorem et inflammationem corpori præbent*; *aliquando elapſæ frigus gignunt.*

VII. Iſta vero decreta item referri poſſe adhiberique ad ea omnia quæ habentur et dicuntur amara, dulcia, purgantia, ſoporifera, lucida, quorum nullum perfectam in ſeſe habere qualitatem et vim agendi potius quam patiendi ubi in corpora incidunt, ſed aliam in aliis nanciſci differentiam ac temperiem, haud obſcurum eſt. Ipſe quidem Epicurus in ſecundo adverſus Theophraſtum libro negans *corporibus innaſci colores, ſed generari ſecundum quaſdam ordinationes et poſitus reſpectu viſus, hac ratione*, inquit, *corpus non magis effici coloris expers quam coloratum.* Supra autem in

τέρω δὲ κατὰ λέξιν ταῦτα γέγραφεν· "Ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτου τοῦ μέρους, "οὐκ οἶδα ὅπως δεῖ τὰ ἐν σκότει ταῦτα ὄντα φῆσαι χρώματα ἔχειν·
D "καίτοι πολλάκις ἀέρος ὁμοίως σκοτώδους περικεχυμένου, οἱ μὲν αἰσθάνονται χρωμάτων διαφορᾶς, οἱ δὲ οὐκ αἰσθάνονται δι' ἀμβλύτητα τῆς "ὄψεως· ἔτι δὲ, εἰσελθόντες εἰς σκοτεινὸν οἶκον, οὐδεμίαν ὄψιν χρώματος "ὁρῶμεν· ἀναμείναντες δὲ μικρὸν, ὁρῶμεν· οὐ μᾶλλον οὖν ἔχειν ἢ μὴ "ἔχειν χρῶμα ῥηθήσεται τῶν σωμάτων ἕκαστον. Εἰ δὲ τὸ χρῶμα πρός "τι, καὶ τὸ λευκὸν ἔσται πρός τι, καὶ τὸ κυανοῦν· εἰ δὲ ταῦτα, καὶ τὸ "γλυκὺ καὶ τὸ πικρόν· ὥστε κατὰ πάσης ποιότητος ἀληθῶς, τὸ μὴ μᾶλλον "εἶναι, ἢ μὴ εἶναι, κατηγορεῖσθαι· τοῖς γὰρ οὕτω πάσχουσιν ἔσται τοιοῦτον, "οὐκ ἔσται δὲ τοῖς μὴ πάσχουσι." Τὸν οὖν βόρβορον καὶ τὸν τ * ἐν ᾧ
E φησι γίνεσθαι τοὺς τὸ μηδὲν μᾶλλον τοῖον ἢ τοῖον ἐπιφθεγγομένους τοῖς πράγμασιν, ἑαυτοῦ καταςκεδάννυσι καὶ τοῦ καθηγεμόνος ὁ Κολώτης.

η'. Ἆρα οὖν ἐνταῦθα μόνον ὁ γενναῖος

Ἄλλων ἰατρὸς αὐτὸς ἕλκεσι βρύων

ἀναπέφηνεν; Οὐμενοῦν· ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιτιμημάτων λέληθε τῷ Δημοκρίτῳ τὸν Ἐπίκουρον ἐκ τοῦ ζῆν συνεξωθῶν. Τὸ γὰρ νόμῳ χροιὴν εἶναι, καὶ νόμῳ γλυκὺ, καὶ νόμῳ σύγκρισιν * τὰς ἀτόμους εἰρημένον φησὶν ὑπὸ Δημοκρίτου ταῖς αἰσθήσεσι, καὶ τὸν ἐμμένοντα τῷ

D. 9. καὶ τὸν τ * ἐν ᾧ] Credam corrigendum, καὶ τὸν τάραχον, ἐν ᾧ. Amiot. Anon. Mez Reiſk. ſupplent πηλόν.
E. 7. σύγκρισιν * τὰς ἀτόμους] Legendum, σύγκρισιν, ἐτεῇ δὲ τὸ κενὸν καὶ τὰς ἀτόμους. Vid. interpretes ad Diog. Laert. IX, 44, 72.
E. 8. ταις αἰσθήσεσι] μάχεσθαι ταῖς αἰσθήσεσι, vel ſimilem in formam, corrigendum cum Reiſkio.

hanc ſententiam ſcripſerat: *Ceterum etiam abſque hac parte, neſcio quo pacto oporteat iſta, quæ in tenebris ſunt, colorata dicere. Atqui ſæpenumero aëre tenebroſo circumfuſo, alii ſentiunt diſcrimen colorum, alii non ſentiunt ob viſus hebetudinem: deinde ingreſſi in domum tenebricoſam, initio nullum colorem videmus; parva mora ibi facta, videmus. Ergo unumquodque corpus dicemus non magis habere quam non habere colorem. Si autem color ex eorum eſt cenſu quæ alio referuntur, albedo quoque reſpectu alterius albedo erit, et cæruleum; et ſi hæc, etiam amarum et dulce; fietque, ut de nulla non qualitate vere dicatur, eam non magis eſſe, quam eſſe: talis enim erit quævis, qualis eſt ſentientis affectio.* Proinde cœno, in quo jacere ait eos qui res non magis hoc quam illud eſſe pronunciant, ſeſe et magiſtrum ſuum perfundit Colotes.

VIII. An vero hic tantum egregius ille

Aliis mederi vult, ipſe ulceribus ſcatens?

Non profecto. Sed magis etiam in ſecunda reprehenſione imprudens cum Democrito Epicurum e vita exturbat. Quod enim ille dixit *inſtituto hominum eſſe colorem, itemque dulcedinem, et concretionem; revera nil eſſe, niſi inane et atomos,* hoc igitur Democriti dictum ait Colotes *repug-*

λόγῳ τούτῳ καὶ χρώμενον οὐδ' ἂν αὐτὸν ὡς * ἔστιν ἢ ζῇ διανοηθῆναι. F
Πρὸς τοῦτον ἀντειπεῖν μὲν οὐδὲν ἔχω τὸν λόγον, εἰπεῖν δὲ ὅτι ταῦτα τῶν Ἐπικούρου δογμάτων οὕτως ἀχώριστά ἐστιν ὡς τὸ σχῆμα καὶ τὸ βάρος αὐτοὶ τῆς ἀτόμου λέγουσι. Τί γὰρ λέγει Δημόκριτος; "Οὐσίας ἀπείρους "τὸ πλῆθος, ἀτόμους τε καὶ διαφόρους, ἔτι δὲ ἀποίους καὶ ἀπαθεῖς, ἐν τῷ "κενῷ φέρεσθαι διεσπαρμένας· ὅταν δὲ πελάσωσιν ἀλλήλαις, ἢ συμπέ-"σωσιν, ἢ περιπλακῶσι, φαίνεσθαι τῶν ἀθροιζομένων τὸ μὲν, ὕδωρ, τὸ δὲ, IIII
"πῦρ, τὸ δὲ, φυτὸν, τὸ δὲ, ἄνθρωπον· εἶναι δὲ πάντα τὰς ἀτόμους ἰδέας "ὑπ' αὐτοῦ καλουμένας, ἕτερον δὲ μηδέν· ἐκ μὲν γὰρ τοῦ μὴ ὄντος οὐκ "εἶναι γένεσιν, ἐκ δὲ τῶν ὄντων μηδὲν ἂν γενέσθαι, τῷ μήτε πάσχειν μήτε "μεταβάλλειν τὰς ἀτόμους ὑπὸ στερρότητος· ὅθεν οὔτε χρόαν ἐξ ἀχρώστων, "οὔτε φύσιν ἢ ψυχὴν ἐξ ἀποίων καὶ * ὑπάρχειν." Ἐγκλητέος οὖν ὁ Δημόκριτος, οὐχὶ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἀρχαῖς ὁμολογῶν, ἀλλὰ λαμβάνων ἀρχὰς αἷς ταῦτα συμβέβηκεν. Ἔδει γὰρ ἀμετάβλητα μὴ θέσθαι τὰ πρῶτα, θέμενον δὲ μὴ συνορᾶν ὅτι ποιότητος οἴχεται πάσης γένεσις· B
ἀρνεῖσθαι δὲ συνορῶντα τὴν ἀτοπίαν, ἀναισχυντότατα ὁ Ἐπίκουρός φησιν,

F. 1. ὡς * ἔστιν] Xyl. corrigendum putat, ὡς τεθνηκώς ἐστιν. Mez. et Reiſk. nil deeſſe cenſent. Utriuſque opinionis æqualis eſt probabilitas.

F. 5. διαφόρους] Xyl. Mez. corrigunt ἀδιαφόρους.

A. 2. πάντα τὰς ἀτόμους] Primum eſt ex Amiot. Mez. ſecundum ex B. et Mez. Vulgo, πάντας τοὺς ἀτόμους.

A. 2. ἰδέας] Corrigo, ἰδίως.

A. 6. καὶ * ὑπάρχειν] καὶ ἀψύχων ὑπάρχειν explent Amiot. T. V. Reiſk. At Xyl. et T. V. altera correctione, inſerunt ἀπαθῶν.

B. 1. δὲ μὴ] Corrigam δὲ δή.

B. 2. ἀναισχυντότατα ὁ Ἐπίκουρός] Legendum videtur, ἀναισχυντότατον· ὃ δὴ Ἐπίκουρον—ſenſu, quem in Latinis reddidimus: ſimiliter Reiſk. niſi quod ὁ δὲ Ἐπίκουρον vult.

nare ſenſibus, et qui perſeveret in hac ſententia, eamque ſequatur, non poſſe intelligere vivatne ipſe an ſit mortuus. Nihil habeo quod contra hæc dicam; hoc autem poſſum affirmare, tam non poſſe a decretis Epicuri ea ſeparari, quam ipſi figuram et gravitatem ab atomo negant disjungi. Quid enim dicit Democritus? *Subſtantias multitudine infinitas, diviſionis et differentiæ qualitatis quoque et affectionis expertes, in vacuo ferri diſperſas: quæ ſi invicem appropinquent, aut incidant, aut ſeſe complectantur, congeriem videri aliam ignem, aliam aquam, aliam plantam, aliam hominem: eſſe autem omnes atomos, quas ideas ſeu formas ipſe appellat, aliud nihil. Nam ex eo quod non eſt, nihil fieri: ex iis quæ ſunt, nihil naſci, cum ob ſoliditatem neque affici poſſint atomi, neque mutari: unde neque color ex carentibus colore, neque natura aut anima e qualitate nulla præditis omnemque affectionem ſubterfugientibus exſiſtat.* Reprehendendus ergo Democritus, non quod ſit ea confeſſus quæ principiis eveniunt, ſed quod principia poſuit quibus iſthæc accidunt. Debebat enim aut non ponere immutabilia principia; aut, his poſitis, ſentire tolli omnis generationem qualitatis: at vero impudentis eſt, cum ſentias abſurdum conſequi ex principiis, illud negare ac repudiare, his retentis. Quod

“ ἀρχὰς μὲν ὑποτίθεσθαι τὰς αὐτάς, οὐ λέγειν δὲ νόμῳ χροιὰν, καὶ γλυκὺ “ καὶ λευκὸν καὶ τὰς ἄλλας ποιότητας.” Εἰ μὲν οὖν τὸ Οὐ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν, Οὐχ ὁμολογεῖ, τῶν εἰθισμένων τι ποιεῖ· καὶ γὰρ τὴν Πρόνοιαν ἀναιρῶν, εὐσέβειαν ἀπολιπεῖν λέγει· καὶ τῆς ἡδονῆς ἕνεκα τὴν φιλίαν αἱρούμενος, ὑπὲρ τῶν φίλων τὰς μεγίστας ἀλγηδόνας ἀναδέχεσθαι· καὶ τὸ μὲν πᾶν ἄπειρον ὑποτίθεσθαι, τὸ δὲ ἄνω καὶ κάτω μὴ ἀναιρεῖν. Ἔστι δὲ οὐς
C * κύλικα μὲν λαβόντα, καὶ πιεῖν ὅσην ἂν ἐθέλῃ, καὶ ἀποδοῦναι τὸ λεῖπον· ἐν δὲ τῷ λόγῳ μάλιστα δεῖ τοῦ σοφοῦ τούτου μνημονεύειν ἀποφθέγματος, “ Ὧν αἱ ἀρχαὶ οὐκ ἀναγκαῖαι, τὰ τέλη ἀναγκαῖα.” Οὐκοῦν ἀναγκαῖον ὑποθέσθαι, μᾶλλον δὲ ἀφελέσθαι Δημοκρίτου, ἀτόμους εἶναι τῶν ὅλων ἀρχάς. Θεμένῳ δὲ τὸ δόγμα, καὶ καλλωπισαμένῳ ταῖς πρώταις πιθανότησιν αὐτοῦ, προσεκποτέον ἐστὶ τὸ δυσχερές· ἢ δεικτέον ὅπως ἄποια σώματα παντοδαπὰς ποιότητας αὐτῷ μόνῳ τῷ συνελθεῖν παρέσχεν. Οἷον εὐθὺς, τὸ καλούμενον θερμὸν ὑμῖν πόθεν ἀφῖκται, καὶ πῶς ἐπιγέγονε ταῖς
D ἀτόμοις, ἂν μήτε ἦλθον ἔχουσαι θερμότητα, μήτε ἐγένοντο θερμαὶ συνελθοῦσαι; Τὸ μὲν γὰρ, ἔχοντος ποιότητα· τὸ δὲ, πάσχειν πεφυκότος· οὐδέτερον δὲ ταῖς ἀτόμοις ὑπάρχειν φατὲ προσῆκον εἶναι, διὰ τὴν ἀφθαρσίαν.

B. 4. λέγει] Sic E. Vulgo, λέγειν.
B. 8. Ἔστι δὲ οὐς * κύλικα] Forte ſanetur locus ad veterem integritatem, legendo, Ἔστι μὲν οὖν κύλικα λαβόντα—.
C. 1. ὅσην] Immo, ὅσον, ut conjiciunt Xyl. et Mez.
C. 3. οὐκ ἀναγκαῖαι] Sic B. E. T. Schott. Xyl. Vulgo, οὐκ ἀναγκαῖα.
C. 4. ἀφελέσθαι] Immo, ὑφελέσθαι.

iſte Epicurum facere ait, et ponere principia eadem, et negare inſtituto hominum colorem, ſaporem, reliquaſque qualitates eſſe. Jam ſi *negare* apud eum idem ſignificat quod *non fateri*, ſuo nimirum agit more. Etenim *Providentiam tollens*, profitetur tamen, *pietatem ſe relinquere*; et cum *voluptatis gratia amicitiam expetat*, *ob amicos tolerare graviſſimos dolores*; ponenſque, *infinitum eſſe Univerſum*, *ſuperiorem inferioremque locum non negare*. Poculo quidem accepto, licet bibere quantum velis, reliquum omittere. At in diſputatione maxime tenendum memoria eſt ſapiens illud dictum, *Quorum principia non ſunt neceſſaria*, *eorum fines neceſſarios eſſe*. Igitur neceſſe non erat Epicuro ut ſtatueret, aut potius a Democrito ſuffuraretur, *atomos eſſe omnium principia rerum*. At poſtquam hoc ſemel ſtatuiſſet, idque decretum primis ejus probabilibus exornaſſet rationibus, neceſſe erat ut ebiberet totum cum ipſa concluſionis difficultate, aut demonſtraret quomodo qualitatis omnis expertia ſolo coitu omnigenas qualitates produxerint. Verbi gratia, calor, quem nos vocamus, unde venit, unde incidit atomis, ſi neque convenerunt calore præditæ, neque congreſſas aliquid calidas fecit? illud enim eſt qualitatem habentis, hoc ad recipiendum natura idonei; quorum vos neutrum atomis convenire dicitis, propterea quia interitus ſint expertes.

θ'. Τί οὖν οὐχὶ καὶ Πλάτωνι συνέβαινε καὶ Ἀριστοτέλει καὶ Ξενοκράτει, χρυσὸν ἐκ μὴ χρυσοῦ, καὶ λίθον ἐκ μὴ λίθου, καὶ τἄλλα γεννᾷν ἐκ τεσσάρων ἁπλῶν καὶ πρώτων ἁπάντων; Πάνυ μὲν οὖν. Ἀλλ' ἐκείνοις μὲν εὐθύς τε συνίασιν αἱ ἀρχαὶ πρὸς τὴν ἑκάστου γένεσιν, ὥσπερ συμβολὰς μεγάλας φέρουσαι τὰς ἐν αὐταῖς ποιότητας, καὶ ὅταν συνέλθωσιν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ συμπέσωσι ξηροῖς ὑγρὰ, καὶ ψυχρὰ θερμοῖς, καὶ στερεὰ E
μαλθακοῖς, σώματα κινούμενα παθητικοῖς ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μεταβάλλοντα δι' ὅλων, ἑτέραν ἀφ' ἑτέρας κράσεως συναποτίκτει γένεσιν. Ἡ δὲ ἄτομος, αὐτή τε καθ' ἑαυτὴν ἔρημός ἐστι καὶ γυμνὴ πάσης γονίμου δυνάμεως, καὶ πρὸς ἄλλην προσπεσοῦσα, βρασμὸν ὑπὸ σκληρότητος καὶ ἀντιτυπίας, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἔσχεν οὐδὲ ἐποίησε πάθος, ἀλλὰ παίονται καὶ παίουσι τὸν ἅπαντα χρόνον, οὐχ ὅπως ζῷον ἢ ψυχὴν ἢ φύσιν, ἀλλ' οὐδὲ πλῆθος ἐξ ἑαυτῶν κοινὸν, οὐδὲ σωρὸν ἕνα παλλομένων ἀεὶ καὶ διϊσταμένων δυνάμεναι παρασχεῖν.

ι'. Ὁ δὲ Κολώτης, ὥσπερ ἀγραμμάτῳ βασιλεῖ προσδιαλεγόμενος, F
πάλιν ἐξάπτεται τοῦ Ἐμπεδοκλέους τοῦ πνέοντος,

Ἄλλο δέ σοι ἐρέω· φύσις οὐδενός ἐστιν ἑκάστου
Θνητῶν, οὐδέ τις οὐλομένη θανάτοιο γενέθλη·
Ἀλλὰ μόνον μίξις τε διάλλαξίς τε μιγέντων
Ἐστὶ, φύσις δ' ἐπὶ τοῖς ὀνομάζεται ἀνθρώποισι.

E. 1. εἰς τὸ αὐτὸ] τὸ addidimus ex B. E.
E. 2. κινούμενα παθητικοῖς ἀπ' ἀλλήλων] Legendum, ut et Reiſk. vidit, κινούμενα παθητικῶς ὑπ' ἀλλήλων.
E. 5. πρὸς ἄλλην] Sic B. E. Vulgo, πρὸς ἄλλον.

IX. Quid ergo? an non Plato, inquies, etiam, atque Ariſtoteles et Xenocrates aurum ex non auro, lapidem ex non lapide, et reliqua omnia e quatuor primis et ſimplicibus naſci dicunt corporibus? Omnino. Verum his ſtatim ad quamvis rem procreandam coëunt principia, magnamque veluti ſtipem conferunt ſuas quodque qualitates: et ubi congreſſa ſunt cum ſiccis humida, cum frigidis calida, cum duris mollia; corpora, quæ ſe invicem afficiunt ac movent paſſiva ratione; facta mutatione per tota, diverſam diverſa contemperatione producunt formam. Atomus cum ipſa ex ſeſe vacua eſt omnis genitalis facultatis, tum in aliam incidens, fragorem ob duritiem et rigiditatem, aliud nihil, efficit; ſed feriunt et feriuntur mutuo per omne tempus; et non modo nullum animal, nullam animam aut rem naturalem, ſed ne acervum quidem aut numerum conficere poſſunt, aſſiduo exagitatæ et divulſæ.

X. At Colotes, tanquam cum indocto rege colloquens, rurſum Empedoclem inſectatur, quod is ita ſcripſiſſet;

Nunc aliud dicam tibi: non mortalibus ullis
Natura eſt; neque res crudeli morte abolentur.
Mixtio ſed tantum, et rebus ſecretio mixtis
Accidit: hoc homines naturam nomine dicunt.

1112 Ταῦτα ἐγὼ μὲν οὐχ ὁρῶ καθ' ὅτι πρὸς τὸ ζῆν ὑπεναντιοῦται, τοῖς ὑπο-
λαμβάνουσι μήτε γένεσιν τοῦ μὴ ὄντος εἶναι, μήτε φθορὰν τοῦ ὄντος, ἀλλ'
ὄντων τινῶν συνόδῳ πρὸς ἄλληλα τὴν γένεσιν, διαλύσει δὲ ἀπ' ἀλλήλων
τὸν θάνατον ἐπονομάζεσθαι· ὅτι γὰρ ἀντὶ τῆς γενέσεως εἴρηκε τὴν φύσιν,
ἀντιθεὶς τὸν θάνατον αὐτῇ, δεδήλωκεν ὁ Ἐμπεδοκλῆς. Εἰ δὲ οἱ μίξεις
τὰς γενέσεις τιθέμενοι, τὰς δὲ φθορὰς διαλύσεις, οὐ ζῶσιν οὐδὲ δύνανται
ζῆν, τί ποιοῦσιν ἕτερον οὗτοι; Καίτοι ὁ μὲν Ἐμπεδοκλῆς τὰ στοιχεῖα κολ-
λῶν καὶ συναρμόττων θερμότησι καὶ μαλακότησι, καὶ ὑγρότησι, μίξιν αὐτοῖς
καὶ συμφυΐαν ἑνωτικὴν ἁμωσγέπως ἐνδίδωσιν· οἱ δὲ τὰς ἀτρέπτους καὶ
B ἀσυμπαθεῖς ἀτόμους εἰς τὸ αὐτὸ συνελαύνοντες, ἐξ αὐτῶν μὲν οὐδὲν,
αὐτῶν δὲ πολλὰς ποιοῦσι καὶ συνεχεῖς πληγάς· ἡ γὰρ περιπλοκὴ κωλύουσα
τὴν διάλυσιν, μᾶλλον ἐπιτείνει τὴν σύγκρουσιν, ὥστε μηδὲ μίξιν εἶναι
μηδὲ κόλλησιν, ἀλλὰ ταραχὴν καὶ μάχην, καθ' αὐτοὺς τὴν λεγομένην
γένεσιν· οἱ δὲ ἀκαρὲς * νῦν μὲν ἀπίασι διὰ τὴν ἀντίκρουσιν, νῦν δὲ
προσίασι, τῆς πληγῆς ἐκλυθείσης πλεῖον ἢ διπλάσιον χωρίς εἰσιν ἀλλήλων
χρόνον, οὐ ψαύουσαι καὶ πλησιάζουσαι, ὥστε μηδὲν ἐξ αὐτῶν ἀποτελεῖσθαι
μηδὲ ἄψυχον. Αἴσθησις δὲ καὶ ψυχὴ καὶ νοῦς καὶ φρόνησις οὐδὲ βουλο-
C μένοις ἐπίνοιαν δίδωσιν ὡς γένοιτ' ἂν ἐν κενῷ καὶ ἀτόμοις· ὧν οὔτε καθ'

A. 3. συνόδῳ] Sic B. E. vertit et Xyl. edidit tamen σύνοδον. Vulgo, συνόδων.
A. 5. μίξεις—διαλύσεις] Posterius dederunt B. E. hinc prius consequenter ipsi correximus. Vulgo, μίξει—διαλύσει.
B. 4. τὴν λεγομένην] τὴν additum ex B. E.
B. 5. ἀκαρὲς * νῦν] Nil requiras si legas, Εἰ δὲ ἀκαρὲς, cum Xyl. et Amiot.
B. 8. μηδὲ] Sic B. E. Schott. T. Vulgo, μὴ δέ.

Hæc ego non video qui repugnent vitæ, si qui opinantur neque oriri id quod non est, neque interire quod est; sed eorum quæ sunt coitioni generationis, dissipationi interitus nomen inditum. Nam id quidem aperte Empedocles ostendit *naturam* se pro *ortu* posuisse, cum mortem ei opponit. Qui vero mixtioni ortus, interitus dissolutioni tribuunt, ii si non vivunt, neque possunt vivere, quid isti aliud faciunt? Sane Empedocles elementa glutinans et concinnans caloribus, mollitiebus, humiditatibusque, mixtionem iis et concretionem in unum utcunque tribuit. At qui immutabiles et omnis consensus vacuas atomos in unum cogunt, ii nihil ex ipsis, sed ipsarum crebros et continentes ictus faciunt. Etenim complexio dissolutionem prohibens, magis intendit collisionem; ut neque mixtio fiat, neque glutinatio, sed tumultus et pugna, quam illi generationem ducunt. Quæ vero momento temporis nunc quidem abeunt ob relisionem, nunc aggrediuntur, ictu languente duplo amplius tempore a se absunt invicem, ut non contingant se neque mutuo appropinquent; ut ne animæ expers quidem possit ab iis effici quicquam. At vero sensus, anima, mens, intelligentia quomodo in inani exsistant et atomis? cum hæc neque per se qualitatem habe-

ἑαυτὰ ποιότης ἐστὶν, οὔτε πάθος, ἢ μεταβολὴ συνελθόντων, ἀλλ' οὐδὲ σύνελευσις ἢ σύγκρασιν ποιοῦσα καὶ μίξιν καὶ συμφυΐαν, ἀλλὰ πληγὰς καὶ ἀποπηδήσεις. Ὥστε τοῖς τούτων δόγμασι τὸ ζῆν ἀναιρεῖται, καὶ τὸ ζῶον εἶναι, κενὰς καὶ ἀπαθεῖς καὶ ἀθέους καὶ ἀψύχους, ἔτι δὲ ἀμίκτους καὶ ἀσυγκράτους ἀρχὰς ὑποτιθεμένοις.

ια'. Πῶς οὖν ἀπολείπουσι φύσιν καὶ ψυχὴν καὶ ζῶον; Ὡς ὅρκον, ὡς εὐχὴν, ὡς θυσίαν, ὡς προσκύνησιν, ῥήματι καὶ λόγῳ, καὶ τῷ φάναι καὶ προσποιεῖσθαι καὶ ὀνομάζειν, ἃ ταῖς ἀρχαῖς καὶ τοῖς δόγμασιν ἀναιροῦσιν. Εἰ δὲ δὴ τὸ πεφυκὸς αὐτὸ φύσιν, καὶ τὸ γεγονὸς γένεσιν ὀνομάζουσιν, ὥσπερ D
οἱ ξυλίαν τὰ ξύλα, καὶ συμφωνίαν καλοῦντες ἐκφορικῶς τὰ συμφωνοῦντα, πόθεν ἐπῆλθεν αὐτῷ τοιαῦτα προβάλλειν ῥήματα τῷ Ἐμπεδοκλεῖ; "Τί "κόπτομεν," φησὶν, "ἡμᾶς αὐτοὺς, σπουδάζοντες ὑπὲρ ἡμῶν αὐτῶν, καὶ "ὀρεγόμενοι τινῶν πραγμάτων, καὶ φυλαττόμενοί τινα πράγματα; οὔτε "γὰρ ἡμεῖς ἐσμεν, οὔτε ἄλλοις χρώμενοι ζῶμεν." Ἀλλὰ θάῤῥει, φαίη τις ἂν, ὦ φίλον Κολωτάριον, οὐδείς σε κωλύει σπουδάζειν ὑπὲρ σεαυτοῦ, διδάσκων ὅτι Κολώτου φύσις αὐτὸς ὁ Κολώτης ἐστὶν, ἄλλο δὲ οὐθὲν, οὐδὲ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, (τὰ δὲ πράγματα ὑμῖν ἡδοναί εἰσιν) ὑπο- E
δεικνύων ὡς οὐκ ἔστιν ἀμήτων φύσις, οὐδὲ ὀσμῶν, οὐδὲ πλησιάσεως,

C. 3. ἢ σύγκρασιν] Sic B. E. Xyl. In ἢ consentit Ald. et Bas. quod Steph. in ἡ mutavit ex Schott. et Anon. Vulgo, ἡ σύγκρασις.
C. 4. ἀποπηδήσεις] Sic B. E. Vulgo, ἀποδόσεις.
C. 5. καὶ ἀψύχους] Additum hoc ex B. E.
D. 1. Εἰ δὲ δὴ] Hoc non quidem dedit, sed ostendit lectio B. E. Οἱ δὲ δή. Vulgo, Ὧδε δή.
D. 1. αὐτὸ] Forte, αὐτοί.
D. 3. ῥήματα] E. ἐρωτήματα.

ant, neque coitu sese afficiant mutentve invicem; neque earum congressus contemperationem, mixturam, aut coalitionem efficiat, sed ictus et repulsas. Itaque istorum decretis vita tollitur, et animal esse negatur; inania dum ponunt nulli affectioni obnoxia, Deo et anima carentia, mixtionisque non capacia.

XI. Quomodo ergo relinquunt Epicurei naturam, animam, animal? Eo, quo jusjurandum, preces, sacrificia, venerationem Deorum; verbo scilicet, et simulando ac nominando ea quæ suis principiis et decretis tollunt. Jam, si id quod natum est, *naturam*, et quod ortum est, *generationem* vocant, ut qui translato vocabulo ligna, *lignationem*, et consonantia corpora, *consonantiam* dicunt; unde venit Colotæ in mentem, ut hujusmodi voces Empedocli objiceret? *Quid defatigamus nos ipsos nostri caussa, et res alias appetimus, alias declinamus? quando neque ipsi sumus, neque cum aliis viventibus agimus?* Enimvero, diceret aliquis, bono es animo, mi Colotarium; nemo vetat te pro teipso esse industrium, docens *Colotis naturam* nihil esse aliud quam *ipsum Colotem:* neque te res gerere prohibet (res autem vobis sunt voluptates) is qui ostendit non esse naturam placentarum, odorum, rei venereæ; esse autem pla-

ἄμητες δέ εἰσι καὶ μύρα καὶ γυναῖκες. Οὐδὲ γὰρ ὁ γραμματικὸς λέγων τὸ Βίην Ἡρακλείην αὐτὸν εἶναι τὸν Ἡρακλέα, οὐδὲ οἱ τὰς συμφωνίας καὶ τὰς δοκήσεις ἐκφορὰς μόνον εἶναι φάσκοντες, οὐχὶ καὶ φθόγγους καὶ δοκοὺς ὑπάρχειν λέγουσιν· ὅπου καὶ ψυχήν τινες ἀναιροῦντες καὶ φρόνησιν, οὔτε τὸ ζῆν ἀναιρεῖν, οὔτε τὸ φρονεῖν δοκοῦσιν. Ἐπικούρου δὲ λέγοντος, "Ἡ τῶν "ὄντων φύσις σώματά ἐστι καὶ τόπος," πότερον οὕτως ἀκούομεν, ὡς ἄλλο
F τι τὴν φύσιν παρὰ τὰ ὄντα βουλομένου λέγειν, ἢ τὰ ὄντα δηλοῦντος ἕτερον δὲ μηθέν; ὥσπερ ἀμέλει καὶ Κενοῦ Φύσιν, αὐτὸ τὸ Κενὸν, καὶ, νὴ Δία, τὸ Πᾶν, Παντὸς Φύσιν ὀνομάζειν εἴωθε. Κἂν εἴ τις ἔροιτο, Τί λέγεις, ὦ Ἐπίκουρε, τὸ μέν τι, κενὸν εἶναι, τὰ δὲ, φύσιν κενοῦ; Μὰ Δία, φήσει· νενόμισται δέ πως ἡ τοιαύτη τῶν ὀνομάτων ὁμιλία. [Νόμῳ δὲ, ἤ τι φημὶ καὶ αὐτός.] Τί οὖν ἕτερον ὁ Ἐμπεδοκλῆς πεποίηκε, διδάξας ὅτι φύσις
1113 παρὰ τὸ φυόμενον οὐδέν ἐστιν, οὐδὲ θάνατος παρὰ τὸ θνῆσκον; ἀλλ' ὥσπερ οἱ ποιηταὶ πολλάκις ἀνειδωλοποιοῦντες λέγουσιν,

Ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ὁμίλεον, ἐν δ' ὀλοὸν Κήρ,

οὕτω γένεσίν τινα καὶ φθορὰν καλοῦσιν οἱ πολλοὶ ἐπὶ τοῖς συνισταμένοις καὶ διαλυομένοις. Τοσοῦτον ἐδέησε τοῦ κινεῖν τὰ ὄντα καὶ μάχεσθαι τοῖς φαι-

E. 4. Ἡρακλέα, οὐδὲ οἱ] Forte ſupplendum cum Amiot. Ἡρακλέα, ἀναιρεῖ τὸν Ἡρακλέα· οὐδὲ οἱ. Similem Reiſkius rationem ſequitur.

E. 5. δοκήσεις] δοκώσεις B. E.

E. 8. ἐστι καὶ τόπος] Sic B. E. Schott. Anon. Vulgo, ἐστι καὶ τύπος. Ald. Baſ. ἔτι καὶ τύπος. Xyl. ex conjectura, ἐστι καὶ κενόν.

F. 1. ἢ τὰ ὄντα δηλοῦντος] ἢ adjecimus e Xylandri correctione: δηλοῦντος dedimus ex B. E. Vulgo, τὰ ὄντα δηλοῦντι.

F. 5. Νόμῳ δὲ, ἤ τι φημὶ καὶ αὐτός] Forte huc temere invectum errore librarii e proximo loco Empedocleo: aut, quidquid ejus ſit legendum, Νόμῳ δ' ἐπίφημι καὶ αὐτός.

centas, unguenta, mulieres. Nam neque grammaticus dicens *vim Herculeam* eſſe *ipſum Herculem* idcirco tollit ipſum Herculem; neque qui conſonantias ac trabium projecturas dicunt, ſonos eſſe et trabes negant; quando etiam animam quidam et intelligentiam tollentes, neque ipſum vivere, neque intelligere videntur negare. Ceterum quando Epicurus dicit, *Eorum quæ ſunt natura eſt corpora et inane*, ſicne accipiemus, ut *naturam* intelligamus aliquid eſſe præter *ea quæ ſunt?* aut ut *ea quæ ſunt* dicat, nihil præterea? ſicut ſcilicet *inanis naturam* nominat ipſum inane, atque adeo univerſa *Univerſi naturam* ſolet appellare. Ac ſi quis quærat, Quid ais, Epicure, aliud inane eſſe, aliud inanis naturam? Minime vero, dicet; at inſtituto hominum atque uſu recepta eſt hæc nominum communicatio. Aſſentior. Quid ergo aliud fecit Empedocles, docens naturam nihil eſſe ab eo quod naſcitur diverſum, neque mortem a moriente? Sed ſicut poëtæ ſæpenumero ſimulacra effingentes dicunt,

Intus erant Lis, atque Tumultus, Perniciesque;

ſic ortum quendam et interitum vulgo tribuunt iis quæ naſcuntur aut diſſolvuntur. Tantum abfuit ut moveret res loco, et iis quæ ſenſui appa-

νομένοις, ὥστε μηδὲ τὴν φωνὴν ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς συνηθείας, ἀλλ᾽ ὅσον εἰς τὰ πράγματα βλάπτουσαν ἀπάτην παρεῖχεν ἀφελών, αὖθις ἀποδοῦναι τοῖς ὀνόμασι τὸ νενομισμένον ἐν τούτοις,

Οἱ δ᾽ ὅτε μὲν κατὰ φῶτα μιγὲν φῶς αἰθέρι *
* — ἢ κατὰ θηρῶν ἀγροτέρων γένος, ἢ κατὰ θάμνων,
Ἠὲ κατ᾽ οἰωνῶν, τότε μὲν τὸν * γενέσθαι,
Εὖτε δ᾽ ἀποκριθῶσι, τὰ δ᾽ αὖ δυσδαίμονα πότμον B
Εἶναι καλέουσιν· ὅμως δ᾽ ἐπίφημι, καὶ αὐτός.

Ὁ Κολώτης παραθέμενος οὐ συνεῖδεν ὅτι φῶτας μὲν καὶ θῆρας καὶ θάμνους καὶ οἰωνοὺς ὁ Ἐμπεδοκλῆς οὐκ ἀνῄρηκεν, ἅ γε φησὶ μιγνυμένων τῶν στοιχείων ἀποτελεῖσθαι· τοὺς δὲ τῇ συγκρίσει ταύτῃ καὶ διακρίσει φύσιν τινὰ καὶ πότμον δυσδαίμονα καὶ θάνατον ἀλοιτὴν ἐπικατηγοροῦντας, ᾗ σφάλλονται διδάξας, οὐκ ἀφείλετο τὸ χρῆσθαι ταῖς εἰθισμέναις φωναῖς περὶ αὐτῶν.

ιβ΄. Ἐμοὶ μέντοι δοκεῖ μὴ τοῦτο κινεῖν τὸ ἐκφορικὸν ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἀλλ᾽, ὃν τρόπον εἴρηται, πραγματικῶς διαφέρεσθαι περὶ τῆς ἐξ οὐκ C ὄντων γενέσεως, ἣν φύσιν τινὲς καλοῦσι· δηλοῖ δὲ μάλιστα διὰ τούτων τῶν ἐπῶν,

Νήπιοι· οὐ γάρ σφιν δολιχόφρονές εἰσι μέριμναι,
Οἳ δὴ γίνεσθαι πάρος οὐκ ἐὸν ἐλπίζουσιν,
Ἤ τι καταθνήσκειν τε καὶ ἐξόλλυσθαι πάντῃ·

A. 8. τὸ νενομισμένον] Sic Baf. Xyl. Vulgo, τὸν νενομισμένον.
A. 9. Οἱ δ᾽ ὅτε μὲν] μὲν additum ex E. Locum, quamvis corruptum, tamen verfibus diftinximus. Ultimo verfu corrigendum videtur, Ἀλοιτὴν καλέουσι· νόμῳ δ᾽ ἐπίφημι καὶ αὐτός. Cetera in Animadverff.
B. 3. Ὁ Κολώτης] Præponendum ἃ cum Mez. vel ταῦτα cum Reifk.
C. 1. ὃν τρόπον] Sic Steph. correxit Aldinam lectionem ὡς τρόπον. Baf. Xyl. ὡς πρῶτον. B. E. ὡς πρότερον.
C. 5. Ἤ τι] Sic E. Mez. Vulgo, Ἤτοι.

rent repugnaret, ut ne vocem quidem ufitata fignificatione expulerit, fed quantum illa erroris damnofi rebus inferre poterat, id amoliens, rurfus confuetum vocabulis ufum reddidit in his verfibus:

Ergo vir mixtis apparet quando elementis,
Brutorum vel agrèfte genus, fruticefve videntur,
Aut volucres; nafci tunc hæc dicunt, et oriri:
Cum fecernuntur, mortem miferam interitumque
Appellant.——

Hos verfus quanquam adduxit Colotes ipfe, non tamen intellexit, homines, feras, frutices, aves ab Empedocle non tolli, cum ea dicat mixtione elementorum abfolvi. Neque vero dum oftendit, eos qui his concretionibus et fecretionibus ortum quendam, et *miferum interitum* mortemque imputant, a vero aberrare, ideo vetuit de re ipfa nos vocibus ufitatis loqui.

XII. Mihi profecto non hanc verborum translationem Empedocles voluiffe videtur mutare, fed, ut dictum eft, de re ipfa ei controverfiam fuiffe cum iis, qui generationem ex eo quod non effet ftatuerant et *naturæ* vocabulo notabant. Idque hi maxime indicant verfus:

Stulta, et prolixas non admittentia curas
Pectora: qui fperant exfiftere poffe, quod ante
Non fuit, aut ullam rem peffum protinus ire.

ταῦτα γὰρ τὰ ἔπη μέγα βοῶντός ἐστι τοῖς ὦτα ἔχουσιν, ὡς οὐκ ἀναιρεῖ γένεσιν, ἀλλὰ τὴν ἐκ μὴ ὄντος, οὐδὲ φθορὰν, ἀλλὰ τὴν πάντη, τουτέστι τὴν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀπολλύουσαν. Ἐπεὶ τῷ γε βουλομένῳ μὴ ἀγρίως οὕτω, μηδὲ ἠλιθίως, ἀλλὰ πρᾳότερον συκοφαντεῖν τὸ μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τοὐναντίον
D ἂν αἰτιάσασθαι παράσχοι, τοῦ Ἐμπεδοκλέους λέγοντος,

Οὐκ ἂν ἀνὴρ τοιαῦτα σοφὸς φρεσὶ μαντεύσαιτο,
Ὡς ὄφρα μέν τε βιῶσι, τὸ δὴ βίοτον καλέουσι,
Τόφρα μὲν οὖν εἰσιν καί σφι πάρα δεινὰ καὶ ἐσθλὰ,
Πρὶν δὲ παγέν τε βροτοὶ καὶ λυθέν τ' οὐδὲν ἄρ' εἰσί·

ταῦτα γὰρ οὐκ ἀρνουμένου μὴ εἶναι τοὺς γεγονότας καὶ ζῶντας, ἐστὶν, εἶναι δὲ μᾶλλον οἰομένου καὶ τοὺς μηδέπω γεγονότας καὶ τοὺς ἤδη τεθνηκότας. Ἀλλ' ὅλως ὁ Κολώτης τοῦτο μὲν οὐκ ἐγκέκληκε, λέγει δὲ "κατ' αὐτὸν οὐδὲ "νοσήσειν ἡμᾶς, οὐδὲ τραυματισθήσεσθαι." Καὶ πῶς ὁ πρὸ τοῦ βίου καὶ
E μετὰ τὸν βίον ἑκάστῳ λέγων παρεῖναι δεινὰ καὶ ἐσθλὰ, περὶ τοὺς ζῶντας οὐκ ἀπολείπει τὸ πάσχειν; Τίσιν οὖν ἀληθῶς ἕπεται τὸ μὴ τραυματίζεσθαι, μηδὲ νοσεῖν, ὦ Κολῶτα; ὑμῖν τοῖς ἐξ ἀτόμου καὶ κενοῦ συμπεπηγόσιν, ὧν οὐδετέρῳ μέτεστιν αἰσθήσεως. Καὶ οὐ τοῦτο δεινὸν, ἀλλ' ὅτι μηδὲ ἡδονὴν τὸ ποιῆσον ὑμῖν ἐστι, τῆς μὲν ἀτόμου μὴ δεχομένης τὰ ποιητικὰ, τοῦ δὲ κενοῦ μὴ πάσχοντος ὑπ' αὐτῶν.

C. 6. βοῶντός ἐστι] Sic B. E. T. edidit item H. Steph. Poeſ. Phil. p. 22. Vulgo, βοῶντος ἐπί.
C. 8. τὴν—ἀπολλύουσαν] Sic E. B. aſſentientibus in priore Baſ. Xyl. Schott. Leonic. Vulgo, τὸν—ἀπολύουσαν.
D. 1. τοῦ Ἐμπεδοκλέους] Forte, τὰ Ἐμπεδοκλέους.
D. 4. εἰσιν] Eſt ex E. Vulgo, εἰσι.
D. 5. λυθέν τ'] Sic B. E. Mez. Vulgo, λυθέντος.
D. 8. οὐδὲ νοσήσειν] Sic Baſ. Xyl. Vulgo, οὐδὲν νοσήσειν, ex Leonic. et Schott. qui ita correxerunt Aldinum, οὐδὲν νοσήσειν.

Hi quidem verſus, ejus ſunt qui alta voce inclamat auritis hominibus, non ſe *ortum*, ſed *ex eo quod non ſit ortum*, negare; neque *interitum*, ſed *eum interitum quo res in nihilum redigatur.* Nam ſi quis non ita inhumaniter, non etiam ita fatue calumniari vellet, id quod ſequitur, diverſam in partem vituperare poſſet, dicente Empedocle;

Non animo prudens homo quod præſentiat ullus,
Dum vivunt, (namque hoc vitaï nomine ſignant;)
Sunt, et fortuna tum conflictantur utraque.
Ante ortum nihil eſt homo, nec poſt funera quicquam.

Hæc enim non ſunt negantis eſſe eos qui nati ſunt et vivunt; ſed ejus, qui cenſeat eſſe et eos qui nati nondum ſunt, et qui jam mortem obiverunt. Sed Colotes omnino hoc non objecit. Dicit autem, *de ſententia Empedoclis nunquam nos ægrotaturos, nunquam ſaucios fore.* At quomodo is, qui *ante ac poſt vitam* ait *cuivis bona et mala adeſſe*, non hoc relinquit ut vivus afficiatur? Quorum tandem, Colota, eſt non vulnerari, non in morbos incidere? Veſtrum, qui ex atomis et inani eſtis compacti, quorum neutri ſenſus ineſt. Neque hoc adeo eſt atrox; ſed id, quod voluptatem quoque vobis quod afferat, non habetis; atomo vim efficientium non recipiente, inani ab his non patiente ſe affici.

ιγʹ. Ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν Κολώτης ἐφεξῆς τῷ Δημοκρίτῳ τὸν Παρμενίδην ἐβούλετο συγκατορύσσειν, ἐγὼ δὲ ὑπερβὰς τὰ ἐκείνου, τὰ τοῦ Ἐμπεδοκλέους συλλαβὼν, διὰ τὸ μᾶλλον ἀκολουθεῖν τοῖς προτέροις ἐγκλήμασιν αὐτοῖς, ἀναλάβωμεν τὸν Παρμενίδην. Ἃ μὲν οὖν αὐτὸν φησιν αἰσχρὰ σοφίσ- F
ματα λέγειν ὁ Κολώτης, τούτοις ἐκεῖνος ὁ ἀνὴρ οὐ φιλίαν ἐποίησεν ἀδοξοτέραν, οὐ φιληδονίαν θρασυτέραν, οὐ τοῦ καλοῦ τὸ ἀγωγὸν ἐφ' ἑαυτὸ καὶ δι' ἑαυτὸ τίμιον ἀφεῖλεν, οὐ τὰς περὶ θεῶν δόξας συνετάραξε· τὸ δὲ πᾶν ἓν εἰπὼν, οὐκ οἶδα ὅπως ζῆν ἡμᾶς κεκώλυκε. Καὶ γὰρ Ἐπίκουρος 1114
ὅταν λέγῃ "τὸ πᾶν ἄπειρον εἶναι καὶ ἀγένητον καὶ ἄφθαρτον, καὶ μήτε "αὐξόμενον, μήτε μειούμενον," ὡς περὶ ἑνός τινος διαλέγεται τοῦ παντός· ἐν ἀρχῇ δὲ τῆς πραγματείας ὑπειπὼν "τὴν τῶν ὄντων φύσιν σώματα "εἶναι καὶ κενὸν," ὡς μιᾶς οὔσης, εἰς δύο πεποίηται τὴν διαίρεσιν, ὧν θάτερον ὄντως μὲν οὐθέν ἐστιν, ὀνομάζεται δὲ ὑφ' ὑμῶν ἀναφὲς καὶ κενὸν καὶ ἀσώματον. Ὥστε καὶ ὑμῖν ἓν τὸ πᾶν ἐστιν· εἰ μὴ βούλεσθε κεναῖς φωναῖς περὶ κενοῦ χρῆσθαι, σκιαμαχοῦντες πρὸς τοὺς ἀρχαίους. Ἀλλ' ἄπειρα, νὴ Δία, πλήθει τὰ σώματα κατ' Ἐπίκουρόν ἐστι, καὶ γίνεται τῶν φαινομένων ἕκαστον ἐξ ἐκείνων. Ὅρα μὲν οἵας ὑποτίθεσθε πρὸς γένεσιν ἀρχὰς, ἀπει- B
ρίαν καὶ κενόν· ὧν τὸ μὲν, ἄπρακτον, ἀπαθὲς, ἀσώματον· ἡ δὲ, ἄτακτος,

E. 9. συλλαβὼν] Legendum, προέλαβον, quo ducit lectio codicum B. E. προσλαβών.
E. 9. αὐτοῖς] Forte, αὐτοῦ.
F. 1. αἰσχρὰ] Forte, γλίσχρα.
B. 1. Ὅρα μὲν] Forte, Ὅρα δὴ, vel Ὅρα νῦν.

XIII. Sed quando Colotes deinceps una cum Democrito voluit defodere Parmenidem, ego autem, hujus cauſſa præterita, Empedoclis anticipavi cauſſam, ut magis convenientem prioribus criminationibus; redeamus nunc ad Parmenidem. Dicit Colotes *eum turpia protuliſſe ſophiſmata.* Atqui his Parmenides neque amicitiæ infamiam, neque ſtudio voluptatum ferociam adjecit, neque honeſto ſuam dignitatem qua per ſe ad ſui appetitum traheret ademit, neque de Diis receptas ſententias conturbavit. Neque video cur vivere nos prohibuerit eo, quia *Univerſum unum* dixit *eſſe.* Etenim Epicurus quando *Univerſum* dicit *eſſe infinitum, ortus occaſuſque expers, itemque incrementi et decrementi*, tanquam de uno differit Univerſo. Ab initio autem tractationis cum dixiſſet *naturam rerum corpora eſſe et inane*, veluti unicam in duas diviſit partes: quarum altera cum re vera ſit nihil, a vobis autem appelletur intactile, vacuum, corporis expers, etiam vobis Univerſum eſt unum; niſi inanibus uti vocibus velitis de inani adverſus antiquos umbratilem committentes pugnam. Sed *infinita*, mehercle, inquit, *numero corpora ſunt, de Epicuri ſententia, et fit unumquodque eorum quæ apparent ex iis.* Videte quas ortui rerum cauſſas adſignetis, Infinitatem et Inane: quorum hoc agendi et patiendi exſors, corpore etiam caret; illa ordinis rationiſque expers

ἄλογος, ἀπερίληπτος, αὐτὴν ἀναλύουσα καὶ ταράττουσα, τῷ μὴ κρατεῖσθαι μηδὲ ὁρίζεσθαι διὰ πλῆθος. Ἀλλ' ὅγε Παρμενίδης οὔτε "πῦρ ἀνήρηκεν, "οὔτε ὕδωρ, οὔτε κρημνὸν, οὔτε πόλεις," ὥς φησι Κολώτης, "ἐν Εὐρώπῃ "καὶ Ἀσίᾳ κατοικουμένας" ὅς γε καὶ διάκοσμον πεποίηται, καὶ στοιχεῖα μιγνὺς, τὸ λαμπρὸν καὶ σκοτεινὸν, ἐκ τούτων τὰ φαινόμενα πάντα καὶ διὰ τούτων ἀποτελεῖ· καὶ γὰρ περὶ γῆς εἴρηκε πολλὰ, καὶ περὶ οὐρανοῦ, καὶ
C ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἄστρων· καὶ γένεσιν ἀνθρώπων ἀφήγηται· καὶ οὐδὲν ἄρρητον, ὡς ἀνὴρ ἀρχαῖος ἐν φυσιολογίᾳ, καὶ συνθεὶς γραφὴν ἰδίαν, οὐκ ἀλλοτρίαν διαφορὰν, τῶν κυρίων παρῆκεν. Ἐπεὶ δὲ καὶ Πλάτων καὶ Σωκράτους ἔτι πρότερος συνεῖδεν ὡς ἔχει τι δοξαστὸν ἡ φύσις, ἔχει δὲ καὶ νοητόν· ἔστι δὲ τὸ μὲν δοξαστὸν, ἀβέβαιον καὶ πλανητὸν ἐν πάθεσι πολλοῖς καὶ μεταβολαῖς, τῷ φθίνειν καὶ αὔξεσθαι, καὶ πρὸς ἄλλον ἄλλως ἔχειν, καὶ μηδὲ ἀεὶ πρὸς τὸν αὐτὸν ὡσαύτως τῇ αἰσθήσει· τοῦ νοητοῦ δὲ ἕτερον εἶδος,

Ἔστι γὰρ οὐλομελές τε καὶ ἀτρεμὲς, ἠδ' ἀγένητον,

D ὡς αὐτὸς εἴρηκε, καὶ ὅμοιον ἑαυτῷ καὶ μόνιμον ἐν τῷ εἶναι· ταῦτα συκοφαντῶν ἐκ τῆς φωνῆς ὁ Κολώτης, καὶ τῷ ῥήματι διώκων οὐ τῷ πράγματι

B. 6. διάκοσμον] Sic Steph. edidit, idque recte, ex Leonic. Schott. nec diſſentit B. At E. Ald. Baſ. Xyl. perperam διὰ κόσμον: quod hunc in lacunæ ſuſpicionem induxit.

C. 1. ἀφήγηται] Auſus ſum, quod raro ſoleo, ſine librorum auctoritate veterem mutare ſcripturam: tanta erat neceſſitas et evidentia correctionis. Vulgo, ἀφήρηται.

C. 2. ὡς ἀνὴρ ἀρχαῖος] Forte ſanum, forte ſecus. Xylander vertit ac ſi legeret, ὁ ἀνὴρ ἀρχικὸς, vel ſimile: quod in Latinis retinui. Poſſis et corrigere, ὡς ἀνὴρ ἄκρος.

C. 3. ἀλλοτρίαν διαφορὰν] Legendum, ἀλλοτρίας διαφθορὰν, quod in Latinis reddidi. Cetera rectius interpunxi.

C. 3. Πλάτων] Ita B. E. Vulgo perperam, πάντων. Locus ita perpurgandus—Πλάτων, καὶ Σωκράτης ἔτι πρότερος, συνεῖδεν—.

comprehendi nequit, ipſa ſeſe conturbans ac perimens, quia ob multitudinem definiri non poteſt. At vero Parmenides neque *ignem ſuſtulit*, neque *aquam*, neque *præcipitium*, neque *urbes*, ut ait Colotes, *in Europa et Aſia habitatas:* qui etiam Mundi fabricam deſcripſit, miſcenſque principia *ſplendidum* et *tenebroſum*, ex his et per hæc omnia quæ videntur conficit. Nam et de Terra multa dixit, et de Cœlo, Sole, Luna, ac ſideribus, et hominum procreationem enarravit; nihilque eorum quæ præcipua ſunt non diſtincte deſcripſit, utpote homo antiquus in phyſiologia, et qui propriam conſcriberet philoſophiam non alienæ corruptionem. Quoniam autem Plato, et ipſo etiam Socrates prior, ſenſit naturam habere opinione aliquid, aliquid mente comprehendendum: eſſe autem opinabile iſtud inconſtans et variis motionibus ac mutationibus obnoxium, et quod ob incrementa ac decrementa alium ad alia reſpectum habens non ſemper eodem modo ſenſum afficiat: intelligibile vero alia ſpecies, quod eſt, ut ipſe cecinit,

Æternum, integrum ſemper, ſemperque quieſcens, ſuique ſimile et conſtanter ſuam naturam conſervans: hic vocabulis calumniam ſtruens Colotes, ac de rebus ad verba trahens diſputationem, ſim-

τὸν λόγον, ἁπλῶς φησι πάντα ἀναιρεῖν τῷ ἓν ὂν ὑποτίθεσθαι τὸν Παρμενίδην. Ὁ δὲ ἀναιρεῖ μὲν οὐδετέραν φύσιν, ἑκατέρᾳ δὲ ἀποδιδοὺς τὸ προσῆκον, εἰς μὲν τὴν τοῦ ἑνὸς καὶ ὄντος ἰδέαν τίθεται τὸ νοητὸν, ὂν μὲν ὡς ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον, ἓν δὲ ὁμοιότητι πρὸς αὑτὸ καὶ τῷ μὴ δέχεσθαι διαφορὰν, προσαγορεύσας· εἰς δὲ τὴν ἄτακτον καὶ φερομένην, τὸ αἰσθητόν· ὧν καὶ κριτήριον ἰδεῖν ἔστιν.

Ἠ μὲν ἀληθείης εὐπειθέος ἀτρεκὲς ἦτορ

τοῦ νοητοῦ καὶ κατὰ ταὐτὰ ἔχοντος ὡσαύτως ἁπτόμενον, E

Ἠ δὲ βροτῶν δόξας, αἷς οὐκ ἔνι πίστις ἀληθὴς,

διὰ τὸ παντοδαπὰς μεταβολὰς καὶ πάθη καὶ ἀνομοιότητας δεχομένοις ὁμιλεῖν πράγμασι. Καίτοι πῶς ἂν ἀπέλιπεν αἴσθησιν καὶ δόξαν, αἰσθητὸν μὴ ἀπολιπὼν, μηδὲ δοξαστὸν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν. Ἀλλ' ὅτι τῷ μὲν ὄντως ὄντι προσήκει διαμένειν ἐν τῷ εἶναι· ταῦτα δὲ νῦν μέν ἐστι, νῦν δ' οὐκ ἔστιν, ἐξίσταται δὲ ἀεὶ, καὶ μεταλλάσσει τὴν φύσιν, ἑτέρας ὥστε μᾶλλον ἢ τῆς ἐκείνου τοῦ ὄντος ἀεὶ δεῖσθαι προσηγορίας. Ἦν οὖν ὁ περὶ τοῦ ὄντος, ὡς ἓν εἴη, λόγος, οὐκ ἀναίρεσις τῶν πολλῶν καὶ αἰσθητῶν, ἀλλὰ δήλωσις αὐτῶν τῆς πρὸς τὸ νοητὸν διαφορᾶς· ἣν ἔτι μᾶλλον ἐνδεικνύμενος Πλά- F

D. 8. κριτήριον ἰδεῖν] Corrigendum, κριτήριον ἴδιον.

D. 9. Ἡ μὲν—Ἡ δὲ] Ita libri noſtri omnes: et Plutarchus item ſcripſiſſe videtur, ad orationem ipſe ſuam accommodans hoc dictum, quod alibi legitur Ἠμὲν—Ἠδὲ, ut edidit Xyl. cum eodem indidem et dedi ἀληθείης, pro quo vulgata habet ἀληθείη, E. ἀληθείας: et addidi ἦτορ, cujus loco vulgo eſt lacunæ ſpatium.

E. 7. ἑτέρας ὥστε μᾶλλον] Corrigendum, ἑτέρας ᾤετο μᾶλλον: quam loci ſententiam jam vertendo præcepit Xyl.

pliciter ait *Parmenidem, quia unum ens ponat, omnes res abolere.* Ille vero neutram abolet naturam, ſed utrique id quod ei convenit tribuens, in forma Unius et Entis ponit intelligibilem, Ens quidem nominans ut æternum et interitus ſecurum, Unum autem ob ſimilitudinem ſui ipſius, et quia nullam admittit differentiam. In forma porro inordinata et in motu verſante ſenſilem naturam collocat. Atque etiam ſuum ſibi utraque et peculiare habet judicandi ſignum atque inſtrumentum:

Aſt verum certa poteris cognoſcere mente,

nimirum intelligibilem et ſemper eodem modo habentem naturam attingente:

Sive hominum ſenſus, quibus haud jam certa fides eſt:

quod ſcilicet opiniones hominum verſantur iis in rebus, quæ omnis generis mutationes, motus, inæqualitateſque admittunt. Et vero qui reliquiſſet opinionem et ſenſum Parmenides, ſublato opinabili et ſenſili, dici non poteſt. Sed quia ei quod vere eſt convenit permanere in ſua natura, iſta autem alia modo ſunt, modo non ſunt, ſemperque mutant ſuam naturam; ſtatuit hæc aliam quam ejus quod ſemper eſt appellationem requirere. Ergo hæc oratio, qua Ens unum eſſe pronunciatur, non negat multa iſta et ſenſilia, ſed oſtendit quid ab intelligibili natura differant. Quod diſ-

των τῇ περὶ τὰ εἴδη πραγματείᾳ, καὶ αὐτὸς ἀντίληψιν τῷ Κολώτῃ παρέχειν.

ιδ΄. Διὸ καὶ τὰ πρὸς τοῦτον εἰρημένα δοκεῖ μοι λαβεῖν ἐφεξῆς. Καὶ πρῶτόν γε τὴν ἐπιμέλειαν καὶ πολυμάθειαν τοῦ φιλοσόφου σκεψώμεθα,
1115 λέγοντος, "ὅτι τούτοις τοῖς δόγμασι Πλάτωνος ἐπηκολουθήκασιν Ἀριστο-"τέλης καὶ Ξενοκράτης καὶ Θεόφραστος, καὶ πάντες οἱ Περιπατητικοί." Ποῦ γὰρ ὢν τῆς ἀοικήτου τὸ βιβλίον ἔγραφεν; ἵνα ταῦτα συντιθεὶς τὰ ἐγκλήματα, μὴ τοῖς ἐκείνων συντάγμασιν ἐντύχῃς, μηδὲ ἀναλάβῃς εἰς χεῖρας Ἀριστοτέλους τὰ περὶ Οὐρανοῦ καὶ τὰ περὶ Ψυχῆς, Θεοφράστου δὲ τὰ πρὸς τοὺς Φυσικούς, Ἡρακλείτου δὲ τὸν Ζωροάστρην, τὸ περὶ τῶν ἐν Ἅιδου, τὸ περὶ τῶν Φυσικῶς Ἀπορουμένων, Δικαιάρχου δὲ τὰ περὶ Ψυχῆς, ἐν οἷς πρὸς τὰ κυριώτατα καὶ μέγιστα τῶν φυσικῶν ὑπεναντιούμενοι τῷ
B Πλάτωνι καὶ μαχόμενοι διατελοῦσι. Καὶ μὴν τῶν ἄλλων Περιπατητικῶν ὁ κορυφαιότατος Στράτων οὔτε Ἀριστοτέλει κατὰ πολλὰ συμφέρεται, καὶ Πλάτωνι τὰς ἐναντίας ἔσχηκε δόξας περὶ κινήσεως, περὶ νοῦ, καὶ περὶ ψυχῆς, καὶ περὶ γενέσεως· τελευτῶν τὸν κόσμον αὐτὸν οὐ ζῶον εἶναί φησι, τὸ δὲ κατὰ φύσιν ἕπεσθαι τῷ κατὰ τύχην· ἀρχὴν γὰρ ἐνδιδόναι τὸ αὐτόματον, εἶτα οὕτω περαίνεσθαι τῶν φυσικῶν παθῶν ἕκαστον. Τάς γε μὴν ἰδέας

A. 1. λέγοντος, "ὅτι] Addidimus λέγοντος ex B. E.
A. 3. ὢν] Ita B. E. Vulgo, ἂν.
A. 3. ἔγραφεν] Legendum, ἔγραφες.
A. 6. Ἡρακλείτου] Non dubito quin Auctor ſcripſerit Ἡρακλείδου, ut et Reiſk. ſuſpicatus eſt: nec recipere tamen auſus ſum.
B. 4. τελευτῶν] Addendum δέ.

crimen plenius etiam in idearum tractatione monſtrans Plato, Colotæ anſam reprehendendi dedit.

XIV. Itaque deinceps etiam quid contra eum dixerit, videamus. Ac primum diligentiam et multiplicem ſcientiam conſideremus hujus ſcilicet philoſophi, qui *Platonis ſententiam ſecutos eſſe* ait *Ariſtotelem*, *Xenocratem*, *Theophraſtum*, *omneſque Peripateticos*. Qua enim in parte terræ non habitabilis ſcripſit librum ſuum, ut hac accuſatione recepta non liceat tibi iſtorum libros in manus ſumere, et legere Ariſtotelis De Cœlo et Anima, Theophraſti adverſus Phyſicos ſcripta, Heracliti Zoroaſtrem, De iis quæ ſunt apud Inferos, De Difficilibus Naturæ Quæſtionibus, Dicæarchi De Anima? quibus in libris hi de præcipuis et maximis philoſophiæ naturalis capitibus Platoni continenter adverſantur atque pugnant. Et quidem Peripateticorum reliquorum ſummus Strato neque cum Ariſtotele ſentit multis de rebus, et de motu, mente, anima, ortu, contraria Platonicis defendit: denique mundum ipſum animal eſſe negat, et naturalia eſſe conſequentia ſtatuit fortunæ, caſu initium motus naturæ præbente, itaque hos porro confici. Ideas autem

περὶ ὧν ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, πανταχοῦ κινῶν ὁ Ἀριστοτέλης, καὶ πᾶσαν ἐπάγων ἀπορίαν αὐταῖς, ἐν τοῖς Ἠθικοῖς ὑπομνήμασιν, ἐν τοῖς Φυσικοῖς, διὰ τῶν Ἐξωτερικῶν Διαλόγων, φιλονεικότερον ἐνίοις ἔδοξεν ἢ φιλοσο- C φώτερον ἐκ τῶν δογμάτων τούτων, ὡς προθέμενος τὴν Πλάτωνος ὑπεριδεῖν φιλοσοφίαν· οὕτω μακρὰν ἦν τοῦ ἀκολουθεῖν. Τίνος οὖν εὐχερείας ἐστὶ, τὰ δοκοῦντα τοῖς ἀνδράσι μὴ μαθόντα καταψεύδεσθαι τὰ μὴ δοκοῦντα; καὶ πεπεισμένον ἐλέγχειν ἑτέρους, αὐτόγραφον ἐξενεγκεῖν ἀμαθίας ἔλεγχον καθ' αὑτοῦ καὶ θρασύτητος· ὁμολογεῖν Πλάτωνι φάσκοντα τοὺς διαφερομένους, καὶ ἀκολουθεῖν τοὺς ἀντιλέγοντας;

ιε΄. Ἀλλὰ δὴ Πλάτων φησὶ τοὺς ἵππους ὑφ' ἡμῶν ματαίως ἵππους εἶναι καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Καὶ ποῦ τοῦτο τῶν Πλάτωνος συγγραμμάτων ἀποκεκρυμμένον εὗρεν ὁ Κολώτης; Ἡμεῖς γὰρ ἐν πᾶσιν ἀναγινώσκομεν D καὶ τὸν ἄνθρωπον, ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἵππον, ἵππον, καὶ τὸ πῦρ, πῦρ ὑπ' αὐτοῦ δοξαζόμενον· ᾗ καὶ δοξαστὸν ὀνομάζει τούτων ἕκαστον. Ὁ δὲ οἷα δὴ σοφίας οὐδὲ ἀκαρὲς ἀπέχων, ὡς ἓν καὶ ταυτὸν ἔλαβε τὸ μὴ εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ εἶναι μὴ ὂν τὸν ἄνθρωπον. Τῷ Πλάτωνι δὲ θαυμαστῶς ἐδόκει διαφέρειν τὸ μὴ εἶναι τοῦ μὴ ὂν εἶναι· τῷ μὲν γὰρ ἀναίρεσιν οὐσίας πάσης, τῷ δὲ ἑτερότητα δηλοῦσθαι τοῦ μεθεκτοῦ καὶ τοῦ μετέχοντος. Ἣν οἱ

C. 1. Διαλόγων] Sic B. E. Amiot. Anon. Vulgo, διαλέγων.
C. 2. ἐκ τῶν δογμάτων τούτων] In ἐκ latet Infinitivus: ut cum Reiſkio legendum putem ἔχεσθαι τῶν δ. τ. vel ἐγκεῖσθαι τῷ δόγματι τούτῳ.
C. 2. ὑπεριδεῖν] Forte, ὑπερείπειν.
C. 8. Ἀλλὰ δὴ—ἀνθρώπους] Corrigo, Ἀλλὰ δὴ Πλάτων, φησὶ, τοὺς ἵππους ἔφη ἅμα τι ἵππους εἶναι καὶ ἀνθρώπους.

Platonicas Ariſtoteles ubique inceſſens dictis, in Moralibus, in Naturalibus Commentariis, in Colloquiis Exotericis, ſeu Extraneis Diſputationibus, viſus eſt quibuſdam majore contentionis quam ſapientiæ ſtudio id feciſſe; ut qui ſibi propoſuiſſet philoſophiam Platonis contemnere: tantum abeſt ut eum fuerit ſecutus. Cujus ergo levitatis eſt, cum ſententias illorum virorum non addidiceris, falſo te iis adſcribere quæ non probaverunt? cumque in animum induxeris alios refellere, tua te manu contra te inſcitiæ et temeritatis publicare indubitabile argumentum? conſentire dicentem cum Platone qui diſſident, et ſubſequi eum qui repugnant.

XV. Nimirum autem *Plato*, inquis, *temere dixit equos equos eſſe et homines.* Quo tandem in commentario Platonis invenit hoc Colotes? Nam nos quidem in omnibus legimus hominem hominem, equum equum, ignem ignem, ipſius opinione ſtatui: unde etiam *opinabile* unumquodque horum appellat. Sed Colotes, ut qui ſcilicet ne hilum quidem ab ipſa ſapientia abeſſet, pro uno et eodem accepit *Non eſſe hominem*, et *Hominem non eſſe Ens.* At Platoni mirum in modum viſum eſt differre *Non eſſe*, et *Non Ens eſſe*: nempe illo penitus omnem tolli ſubſtantiam; hoc notari diverſitatem participantis et participati. Hanc poſteriores in generis et formæ, et communium quo-

μὲν ὕστερον εἰς γένους καὶ εἴδους, καὶ κοινῶν τινῶν καὶ ἰδίων λεγομένων ποιῶν
E διαφορὰν ἔθεντο μόνον, ἀνωτέρω δὲ οὐ προῆλθον, εἰς λογικωτέρας ἀπο-
ρίας ἐμπεσόντες. Ἔστι δὲ τοῦ μεθεκτοῦ πρὸς τὸ μετέχον λόγος ὃν αἰτία
τε πρὸς ὕλην ἔχει, καὶ παράδειγμα πρὸς εἰκόνα, καὶ δύναμις πρὸς πάθος.
Ὧι γε δὴ μάλιστα τὸ καθ' αὑτὸ καὶ ταυτὸν ἀεὶ διαφέρει τοῦ δι' ἕτερον καὶ
μηδέποτε ὡσαύτως ἔχοντος· ὅτι τὸ μὲν οὔτε ἔσται ποτὲ μὴ ὄν, οὔτε γέγονε,
καὶ διὰ τοῦτο πάντως καὶ ὄντως ὄν ἐστι· τὸ δὲ οὐδὲ ὅσον ἀπ' ἄλλου συμ-
βέβηκε μετέχειν τοῦ εἶναι, βέβαιόν ἐστιν, ἀλλ' ἐξίσταται δι' ἀσθένειαν, ἅτε
τῆς ὕλης περὶ τὸ εἶδος ὀλισθαινούσης, καὶ πάθη πολλὰ καὶ μεταβολὰς ἐπὶ
F τὴν εἰκόνα τῆς οὐσίας, ὥστε κινεῖσθαι καὶ σαλεύεσθαι, δεχομένης. Ὥσπερ
οὖν ὁ λέγων Πλάτωνα μὴ εἶναι τὴν εἰκόνα τοῦ Πλάτωνος, οὐκ ἀναιρεῖ
τὴν ὡς εἰκόνος αἴσθησιν αὐτῆς καὶ ὕπαρξιν, ἀλλὰ ἐνδείκνυται καθ' ἑαυτό
τινος ὄντος, καὶ πρὸς ἐκεῖνο ἑτέρου γεγονότος διαφοράν· οὕτως οὔτε φύσιν,
οὔτε χρῆσιν, οὔτε αἴσθησιν ἀνθρώπων ἀναιροῦσιν οἱ κοινῆς τινος οὐσίας μετ-
1116 οχῇ καὶ ἰδέᾳ γινόμενον ἡμῶν ἕκαστον εἰκόνα τοῦ παρασχόντος τὴν ὁμοιότητα
τῇ γενέσει προσαγορεύοντες. Οὐδὲ γὰρ ὁ πῦρ μὴ λέγων εἶναι τὸν πεπυ-
ρωμένον σίδηρον, ἢ τὴν σελήνην ἥλιον, ἀλλὰ, κατὰ Παρμενίδην,

Νυκτὶ φάος περὶ γαῖαν ἀλώμενον, ἀλλότριον φῶς,

ἀναιρεῖ σιδήρου χρῆσιν, ἢ σελήνης φύσιν· ἀλλ' εἰ μὴ λέγει σῶμα, μηδὲ

F. 5. μετοχῇ καὶ ἰδέᾳ] καὶ recepimus ab E. Itaque non opus ἰδέᾳ cum Xyl. vers. mutare in ἰδίᾳ.
A. 4. Νυκτὶ φάος] Legendum, Νυκτιφαὲς, cum Mez. et Reisk.

rundam et propriarum quæ dicuntur qualitatum, differentiam duntaxat retulerunt, neque progressi sunt altius, cum in magis Logicas incidissent difficultates. Est autem participati ad participans ratio ea quæ intercedit inter caussam et materiam, exemplar et imaginem, facultatem et effectum: quo pacto maxime differunt id quod per se est semperque eodem modo habet, et id quod ab alio pendens sibi nunquam constat: cum illud neque fuerit unquam non Ens, neque futurum sit, ideoque omnino et reipsa Ens sit: hoc neque illud ipsum quidem Esse, quo ei contingit ab alio impertiri, firmum habeat; sed eo ob imbecillitatem excidat; quippe materia circa formam labente, et multas affectiones mutationesque in substantiæ imaginem, ita ut moveatur ac fluctuet, recipiente. Sicut ergo qui dicit Platonem non esse simulacrum Platonis, non negat ipsius sensum et essentiam simulacri, sed ostendit discrimen ejus quod per se aliquid est, ab eo quod ejus respectu exstitit: sic neque naturam, neque usum, neque sensum hominum tollunt, qui communis cujusdam substantiæ participatione et specie unumquemque nostrum factum esse imaginem ejus quod similitudinem præbuit ortui, pronunciant. Neque enim qui ignem ait non esse candens ferrum, aut Lunam Solem, sed, ut canit Parmenides,

Nocte vagantem circa terram lucem alienam,

ideo ferri usum, aut Lunæ naturam inficiatur:

πεφωτισμένον, ἤδη μάχεται ταῖς αἰσθήσεσιν, ὥσπερ ὁ σῶμα καὶ ζῶον καὶ γένεσιν καὶ αἴσθησιν μὴ ἀπολιπών. Ὁ δὲ ταῦτα ὑπάρχειν τῷ μετεσχηκέναι, καὶ ὅσον ἀπολείπεται τοῦ ὄντος ἀεὶ καὶ τὸ εἶναι παρέχοντος αὐτοῖς ὑπονοῶν, οὐ παρορᾷ τὸ αἰσθητὸν, ἀλλὰ τὸ νοητὸν οὐ παρορᾷ· οὐδὲ ἀναιρεῖ τὰ γινόμενα καὶ φαινόμενα περὶ ἡμᾶς τῶν παθῶν· ἀλλ' ὅτι βεβαιότερα B
τούτων ἕτερα καὶ μονιμώτερα πρὸς οὐσίαν ἐστὶ, τῷ μήτε γίνεσθαι, μήτε ἀπόλλυσθαι, μήτε πάσχειν μηδὲν, ἐνδείκνυται τοῖς ἐπομένοις· καὶ διδάσκει καθαρώτερον τῆς διαφορᾶς ἁπτόμενος τοῖς ὀνόμασι, τὰ μὲν, ὄντα, τὰ δὲ, γινόμενα προσαγορεύειν. Τοῦτο δὲ καὶ τοῖς νεωτέροις συμβέβηκε· πολλὰ γὰρ καὶ μεγάλα πράγματα τῆς τοῦ ὄντος ἀποστεροῦσι προσηγορίας, τὸ κενὸν, τὸν χρόνον, τὸν τόπον, ἁπλῶς τὸ τῶν λεκτῶν γένος, ἐν ᾧ καὶ τἀληθῆ πάντα ἔνεστι· ταῦτα γὰρ ὄντα μὲν μὴ εἶναι, τινὰ δὲ εἶναι λέγουσι· χρώμενοι δὲ αὐτοῖς ὡς ὑφεστῶσι καὶ ὑπάρχουσιν ἐν τῷ βίῳ καὶ τῷ φιλοσοφεῖν C
διατελοῦσιν.

ιϛʹ. Ἀλλ' αὐτὸν ἡδέως ἂν ἐροίμην τὸν κατήγορον, εἰ τοῖς ἑαυτῶν πράγμασι τὴν διαφορὰν οὐκ ἐνορῶσι ταύτην, καθ' ἣν τὰ μὲν μόνιμα καὶ ἄτρεπτα ταῖς οὐσίαις ἐστὶν, ὡς λέγουσι περὶ τὰς ἀτόμους ἀπαθείᾳ καὶ στερρότητι πάντα χρόνον ὡσαύτως ἔχειν, τὰ δὲ συγκρίματα πάντα, ῥευστὰ καὶ

A. 7. ὑπάρχειν τῷ μετεσχηκέναι] Sic Leonic. Schott. Vulgo, τῷ ὑπάρχειν μετεσχηκέναι. Ex sequentibus tacite anticipandum τοῦ ὄντος.

A. 9. τὸ νοητὸν οὐ παρορᾷ] Vulgo, τὸ νοητὸν εἶναι λέγει, quod Steph. recepit a Schott. et Leonic. Nam Ald. Bas. Xyl. nude habent τὸ νοητόν: B. E. τὸ νοητὸν παρορᾷ, quod, ipse addens οὐ, recepi.

B. 4. ἁπτόμενος] Mez. ἁπτομένους.

sed si corpus esse, aut illuminatum neget, jam sensui repugnaverit, ut qui corpus, animal ortum, sensumque non relinquat. Qui vero participatione ista habere suam essentiam intelligit, ac quantum absint ab his quæ semper sunt, ipsisque essentiam largiuntur, non is sensilia negligit, sed rationem habet intelligibilium: neque tollit eas affectiones, quæ nobis accidunt et sensu percipiuntur; sed his firmiora et constantioris esse alia ostendit naturæ, eo quod neque oriantur neque intereant, neque perpetiantur quicquam: ac discrimen illud subtilius verbis exprimere docet, ut alia *Entia*, alia *Fientia* appellent. Idque recentioribus etiam usu venit. Multas enim et magnas res Entis nomine dedignantur; vacuum, tempus, locum, simpliciter genus dictorum, in quo et vera omnia insunt: hæc enim non esse Entia, sed *aliquid* esse dicunt, iisque ut exstantibus et subsistentibus in vita ac philosophia perpetuo utuntur.

XVI. Ceterum libenter ego ex isto reprehensore quæram, An non in suis ipsi hoc discrimen rebus conspiciant, *ut aliorum substantiæ stabiles sint atque immutabiles*, sicut ipsi aiunt *atomos ob vacuitatem perpessionum atque soliditatem semper eodem in statu perdurare*; *aliorum concretæ sint*, *quæ*

μεταβλητὰ, καὶ γινόμενα καὶ ἀπολλύμενα εἶναι, μυρίων μὲν εἰδώλων ἀπερ-
χομένων ἀεὶ καὶ ῥεόντων, μυρίων δὲ, ὡς εἰκὸς, ἑτέρων ἐκ τοῦ περιέχοντος
ἐπιρρεόντων, καὶ ἀναπληρούντων τὸ ἄθροισμα, ποικιλλόμενον ὑπὸ τῆς
ἐξαλλαγῆς ταύτης καὶ μετακεραννύμενον, ἅτε δὴ καὶ τῶν ἐν βάθει τοῦ
D συγκρίματος ἀτόμων οὐδέποτε λῆξαι κινήσεως οὐδὲ παλμῶν πρὸς ἀλ-
ληλα δυναμένων, ὥσπερ αὐτοὶ λέγουσιν· ἀλλ' ἔστι μὲν ἐν τοῖς πράγ-
μασιν ἡ τοιαύτη διαφορὰ τῆς οὐσίας· σοφώτερος δὲ τοῦ Πλάτωνος ὁ
Ἐπίκουρος, ᾗ πάντα ὁμοίως ὄντα προσαγορεύει, τὸ ἀναφὲς κενὸν, τὸ ἀντε-
ρεῖδον σῶμα, τὰς ἀρχὰς, τὰ συγκρίματα· κοινῆς, καὶ μὰ Δί', ἡγούμενος
οὐσίας μετέχειν τὸ ἀΐδιον τῷ γινομένῳ, τὸ ἀνώλεθρον τῷ φθειρομένῳ, τὰς
ἀπαθεῖς καὶ διαρκεῖς καὶ ἀμεταβλήτους καὶ μηδέποτε τοῦ εἶναι δυναμένας
ἐκπεσεῖν φύσεις ταύταις ὧν ἐν τῷ πάσχειν καὶ μεταβάλλειν τὸ εἶναι, ταῖς
E μηδένα χρόνον ὡσαύτως ἐχούσαις. Εἰ δὲ δικαίως ὡς ἔνι μάλιστα διήμαρτε
τούτοις ὁ Πλάτων, ὀνομάτων ὀφείλει συγχύσεως εὐθύνας ὑπέχειν τοῖς
ἀκριβέστερον ἑλληνίζουσι τούτοις, καὶ καθαρώτερον διαλεγομένοις, οὐχ ὡς
ἀναιρῶν τὰ πράγματα, καὶ τοῦ ζῆν ἐξάγων ἡμᾶς, αἰτίαν ἔχειν, ὅτι τὰ
γινόμενα, καὶ οὐκ ὄντα, καθάπερ οὗτοι, προσηγόρευσεν.

D. 5. συγκρίματα—ἡγούμενος] Ita corrigendam censui certa emendatione vulgatam omnium librorum lectionem, συγκρίματα κοινῆς, καὶ μηδὲ ἡγούμενος.

D. 8. ταύταις ὧν] ὧν scripsi pro vulgato ὡς, secutus ipsam rei evidentiam: item vertit Xyl.

E. 1. δὲ δικαίως ὡς ἔνι μάλιστα] Corrigendum, δὲ δὴ καὶ ὡς ἔνι μάλιστα.

E. 4. καὶ τοῦ ζῆν ἐξάγων ἡμᾶς] Sic B. E. in τοῦ consentiunt Ald. Bas. Xyl. quod Steph. in τὸ mutavit cum Leonic. et Schott. Vulgo, καὶ τὸ ζῆν ἐξάγων ἡμῶν.

E. 4. τὰ γινόμενα—προσηγόρευσεν] Legendum puto, τὰ γινόμενα οὐκ ὄντα, καθάπερ αὐτοὶ, προσηγόρευσεν. Item verti.

omnia fluxa esse et mutabilia, oririque et interire, subinde innumeris defluentibus simulacris, aliisque, ut par est, ex ambiente influentibus et congeriem explentibus, variatam his mutationibus et alia affectam temperie; cum quidem etiam quæ in profundo concreti sunt atomi, nunquam desinant moveri et tremula concitatione ad se invicem ferri, ut affirmant ipsi: An vero sit in rebus quidem hujusmodi diversitas substantiæ: sed Epicurus Platone sapientior sit, dum omnia similiter Entia nominat, Inane illud tactum fugiens, Corpus renitens, principia, res concretas; eandem scilicet essentiam tribuens sempiternis ac caducis, et confundens cum nascente id quod interitu vacat, cum pereunte id quod perpetuum et immutabile est, cum iis quorum natura aliter nunquam habere potest ea quorum Esse in motu et mutatione consistit, et nunquam sui similia manent. Jam ut optimo jure in his dicatur Plato deliquisse, de confusione vocabulorum, mi homo, accusandus erat ab hisce purius Græce scilicet loquentibus, et accuratius differentibus; non ut qui res perimeret, et vita nos expelleret, quando *Fientia* non *Entia*, eodem modo quo ipsi, appellat.

ιζʹ. Ἀλλ' ἐπεὶ τὸν Σωκράτην μετὰ τὸν Παρμενίδην ὑπερέβημεν,
ἀναληπτέος *. Εὐθὺς οὖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς κεκίνηκεν ὁ Κολώτης· καὶ διη-
γησάμενος ὅτι χρησμὸν ἐκ Δελφῶν περὶ Σωκράτους ἀνήνεγκε Χαιρεφῶν,
ὃν ἴσμεν ἅπαντες, ταῦτα ἀπείρηκε· "Τὸ μὲν οὖν τοῦ Χαιρεφῶντος, διὰ F
"τὸ τελέως σοφιστικὸν καὶ φορτικὸν διήγημα εἶναι, παρήσομεν." Φορτικὸς
γὰρ οὖν ὁ Πλάτων ὁ τοῦτον ἀναγράψας τὸν χρησμόν, ἵνα τοὺς ἄλλους
ἐάσω· φορτικώτεροι δὲ Λακεδαιμόνιοι, τὸν περὶ Λυκούργου χρησμὸν ἐν ταῖς
παλαιοτάταις ἀναγραφαῖς ἔχοντες· σοφιστικὸν δὲ ἦν διήγημα τὸ Θεμιστο-
κλέους, ᾧ πείσας Ἀθηναίους τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, κατεναυμάχησε τὸν
βάρβαρον· φορτικοὶ δὲ οἱ τῆς Ἑλλάδος νομοθέται, τὰ μέγιστα καὶ πλεῖστα 1117
τῶν ἱερῶν πυθόχρηστα καθιστάντες. Εἰ τοίνυν ὁ περὶ Σωκράτους ἀνδρὸς
εἰς ἀρετὴν θεολήπτου γενομένου χρησμὸς ἀνενεχθεὶς ὡς σοφοῦ, φορτικὸς ἦν
καὶ σοφιστικός, τίνι προσείπωμεν ἀξίως ὀνόματι τοὺς ὑμετέρους βρόμους καὶ
ὀλολυγμοὺς καὶ κροτοθορύβους, καὶ σεβάσεις καὶ ἐπιθειάσεις, αἷς προστρέπεσθε
καὶ καθυμνεῖτε τὸν ἐπὶ ἡδονὰς παρακαλοῦντα συνεχεῖς καὶ πυκνάς;
ὃς ἐν τῇ πρὸς Ἀνάξαρχον ἐπιστολῇ ταυτὶ γέγραφεν, "Ἐγὼ δὲ ἐφ' ἡδο-
"νὰς συνεχεῖς παρακαλῶ, καὶ οὐκ ἐπ' ἀρετὰς κενὰς καὶ ματαίας, καὶ
"ταραχώδεις ἐχούσας τῶν καρπῶν τὰς ἐλπίδας." Ἀλλ' ὅμως ὁ μὲν
Μητρόδωρος τὸν Τίμαρχον παρακαλῶν φησι, "Ποιήσωμέν τι καλὸν ἐπὶ B

E. 7. ἀναληπτέος *. Εὐθὺς] Excidit exiguum quid, forte ὁ λόγος, vel ὁ ἀνήρ, vel ſimile.
F. 1. ἀπείρηκε] ἐπείρηκε corrigendum, ut monitum a Mez. et Reiſk.

XVII. Sed jam ad Socratem nobis eſt ſermo convertendus. Hic ergo Colotes ſtatim a ſacra, quod dicitur, linea movit, cumque narraſſet Chærephontem Delphis oraculum attuliſſe de Socrate, omnibus nobis notum, ſic loquitur; *Et Chærephontis quidem narrationem, ut plane ſophiſticam et præ faſtu odioſam, omitto.* Odioſus ergo Plato, ne de aliis dicam, qui id oraculum in literas retulerit. Odioſiores etiam Spartani, qui oraculum de Lycurgo in antiquiſſimis Commentariis ſcriptum ſervant. Sophiſtica vero fuit Themiſtoclis narratio, qua Athenienſibus cum perſuaſiſſet ut urbe excederent, navali prælio devicit barbaros. Importuni Græcarum legum conditores, qui pleraque et maxima ſacra Pythicum ſecuti oraculum inſtituerunt. Si ergo de Socrate viro ad virtutem divino inſtinctu incitato allatum reſponſum odioſum ob arrogantiam fuit et captioſum; quibus, quæſo, dignis vocabulis notabimus veſtros *fremitus*, *ululatus*, *plauſus tumultuoſos*, *cultus*, *ac divinas acclamationes*, quibus celebratis ac prædicatis veſtrum principem ad voluptates crebras et continuas exhortantem? Sic enim is in epiſtola ad Anaxarchum ſcripſit; *Ego autem ad voluptates continentes cohortor*, *non ad virtutes inanes*, *quarum de fructibus ſpes ſunt vanæ et turbulentæ.* Et tamen Metrodorus Timarchum exhortans ait, *Pulchrum aliud ex alio faciamus*, *affectuum ſimilitudine tantum non*

" καλοῖς, μόνον οὐ καταδύντες ταῖς ὁμοιοπαθείαις καὶ ἀπαλλαγέντες ἐκ " τοῦ χαμαὶ βίου εἰς τὰ Ἐπικούρου ὡς ἀληθῶς θεόφαντα ὄργια." Κολώτης δὲ αὐτὸς ἀκροώμενος Ἐπικούρου φυσιολογοῦντος, ἄφνω τοῖς γόνασιν αὐτοῦ προσέπεσε, καὶ ταῦτα γράφει σεμνυνόμενος αὐτὸς Ἐπίκουρος, " Ὡς σεβο- " μένῳ γάρ σοι τὰ τότε ὑφ' ἡμῶν λεγόμενα, προσέπεσεν ἐπιθύμημα " ἀφυσιολόγητον, τὸ περιπλακῆναι ἡμῖν γονάτων ἐφαπτόμενον, καὶ πάσης " τῆς εἰθισμένης ἐπιλήψεως γίνεσθαι, κατὰ τὰς σεβάσεις τιμῶν καὶ λιτάς·

C " ἐποίεις οὖν," φησὶ, " καὶ ἡμᾶς ἀνθιερουῦν σεαυτὸν καὶ ἀντισέβεσθαι." Συγγνωστὰ, νὴ Δία, τοῖς λέγουσιν ὡς πάντες ἂν πρίαιντο τῆς ὄψεως ἐκείνης εἰκόνα γεγραμμένην θεάσασθαι, τοῦ μὲν προσπίπτοντος εἰς γόνατα καὶ περιπλεκομένου, τοῦ δὲ ἀντιλιτανεύοντος καὶ ἀντιπροσκυνοῦντος. Οὐ μέντοι τὸ θεράπευμα τοῦτο, καίπερ εὖ τῷ Κολώτῃ συντεθὲν, ἔσχε καρπὸν ἄξιον· οὐ γὰρ ἀνηγορεύθη σοφὸς, ἀλλὰ μόνον, " Ἄφθαρτός μοι περιπάτει," φησὶ, " καὶ ἡμᾶς ἀφθάρτους διανοοῦ."

ιη'. Τοιαῦτα μέντοι ῥήματα καὶ κινήματα καὶ πάθη συνειδότες αὑτοῖς, ἑτέρους φορτικοὺς ἀποκαλοῦσι. Καὶ δῆτα καὶ προθεὶς ὁ Κολώτης

D τὰ σοφὰ ταῦτα καὶ καλὰ περὶ τῶν αἰσθήσεων, ὅτι σιτία προσαγόμεθα, καὶ οὐ χόρτον, καὶ τοὺς ποταμοὺς, ὅταν ὦσι μεγάλοι, πλοίοις διαπεραιούμεθα, ὅταν δὲ εὐδιάβατοι γένωνται, τοῖς ποσὶν, ἐπιπεφώνηκεν, " Ἀλλὰ γὰρ ἀλαζόνας

B. 4. τοῖς γόνασιν αὐτοῦ] Sic B. E. Vulgo, τι γόνασιν αὐτῷ.
B. 8. τιμῶν] Forte, θεῶν. In principio dictionis Ὡς delet Mez.
C. 2. ὡς πάντες] Legendum, ὡς παντὸς, ut corrigendum monuerunt Xyl. Mez. Reisk.

relicta vita terrestri in vere divina Epicuri orgia nos demergentes. Ipse vero Colotes cum audiret Epicurum de natura rerum verba facientem, subito ad genua ejus accidit; hocque ipse Epicurus scribendo jactat: *Tibi enim, tanquam veneranti ea quæ tum a nobis dicebantur, incidit cupiditas nullam caussam habens naturalem, ut genua nostra tangeres, nosque amplecтereris, omnemque solitum ritum venerandi, honorandi, comprecandique perageres. Quo effecisti, ut nos quoque te vicissim sacrum deputaremus ac veneraremur.* Ignoscendum, mehercle, est dicentibus, quantovis dato pretio se picturam istius actionis spectaturos; Colotis ad genua Epicuri accidentis et eum amplectentis, Epicuri eum vicissim adorantis. Et tamen hoc demerendi officium, quanquam scite obitum, Coloti fructum dignum non tulit. Non enim sapiens est pronunciatus, sed hoc tantum ei dictum; *Interitus expers mihi ambula, nosque eadem conditione esse intellige.*

XVIII. Hujusmodi verborum, motuum, affectuumque illi sibi conscii, tamen alios *arroganter odiosos* dicunt. Quinetiam Colotes cum ista et pulchra de sensibus subjecisset, *Cibis nos vesci, non fœno, magnos fluvios navibus, vadosos pedibus transire,* exclamat; *Enimvero Socrates, arrogantibus ac gloriosis sermonibus studuisti; aliaque apud auditores disseruisti, alia egisti.* Quidni enim sint ar-

" ἐπετήδευσας λόγους, ὦ Σώκρατες· καὶ ἕτερα μὲν διελέγου τοῖς ἐντυγ-" χάνουσιν, ἕτερα δὲ ἔπραττες." Πῶς γὰρ οὐκ ἀλαζόνες οἱ Σωκράτους λόγοι, μηδὲν αὐτοῦ εἰδέναι φάσκοντος, ἀλλὰ μανθάνειν ἀεὶ καὶ ζητεῖν τὸ ἀληθές; Εἰ δὲ τοιαύταις, ὦ Κολῶτα, Σωκράτους φωναῖς περιέπεσες οἵας Ἐπίκουρος γράφει πρὸς Ἰδομενέα, " Πέμπε οὖν ἀπαρχὰς ἡμῖν εἰς τὴν " τοῦ ἱεροῦ σώματος θεραπείαν, ὑπέρ τε αὐτοῦ καὶ τέκνων· οὕτω γάρ μοι " λέγειν ἐπέρχεται" τίσιν ἂν ῥήμασιν ἀγροικοτέροις ἐχρήσω; Καὶ μὴν ὅτι Σωκράτης ἄλλα μὲν ἔλεγεν, ἄλλα δὲ ἔπραττε, θαυμαστῶς μαρτυρεῖ σοι τὰ ἐπὶ Δηλίῳ, τὰ ἐν Ποτιδαίᾳ, τὰ ἐπὶ τῶν Τριάκοντα, τὰ πρὸς Ἀρχέλαον, τὰ πρὸς τὸν δῆμον, ἡ πενία, ὁ θάνατος· οὐ γὰρ ἄξια ταῦτα τῶν Σωκρατικῶν λόγων; Ἐκεῖνος ἦν, ὦ μακάριε, κατὰ Σωκράτους ἔλεγχος ἕτερα μὲν λέγοντος, ἕτερα δὲ πράττοντος, εἰ τὸ ἡδέως ζῆν τέλος ἐκθέμενος, οὕτως ἐβίωσε. E

ιθʹ. Ταῦτα μὲν οὖν πρὸς τὰς βλασφημίας. Ὅτι δὲ οἷς ἐγκαλεῖ περὶ τῶν ἐναργῶν, ἔνοχος αὐτός ἐστιν, οὐ συνεῖδεν. Ἓν γάρ ἐστι τῶν Ἐπικούρου δογμάτων, τὸ " μηδὲν ἀμεταπείστως πεπεῖσθαι μηδένα, πλὴν τὸν " σοφόν·" ἐπεὶ τοίνυν ὁ Κολώτης οὐκ ἦν σοφὸς, οὐδὲ μετὰ τὰς σεβάσεις ἐκείνας, ἐρωτάτω πρῶτον ἐκεῖνα τὰ ἐρωτήματα, Πῶς σιτία προσάγεται καὶ οὐ χόρτον ἐπιτήδειος ὢν, καὶ τὸ ἱμάτιον τῷ σώματι καὶ οὐ τῷ κίονι F

F. 1. ἐναργῶν] Sic E. et conjecerat Xyl. Vulgo, ἐναγῶν.
F. 4. ἐρωτάτω] Mez. ἐρωτάσθω : probabiliter.
F. 5. ἐπιτήδειος ὢν] Forte corrigendum ἐπὶ δείπνῳ : Mez. ἐπιδεὴς ὢν : Reisk. ἐπ' ἐνδείας ὤν. Forte etiam retinendum sensu eo quem Xyl. reddidit, vel alio.

rogantes Socratis sermones, *nihil se scire, sed semper discere et quærere veritatem* profitentis? Quod si in hujusmodi voces incidisses, quales Epicurus ad Idomeneum scripsit; *Mitte itaque nobis primitias ad sacri corporis cultum pro te et liberis, sic enim mihi dicere subit*, quibusnam verbis uti potuisses magis importunis? Sed Socratem aliter locutum, aliter vixisse, mirum in modum tibi testimonium perhibent res gestæ ad Delium, ad Potidæam, apud Triginta viros, ad Archelaum, ad Populum, paupertas, mors: scilicet enim hæc ejus sermonibus indigna sunt. Hoc, O bone, Socratem aliter locutum, aliter egisse, poteras convincere, si, fine vitæ posito voluptate, vitam, qualem egit, egisset.

XIX. Hæc ad calumnias responsa sint. Quod autem ad Evidentiam attinet, non sensit Colotes eorum se culpam sustinere de quibus accusat Socratem. Est enim unum de Epicuri decretis, *Nihil cuiquam ita certo persuasum esse, ut de sententia deduci non possit, excepto sapiente.* Quando itaque Colotes sapiens non fuit, etiam post illas venerationes, primum hæc interroget e suo familiari, Quomodo cibo vescatur non fœno, vestem corpori, non columnæ circumdet, cum neque vestem vestem esse, neque cibum cibum ita per-

περιτίθησι, μήτε ἱμάτιον εἶναι τὸ ἱμάτιον, μήτε σιτίον τὸ σιτίον ἀμεταπείστως
1118 πεπεισμένος. Εἰ δὲ καὶ ταῦτα πράττει, καὶ τοὺς ποταμοὺς, ὅταν ὦσι μεγάλοι, ποσὶν οὐ διέρχεται, καὶ τοὺς ὄφεις φεύγει, καὶ τοὺς λύκους, μηδὲν εἶναι τούτων οἷον φαίνεται, πεπεισμένος ἀμεταπείστως, ἀλλὰ πράττων ἕκαστα κατὰ τὸ φαινόμενον· οὐδὲ Σωκράτει δήπουθεν ἐμποδὼν ἦν ἡ περὶ τῶν αἰσθήσεων δόξα τοῦ χρῆσθαι τοῖς φαινομένοις ὁμοίως. Οὐ γὰρ Κολώτῃ μὲν ὁ ἄρτος ἄρτος ἐφαίνετο, καὶ χόρτος ὁ χόρτος, ὅτι τοὺς διοπετεῖς ἀνεγνώκει κανόνας· ὁ δὲ Σωκράτης ὑπὸ ἀλαζονείας, ἄρτου μὲν ὡς χόρτου, χόρτου δὲ ὡς ἄρτου φαντασίαν ἐλάμβανε. Δόγμασι γὰρ ἡμῶν καὶ λόγοις
B οὗτοι χρῶνται βελτίοσιν οἱ σοφοί· τὸ δ' αἰσθάνεσθαι καὶ τυποῦσθαι πρὸς τὰ φαινόμενα, κοινόν ἐστι πάθος, ἀλόγοις περαινόμενον αἰτίαις. Ὁ δὲ τὰς αἰσθήσεις λόγος ἐπαγόμενος, ὡς οὐκ ἀκριβεῖς οὐδὲ ἀσφαλεῖς πρὸς πίστιν οὔσας, οὐκ ἀναιρεῖ τὸ φαίνεσθαι τῶν πραγμάτων ἡμῖν ἕκαστον, ἀλλὰ χρωμένοις κατὰ τὸ φαινόμενον ἐπὶ τὰς πράξεις ταῖς αἰσθήσεσι, τὸ πιστεύειν ὡς ἀληθέσι πάντη καὶ ἀδιαπτώτοις οὐ δίδωσιν αὐταῖς· τὸ γὰρ ἀναγκαῖον ἀρκεῖ καὶ χρειῶδες ἀπ' αὐτῶν, ὅτι βέλτιον ἕτερον οὐκ ἔστιν· ἣν δὲ ποθεῖ φιλόσοφος ψυχὴ λαβεῖν ἐπιστήμην περὶ ἑκάστου καὶ γνῶσιν, οὐκ ἔχουσι.

C κ'. Περὶ μὲν οὖν τούτων καὶ πάλιν ὁ Κολώτης εἰπεῖν παρέξει, ταῦτα πολλοῖς ἐγκεκληκώς. Ἐν οἷς δὲ κομιδῇ διαγελᾷ καὶ φλαυρίζει τὸν

B. 6. ἀδιαπτώτοις] Sic B. E. Vulgo, ἀδιαπτώτως.
C. 1. ταῦτα] Rectius erat ταυτά.

suasum habeat, ut mutare sententiam nequeat. Sin et ista agit, et amnes aquis auctos pedes non transit, et serpentes fugit atque lupos, nihil horum irrevocabili firmitate habens cognitum, sed in singulis id sequens quod videtur; certe Socrati quoque nihil obstabat sua de sensibus opinio, quin eodem modo uteretur iis quæ videbantur. Neque enim Colotæ panis panis videtur, et fœnum fœnum, quia cœlo delapsos istos legerat canones; Socrati autem præ arrogantia panis fœnum, hoc panis visum fuit. Nam sapientes isti decretis et rationibus utuntur quam nos melioribus: sentire, et visa imaginari communis est affectio, quæ caussis conficitur rationis expertibus. Et illa disputatio quæ sensus ostendit non esse perfectos, non certissimæ fidei, interim haud negat videri nobis unamquamque rem; sed cum sensibus secundum ea quæ videntur utamur ad agendum, monet nos non debere iis tanquam omnino veracibus et nusquam fallentibus fidere. Sufficit enim nobis necessarius sensuum usus et quas inde percipimus commoditates; quia aliud melius nihil suppetit: scientia vero, et ea cognitio quam sapientiæ studiosa anima de singulis expetit, sensibus non adest.

XX. Ac de his quidem denuo occasionem dicendi præbebit Colotes, multos hoc nomine reprehendens. Ubi autem effuse deridet atque con-

Σωκράτην, ζητοῦντα τί ἄνθρωπός ἐστι, καὶ νεανιευόμενον, ὥς φησιν, ὅτι
μηδὲ αὐτὸς εἰδείη, δῆλος μέν ἐστιν αὐτὸς οὐδέποτε πρὸς τούτῳ γενόμενος·
ὁ δὲ Ἡράκλειτος, ὡς μέγα τι καὶ σεμνὸν διαπεπραγμένος, "Ἐδιζη-
"σάμην," φησὶν, "ἐμεωυτόν·" καὶ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων θειότατον
ἐδόκει τὸ, Γνῶθι Σαυτόν· ὃ δὴ καὶ Σωκράτει τῆς ἀπορίας καὶ ζητήσεως ταύ-
της ἀρχὴν ἐνέδωκεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Πλατωνικοῖς εἴρηκε· Κο-
λώτῃ δὲ γελοῖον δοκεῖ. Τί οὖν οὐ καταγελᾷ καὶ τοῦ καθηγεμόνος, τοῦτο
αὐτὸ πράττοντος ὁσάκις γράφοι καὶ διαλέγοιτο περὶ οὐσίας ψυχῆς καὶ τοῦ D
ἀθρόου τῆς καταρχῆς; Εἰ γὰρ τὸ ἐξ ἀμφοῖν, ὡς ἀξιοῦσιν αὐτοὶ, σώματος
τοιοῦδε καὶ ψυχῆς, ἄνθρωπός ἐστιν, ὁ ζητῶν ψυχῆς φύσιν, ἀνθρώπου ζητεῖ
φύσιν ἐκ τῆς κυριωτέρας ἀρχῆς. Ὅτι δὲ αὕτη λόγῳ δυσθεώρητος, αἰσ-
θήσει δὲ ἄληπτός ἐστι, μὴ παρὰ Σωκράτους, σοφιστοῦ καὶ ἀλαζόνος ἀνδρὸς,
ἀλλὰ παρὰ τῶν σοφῶν τούτων λάβωμεν, οἳ μέχρι τῶν περὶ σάρκα τῆς
ψυχῆς δυνάμεων, αἷς θερμότητα καὶ μαλακότητα καὶ τόνον παρέχει τῷ
σώματι, τὴν οὐσίαν συμπηγνύντες αὐτῆς ἔκ τινος θερμοῦ καὶ πνευματικοῦ
καὶ ἀερώδους, οὐκ ἐξικνοῦνται πρὸς τὸ κυριώτατον, ἀλλὰ ἀπαγορεύουσι. E
Τὸ γὰρ ᾧ κρίνει καὶ μνημονεύει, καὶ φιλεῖ καὶ μισεῖ, καὶ ὅλως τὸ φρόνιμον
καὶ λογιστικὸν, ἔκ τινος φησὶν ἀκατονομάστου ποιότητος ἐπιγίνεσθαι. Καὶ ὅτι
μὲν αἰσχυνομένης ἐστὶν ἀγνοίας τοῦτο τὸ ἀκατονόμαστον ἐξομολόγησις, οὐκ
ἔχειν ὀνομάσαι φασκόντων ὃ μὴ δύνανται καταλαβεῖν, ἴσμεν· ἐχέτω δὲ

D. 2. ἀθρόου] Forte, ἀνθρώπου : itaque verti.

temnit Socratem, *quærentem homo quid sit*, *et juvenili ostentatione*, ut quidem Colotes ait, *dicentem se ignorare hoc*, apparet ipsum nunquam eam cogitationem suscepisse. Heraclitus quidem tanquam re magna et præclara gesta, *Quæsivi*, inquit, *meipsum*. Nam inter ea quæ Delphis scripta sunt, maxime divinum illud creditum est, *Noris teipsum*: idque hujus dubitationis et inquisitionis Socrati ansam dedit, ut ait in Platonicis Aristoteles. At Colotæ res videtur ridicula. Cur ergo non deridet etiam præceptorem suum, idem hoc agentem, quoties scribit aut disserit de natura animæ et origine hominis ? Si enim ex ambobus, ut ipsi volunt, corpore et anima constat homo, qui naturam animæ quærit, hominis naturam is indagat a potiore orsus principio. Animam autem ratione difficulter perspici, sensu nullo comprehendi, non Socrati glorioso sophistæ, sed sapientibus istis credamus; qui usque ad facultates animæ circa carnem occupatas, quibus calorem ea, mollitiem, et robur corpori præbet, progressi, naturamque ejus e calore quodam, spiritu, et aëre compingentes, ad principem usque vim non perveniunt, sed animis concidunt. Aiunt enim id, quo anima judicat, meminit, amat, odit, denique intelligit ac ratiocinatur, supervenire a quadam innominata qualitate. Pudefactæ vero esse ignorationis hanc innominati istius confessionem, dum se nominare non posse dicunt quod comprehendere nequeunt, novimus. Sed et hoc istis dicen-

συγγνώμην καὶ τοῦτο, ὡς λέγουσι. Φαίνεται γὰρ οὐ φαῦλον οὐδὲ ῥᾴδιον, οὐδὲ τοῦ τυχόντος εἶναι καταμαθεῖν, ἀλλὰ ἐνδεδυκὸς ἀπόρῳ τινὶ τόπῳ, καὶ
F δεινῶς ἀποκεκρυμμένον, ὥστε ὄνομα μηδὲν ἐν τοσούτοις πρὸς δήλωσιν οἰκεῖόν ἐστιν. Οὐ Σωκράτης οὖν ἀβέλτερος, ὅστις εἴη ζητῶν ἑαυτὸν, ἀλλὰ πάντες οἷς ἔπεισί τι τῶν ἄλλων πρὸ τούτου ζητεῖν, ὅτι τὴν γνῶσιν ἀναγκαίαν ἔχον, οὕτως εὑρεθῆναι χαλεπόν ἐστιν· οὐ γὰρ ἂν ἐλπίσειεν ἑτέρου λαβεῖν ἐπιστήμην ὃν διαπέφευγε τῶν ἑαυτοῦ τὸ κυριώτατον καταλαβεῖν.

κα'. Ἀλλὰ διδόντες αὐτῷ τὸ μηδὲν οὕτως ἄχρηστον εἶναι μηδὲ φορτικὸν
1119 ὡς τὸ ζητεῖν αὑτὸν, ἐρώμεθα τίς αὕτη τοῦ βίου σύγχυσίς ἐστιν, ἢ πῶς ἐν τῷ ζῇν οὐ δύναται διαμένειν ἀνὴρ, ὅτε τύχοι πρὸς ἑαυτὸν ἀναλογιζόμενος, "Φέρε, τίς ὢν οὗτος ὁ ἐγὼ τυγχάνω; πότερον ὡς κρᾶμα τὸ μεμιγμένον ἔκ τε τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος; ἢ μᾶλλον ἡ ψυχὴ τῷ σώματι χρωμένη, καθάπερ ἱππεὺς ἀνὴρ ἵππῳ χρώμενος; οὐ τὸ ἐξ ἵππου καὶ ἀνδρός; ἢ τῆς ψυχῆς τὸ κυριώτατον, ᾧ φρονοῦμεν καὶ λογιζόμεθα καὶ πράττομεν, ἕκαστος ἡμῶν ἐστι; τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ψυχῆς μόρια πάντα καὶ σώματος, ὄργανα τῆς τούτου δυνάμεως; ἢ τὸ παράπαν
B οὐκ ἔστιν οὐσία ψυχῆς, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα κεκραμένον τὴν τοῦ φρονεῖν καὶ ζῇν ἔσχηκε δύναμιν;" Ἀλλὰ τούτοις μὲν οὐκ ἀναιρεῖ τὸν βίον ὁ Σωκράτης, ἃ δὴ πάντες οἱ φυσικοὶ ζητοῦσιν· ἐκεῖνα δὲ ἦν τὰ ἐν Φαίδρῳ

A. 3. ὡς κρᾶμα τὸ] Forte, ὢν κρᾶμά τι. Mez. deleri volebat ὡς et τι.
B. 3. ἐκεῖνα δὲ ἦν] Sic B. E. Vulgo, ἐκεῖνα δὲ ἦ.

tibus, condonetur. Videtur enim non vile aut facile, nec cujuſvis eſſe hoc perſpicere, cum in locum aliquem obſcurum ſe abdiderit, admodumque occultatum ſit; ac ne nomine quidem inter tam multa proprio ſignificari poſſit. Non igitur Socrates ſtultus, ſeipſum quærens, ſed omnes qui ante hoc aliud aliquid quærendum ſuſcipiunt; cum hoc cognitu neceſſarium, tam difficile ſit inventu. Non eſt enim quod ſperes aliarum rerum ſcientiam te adepturum, ſi te fugit ejus quod tuorum eſt potiſſimum cognitio.

XXI. Sed demus hoc Colotæ, nihil perinde inutile et odioſum eſſe, atque eſt quærere ſeipſum; interrogemus autem, Quænam in hoc ſit vitæ confuſio, aut quare in vita perſeverare non poſſit vir aliquando ſecum ratiocinans, Agedum, quiſnam ego ſum? An aliquid confuſum mixtumque e corpore atque anima? an potius anima corpore utens, ut equo eques, non compoſitum aliquid ex utroque? an princeps animæ vis qua intelligimus, ratiocinamur, et agimus, id unuſquiſque noſtrum eſt, reliquæ et animæ et corporis partes, hujus ſunt inſtrumenta? aut omnino animæ nulla eſt ſubſtantia, ſed ipſum ſua temperie corpus facultatem intelligendi et vivendi nactum eſt? Verum his quidem quæſtionibus Socrates vitam non evertit, cum ab omnibus tractentur eæ Phyſicis. Fortaſſe autem quæ in Phædro legun-

δεινὰ καὶ ταρακτικὰ τῶν πραγμάτων, αὐτὸν οἰόμενος δεῖν ἀναθεωρεῖν, εἴτε τυφῶνός ἐστι θηρίον πολυπλοκώτερον καὶ μᾶλλον ἐπιτεθυμμένον, εἴτε θείας τινὸς καὶ ἀτύφου μοίρας φύσει μετέχον. Ἀλλὰ τούτοις γε τοῖς ἐπιλογισμοῖς οὐ τὸν βίον ἀνῄρει, τὴν δὲ ἐμβροντησίαν ἐκ τοῦ βίου καὶ τὸν τῦφον ἐξήλαυνε, καὶ τὰς ἐπαχθεῖς καὶ ὑπερόγκους κατοιήσεις καὶ μεγαλαυχίας· ταῦτα γὰρ ὁ τυφών ἐστιν, ὃν πολὺν ὑμῖν ἐποίησεν ὁ καθηγεμὼν, καὶ θεοῖς πολεμῶν καὶ θείοις ἀνδράσι. C

κβʹ. Μετὰ δὲ Σωκράτην καὶ Πλάτωνα προσμάχεται Στίλπωνι· καὶ τὰ μὲν ἀληθινὰ δόγματα καὶ τοὺς λόγους τοῦ ἀνδρὸς, οἷς ἑαυτόν τε κατεκόσμει καὶ πατρίδα καὶ φίλους, καὶ τῶν βασιλέων τοὺς περὶ αὐτὸν σπουδάσαντας, οὔτε γέγραφε, οὐδὲ ὅσον ἦν φρόνημα τῇ ψυχῇ μετὰ πραότητος καὶ μετριοπαθείας· ὧν δὲ παίζων καὶ χρώμενος γέλωτι πρὸς τοὺς σοφιστὰς λογαρίων προὔβαλε αὐτοῖς, ἑνὸς μνησθεὶς, καὶ μηδὲν εἰπὼν πρὸς τοῦτο, μηδὲ λύσας τὴν πιθανότητα, τραγῳδίαν ἐπάγει τῷ Στίλπωνι, καὶ, “ τὸν βίον ἀναιρεῖσθαι” φησιν “ ὑπ' αὐτοῦ, λέγοντος ἕτερον ἑτέρου μὴ κατηγορεῖσθαι· πῶς γὰρ βιωσόμεθα, μὴ λέγοντες ἄνθρωπον ἀγαθὸν, μηδὲ ἄν- D θρωπον στρατηγὸν, ἀλλὰ ἄνθρωπον ἄνθρωπον, καὶ χωρὶς, ἀγαθὸν ἀγαθὸν, καὶ στρατηγὸν στρατηγὸν, μηδὲ ἱππεῖς μυρίους, μηδὲ πόλιν ἐχυρὰν, ἀλλὰ ἱππεῖς ἱππεῖς, καὶ μυρίους μυρίους, καὶ τἆλλα ὁμοίως.” Τίς δὲ διὰ ταῦτα χεῖρον ἐβίωσεν ἄνθρωπος; τίς δὲ τὸν λόγον ἀκούσας οὐ συνῆκεν ὅτι παι-

C. 6. γέλωτι] Huc revocavi cum E. vulgo post προὔβαλε positum.

tur, atrocia sunt et res conturbant; quando ait *sibi necesse esse seipsum excutere, sitne animal ipse Typhone multiplicius et furiosius, an divinæ et fastus vacuæ portionis natura particeps*. Atqui his ipsis ille ratiocinationibus non vitam sustulit, sed stuporem fastumque inde expulit, molestasque illas et nimias hominum de seipsis opiniones atque jactantias. Hæc enim sunt Typhon ille; quorum multa vobis magister inseruit, diis divinisque hominibus bellum faciens.

XXII. Post Socratem et Platonem Stilpo oppugnatur. Hujus quidem vera decreta, et sermones, quibus seipsum, patriam, amicos, regesque ipsi operam navantes exornavit, tum animi elationem mansuetudini et affectuum mediocritati conjunctam, Colotes non retulit. Quas vero jocans ille sophistis ridensque objecit sententiolas, harum unam allegans, cum neque refellisset neque solvisset ipse probabilitatem, tragœdiam adversus Stilponem excitat, aitque *ab eo vitam tolli*, quod dixisset, *Alterum de altero non prædicari. Quomodo enim*, inquit, *vivemus*, *si non dicamus hominem bonum*, *hominem imperatorem*, *sed hominem hominem seorsum*, *bonum bonum*, *ducem ducem*, *neque mille equites*, *urbem munitam*, *sed equites equites*, *mille mille*, *et alia similiter?* Quis vero propter hæc vixit deterius? quis istam Stilponis vocem audiens non intellexit esse venuste jocantis, et hoc

ζοντός ἐστιν ἀμέσως, ἢ γύμνασμα τοῦτο προβάλλοντος ἑτέροις διαλεκ-
τικόν; Οὐκ ἄνθρωπον, ὦ Κολῶτα, μὴ λέγειν ἀγαθὸν, οὐδὲ ἱππεῖς μυ-
E ρίους, δεινόν ἐστιν· ἀλλὰ τὸν θεὸν μὴ λέγειν θεὸν, μηδὲ νομίζειν, ὃ πράτ-
τετε ὑμεῖς, μήτε Δία γενέθλιον, μήτε Δήμητραν θεσμοφόρον εἶναι, μήτε
Ποσειδῶνα φυτάλμιον ὁμολογεῖν ἐθέλοντες, οὗτος ὁ χωρισμὸς τῶν ὀνομά-
των πονηρός ἐστι, καὶ τὸν βίον ἐμπίπλησιν ὀλιγωρίας ἀθέου καὶ θρασύτητος,
ὅταν τὰς συνεζευγμένας τοῖς θεοῖς προσηγορίας ἀποσπῶντες, συναναι-
ρεῖτε θυσίας, μυστήρια, πομπὰς, ἑορτάς. Τίνι γὰρ προτέλεια θύσομεν;
τίνι σωτήρια; πῶς δὲ φωσφόρεια, βακχεῖα, προτέλεια γάμων ἄξομεν,
μὴ ἀπολιπόντες μηδὲ βακχεῖς καὶ φωσφόρους, καὶ προηρεσίους, καὶ σω-
τῆρας; ταῦτα γὰρ ἅπτεται τῶν κυριωτάτων καὶ μεγίστων, ἐν πράγμασιν
F ἔχοντα τὴν ἀπάτην, οὐ περὶ φωνάς τινας, οὐδὲ λεκτῶν σύνταξιν, οὐδὲ
ὀνομάτων συνήθειαν. Ὡς εἴ γε καὶ ταῦτα τὸν βίον ἀνατρέπει, τίνες μᾶλλον
ὑμῶν πλημμελοῦσι περὶ τὴν διάλεκτον, οἱ τὸ τῶν λεκτῶν γένος οὐσίαν τῷ
λόγῳ παρέχοντες, ἄρδην ἀναιρεῖτε, τὰς φωνὰς καὶ τὰ τυγχάνοντα μόνον
ἀπολιπόντες, τὰ δὲ μεταξὺ σημαινόμενα πράγματα, δι' ὧν γίνονται
1120 μαθήσεις, διδασκαλίαι, προλήψεις, νοήσεις, ὁρμαὶ, συγκαταθέσεις, τὸ παρά-
παν οὐδὲ εἶναι λέγοντες;

E 7. προτέλεια γάμων] Spurium et addititium videtur. Xylander prius προτέλεια in προηρόσια mutandum judicabat: non is quidem fine veri specie.

E. 8. προηρεσίους] Immo προηροσίους, quod et Reisk. monuit.

F. 3. τῶν λεκτῶν] τῶν additum ex E.

F. 4. παρέχοντες] Corrigendum videtur παρεχόντων, ut post Gassendum monuit Fabric. ad Sext. Emp. p. 90.

exercitationis dialecticæ caussa proponentis? Non hoc, Colota, atrox est, hominem non dicere bonum, aut mille equites; sed, quod vos facitis, Deum non dicere Deum, non censere Jovem esse genitalem, non Cererem legum auctorem, non Neptunum fœcundantem fateri velle. Hæc vestra nominum separatio mala est, vitamque implet impio Deorum contemtu ac ferocia, quando adjuncta Diis cognomenta avellentes, una aboletis sacrificia, mysteria, pompas, festos dies. Cui enim sacrificabimus ob arationis futuræ felicem eventum, ob partam salutem? quomodo Luciferia, Bacchica, auspicia nuptiarum obibimus, sublatis Bacchantibus, Luciferis, Præaratoribus, Servatoribus? Hæc enim sunt quæ summas et præcipuas res attingunt, erroremque ipsis in rebus, non in vocabulis, aut dictionis constructione, vel consuetudine nominum gignunt. Proinde si hæc subvertunt vivendi rationem, ecquis magis in sermone peccat quam vos? qui cum *genus effatorum substantiam sermoni substernentium*, funditus tollitis *voces*, *et obvia* tantum relinquentes *vocabula*, *interim significationes eorum per quæ discimus*, dico *doctrinam*, *notiones anticipatas*, *notitias*, *animi impetus*, *assensiones*, *prorsus nihil esse* dicitis.

κγʹ. Οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ ἐπὶ Στίλπωνος τοιοῦτόν ἐστιν. Εἰ περὶ ἵππου
τὸ τρέχειν κατηγοροῦμεν, οὔ φησι ταὐτὸν εἶναι τῷ περὶ οὗ κατηγορεῖται τὸ
κατηγορούμενον, ἀλλ' ἕτερον μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ τί ἦν εἶναι τὸν λόγον,
ἕτερον δὲ τῷ ἀγαθῷ. Καὶ πάλιν τὸ, ἵππον εἶναι, τοῦ, τρέχοντα εἶναι,
διαφέρειν· ἑκατέρου γὰρ ἀπαιτούμενοι τὸν λόγον οὐ τὸν αὐτὸν ἀποδίδομεν
ὑπὲρ ἀμφοῖν. Ὅθεν ἁμαρτάνειν τοὺς ἕτερον ἑτέρου κατηγοροῦντας.*
Εἰ μὲν γὰρ ταὐτόν ἐστι τῷ ἀνθρώπῳ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τῷ ἵππῳ τὸ τρέχειν,
πῶς καὶ σιτίου καὶ φαρμάκου τὸ ἀγαθὸν, καὶ, νὴ Δία, πάλιν λέοντος καὶ B
κυνὸς τὸ τρέχειν, κατηγοροῦμεν; εἰ δ' ἕτερον, οὐκ ὀρθῶς ἄνθρωπον ἀγα-
θὸν, καὶ ἵππον τρέχειν, λέγομεν. Εἴπερ οὖν ἐν τούτοις ἐξαιμάξει πικρῶς
ὁ Στίλπων, τῶν ἐν ὑποκειμένῳ καὶ καθ' ὑποκειμένου λεγομένων μηδεμίαν
ἀπολιπὼν συμπλοκὴν πρὸς τὸ ὑποκείμενον, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν, εἰ μὴ
κομιδῇ ταὐτὸν ᾧ συμβέβηκε λέγεται, μηδὲ ὡς συμβεβηκὸς οἰόμενος δεῖν
περὶ αὐτοῦ λέγεσθαι, φωναῖς τισι δυσκολαίνων, καὶ πρὸς τὴν συνήθειαν
ἐνιστάμενος, οὐ τὸν βίον ἀναιρῶν, οὐδὲ τὰ πράγματα δῆλός ἐστι.

κδʹ. Γενόμενος δ' οὖν ὁ Κολώτης ἀπὸ τῶν παλαιῶν, τρέπεται πρὸς C
τοὺς καθ' ἑαυτὸν φιλοσόφους, οὐδενὸς τιθεὶς ὄνομα· καίτοι καλῶς εἶχεν
καὶ τούτους ἐλέγχειν ἐπ' ὀνόματος, ἢ μηδὲ τοὺς παλαιούς. Ὁ δὲ τὸν Σω-
κράτην καὶ τὸν Πλάτωνα καὶ τὸν Παρμενίδην τοσαυτάκις θέμενος ὑπὸ τὸ

A. 8. κατηγοροῦντας.* Εἰ] Nil excidiſſe videtur : item viſum Amioto, Xyl. Mez. Reiſk.

B. 3. Εἴπερ οὖν ἐν τ. ἐξαιμάξει πικρῶς] οὖν additum ex E. Cetera, corrupta ſane, forte ita corrigas, ἐξαμαξεῖ ἰσχυρῶς. Nec abſurde Reiſkius, Εἴπερ οὖν ταῦτα ἐξετάζει πικρῶς—.

XXIII. Enimvero Stilponis argumentum tale eſt : *Si de equo prædicetur currere, non idem eſſe cum ſubjecto prædicatum ; ſed aliam eſſe definitionem hominis, aliam boni : rurſumque aliud eſſe equum, aliud currere ; nam utriuſque definitionem rogati, non eandem utriuſque reddimus ; ideoque errare qui alterum de altero prædicant. Nam ſi idem ſunt homo et bonum, et equus ac currere, quo pacto bonum, etiam de cibo et medicamento dicetur, rurſuſque currere de leone et cane ? Ergo non recte dicemus bonum de homine prædicari bonum, de equo currere, cum diverſa ſint.* Hoc loco ut maxime tritam relinquat viam Stilpo, qui eorum quæ ſunt in ſubjecto, vel de ſubjecto dicuntur, nullam admittat complexionem cum ſubjecto ; ſed utrumque eorum niſi prorſus idem ſit cum eo cui accidit, ne ut accidens quidem de eo dici putaverit ; tamen eum vocibus duntaxat quibuſdam offendi, ac conſuetudini dicendi ſe opponere, non vitam tollere, aut res abolere manifeſto conſtabit.

XXIV. Porro autem Colotes reprehenſione veterum defunctus, ad ſuæ ætatis philoſophos ſe confert, neminem tamen nominans ; cum aut hos etiam debuerit nominatim perſtringere, aut ne veteres quidem. Verum qui Socratem, Platonem, Parmenidem toties ſtylo ſuo pupugiſſet, metu,

γραφεῖον, δῆλός ἐστιν ἀποδειλιάσας πρὸς τοὺς ζῶντας, οὐ μετριάσας ὑπ' αἰδοῦς, ἣν τοῖς κρείττοσιν οὐκ ἔνειμε. Βούλεται δὲ προτέρους μὲν, ὡς ὑπονοῶ, τοὺς Κυρηναϊκοὺς ἐλέγχειν, δευτέρους δὲ τοὺς περὶ Ἀρκεσίλαον Ἀκαδημαϊκούς. Οὗτοι γὰρ ἦσαν οἱ περὶ πάντων ἐπέχοντες· ἐκεῖνοι δὲ τὰ
D πάθη καὶ τὰς φαντασίας ἐν αὐτοῖς τιθέντες, οὐκ ᾤοντο τὴν ἀπὸ τούτων πίστιν εἶναι διαρκῆ πρὸς τὰς ὑπὲρ τῶν πραγμάτων καταβεβαιώσεις· ἀλλ' ὥσπερ ἐν πολιορκίᾳ τῶν ἐκτὸς ἀποστάντες, εἰς τὰ πάθη κατέκλεισαν αὑτοὺς, τὸ Φαίνεται τιθέμενοι, τὸ δ' Ἐστὶ προσαποφαινόμενοι περὶ τῶν ἐκτός. Διό φησιν αὐτοὺς ὁ Κολώτης μὴ δύνασθαι ζῆν μηδὲ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν· εἶτα κωμῳδῶν, "Οὗτοι," φησὶν, "ἄνθρωπον εἶναι καὶ ἵππον καὶ τοῖχον οὐ "λέγουσιν, αὐτοὺς δὲ τοιχοῦσθαι καὶ ἱπποῦσθαι καὶ ἀνθρωποῦσθαι·" πρῶτον αὐτοῖς, ὥσπερ οἱ συκοφάνται, κακούργως χρώμενος τοῖς ὀνόμασιν. Ἕπεται μὲν γὰρ ἀμέλει καὶ ταῦτα τοῖς ἀνδράσιν· ἔδει δὲ, ὡς ἐκεῖνοι διδάσκουσι,
E δηλοῦν τὸ γινόμενον· γλυκαίνεσθαι γὰρ λέγουσι καὶ πικραίνεσθαι καὶ φωτίζεσθαι καὶ σκοτίζεσθαι, τῶν παθῶν τούτων ἑκάστου τὴν ἐνέργειαν οἰκείαν ἐν αὑτῷ καὶ ἀπερίσπαστον ἔχοντος· εἰ δὲ γλυκὺ τὸ μέλι, καὶ πικρὸς ὁ θαλλὸς, καὶ ψυχρὰ ἡ χάλαζα, καὶ θερμὸς ὁ ἄκρατος, καὶ σκοτεινὸς ὁ τῆς νυκτὸς ἀὴρ, ὑπὸ πολλῶν ἀντιμαρτυρεῖσθαι, καὶ θηρίων, καὶ πραγμάτων, καὶ ἀνθρώπων, τῶν μὲν δυσχεραινόντων * τῶν δὲ προσιεμένων τὴν θαλλίαν, καὶ

D. 4. προσαποφαινόμενοι] Præfigenda eſt negatio ut viderunt Amiot. Mez. Reiſk. et nos vertimus.

E. 6. δυσχεραινόντων * τῶν δὲ] Excidit τὸ μέλι: quod vertendo ſuppleverunt Amiot. et Xyl.

quod manifeſtum eſt, viventium nominibus pepercit, non verecundiæ cauſſa moderatus ſibi, qui præſtantiores non fuiſſet reveritus. Vult autem, ut ſuſpicor, priore loco Cyrenaïcos redarguere, poſteriore Arceſilaum et Academicos: quorum hi de omnibus rebus aſſenſionem cohibent; illi affectiones et viſa in homine ponentes, nolunt fidem ab his factam ſufficere ad affirmandum aliquid de rebus, et, veluti in obſidione deſertis externis, in affectiones ſeſe concludentes, de externis rebus utuntur verbo *Videtur*, verbo *Eſt* non utuntur. Ideoque eos Colotes *vivere poſſe*, *aut rebus uti* negat. Comœdiam deinde inſtituens, *Hi*, inquit, *negant hominem eſſe*, *equum*, *parietem*; *ipſos autem parietari*, *equari*, *hominari*. Primum ipſis, ut ſolent calumniatores, vocabulis utitur fraudulenter. Nam tametſi hæc ſequuntur e Cyrenaïcorum dictis, tamen oportebat rem ita declarare, ut ipſi docent. Dicunt enim *ſe a dulcedine*, *amarore*, *lumine*, *tenebris affici*, *cum harum affectionum quævis propriam efficacitatem in ſe et aſſiduam habeat: ſi vero mel ſit dulce*, *frondes oleaſtri amaræ*, *frigida glacies*, *merum calidum*, *nocturnus aër tenebroſus ſit*, *multa contra teſtimonia*] *ferri ab animalibus*, *rebus*, *hominibus*; *cum multi mel averſentur*, *quædam animalia germen oleaginum pro cibo*

ἀποκαομένων ὑπὸ τῆς χαλάζης, καὶ καταψυχομένων ὑπὸ οἴνου, καὶ τὸν ἥλιον ἀμβλυωττόντων, καὶ νύκτωρ βλεπόντων. Ὅθεν ἐμμένουσα τοῖς πάθεσιν ἡ F δόξα διατηρεῖ τὸ ἀναμάρτητον· ἐκβαίνουσα δὲ καὶ πολυπραγμονοῦσα τῷ κρίνειν καὶ ἀποφαίνεσθαι περὶ τῶν ἐκτὸς, αὐτήν τε πολλάκις ταράσσει, καὶ μάχεται πρὸς ἑτέρους ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἐναντία πάθη καὶ διαφόρους φαντασίας λαμβάνοντας.

κέ. Ὁ δὲ Κολώτης ἔοικε τὸ αὐτὸ πάσχειν τοῖς νεωστὶ γράμματα μανθάνουσι τῶν παίδων, οἳ τοὺς χαρακτῆρας ἐν τοῖς πυξίοις ἐθιζόμενοι λέγειν, ὅταν ἔξω γεγραμμένους ἐν ἑτέροις ἴδωσιν, ἀμφιγνοοῦσι καὶ ταράττονται· καὶ γὰρ οὗτος οὓς ἐν τοῖς Ἐπικούρου γράμμασιν ἀσπάζεται καὶ ἀγαπᾷ 1121
λόγους, οὐ συνίησιν οὐδὲ γινώσκει λεγομένους ὑφ' ἑτέρων. Εἰ γὰρ εἰδώλου προσπίπτοντος ἡμῖν περιφεροῦς, ἑτέρου δὲ κεκλασμένου, τὴν μὲν αἴσθησιν ἀληθῶς τυποῦσθαι λέγοντες, προσαποφαίνεσθαι δ' οὐκ ἐῶντες ὅτι στρογγύλος ὁ πύργος ἐστὶν, ἡ δὲ κώπη κέκλασται, τὰ πάθη τὰ αὐτῶν καὶ τὰ φαντάσματα βεβαιοῦσι, τὰ δ' ἐκτὸς οὕτως ἔχειν ὁμολογεῖν οὐκ ἐθέλουσιν, ἀλλ' ὡς ἐκείνοις τὸ ἱπποῦσθαι καὶ τὸ τοιχοῦσθαι λεκτέον, οὐχ ἵππον οὐδὲ τοῖχον, οὕτως ἄρα τὸ στρογγυλοῦσθαι καὶ τὸ σκαληνοῦσθαι τὴν ὄψιν, οὐ σκαληνὸν οὐδὲ στρογ- B
γύλον ἀνάγκη τὸν πύργον λέγειν· τὸ γὰρ εἴδωλον ὑφ' οὗ πέπονθεν ἡ ὄψις, κεκλασμένον ἐστίν· ἡ κώπη δὲ, ἀφ' ἧς τὸ εἴδωλον, οὐκ ἔστι

E. 7. καὶ τὸν ἥλιον] Legendum, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον: quod monuerunt Mez. et Reisk.

A. 2. Εἰ γὰρ εἰδώλου—τὸν πύργον λέγειν] Probabiliter vertit Xyl. superest tamen aliquid vel corruptelæ, vel certe difficultatis, quod non tollitur legendo Οἱ γὰρ εἰδώλου—cum E. Amiot. Schott. T. V. B. Anon. Reisk. Ceterum καὶ τὰ ante φαντάσματα addidimus ex B. E. et τὸ ante ἱπποῦσθαι ex E.

usurpent, a glacie urantur, a vino refrigerentur, in Sole cæcutiant, noctu videant. Itaque intra affectiones sese continens opinio, ab errore tuta manet; efferens autem se inde, et curiosius judicare ac pronunciare de rebus externis conans, cum seipsam sæpenumero conturbat, tum aliis repugnat, qui ab iisdem rebus contrarias affectiones et diversa visa percipiunt.

XXV. Mihi vero videtur id usu venire Coloti, quod pueris etiamnum literas discentibus; qui cum eas per notas agnoscant in suis tabellis, foris et alibi scriptas videntes dubitant ac trepidant. Nam Colotes etiam quas in Epicuri scriptis amplectitur sententias, non intelligit neque agnoscit si ab aliis dicantur. Quippe si imagine nobis oblata rotunda aut fracta, dicunt Epicurei sensum vere informari, non sinunt tamen dicere nos turrim esse rotundam, aut remum infractum revera; affectiones suas et visa confirmant, externa ita habere ut visa nobis sunt, non fatentur. Sed ut Cyrenaïci *equari se* et *parietari* dicunt, de equo et pariete nihil affirmant, sic etiam dicendum est *rotundari aut obliquari* visum Epicureis, non interim necesse turrim esse rotundam, aut remum fractum ipsum dicere; quippe simulacrum quod visum afficit, fractum est: remus, a

κεκλασμένη. Διαφορὰν οὖν τοῦ πάθους πρὸς τὸ ὑποκείμενον ἐκτὸς ἔχοντος, ἢ μένειν ἐπὶ τοῦ πάθους δεῖ τὴν πίστιν, ἢ τὸ Εἶναι τῷ Φαίνεσθαι προσαποφαινομένην ἐλέγχεσθαι. Τὸ δὲ δὴ βοᾶν αὐτοὺς, καὶ ἀγανακτεῖν ὑπὲρ τῆς αἰσθήσεως, οὐ λέγουσι τὸ ἐκτὸς εἶναι θερμὸν, ἀλλὰ τὸ ἐν αὐτῇ πάθος γέγονε τοιοῦτον· ἆρ' οὐ ταυτόν ἐστι τῷ λεγομένῳ περὶ τῆς γεύσεως, ὅτι τὸ ἐκτὸς οὔ φησιν εἶναι γλυκὺ, πάθος δέ τι καὶ κίνημα περὶ αὐτὴν
C γεγονέναι τοιοῦτον; Ὁ δὲ λέγων ἀνθρωποειδῆ φαντασίαν λαμβάνειν, εἰ δὲ ἄνθρωπός ἐστι μὴ αἰσθάνεσθαι, πόθεν εἴληφε τὰς ἀφορμάς; οὐ παρὰ τῶν λεγόντων καμπυλοειδῆ φαντασίαν λαμβάνειν, εἰ δὲ καμπύλον ἐστὶ, μὴ προσαποφαίνεσθαι τὴν ὄψιν, μηδ' ὅτι στρογγύλον, ἀλλά τι φάντασμα περὶ αὐτὴν καὶ τύπωμα στρογγυλοειδὲς γέγονεν; Νὴ Δία, φήσει τις, ἀλλ' ἐγὼ τῷ πύργῳ προσελθὼν, καὶ τῆς κώπης ἁψάμενος, ἀποφανοῦμαι τὴν μὲν, εὐθεῖαν εἶναι, τὸν δὲ, πολύγωνον· ἐκεῖνος δὲ, κἂν ἐγγὺς γένηται, τὸ δοκεῖν καὶ τὸ φαίνεσθαι, πλέον δὲ οὐδὲν ὁμολογήσει. Ναὶ μὰ Δία, σοῦ γε
D μᾶλλον, ὦ βέλτιστε, τὸ ἀκόλουθον ὁρῶν καὶ φυλάττων, τὸ πᾶσαν εἶναι φαντασίαν ὁμοίως ἀξιόπιστον ὑπὲρ ἑαυτῆς, ὑπὲρ ἄλλου δὲ μηδεμίαν, ἀλλὰ ἐπίσης ἔχειν· σοὶ δὲ οἴχεται τὸ πάσας ὑπάρχειν ἀληθεῖς, ἄπιστον δὲ καὶ ψευδῆ μηδεμίαν, εἰ ταύταις μὲν οἴει δεῖν προσαποφαίνεσθαι περὶ τῶν ἐκτὸς,

B. 7. οὐ λέγουσι—γέγονε] Legendum, ὡς οὐ λέγουσι—γεγονέναι.

C. 4. ἀλλά τι φάντασμα] Corrigendum cum Mez. et Reiſk. ἀλλ' ὅτι φάντασμα.

C. 8. σοῦ γε] Sic B. E. et conjecerunt item Mez. et Reiſk. Vulgo, τοῦ γε. Xylander edidit τοῦτο γε.

quo id fertur, nequaquam. Ergo cum differentia ſit inter affectionem et ſubjectum externum, neceſſe eſt, aut fidem ſubſiſtere in affectione cui adhibetur, aut, ſi præterquam quod *videri*, etiam *eſſe rem id quod videtur* pronuncies, te refelli. Vociferari autem et indignari propter ſenſum, quod Cyrenaïci id quod extra eſt non dicunt eſſe calidum, ſed in ipſo ſenſu aiunt calidam exſtitiſſe affectionem, nonne idem eſt atque illud quod de guſtatu dicitur, quando rem externam non affirmant eſſe dulcem, guſtatum autem dulcedine affectum fuiſſe fatentur? Et qui dicit imaginem ſe hominis percepiſſe, an externum illud homo ſit ſe non ſentire; unde anſam nactus eſt? nonne hi præbuerunt, qui dicunt curvum aut teres ſibi viſum eſſe oblatum, ſenſum autem non hoc etiam pronunciare, rem conſpecta quæ fuit eſſe curvam aut teretem, ſed effigiem quandam ejus talem extitiſſe? Atqui, dixerit mehercle aliquis, aggreſſus ego ad turrim, aut remum tangens, pronunciabo hunc rectum, illam multangulam eſſe; ille etiam ſi proxime adſtet, videri ſibi ita et apparere duntaxat, nihil amplius fatebitur. Omnino quidem, mi homo, quia melius, quam tu, videt et ſervat id quod eſt conſequens, omne viſum pro ſe ſimiliter fidem mereri, nullum pro alio, ſed in utramque partem perinde eſſe. Tibi vero perit jam hoc decretum, *omnes ſenſus eſſe veros, nulli fidem derogandam, nullum falſum eſſe*; ſiquidem huic ſenſioni putas etiam pronunciandum de re externa, illi

ἐκείναις δὲ * τοῦ πάσχειν πλέον οὐδὲν ἐπίστευες. Εἰ μὲν γὰρ ἐπίσης ἔχουσιν
ἐγγὺς γινόμεναι, καὶ μακρὰν οὖσαι, πρὸς πίστιν, ἢ πάσαις δίκαιόν ἐστιν, ἢ
μηδὲ ταύταις ἕπεσθαι τὴν προσαποφαινομένην τὸ Εἶναι κρίσιν· εἰ δὲ
γίνεται διαφορὰ τοῦ πάθους ἀποστᾶσι καὶ ἐλθοῦσι, ψεῦδός ἐστι τὸ μήτε
φαντασίαν μήτε αἴσθησιν ἑτέραν ἐναργεστέραν ὑπάρχειν. Καθάπερ ἃς E
λέγουσιν ἐπιμαρτυρήσεις καὶ ἀντιμαρτυρήσεις οὐθέν εἰσι πρὸς τὴν αἴσθησιν,
ἀλλὰ πρὸς τὴν δόξαν· ὥστε ἐπ' αὐταῖς ἑπομένους ἀποφαίνεσθαι περὶ τῶν
ἐκτὸς κελεύουσι, τῆς δόξης κρίμα τὸ Εἶναι, τῆς δὲ αἰσθήσεως πάθος τὸ
Φαινόμενον ποιοῦντες, ἀπὸ τοῦ πάντως ἀληθοῦς τὴν κρίσιν ἐπὶ τὸ δια-
πίπτον πολλάκις μεταφέρουσιν.

κϛʹ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅσης ἐστὶ μεστὰ ταραχῆς καὶ μάχης πρὸς
ἑαυτά, τί δεῖ λέγειν ἐν τῷ παρόντι; Τοῦ δὲ Ἀρκεσιλάου τὸν Ἐπίκουρον οὐ
μετρίως ἔοικεν ἡ δόξα παραλυπεῖν, ἐν τοῖς τότε χρόνοις μάλιστα τῶν
φιλοσόφων ἀγαπηθέντος· μηθὲν γὰρ αὐτὸν ἴδιον λέγοντα, φησίν, ὑπόληψιν F
ἐμποιεῖν καὶ δόξαν ἀνθρώποις ἀγραμμάτοις ἅτε δὴ πολυγράμματος
αὐτὸς ὢν καὶ μεμουσωμένος. Ὁ δὲ Ἀρκεσίλαος τοσοῦτον ἀπέδει τοῦ και-
νοτομίας τινὰ δόξαν ἀγαπᾶν καὶ ὑποποιεῖσθαι τῶν παλαιῶν, ὥστε ἐγκαλεῖν
τοὺς τότε σοφιστὰς ὅτι προστρίβεται Σωκράτει καὶ Πλάτωνι καὶ Παρ- 1122

D. 5. ἐκείναις δὲ * τοῦ πάσχειν] Nil excidiſſe putant Amiot. Xyl. Mez. Reiſk. Ad ſententiam quidem nil requiras.
E. 1. ἑτέραν] Legendum, ἑτέραν ἑτέρας, ut monitum a Mez. et Reiſk.
E. 2. καὶ ἀντιμαρτυρήσεις] Additum ex B. E.
E. 3. ἐπ' αὐταῖς] Legendum, vel ἐπεὶ αὐταῖς cum Mez. vel εἰ ταύταις cum Reiſk.
F. 2. ἅτε δὴ] δὴ additum ex B. E.

nihil præter affectionem fidei habuiſti. Nam ſi eadem fides ſenſibus debetur cominus et eminus, aut omnibus, aut ne his quidem tribuemus judicium et pronunciationem de re externa: et ſi affectionis differentia accidit quando longius abſumus, et propius a re quam ſentimus, falſum jam eſt neque ſenſum ſenſui, neque viſum viſo evidentia præſtare. Illæ autem quas atteſtationes et deteſtationes dicunt Epicurei, nihil ad ſenſum faciunt, ſed ad opinionem: itaque ſi volunt ut eas ſecuti de externis pronunciemus, opinionis judicium Eſſe, ſenſus affectionem Videri facientes, ab eo quod plane verum ſit ad id quod ſæpe fallit transferunt judicium.

XXVI. Verum hæc quanta turba et quot repugnantiis referta ſint, quid attinet in præſentia dicere? Arceſilaï autem gloria videtur Epicuro haud mediocrem attuliſſe ægritudinem, qui inter ejus temporis philoſophos maximi fiebat. Dicit eum Epicurus nihil proprium proferentem, ſuſpicionem de ſe apud illiteratos et gloriam paraſſe ac ſi ipſe eſſet literatus et doctus. Sane Arceſilaus tantum abfuit ab omni novandi, aut vetera ſibi arrogandi ſtudio, ut etiam vitio ei ſophiſtæ ejus ætatis dederint, quod ſententias de cohibenda aſſenſione, et comprehenſionis negatione, Socrati,

μενίδῃ καὶ Ἡρακλείτῳ τὰ περὶ τῆς ἐποχῆς δόγματα καὶ τῆς ἀκαταληψίας, οὐδὲν δεομένοις, ἀλλὰ οἷον ἀναγωγὴν καὶ βεβαίωσιν αὐτῶν εἰς ἄνδρας ἐνδόξους ποιούμενος. Ὑπὲρ μὲν οὖν τούτου Κολώτῃ χάρις, καὶ παντὶ τῷ τὸν Ἀκαδημαϊκὸν λόγον ἄνωθεν ἥκειν εἰς Ἀρκεσίλαον ἀποφαίνοντι. Τὴν δὲ περὶ πάντων ἐποχὴν οὐδ' οἱ πολλὰ πραγματευσάμενοι, καὶ κατατείναντες εἰς τοῦτο συγγράμματα καὶ λόγους, ἐκίνησαν· ἀλλὰ ἐκ τῆς Στοᾶς αὐτῆς τελευτῶντες, ὥσπερ Γοργόνα, τὴν ἀπραξίαν ἐπάγοντες ἀπηγόρευσαν,
B ὡς πάντα πειρῶσι καὶ στρέφουσιν αὐτοῖς οὐχ ὑπήκουσεν ἡ ὁρμὴ γενέσθαι συγκατάθεσις, οὐδὲ τῆς ῥοπῆς ἀρχὴν ἐδέξατο τὴν αἴσθησιν, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῆς ἀγωγὸς ἐπὶ τὰς πράξεις ἐφάνη, μὴ δεομένη τοῦ προστίθεσθαι. Νόμιμοι γὰρ οἱ πρὸς ἐκείνους ἀγῶνές εἰσι· καὶ

Ὁπποῖόν κ' εἴπῃσθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαις.

Κολώτῃ δὲ οἶμαι τὰ περὶ ὁρμῆς καὶ συγκαταθέσεως, ὄνῳ λύρας ἀκρόασιν εἶναι. Λέγεται δὲ τοῖς συνεπομένοις καὶ ἀκούουσιν, "Ὅτι τριῶν περὶ ψυχὴν "κινημάτων ὄντων, φανταστικοῦ καὶ ὁρμητικοῦ καὶ συγκαταθετικοῦ, τὸ μὲν "φανταστικὸν οὐδὲ βουλομένοις ἀνελεῖν ἔστιν, ἀλλὰ ἀνάγκη προεντυγχά-
C "νοντας τοῖς πράγμασι, τυποῦσθαι καὶ πάσχειν ὑπ' αὐτῶν· τὸ δὲ ὁρμητικὸν "ἐγειρόμενον ὑπὸ τοῦ φανταστικοῦ πρὸς τὰ οἰκεῖα, πρακτικῶς κινεῖ τὸν

A. 3. δεομένοις] Sic Ald. Baf. Xyl. B. E. Vulgo, δεόμενος, quod perperam Steph. recepit a Leonic. et Schott.
A. 8. ἀπραξίαν] Forte, ἀταραξίαν. Cetera magis interpretationem, quam emendationem, desiderant.
B. 4. Νόμιμοι γάρ—] Vitium latere videtur.

Platoni, Parmenidi, Heraclito acceptas ferret: nequaquam illis vindicantibus, sed ipse tantum eas viris nobilibus inscribendo confirmans ac commendans. Gratias ergo agamus hoc nomine Colotæ, et omnibus qui Academicam rationem ab antiquis ad Arcesilaum promanavisse aiunt. Illam vero assensionis de omnibus rebus retentionem, ne hi quidem qui in hoc negotio valde occupati fuerunt, ac volumina scriptasque disputationes in longum deduxerunt, evertere potuere: sed ad extremum ex ipsa Stoa vitam otiosam proferentes, qua tanquam Gorgone objecta terrerent, fessi desierunt. Quippe omnia tentando, et omnia movendo, tamen ab incitatione ea qua ad agendum fertur appetitus, impetrare non potuerunt ut se assensionem dici pateretur, aut pro principio sui momenti sensum agnosceret; sed apparuit eam sponte sua ad agendum ferri, nihilque ad hoc assensu indigere. Et quidem adversus alios legitima sunt certamina, ac valet illud

Qualia dixisti, reddentur talia verba.

Colotem autem puto quæ de appetitione et assensione disputantur, ita audire, ut asinus lyram. Iis vero qui assequuntur et intelligunt ista, dicitur, "Cum tria sint animi motuum genera, imagi- "nans, appetens, assentiens, primum illud, ne si "conemur quidem, aboleri posse; nam necesse est "cum res nobis offeruntur, earum visa nos con- "cipere et affici. Appetens autem ab imaginante "excitatum ad naturæ suæ accommodata homi-

"ἄνθρωπον, οἷον ῥοπῆς ἐν τῷ ἡγεμονικῷ καὶ νεύσεως γινομένης· οὐδὲ τοῦτο "οὖν ἀναιροῦσιν οἱ περὶ πάντων ἐπέχοντες, ἀλλὰ χρῶνται τῇ ὁρμῇ φυ-"σικῶς ἀγούσῃ πρὸς τὸ φαινόμενον οἰκεῖον. Τί οὖν φεύγουσι μόνον; ᾧ "μόνῳ ψεῦδος ἐμφύεται καὶ ἀπάτη, τὸ δοξάζειν καὶ προσπίπτειν τὴν "συγκατάθεσιν, εἶξιν οὖσαν ὑπὸ ἀσθενείας τῷ φαινομένῳ, χρήσιμον δὲ "οὐδὲν ἔχουσαν. Ἡ γὰρ πρᾶξις δυοῖν δεῖται, φαντασίας τοῦ οἰκείου, καὶ "πρὸς τὸ φανὲν οἰκεῖον ὁρμῆς, ὧν οὐδέτερον τῇ ἐποχῇ μάχεται. Δόξης D "γὰρ, οὐχ ὁρμῆς οὐδὲ φαντασίας ὁ λόγος ἀφίστησιν. Ὅταν οὖν φανῇ τὸ "ἡδὺ οἰκεῖον, οὐθὲν δεῖ πρὸς τὴν ἐπ' αὐτὸ κίνησιν καὶ φορὰν δόξης, ἀλλὰ "ἦλθεν εὐθὺς ἡ ὁρμὴ, κίνησις οὖσα καὶ φορὰ τῆς ψυχῆς."

κζ'. Καὶ μὴν αὐτῶν γε τούτων, "ὡς αἴσθησιν ἔχειν δεῖ, καὶ σάρκινον "εἶναι, καὶ φανεῖται ἡδονὴ ἀγαθόν." Οὐκοῦν καὶ τῷ ἐπέχοντι ἀγαθὸν φανεῖται· καὶ γὰρ αἰσθήσεως μετέχει, καὶ σάρκινός ἐστι· καὶ λαβὼν ἀγαθοῦ φαντασίαν, ὀρέγεται καὶ ὁρμᾷ, πάντα πράττων ὅπως οὐ διαφεύξεται αὐτὸν, ἀλλ' ὡς ἀνυστὸν ἀεὶ συνέσται τῷ οἰκείῳ, φυσικαῖς οὐ γεωμετρικαῖς ἑλκόμενος ἀνάγκαις· ἄνευ διδασκάλου γὰρ αὐτὰ προσκαλεῖται τὰ καλὰ E ταῦτα καὶ λεῖα καὶ προσηνῆ κινήματα τῆς σαρκὸς, ὡς αὐτοί φασιν οὗτοι, καὶ τὸν πάνυ μὴ φάσκοντα μηδὲ ὁμολογοῦντα κάμπτεσθαι καὶ μαλάσσεσθαι τούτοις. "Ἀλλὰ πῶς οὐκ εἰς ὄρος ἄπεισι τρέχων ὁ ἐπέχων, ἀλλὰ εἰς

C. 6. προσπίπτειν] Rectius videtur προπίπτειν cum Salmaſ.
E. 1. τὰ καλὰ] Forte, τὰ μαλακά.

"nem efficaciter movet, quaſi momento et nutu "in principe parte facto. Ne hoc quidem tol-"lunt, qui de omnibus aſſenſum cohibent, ſed "appetitione utuntur naturaliter ducente ad id "quod videtur conveniens. Quid fugiunt igitur "unum? id, cui ſoli error et falſitas inhæret, opi-"nari et præcipitare aſſenſum præ imbecillitate "ei quod videtur concedentem, nihil utile haben-"tem. Actio enim duabus opus habet rebus, "viſo ejus quod naturæ congruit, et ad hoc inci-"tatione; quorum neutrum retentioni aſſenſus "repugnat. Nam hæc rationem ab opinione, "non ab appetitione et viſis abſtrahit. Cum er-"go oblatum eſt viſum rei ad naturam accom-"modatæ, nihil opus opinione eſt ad motum quo "ad eam feramur, ſed ſtatim ſe exſerit appetitio, "qui motus eſt et latio animæ."

XXVII. Et vero iſtorum ipſorum placitum eſt, *Senſibus duntaxat aliquem præditum eſſe oportere et carneum eſſe, ita ei bonum voluptatem viſum iri.* Ergo etiam retinenti aſſenſum videbitur bonum; etenim ſenſus habet, carneus eſt, viſoque boni oblato appetit hoc, et incitatur, omniaque agit ne ipſum hoc effugiat, ſed quantum fieri poteſt ſemper deget cum eo quod naturæ ipſius eſt accommodatum, tractus naturalibus, non geometricis neceſſitatibus. *Ipſæ enim hæ pulchræ abſque doctore invitant leneſque et blandæ motiones carnis*, ut ipſi Epicurei dicunt; adeo ut his omnino non affirmans neque confitens flectatur tamen et emolliatur. *Sed quomodo*, inquis, *non in montem abit currens, verum in balneum? et in forum progreſſu-*

"βαλανεῖον; οὐδὲ πρὸς τὸν τοῖχον, ἀλλὰ πρὸς τὰς θύρας ἀναστὰς "βαδίζει, βουλόμενος εἰς ἀγορὰν προελθεῖν;" Τοῦτο ἐρωτᾷς, ἀκριβῆ τὰ αἰσθητήρια λέγων εἶναι, καὶ τὰς φαντασίας ἀληθεῖς; Ὅτι φαίνεται δήπουθεν αὐτῷ βαλανεῖον, οὐ τὸ ὄρος, ἀλλὰ τὸ βαλανεῖον· καὶ θύρα, οὐχ ὁ τοῖχος,
F ἀλλὰ ἡ θύρα· καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως ἕκαστον. Ὁ γὰρ τῆς ἐποχῆς λόγος οὐ παρατρέπει τὴν αἴσθησιν, οὐδὲ τοῖς ἀλόγοις πάθεσιν αὐτοῖς καὶ κινήμασιν ἀλλοίωσιν ἐμποιεῖ διαταράττουσαν τὸ φανταστικὸν, ἀλλὰ τὰς δόξας μόνον ἀναιρεῖ· χρῆται δὲ τοῖς ἄλλοις ὡς πέφυκεν. Ἀλλὰ ἀδύνατον τὸ μὴ
1123 συγκατατίθεσθαι τοῖς ἐναργέσι· τὸ γὰρ ἀρνεῖσθαι τὰ πεπιστευμένα, τοῦ μήτε ἀρνεῖσθαι, μήτε τιθέναι, παραλογώτερον. Τίς οὖν κινεῖ τὰ πεπιστευμένα, καὶ μάχεται τοῖς ἐναργέσιν; Οἱ μαντικὴν ἀναιροῦντες, καὶ Πρόνοιαν ὑπάρχειν θεῶν μὴ φάσκοντες, μηδὲ τὸν ἥλιον ἔμψυχον εἶναι, μηδὲ τὴν σελήνην, οἷς πάντες ἄνθρωποι θύουσι καὶ προσεύχονται καὶ σέβονται· τὸ δὲ φύσει περιέχεσθαι τὰ τεκόντα τῶν γεινομένων, οὐχὶ πᾶσι φαινόμενον ἀναιρεῖτε; τὸ δὲ πόνου καὶ ἡδονῆς μηδὲν εἶναι μέσον οὐκ ἀποφαίνεσθε παρὰ τὴν πάντων αἴσθησιν, ἥδεσθαι τὸ μὴ ἀλγεῖν, καὶ πάσχειν τὸ μὴ * λέγοντες;
B κη'. Ἀλλ' ἵνα τἄλλα ἐάσω, τί μᾶλλον ἐναργὲς οὕτως ἐστὶ καὶ πεπιστευμένον, ὡς τὸ παρορᾶν καὶ παρακούειν ἐν πάθεσιν ἐκστατικοῖς καὶ μελαγχολικοῖς ὄντα; ὅταν ἡ διάνοια τοιαῦτα πάσχῃ καὶ ταράττηται,

F. 2. αὐτοῖς] Legendum, αὐτῆς cum Xyl. et Mez.
A. 8. καὶ πάσχειν τὸ μὴ * λέγοντες] Forte, καὶ πάλιν τὸ μὴ ἥδεσθαι ἀλγεῖν λέγοντες.
B. 1. οὕτως] Revocavi ex Ald. Baf. Xyl. B. E. Vulgo, ὄντως, quod perperam Steph. recepit ex Leonic. Schott. Anon.

rus, non ad parietem, ſed ad januam accedit? Tene hoc interrogare, qui ſummam certitudinem, veritatemque viſis tribuis? Quia enim non mons, ſed balneum ei balneum videtur, et non paries janua, ſed janua, itemque eodem pacto res ſingulæ. Nam retentionis iſtius ratio non pervertit ſenſum; neque brutis ejus affectionibus et motibus alterationem infert quæ imaginantem vim conturbet: tantum opiniones rejicit, reliquis utitur ut natura fert eorum. *At*, dices, *fieri nequit, quominus quis aſſentiatur evidentibus: nam negare credita, abſurdius eſt quam neque affirmare neque negare.* Quis ergo convellit ea quæ credita ſunt, quis evidentia impugnat? Qui divinationem tollunt, qui Providentiam Deorum negant, qui Solem et Lunam animis præditos inficiantur, cum omnes homines ſacra iis et vota faciant et colant. Nonne vero quod in confeſſo eſt apud alios, *animalia omnia ad natos ſuos tuendos et amplectendos ab ipſa natura incitari*, vos diffitemini? Nonne contra omnem ſenſum dicitis *inter dolorem et voluptatem nihil eſſe medium, et voluptatem eſſe non dolere*, et rurſus *nullam voluptatem habere, eſſe dolere?*

XXVIII. Sed ut reliqua miſſa faciam, quid tandem ita evidens eſt, itaque pro certo habetur, atque hoc, *eorum qui animo ſunt abalienati, aut melancholicis conturbationibus laborant, falli viſum atque auditum?* cum talia dicuntur

Αἳ δέ με δᾳδοφόροι μελανείμονες ὄμμα πυροῦσι·

καὶ *

* μητέρα ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα.

Ταῦτα μέντοι καὶ πολλὰ τούτων ἕτερα τραγικώτερα τοῖς Ἐμπεδοκλέους ἐοικότα τεράτεσι, ὧν καταγελῶσιν,

Εἰλίποδα κριτόχειρα καὶ βουγενῆ ἀνδρόπρωρα,

καὶ τίνα γὰρ οὐκ ὄψιν ἢ φύσιν ἔκφυλον εἰς τὸ αὐτὸ συνενεγκόντες ἐκ τῶν
ἐνυπνίων καὶ τῶν παρακοπῶν, οὐδὲν εἶναί φασι παρόραμα τούτων, οὐδὲ
ψεῦδος, οὐδὲ ἀσύστατον, ἀλλὰ φαντασίας ἀληθεῖς ἁπάσας, καὶ σώματα καὶ C
μορφὰς ἐκ τοῦ περιέχοντος ἀφικνουμένας. Εἶτα ἐστί τι τῶν ὄντων ἀδύνατον
ἐπιχεῖν, εἰ ταῦτα πιστεύεσθαι δυνατόν ἐστιν; Ἃ γὰρ οὐδεὶς σκευοποιὸς, ἢ
πλάστης θαυμάτων, ἢ γραφεὺς δεινὸς, ἐτόλμησε μίξαι πρὸς ἀπάτην
εἰκάσματα καὶ παίγνια, ταῦτα ὑπάρχειν ἀπὸ σπουδῆς τιθέμενοι, μᾶλλον
δὲ ὅλως, εἰ ταῦτα μὴ ὑπάρχοι, πίστιν οἴχεσθαι καὶ βεβαιότητα καὶ κρίσιν
ἀληθείας φάσκοντες, αὐτοὶ καταβάλλουσιν εἰς ἀφασίαν πάντα πράγματα·
καὶ ταῖς κρίσεσι φόβους, καὶ ταῖς πράξεσιν ὑποψίας ἐπάγουσιν, εἰ τὰ D
πραττόμενα καὶ νομιζόμενα καὶ συνήθη καὶ ἀνὰ χεῖρα ἡμῖν ἐπὶ τῆς αὐτῆς
φαντασίας καὶ πίστεως ὀχεῖται τοῖς μανικοῖς καὶ ἀτόποις καὶ παρανόμοις

B. 5. καὶ * * μητέρα—ἔχουσα] Sic B. E. Baſ. Xyl. Mez. et una Gr. Lat. poſtrema. Nam vulgo corruptius etiam, πυροῦσι καὶ * ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα * μητέρα ἀγκάλαις ἐμὴν ἔχουσα. Locus eſt ex Euripid. Iphig. Taur. 289. quem quouſque Plut. memoraverit quum non appareat, lacunam hic relinquere debuimus.

B. 8. τεράτεσι] τεράσμασι B. E.

B. 9. κριτόχειρα] Sic B. E. Vulgo, κριτόχεια. Corrigendum, κριόχειρα.

C. 2. ἐστὶ—ἐπιχεῖν] Prius a B. E. ſumtum, pro vulgato ἔτι, cujus loco Ald. habet εὔτι. Poſterius mutandum in ἀπιστεῖν.

Hæ mihi nunc oculos inflammant, veſtibus atris
Indutæ, manibuſque faces ignemque gerentes:

et,

— ipſa matrem in ulnis habens meam.

Hæc et hujuſmodi multa, hiſque atrociora, et Empedoclis monſtrorum ſimilia (quæ derident illi, *boum genus errabundis veſtigiis ambulans, hircinis brachiis, humano capite)* denique e ſomniis et furoribus omnis generis viſa inſolentia colligentes: *horum nullum* aiunt *errare, nullum mendacium eſſe, nihil quod non conſtet*; *ſed omnia viſa illa vera eſſe, et corpora ac formas ab ambiente aëre venientes.* Quid tandem eorum quæ fieri nequeunt, non credamus, ſi iſta credi poſſunt? Nam quas nullus opifex aut mirabilium fictor, aut temerarius pictor audeat inter ſe componere formas, ut ſpectaculum earum ludicrum reddat, ea ipſi ſerio affirmantes eſſe, imo autem *ſi hæc non ſint, actum eſſe de fide, conſtantia, et judicio veritatis* dicentes, omnes res in obſcuritatem conjiciunt, judiciiſque metus, et actionibus ſuſpiciones inducunt; ſi quidem quæ nos agimus, ſtatuimus, uſurpamus, præ manibus habemus, eidem imaginationi ac fidei innituntur, cui furioſa iſta, abſurda, et ſcelerata

ἐκείνοις φάσμασιν. Ἡ γὰρ ἰσότης ἣν ὑποτίθενται πᾶσι, τῶν νενομισμένων
ἀφίστησι μᾶλλον ἢ προστίθησι τοῖς παραλόγοις τὴν πίστιν. Ὅθεν ἴσμεν
οὐκ ὀλίγους τῶν φιλοσόφων ἥδιον ἂν θεμένους τὸ μηδεμίαν, ἢ πάσας ἀλη-
θεῖς εἶναι τὰς φαντασίας, καὶ μᾶλλον ἂν οἷς οὐ παρατυγχάνουσι διαπιστή-
σαντας ἀνθρώποις καὶ πράγμασι καὶ λόγοις ἁπλῶς ἅπασιν, ἢ μίαν ἐκείνων
E ἀληθῆ καὶ ὑπάρχουσαν εἶναι φαντασίαν πεισθέντας, ἃς λυττῶντες ἢ κορυ-
βαντιῶντες ἢ κοιμώμενοι λαμβάνουσιν. Ἃ τοίνυν ἔστι μὲν ἀναιρεῖν, ἔστι
δ᾽ ὡς οὐκ ἔστιν ἐπέχειν περὶ αὐτῶν, εἰ μηδὲν ἄλλο, τήν γε διαφωνίαν
ταύτην λαβόντας αἰτίαν ἀποχρῶσαν ὑπονοίας πρὸς τὰ πράγματα, καὶ
οὕτως ὑγιὲς οὐδὲν, ἀσάφειαν δὲ καὶ ταραχὴν ἔχοντας πᾶσαν. Ταῖς μέν
γε περὶ κόσμων ἀπειρίαις, καὶ ἀτόμων φύσεως, καὶ ἀμερῶν καὶ παρεγκλίσεων
διαφοραῖς, εἰ καὶ πάνυ πολλοὺς διαταράττουσιν, ἔνεστιν ὅμως παραμυθία, τὸ
μηδὲν ἐγγὺς εἶναι, μᾶλλον δὲ ὅλως ἐπέκεινα τῆς αἰσθήσεως ἀπῳκίσθαι
τῶν ζητουμένων ἕκαστον· ἡ δ᾽ ἐν ὀφθαλμοῖς αὕτη καὶ ἀκοαῖς καὶ χερσὶν
F ἀπιστία καὶ ταραχὴ καὶ ἄγνοια περὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰς φαντασίας, εἴτε
ἀληθεῖς εἰσιν, εἴτε ψευδεῖς, τίνα δόξαν οὐ σαλεύει; ποίαν δὲ οὐκ ἄνω καὶ
κάτω ποιεῖ συγκατάθεσιν καὶ κρίσιν; Εἰ γὰρ οὐ κραιπαλῶντες, οὐδὲ φαρ-
μακῶντες ἄνθρωποι καὶ παρακόπτοντες, ἀλλὰ νήφοντες καὶ ὑγιαίνοντες καὶ

D. 7. οἷς οὐ] οὐ delendum cum Xyl. et Mez.

E. 2. Ἃ τοίνυν—ἐπέχειν] Corrigendum puto, Ἃ τοίνυν μὴ ἔστιν ἀναιρεῖν, ἔστι γ᾽ ὅμως ἐπέχειν. Locum vertendo explicui.

E. 4. καὶ οὕτως—ἔχοντας] Corrigo, ὄντως—ἔχοντα.

visa. Æqualitas enim quam ipsi ponunt, magis derogat fidem iis quæ pro certis habentur, quam conciliat istis rationi ita adversis. Itaque novimus philosophorum haud paucos malle hoc ponere, nullum esse visum verum, quam omnia esse vera; magisque diffidentes omnibus in quos incidant hominibus, rebus, ac sermonibus, quam unum ut verum putent visum de his, quæ rabiosis, Corybanteo furore exagitatis, aut somniantibus accidunt. Ergo quæ repudiare nobis non licet, licet tamen in medio relinquere et assensionem de iis cohibere; hujusque cohibendæ assensionis, si nullam aliam, certe hanc sequeremur idoneam caussam, quod tantam de Visis inter doctos homines dissensionem animadvertimus, ut merito in hanc suspicionem incidamus nil revera sani in rebus inesse quippe habentibus omnem obscuritatem ac perturbationem. Nam illæ quidem *mundorum* quas Epicurus tradit *infinitates*, *atomorum naturæ*, *individuorum et declinationum diversitates*, quanquam multos perturbant, tamen id consolari nos potest, quod non in proximo ea sunt, sed unumquodque istorum de quibus disputant, longe est in alteram partem a sensu remotum. Illa vero ob oculos versans et aures manusque incredulitas, conturbatio, et ignoratio de sensilibus et visis, utrum vera hæc an falsa sint, quam non labefactant opinionem? quam non sus deque ferunt assensionem et judicium? Si enim non crapula obruti, aut medicamentorum vi concussi et delirantes, sed

γράφοντες περὶ ἀληθείας καὶ κανόνων καὶ κριτηρίων, ἐν τοῖς ἐναργεστάτοις πάθεσι καὶ κινήμασι τῆς αἰσθήσεως, ἢ τὸ ἀνύπαρκτον ἀληθές, ἢ ψεῦδος καὶ ἀνύπαρκτον ἡγοῦνται τὸ ἀληθές, οὐκ εἰ περὶ πάντων ἡσυχάζουσιν, ἀλλ' εἰ τισιν ὅλως συγκατατίθενται ἀνθρώποις θαυμάζειν ἄξιον· οὐδὲ ἄπιστον εἰ μηδεμίαν κρίσιν ἔχουσι περὶ τῶν φαινομένων, ἀλλ' εἰ τὰς ἐναντίας ἔχουσι. Τοῦ γὰρ ἐναντία λέγειν ἀλλήλοις καὶ ἀντικείμενα, τὸ μηδέτερον τιθέναι, ἀλλὰ ἐπέχειν περὶ τῶν ἀντικειμένων, ἧττον ἄν τις θαυμάσειεν· ὁ γὰρ μὴ τιθεὶς, μήτε ἀρνούμενος, ἀλλὰ ἡσυχάζων, καὶ τῷ τιθέντι τὴν δόξαν ἧττον μάχεται τοῦ ἀρνουμένου, καὶ τῷ ἀρνουμένῳ τοῦ τιθέντος. Εἰ δὲ περὶ τούτων δυνατόν ἐστιν ἐπέχειν, οὐδὲ περὶ τῶν ἄλλων ἀδύνατον, κατά γε ὑμᾶς, αἴσθησιν αἰσθήσεως, καὶ φαντασίαν φαντασίας οὐδ' ὁπωσοῦν διαφέρειν ἡγουμένους. 1124 B

κθʹ. Οὐ μῦθος οὖν οὐδὲ θήρα μειρακίων λαμυρῶν καὶ προπετῶν ὁ περὶ τῆς ἐποχῆς λόγος ἐστὶν, ὡς οἴεται Κολώτης, ἀλλὰ ἕξις ἀνδρῶν καὶ διάθεσις φυλάττουσα τὸ ἀδιάπτωτον, καὶ μὴ προσιεμένη ταῖς διαβεβλημέναις οὕτω καὶ δυστατούσαις αἰσθήσεσι τὴν κρίσιν, μηδὲ συνεξαπατωμένη τούτοις οἱ τὰ φαινόμενα τῶν ἀδήλων πίστιν ἔχειν φάσκουσιν, ἀπιστίαν τοσαύτην καὶ ἀσάφειαν ἐν τοῖς φαινομένοις ὁρῶντες. Ἀλλὰ μῦθος μέν ἐστιν

A. 2. καὶ ἀνύπαρκτον—θαυμάζειν ἄξιον] His interjecta media, quae ab omnibus absunt libris, restituimus ex B. Vulgo legitur, καὶ ἀνύπαρκτον τίθενται, θαυμάζειν ἄξιον. E. a vulgata lectione in hoc uno abit, quod pro τίθενται habet ἡγοῦνται τὸ ἀληθές. Ceterum in restituta scriptura malim abesse ἀνθρώποις.

A. 5. εἰ τὰς ἐναντίας] Forte, εἰ μὴ τὰς ἐναντίας.

B. 6. προσιεμένη] Legendum, προϊεμένη.

B. 8. οἱ τὰ φαινόμενα] Forte, οἱ τὰ μὴ φαινόμενα.

sobrii, sani, et qui scribant de veritate, normisque et judicio veritatis, in evidentissimis sensuum affectionibus atque motibus, aut id quod non exstat verum, aut quod verum est, falsum et non exstans arbitrantur, jam non mirandum si qui homines de omnibus visis assensionem cohibent; illud potius mirandum si qui omnino quibusdam visis assentiuntur; neque incredibile, quod nullum, sed quod contraria invicem de iis quae apparent ferunt judicia. Minus quippe mirum est, in neutram aliquos partem pronunciare, sed retinere assensionem in iis quae sunt contraria, quam esse qui pugnantia secum pronuncient. Qui enim neque ait neque negat, sed cohibet sese, is et affirmanti minus quam negans, et neganti minus quam aiens adversatur. Jam si de his potest assensio retineri, de aliis item retineri poterit, de vestra quidem sententia, qui *sensum sensu, et visum viso neutiquam praestare* dicitis.

XXIX. Non ergo *fabula est, aut petulantium et temerariorum captio adolescentium, de cohibenda assensione doctrina*, ut putat Colotes; sed habitus virorum, et affectio custodiens ab errore, neque permittens ita suspectis et inconstantibus sensibus judicium; neque decipi sinens una cum his, qui rebus obscuris iis quae non apparent, fidem aiunt habendam, cum in obscuris iis quae apparent, tantum videant inesse infirmitatis ac tenebrarum.

C ἡ ἀπειρία καὶ τὰ εἴδωλα, προπέτειαν δὲ καὶ λαμυρίαν ἐμποιεῖ νέοις ὁ περὶ Πυθοκλέους οὔπω γεγονότος ὀκτωκαίδεκα ἔτη γράφων, "οὐκ εἶναι "φύσιν ἐν ὅλῃ τῇ Ἑλλάδι ἀμείνω, καὶ τερατικῶς αὐτὸν εὖ ἀπαγγέλλειν, "καὶ πάσχειν αὖ τὸ τῶν γυναικῶν," εὐχόμενος "ἀνεμέσητα εἶναι πάντα καὶ "ἀνεπίφθονα τῆς ὑπερβολῆς τοῦ νεανίσκου." Σοφισταὶ δέ εἰσι καὶ ἀλαζόνες οἱ πρὸς ἄνδρας ἐλλογίμους οὕτως ἀσελγῶς καὶ ὑπερηφάνως γράφοντες. Καίτοι Πλάτων καὶ Ἀριστοτέλης καὶ Θεόφραστος καὶ Δημόκριτος ἀντειρήκασι τοῖς πρὸ αὐτῶν· βιβλίον δὲ τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχον ὁμοῦ πρὸς ἅπαντας οὐδεὶς ἄλλος ἐξενεγκεῖν ἐτόλμησεν.

D λ'. Ὅθεν, ὥσπερ οἱ περὶ τὸ θεῖον πλημμελήσαντες, ἐξαγορεύων τὰ ἑαυτοῦ κακὰ, τελευτῶντος ἤδη τοῦ βιβλίου φησὶν, "ὅτι τὸν βίον, οἱ νόμους "διατάξαντες καὶ νόμιμα, καὶ τὸ βασιλεύεσθαι τὰς πόλεις καὶ ἄρχεσθαι "καταστήσαντες, εἰς πολλὴν ἀσφάλειαν καὶ ἡσυχίαν ἔθεντο, καὶ θορύβων "ἀπήλλαξαν· εἰ δέ τις ταῦτα ἀναιρήσει, θηρείων βίον βιωσόμεθα, καὶ ὁ "προστυχὼν τὸν ἐντυγχάνοντα μονονοὺ κατέδεται." Τοῦτο γὰρ ὁ Κολώτης αὐταῖς λέξεσιν ἐκπεφώνηκεν, οὐ δικαίως, οὐδὲ ἀληθῶς. Ἂν γὰρ ἀνελὼν τις τοὺς νόμους, τὰ Παρμενίδου καὶ Σωκράτους καὶ Ἡρακλείτου καὶ Πλάτωνος
E ἀπολίπῃ δόγματα, πολλοῦ δεήσομεν ἀλλήλους κατεσθίειν, καὶ θηρείων βίον ζῆν· φοβησόμεθα γὰρ τὰ αἰσχρὰ, καὶ τιμήσομεν ἐπὶ τῷ καλῷ δικαιοσύνην,

C. 3. αὐτὸν—αὖ τὸ] Prius est ex B. E. posterius a Mez. Vulgo, αὐτοῦ—αὐτό.
C. 9. οὐδεὶς ἄλλος] Ita Ald. Bas. Xyl. Mez. Ceteri et vulgo, οὐδεὶς ἄλλως.
D. 1. περὶ τὸ θεῖον] περὶ additum ex E.

Enimvero fabula est, *infinitas* Epicureorum et *imagines*, temeritatem et petulantiam indit adolescentibus is, qui de Pythocle nondum annos nato duodeviginti scribit, *Non esse indolem in tota Græcia meliorem, ac prodigiose bene illum recitare, et muliebria pati*; *ut hæc exsuperantia adolescentis bona propria sint et ab invidia ac Nemesi tuta* comprecans. Sophistæ vero sunt, et arrogantes, qui adversus laudatos viros tam lascive et superbe scribunt. Sane Plato, Aristoteles, Theophrastus, Democritus, contra eos qui ante ipsos fuere scripserunt: librum autem tali inscriptione, *omnes eo una impugnari*, nemo alius præter Colotam est ausus edere.

XXX. Unde factum est, ut, sicut qui numen aliquod offenderunt, ipse suum prodens flagitium in hæc verba scripserit sub finem jam libri: *Qui vitam, qui leges composuerunt, atque jura, utque regerentur urbes et imperio magistratuum parerent instituerunt, ii in tranquillo admodum nos ac tuto collocaverunt, tumultibusque liberaverunt: ista si quis aboleret, ferarum porro vitam victuri essemus, et quisque obvium quemque tantum non devoraturus.* Hæc neque juste, neque vere dicuntur. Nam si quis, legibus sublatis, Parmenidea, Socratica, Platonica, Heraclitea relinquat nobis decreta, longe profecto aberit res nostra a belluina vita et mutuis devorationibus. Metuemus enim turpia, et

θεοὺς, ἄρχοντας ἀγαθοὺς καὶ δαίμονας, ἔχειν τοῦ βίου φύλακας ἡγούμενοι, καὶ τὸν ὑπὲρ γῆς καὶ ὑπὸ γῆν χρυσὸν ἀρετῆς ἀντάξιον μὴ τιθέμενοι, καὶ ποιοῦντες ἑκουσίως διὰ τὸν λόγον, ἧ φησι Ξενοκράτης, ἃ νῦν ἄκοντες, διὰ τὸν νόμον. Πότε οὖν ἔσται θηριώδης καὶ ἄγριος καὶ ἄμικτος ἡμῶν ὁ βίος; Ὅταν ἀναιρεθῶσι μὲν οἱ νόμοι· μένωσι δὲ οἱ πρὸς ἡδονὴν παρακαλοῦντες λόγοι· πρόνοια δὲ θεῶν μὴ νομίζηται· σοφοὺς δὲ ἡγῶνται τοὺς τῷ καλῷ προσπτύοντας, ἂν ἡδονὴ μὴ προσῇ· χλευάζωσι δὲ ταῦτα καὶ γελῶσιν,

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ᾽ ὁρᾷ· F

καὶ,

Πέλας γὰρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει·

καὶ, “Ὁ μὲν θεὸς, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ μέσα “καὶ τελευτὴν ἔχων τοῦ παντὸς, εὐθεία περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· “τῷ δ᾽ ἕπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τιμωρὸς τοῦ θείου νόμου.” Οἱ γὰρ 1125
τούτων καταφρονοῦντες ὡς μύθων, καὶ περὶ γαστέρα τἀγαθὸν ἡγούμενοι, καὶ τοὺς ἄλλους πόρους δι᾽ ὧν ἡδονὴ παραγίνεται, νόμου δέονται καὶ φόβου καὶ πληγῆς, καὶ βασιλέως τινὸς καὶ ἄρχοντος ἐν χειρὶ τὴν δίκην ἔχοντος, ἵνα μὴ τοὺς πλησίον κατεσθίωσιν ὑπὸ λαιμαργίας ἀθεότητι θρασυνομένης. Καὶ γὰρ ὁ τῶν θηρίων βίος τοιοῦτός ἐστιν, ὅτι τῆς ἡδονῆς οὐδὲν ἐπίσταται κάλλιον, οὐδὲ δίκην θεῶν οἶδεν οὐδὲ σέβεται τῆς ἀρετῆς τὸ κάλλος, ἀλλ᾽

E. 7. ἀναιρεθῶσι] Ita Xyl. Mez. Vulgo, αἱρεθῶσι.
A. 3. πόρους] Sic B. E. Editi omnes, πόνους.
A. 6. οἶδεν] Additum ex B. E. Bas. Xyl. Leonic. Schott. T. B.

honesti gratia venerabimur justitiam, Deos, bonos magistratus, genios, vitæ nostræ custodes nos habere sentientes, tum omne aurum quod supra infraque terram est pretium virtutis non æquare censentes, facientesque ultro monitu rationis, ut ait Xenocrates, quæ nunc inviti metu legum facimus. Quando ergo vita nostra erit belluina, fera, insociabilis? Cum, sublatis legibus, manebit ad voluptates exhortans doctrina, *Providentia Deorum negabitur*, *sapientes putabuntur qui in honestum despuent*, *cui non adhæreat voluptas:* cum ridebuntur isthæc et subsannabuntur,

Est oculus omnia cernens Justitiæ tamen:

et,

Stans in propinquo comminus videt Deus,

et, *Deus quidem*, *ut et antiquitus traditum est*, *principium*, *medium*, *finemque tenens omnium rerum*, *rectam lineam conficit secundum naturam incedens. Hunc sequitur Justitia*, *vindex eorum qui a divina descifcunt lege.* Hæc enim qui tanquam fabulas contemnunt, et circa ventrem felicitati locum statuunt reliquisque voluptati inducendæ meatibus, iis lege opus est, metu, verbere, ac rege vel principe jus in manibus habente, ne proximum quisque quemque devoret præ gulæ studio impietate efferato. Talis quippe brutorum est vita, quæ nihil voluptate pulchrius norunt, neque justitiam Deorum agnoscunt, neque pulchritudinem virtutis

εἴ τι θαῤῥαλέον αὐτοῖς ἢ πανοῦργον ἢ δραστήριον ἐκ φύσεως ἔνεστι, τούτῳ
πρὸς ἡδονὴν σαρκὸς καὶ ἀποπλήρωσιν ὀρέξεως χρῆται· καθάπερ οἴεται δεῖν
B ὁ σοφὸς Μητρόδωρος, λέγων, "τὰ καλὰ πάντα καὶ σοφὰ καὶ περιττὰ τῆς
"ψυχῆς ἐξευρήματα τῆς κατὰ σάρκα ἡδονῆς ἕνεκα καὶ τῆς ἐλπίδος τῆς
"ὑπὲρ ταύτης συνεστάναι, καὶ πᾶν εἶναι κενὸν ἔργον ὃ μὴ εἰς τοῦτο κατα-
"τείνει." Τούτοις τοῖς διαλογισμοῖς καὶ φιλοσοφήμασιν ἀρθέντων νόμων,
ὄνυχες λύκων ἐνδέουσι καὶ ὀδόντες λεόντων, καὶ γαστέρες βοῶν, καὶ τράχηλοι
καμήλων· καὶ ταῦτα τὰ πάθη καὶ τὰ δόγματα λόγων καὶ γραμμάτων
ἀπορίᾳ τὰ θηρία βρυχήμασι καὶ χρεμετισμοῖς καὶ * καὶ πᾶσα φωνὴ
γαστρός ἐστιν αὐτοῖς καὶ σαρκὸς ἡδονὴν ἀσπαζομένη καὶ σαίνουσα παροῦσαν ἢ
C μέλλουσαν, εἰ μή τι φύσει φιλόφωνόν ἐστι καὶ κωτίλον.

λα΄. Οὐδεὶς οὖν ἔπαινος ἄξιος ἂν γένοιτο τῶν ἐπὶ ταῦτα τὰ πάθη τὰ θηριώδη νόμους θεμένων, καὶ πολιτείας καὶ ἀρχὰς, καὶ νόμων διάταξιν. Ἀλλὰ τίνες εἰσὶν οἱ ταῦτα συγχέοντες, καὶ καταλύοντες, καὶ ἄρδην ἀναιροῦντες; Οὐχ οἱ πολιτείας ἀφιστάντες αὐτοὺς καὶ τοὺς πλησιάζοντας; οὐχ οἱ τὸν τῆς ἀταραξίας στέφανον ἀσύμβλητον εἶναι ταῖς μεγάλαις ἡγεμονίαις λέγοντες; Οὐχ οἱ τὸ βασιλεύειν ἁμαρτίαν καὶ διάπτωσιν ἀποφαίνοντες; καὶ γράφοντες αὐταῖς λέξεσιν, "ὅτι λέγειν δεῖ πῶς ἄριστα τὸ τῆς

A. 9. καθάπερ οἴεται δεῖν ὁ] Sic B. E. Vulgo, Διό: Ald. δεῖν ὁ.
B. 7. καὶ * καὶ πᾶσα] Eadem fere conjectura hiatum explent Mez. et Reisk. ille μυκήμασι διδάσκει, hic μυκήμασι δηλοῖ: alterutrum satis est, nec aliud quærendum.
C. 4. καὶ καταλύοντες] Additum ex B. E.
C. 5. Οὐχ οἱ πολιτείας—πλησιάζοντας] Additum ex E.
C. 6. οἱ τὸν τῆς] τὸν assumtum ex B. E.
C. 8. πῶς ἄριστα] Legendum cum Mez. πῶς τις ἄριστα.

venerantur; sed si quid iis a natura calliditatis, audaciæ, virium inest, eo ad carnis voluptatem et satisfaciendum concupiscentiæ utuntur: prouti faciendum statuit sapiens Metrodorus, qui dicat, *Omnia pulchra, sapientia, et subtilia animi inventa propter voluptatem carnis spesque eo pertinentes esse constituta; et omne opus inane esse, quod non eodem tendat.* Ubi his ratiocinationibus, ac philosophia tali sublatæ fuerint leges, tantum ungues leonum ad vitam ferinam, et dentes luporum, boum ventres, et colla camelorum desunt. Atque hos quidem animi sensus, hæc decreta, bruta ob sermonis et literarum inopiam mugitibus hinnitibusque exprimunt, omnisque eorum vox ventri voluptatique servit, quam vel præsentem vel futuram amplectuntur et adulantur; nisi si quod animal natura laboris studiosum est aut garrulum.

XXXI. Omni itaque laude majores sunt, qui adversus ferinas istas cupiditates, legum, reipublicæ magistratuumque constitutiones invenerunt. Qui vero sunt qui hæc confundunt, funditusque tollunt? Nonne hi, qui et se ipsi et discipulos a republica gerenda avertunt? nonne hi, qui *coronam vacuitatis perturbationum potiorem magnis imperiis* aiunt? qui *regnum gerere, peccatum esse et errorem* pronunciant, scribuntque his verbis: *Hoc dicen-*

" φύσεως τέλος συντηρήσει, καὶ πῶς τις ἑκὼν εἶναι μὴ πρόσεισιν ἐξ ἀρχῆς " ἐπὶ τὰς τῶν πληθῶν ἀρχάς" καὶ ἔτι ταῦτα πρὸς ἐκείνοις, " Οὐδὲν " οὖν ἔτι δεῖ τοὺς Ἕλληνας σώζειν, οὐδὲ ἐπὶ σοφίᾳ στεφάνου παρ' αὐτῶν D
" τυγχάνειν, ἀλλ' ἐσθίειν καὶ πίνειν, ὦ Τιμόκρατες, ἀβλαβῶς τῇ σαρκὶ καὶ " κεχαρισμένως." Ἀλλὰ μὴν ἧς γε καὶ Κολώτης ἐπαινεῖ διατάξεως τῶν νόμων, πρῶτόν ἐστιν ἡ περὶ θεῶν δόξα, καὶ μέγιστον, ᾗ καὶ Λυκοῦργος Λακεδαιμονίους, καὶ Νομᾶς Ῥωμαίους, καὶ Ἴων ὁ παλαιὸς Ἀθηναίους, καὶ Δευκαλίων Ἕλληνας ὁμοῦ τι πάντας καθωσίωσαν, εὐχαῖς καὶ ὅρκοις, καὶ μαντεύμασι καὶ φήμαις, ἐμπαθεῖς πρὸς τὰ θεῖα δι' ἐλπίδων ἅμα καὶ φόβων καταστήσαντες. Εὕροις δ' ἂν ἐπιὼν καὶ πόλεις ἀτειχίστους, ἀγραμμάτους, ἀβασιλεύτους, ἀοίκους, ἀχρημάτους, νομίσματος μὴ δεομένας, E
ἀπείρους θεάτρων καὶ γυμνασίων· ἀνιέρου δὲ πόλεως καὶ ἀθέου, μὴ χρωμένης εὐχαῖς, μηδὲ ὅρκοις, μηδὲ μαντείαις, μηδὲ θυσίαις ἐπ' ἀγαθοῖς, μηδὲ ἀποτροπαῖς κακῶν, οὐδείς ἐστιν οὐδὲ ἔσται γεγονὼς θεατής· ἀλλὰ πόλις ἄν μοι δοκεῖ μᾶλλον ἐδάφους χωρὶς, ἢ πολιτεία τῆς περὶ θεῶν δόξης ἀναιρεθείσης παντάπασι, σύστασιν λαβεῖν, ἢ λαβοῦσα τηρῆσαι. Τοῦτο μέντοι τὸ συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα καὶ βάθρον οὐ κύκλῳ περιιόντες, οὐδὲ κρύφα καὶ δι' αἰνιγμάτων, ἀλλὰ τὴν πρώτην τῶν κυριωτάτων δοξῶν προσλαβόντες, εὐθὺς ἀνατρέπουσιν. Εἶθ' ὥσπερ ὑπὸ F

D. 6. ὁμοῦ τι] Sic E. Vulgo, ὁμοῦ τοι.
E. 7. τὸ συνεκτικὸν] Addidi τὸ ex B. E.
E. 8. κύκλῳ] Sic B. E. Xyl. Vulgo, κύκλον.
E. 8. τὴν πρώτην — προσλαβόντες] Legendum, τῇ πρώτῃ — προλαβόντες.

dum eſt, quo quis modo quam optime naturæ finem conſervet; et quo pacto ſponte ſua jam ab initio caveat ſibi a ſuſcipiendo in multitudinem imperio. Quin et hæc ad illos ſcribit; *Non itaque neceſſe porro eſt Græcos ſervare, aut coronam ab iis ob ſapientiam reportare: ſed edendum eſt et bibendum, O Timocrates, quantum carni gratum et innoxium eſt.* Atqui in legum conſtitutione, quam Colotes laudat, primum eſt et maximum de Diis opinio. Quamobrem et Lycurgus Lacedæmonios, et Numa Romanos, et Ion antiquus Athenienſes, et Deucalion Græcos fere univerſos, Diis conſecraverunt, votis, ſacramentis, vaticiniis, ominibuſque, eos ob ſpem ac metum Diis deditos, obnoxioſque reddentes. Et ſi terras obeas, invenire poſſis urbes muris, literis, regibus, domibus, opibus, numiſmate carentes, gymnaſiorum et theatrorum neſcias: urbem templis Diiſque carentem, quæ precibus, jurejurando, oraculo non utatur, non bonorum cauſſa ſacrificet, non mala ſacris avertere nitatur, nemo unquam vidit. Sed facilius urbem condi ſine ſolo poſſe puto, quam, opinione de Diis penitus ſublata, civitatem coire aut conſtare. Ceterum id quod omnem continet ſocietatem, omnium legum fundamentum eſt, illi non per ambages aut obſcure et perplexa ratione, ſed palam ſubvertunt prima ſuarum maxime ratarum ſententia prolata. Deinde quaſi divina vindicta

ποινῆς ἐλαυνόμενοι, δεινὰ ποιεῖν ὁμολογοῦσι, συγχέοντες τὰ νόμιμα, καὶ τὰς διατάξεις τῶν νόμων ἀναιροῦντες, ἵνα μηδὲ συγγνώμης τύχωσι. Τὸ μὲν γὰρ ἁμαρτάνειν περὶ δόξαν, εἰ καὶ μὴ σοφῶν, ὅμως ἀνθρώπινόν ἐστι· τὸ δὲ ἐγκαλεῖν ἑτέροις ἅπερ αὐτοὶ πράττουσι, πῶς ἄν τις εἴποι φειδόμενος τῶν ἀξίων ὀνομάτων;

1126 λβʹ. Εἰ γὰρ πρὸς Ἀντίδωρον ἢ Βίωνα τὸν σοφιστὴν γράφων ἐμνήσθη νόμων καὶ πολιτείας, καὶ διατάξεως, οὐκ ἄν τις εἶπεν αὐτῷ,

Μένε, ὦ ταλαίπωρε, ἀτρέμας σοῖς ἐν δεμνίοις,

περιστέλλων τὸ σαρκίδιον· ἐμοὶ δὲ περὶ τούτων οἰκονομικῶς καὶ πολιτικῶς βεβιωκότες ἐγκαλείτωσαν; εἰσὶ δὲ οὗτοι πάντες οἷς Κολώτης λελοιδόρηκεν. Ὧν Δημόκριτος μὲν παραινεῖ, "τήν τε πολεμικὴν τέχνην μεγίστην "οὖσαν ἐκδιδάσκεσθαι, καὶ τοὺς πόνους διώκειν ἀφ' ὧν τὰ μεγάλα καὶ λαμ- "πρὰ γίνονται τοῖς ἀνθρώποις." Παρμενίδης δὲ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα διεκόσμησε νόμοις ἀρίστοις, ὥστε τὰς ἀρχὰς καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐξορ-
B κοῦσαι τοὺς πολίτας ἐμμένειν τοῖς Παρμενίδου νόμοις. Ἐμπεδοκλῆς δὲ τούς τε πρώτους τῶν πολιτῶν ὑβρίζοντας καὶ διαφοροῦντας τὰ κοινὰ ἐξελέγξας, τήν τε χώραν ἀπήλλαξεν ἀκαρπίας καὶ λοιμοῦ, διασφάγας ὄρους ἀποτειχίσας, δι' ὧν ὁ νότος εἰς τὸ πεδίον ὑπερέβαλλε. Σωκράτης

F. 4. σοφῶν] Sic E. Xyl. Vulgo, σφῶν.
A. 1. Ἀντίδωρον] Θεόδωρον, Mez.
A. 4. οἰκονομικῶς] Legendum οἱ οἰκονομικῶς, cum Mez.
A. 6. πολεμικὴν] Legendum videtur πολιτικὴν, cum Reisk.
B. 2. ἐξελέγξας] Forte, ἐξέλεγξε, vel ἐξήλασε.

exagitati, fatentur *atrox se committere flagitium, qui jura confundant, legumque constitutiones aboleant*, ut veniam quoque impetrare non debeant. Nam opinionis aliquo errore decipi, ut sapientis non sit, saltem hominis est. Eam autem culpam, quam ipse committis, in alios conferre, quale sit, nisi iis quæ res meretur nominibus, dici nequit.

XXXII. Quod si enim adversus Antidorum aut Bionem sophistam scribens, legum, reipublicæ et ordinis faceret mentionem; nonne poterat recte horum aliquis ei dicere,

Mane tuo quietus in lecto, miser,

tuum curans corpusculum: me hoc nomine accusent, qui civiliter et re familiari recte instituta vixerunt? Hi vero sunt omnes ii, quos maledictis impetiit Colotes. Ex his Democritus jubet *artem civilem discere, utpote maximam; ac labores sectari, quibus res magnæ et splendor hominibus parantur.* Parmenides suam patriam optimis exornavit legibus, ejusque adeo institutis cives staturos se quotannis jurare magistratus cogunt. Empedocles principes civium peculatus et contumeliosarum injuriarum convicit; ac regionem sterilitate et pestilentia liberavit, obstructis montis faucibus per quas auster in campos incidebat. Socrates

δὲ, μετὰ τὴν καταδίκην φυγῆς αὐτῷ μεμηχανημένης ὑπὸ τῶν φίλων, οὐκ ἐχρήσατο, τοὺς νόμους βεβαιῶν, ἀλλὰ ἀδίκως ἀποθανεῖν εἵλετο μᾶλλον ἢ σωθῆναι παρανόμως. Μέλισσος δὲ τῆς πατρίδος στρατηγῶν Ἀθηναίους κατεναυμάχησε. Πλάτων δὲ καὶ καλοὺς μὲν ἐν γράμμασι λόγους περὶ νόμων καὶ πολιτείας ἀπέλιπε, πολὺ δὲ κρείττονας ἐνεποίησε τοῖς ἑταίροις, C
ἀφ' ὧν Σικελία διὰ Δίωνος ἠλευθεροῦτο, καὶ Θρᾴκη διὰ Πύθωνος καὶ Ἡρακλείδου Κότυν ἀνελόντων, Ἀθηναίων δὲ Χαβρίαι στρατηγοὶ καὶ Φωκίωνες ἐξ Ἀκαδημίας ἀνέβαινον. Ἐπίκουρος μὲν γὰρ εἰς Ἀσίαν ἐξέπεμπε τοὺς Τιμοκράτει λοιδορησομένους, καὶ τῆς βασιλικῆς ἐξελῶν αὐλῆς τὸν ἄνθρωπον, ὅτι Μητροδώρῳ προσέκρουσεν ἀδελφὸς ὤν· καὶ ταῦτα ἐν τοῖς βιβλίοις γέγραπται τοῖς ἐκείνων. Πλάτων δὲ τῶν ἑταίρων ἐξαπέστειλεν, Ἀρκάσι μὲν Ἀριστώνυμον διακοσμήσοντα τὴν πολιτείαν, Ἠλείοις δὲ Φορμίωνα, Μενέδημον δὲ Πυῤῥαίοις. Εὔδοξος δὲ Κνιδίοις, καὶ Ἀριστοτέλης D
Σταγειρίταις, Πλάτωνος ὄντες συνήθεις, νόμους ἔγραψαν· παρὰ δὲ Ξενοκράτους Ἀλέξανδρος ὑποθήκας ᾔτησε περὶ βασιλείας· ὁ δὲ πεμφθεὶς πρὸς Ἀλέξανδρον ὑπὸ τῶν ἐν Ἀσίᾳ κατοικούντων Ἑλλήνων, καὶ μάλιστα διακαύσας καὶ παροξύνας ἅψασθαι τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου, Δήλιος ἦν Ἐφέσιος, ἑταῖρος Πλάτωνος. Ζήνων τοίνυν ὁ Παρμενίδου γνώριμος, ἐπιθέμενος Δημύλῳ τῷ τυράννῳ, καὶ δυστυχήσας περὶ τὴν πρᾶξιν, ἐν πυρὶ τὸν Παρμενίδου λόγον, ὥσπερ χρυσὸν, ἀκήρατον καὶ

C. 5. ἐξελῶν] Ita ſcripſi pro vulgato ἐξελών.

damnatus, cum ei effugiendi opportunitatem amici paraſſent, legum confirmandarum cauſſa non eſt ea uſus; maluitque injuſte mori, quam contra leges evadere. Meliſſus patriæ prætor Athenienſes navali vicit prælio. Plato in ſuis ſcriptis præclaram de legibus et republica doctrinam reliquit, multo autem meliora ſocios docuit; quibus uſus Dion Siciliam liberavit; Python et Heraclides, Coty interfecto, Thraciam. Chabrias quoque et Phocion Imperatores Athenienſium ex Academia progreſſi ſunt. Sane Epicurus in Aſiam miſit qui Timocrati convicium facerent, et eum ex aula regis eximerent, quod offendiſſet fratrem Metrodorum; atque hæc in ipſorum ſunt ſcripta libris. Plato autem e diſcipulis ſuis miſit Arcadibus Ariſtonymum reipublicæ conſtituendæ cauſſa, Eleis Phormionem, Pyrrhæis Menedemum. Eudoxus Cnidiis, Ariſtoteles Stagiritis, leges poſuerunt, familiaris uterque Platonis. A Xenocrate præcepta de regno petiit Alexander. Qui ad Alexandrum ab Aſiam incolentibus Græcis miſſus fuit, maximeque eum ad bellum in barbaros ſuſcipiendum inflammavit, Delius fuit Epheſius, Platonis familiaris. Zeno Parmenidis diſcipulus Demylo tyranno inſidiatus, re infeliciter geſta, doctrinam Parmenidis, velut aurum in igne, illæſam ac pro-

δόκιμον παρέσχε, καὶ ἀπέδειξεν ἔργοις ὅτι τὸ αἰσχρὸν ἀνδρὶ μεγάλῳ φο-
E βερόν ἐστιν, ἀλγηδόνα δὲ παῖδες, καὶ γύναια, καὶ γυναίων ψυχὰς ἔχοντες
ἄνδρες δεδίασι· τὴν γὰρ γλῶτταν αὐτοῦ διατρώγων, τῷ τυράννῳ προσέπτυσεν.

λγ΄. Ἐκ δὲ τῶν Ἐπικούρου λόγων καὶ δογμάτων, οὐ λέγω τίς τυραν-
νοκτόνος, ἢ τίς ἀριστεὺς, ἢ τίς νομοθέτης, ἢ τίς ἄρχων, ἢ βασιλέως σύμ-
βουλος, ἢ δήμου προστάτης, ἢ βεβασανισμένος ὑπὲρ τῶν δικαίων, ἢ τεθνη-
κώς· ἀλλὰ τίς τῶν σοφῶν ἔπλευσεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ἐπρέσβευσεν,
ἀνήλωσε; ποῦ γέγραπται πολιτικὴ πρᾶξις ὑμῖν; Καίτοι ὅτι Μητρόδωρος
εἰς Πειραιᾶ κατέβη σταδίους τεσσαράκοντα, Μίθρῃ τινὶ Σύρῳ τῶν βασιλικῶν
F συνειλημμένῳ βοηθήσων, πρὸς πάντας ἔγραφέ τε καὶ πάσαις ἐπιστολαῖς,
μεγαληγοροῦντος Ἐπικούρου καὶ σεμνύνοντος ἐκείνην τὴν ὁδόν. Τί οὖν
εἴ τι τοιοῦτον ἐπέπρακτο αὐτοῖς, οἷον Ἀριστοτέλει, τὴν πατρίδα κτίσαι
διεφθαρμένην ὑπὸ Φιλίππου; Θεοφράστῳ δὲ, δὶς ἐλευθερῶσαι τυραννου-
μένην; οὐκ ἐπιλιπεῖν ἔδει πρότερον φέροντα βίβλους τὸν Νεῖλον, ἢ
τούτους ἀποκαμεῖν γράφοντας περὶ αὐτῶν; Καὶ οὐ τοῦτο δεινόν ἐστιν, ὅτι
1127 τοσούτων ὄντων φιλοσόφων μόνοι σχεδὸν ἀσύμβολοι τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν
ἀγαθῶν κοινωνοῦσιν· ἀλλ' ὅτι καὶ τραγῳδιῶν ποιηταὶ καὶ κωμῳδιῶν ἀεί τι
πειρῶνται χρήσιμον παρέχεσθαι καὶ λέγειν ὑπὲρ νόμων καὶ πολιτείας·
οὗτοι δὲ κἂν γράφωσι, γράφουσι περὶ πολιτείας, ἵνα μὴ πολιτευώμεθα· καὶ
περὶ ῥητορικῆς, ἵνα μὴ ῥητορεύωμεν· καὶ περὶ βασιλείας, ἵνα φεύγωμεν

A. 5. ἵνα φεύγωμεν] Sic Baſ. Xyl. Mez. Vulgo, ἵνα μὴ φεύγωμεν.

bam ſervavit, et facto oſtendit ſcilicet turpitudinem magno viro metuendam eſſe, dolorem a pueris et mulierculis ac viris animum muliebrem gerentibus timeri. Linguam enim ſuam dentibus amputatam in tyrannum exſpuit.

XXXIII. Ex Epicuri autem decretis non dicam quis tyrannicida, quis eximiam rebus agendis laudem meritus, quis legumlator, quis princeps, quis regis conſiliarius, quis populi tutor exſtitit, quis pro juſtitia tortus, quis mortuus eſt? ſed, quiſnam ſapientum iſtorum propter patriam navigavit, legationem obiit, ſumtus fecit? ubi civilis ulla veſtrum alicujus actio ſcripta exſtat? *Metrodorus quadraginta ſtadia in Piræum deſcendit, Mithræ cuidam Syro uni de regiis capto opitulaturus.* De hoc facinore ſcilicet in omnibus ad omnes Epiſtolis magnifice ſcripſit Epicurus. Quid facturos putas fuiſſe, ſi quid tale egiſſent, quale eſt quod Ariſtoteles confecit, ut patria ipſius a Philippo everſa inſtauraretur? quod Theophraſtus, qui ſuam bis a tyrannis occupatam liberavit? Nonne oportebat prius Nilum biblos ferre deſinere, quam illos de ſe ſcribendo defatigari? Neque id maxime indignum eſt, quod de tot philoſophis ſoli hi fere immunes in partem bonorum quæ ſunt in civitatibus perveniunt; ſed quod, Tragicis et Comicis poëtis ſemper conantibus aliquid ſtipis conferre et dicere pro legibus et republica, hi etiam, ſi ſcribant, de *republica* ſcribunt *ne eam geramus*, de *rhetorica ne ea utamur*,

τὸ συμβιοῦν βασιλεῦσι· τοὺς δὲ πολιτικοὺς ἄνδρας ἐπὶ γέλωτι καὶ καταλύσει τῆς δόξης, ὀνόμασι μόνοις τὸν Ἐπαμεινώνδαν ἐσχηκέναι τι λέγοντες ἀγαθὸν, καὶ τοῦτο δὲ μικκὸν, οὑτωσὶ τῷ ῥήματι φράζοντες, αὐτὸν δὲ σιδηροῦν σπλάγχνον ἀποκαλοῦντες, καὶ πυνθανόμενοι τί παθὼν ἐβάδιζε διὰ τῆς B
Πελοποννήσου μέσης, καὶ οὐ πιλίδιον ἔχων οἴκοι καθῆτο, δηλαδὴ περὶ τὴν τῆς γαστρὸς ἐπιμέλειαν ὅλος καθεστώς. Ἃ δὲ Μητρόδωρος ἐν τῷ Περὶ Φιλοσοφίας ἐξορχούμενος πολιτείαν γέγραφεν, οὐκ ᾤμην δεῖν παρεῖναι· λέγει δὲ, “ ὅτι τῶν σοφῶν τινες, ὑπὸ δαψιλείας τύφου, οὕτω καλῶς ἐνεῖδον “ τὸ ἔργον αὐτῆς, ὥστε οἴχονται φερόμενοι πρὸς τὰς αὐτὰς Λυκούργῳ καὶ “ Σόλωνι ἐπιθυμίας, κατὰ τοὺς περὶ βίων λόγους καὶ ἀρετῆς.” Τύφος οὖν ἦν καὶ δαψίλεια τύφου τὸ ἐλευθέρας εἶναι τὰς Ἀθήνας καὶ τὴν Σπάρτην εὐνομεῖσθαι, καὶ τοὺς νέους μὴ θρασύνεσθαι, μηδ' ἐξ ἑταιρῶν παιδοποι- C
εῖσθαι, μηδὲ πλοῦτον καὶ τρυφὴν καὶ ἀσέλγειαν ἀρχὴν, ἀλλὰ νόμον καὶ δικαιοσύνην ἐν ταῖς πόλεσιν· αὗται γὰρ ἦσαν ἐπιθυμίαι Σόλωνος. Καὶ λοιδορῶν ὁ Μητρόδωρος ἐπιλέγει τοῖς εἰρημένοις, “ Διὸ καὶ καλῶς ἔχει τὸν “ ἐλεύθερον ὡς ἀληθῶς γέλωτα γελάσαι ἐπί τε δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ “ ἐπὶ τοῖς Λυκούργοις τούτοις καὶ Σόλωσιν.” Ἀλλ' οὐκ ἐλεύθερος οὗτος, ὦ Μητρόδωρ', ἐστὶν, ἀλλ' ἀνελεύθερος καὶ ἀνάγωγος, καὶ οὐδὲ μάστιγος ἐλευ-

A. 7. δόξης, ὀνόμασι μόνοις] Amiot. δόξης ὀνομάζουσι μόνον, τὸν Ἐπ. Reiſk. item, alia tamen diſtinctione, δόξης ὀνομάζουσι, μόνον τὸν Ἐπ. Illud præferam.

B. 2. καθῆτο] Sic B. E. Leonic. Schott. Vulgo, κάθοιτο. Ald. κάνητο.

B. 3. ὅλος] Sic B. E. Vulgo, ὅλως.

B. 5. ἐνεῖδον] Legendum συνεῖδον, cum Reiſk.

de *regno ut fugiamus convictum regum* præcipientes. Civiles autem viros deridentes eos non niſi gloriæ eorum labefactandæ cauſſa nominant: veluti *Epaminondam bonum aliquid* aiunt *habuiſſe*, *idque perexiguum:* ipſum vero *ferreum viſcus* appellantes, quærunt, *quid acciderit*, *ut per mediam iter faceret Peloponneſum*, non pileolo ſumto domi deſideret, nimirum totus ventri curando intentus. Quæ autem Metrodorus in opere De Philoſophia quaſi exſultans ad rempublicam traducendam ſcripſit, non putavi reticenda: *Sapientum quidam*, ait, *faſtus abundantia ita pulchre perſpexerunt opus ejus*, *ut proruerint ad affectandas res Lycurgi et Solonis factis æmulas*, *ſecundum rationes vitæ et virtutis.* Siccine faſtus hoc erat, et abundantia faſtus, liberas eſſe Athenas, Spartam bonis regi legibus, adoleſcentes non ferocire, non tollere prolem e ſcortis, neque divitias, luxum, et libidinem rerum potiri in urbibus, ſed legem et juſtitiam? Hæc enim ſunt quæ expetebat Solon. Et convicium Metrodorus his addit: *Ideo æquum eſt ut rideat effuſe liber homo cum alios*, *tum Lycurgos iſtos et Solones.* Atqui, Metrodore, hic liber non eſt, ſed illiberalis et contumax, et ne liberali quidem dig-

θέρας δεόμενος, ἀλλὰ τῆς ἀστραγαλωτῆς ἐκείνης ἣ τοὺς γάλλους πλημμελοῦντας ἐν τοῖς μητρῴοις κολάζουσιν.

D λδ΄. Ὅτι δὲ οὐ νομοθέταις, ἀλλὰ νόμοις ἐπολέμουν, ἔξεστιν ἀκούειν Ἐπικούρου· ἐρωτᾷ γὰρ αὐτὸν ἐν ταῖς Διαπορίαις, "εἰ πράξει τινὰ ὁ σοφὸς ὧν οἱ νόμοι ἀπαγορεύουσιν, εἰδὼς ὅτι λήσει·" (καὶ ἀποκρίνεται), "Οὐκ εὔοδον τὸ ἁπλοῦν ἐστι κατηγόρημα·" τουτέστι, πράξω μὲν· οὐ βούλομαι δὲ ὁμολογεῖν. Πάλιν δὲ, οἶμαι, γράφων πρὸς Ἰδομενέα, διακελεύεται, "μὴ νόμοις καὶ δόξαις δουλεύοντα ζῆν, ἐφ' ὅσον ἂν μὴ τὴν διὰ τοῦ πέλας ἐκ πληγῆς ὄχλησιν παρασκευάζωσιν." Εἴπερ οὖν οἱ νόμους καὶ πολιτείας ἀναιροῦντες, τὸν βίον ἀναιροῦσι τὸν ἀνθρώπινον, Ἐπίκουρος δὲ καὶ Μητρόδωρος τοῦτο ποιοῦσι, τοὺς μὲν συνήθεις ἀποτρέποντες τοῦ τὰ κοινὰ πράττειν,
E τοῖς δὲ πράττουσιν ἀπεχθανόμενοι, τοὺς δὲ πρώτους καὶ σοφωτάτους τῶν νομοθετῶν κακῶς λέγοντες, τῶν δὲ νόμων παρακελευόμενοι περιφρονεῖν ἐὰν μὴ προσῇ φόβος πληγῆς καὶ κολάσεως· οὐκ οἶδα τί τηλικοῦτο κατέψευσται τῶν ἄλλων ὁ Κολώτης, ἡλίκον ἀληθῶς τῶν Ἐπικούρου λόγων καὶ δογμάτων κατηγόρηκεν.

D. 7. παρασκευάζωσιν] Sic B. E. Vulgo, παρασκευάζουσιν.

nus flagello, ſed nodoſo illo, quo Gallos in Magnæ Matris ſacris delinquentes puniunt.

XXXIV. Non legumlatores autem, ſed ipſas leges fuiſſe ab his impugnatas, ex Epicuro audire licet. Nam ſeipſum in Dubitationibus interrogat, *Facturuſne ſit ſapiens quod leges prohibent, ſi id clam ſit futurum:* et reſpondet, *non expeditum eſt ſimplex attributum:* hoc eſt, Faciam, ſed nolo fateri. Rurſum, puto ad Idomeneum ſcribens, ſerio jubet *eum vivere non ſervientem legibus et opinionibus, niſi quatenus ob vicinum ictum perturbationem afferunt.* Ergo ſi vitam humanam perimunt, qui leges et reipublicæ rationes tollunt, id autem faciunt Epicurus et Metrodorus, familiares a republica gerenda dehortantes, gerentibus infenſi, principes et ſapientiſſimos legum conditores maledictis proſcindentes, leges contemnere jubentes, ubi metus plagæ et pœnæ abeſt; non, puto, tantum falſo Colotes aliis intentaverit crimen, quantum vere doctrinæ et decretis Epicuri intulit.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΕΙ ΚΑΛΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ ΤΟ ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΕΙ ΚΑΛΩΣ ΕΙΡΗΤΑΙ ΤΟ ΛΑΘΕ ΒΙΩΣΑΣ.

PLUTARCHI

AN RECTE DICTUM SIT LATENTER ESSE VIVENDUM.

α΄. ΑΛΛ' οὐδὲ ὁ τοῦτο εἰπὼν, λαθεῖν ἠθέλησεν· αὐτὸ γὰρ τοῦτο εἶπεν ἵνα μὴ λάθῃ, ὥς τι φρονῶν περιττότερον· ἐκ τῆς εἰς ἀδοξίαν
B προτροπῆς δόξαν ἄδικον ποριζόμενος.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός·

τοὺς μὲν γὰρ περὶ Φιλόξενον τὸν Ἐρύξιδος, καὶ Γνάθωνα τὸν Σικελιώτην, ἐπτοημένους περὶ τὰ ὄψα, λέγουσιν ἐναπομύττεσθαι ταῖς παροψίσιν, ὅπως τοὺς συνεσθίοντας διαστρέψαντες, αὐτοὶ μόνοι τῶν παρακειμένων ἐμφορηθῶσιν· οἱ δὲ ἀκρατῶς φιλόδοξοι καὶ κατακόρως, διαβάλλουσιν ἑτέροις τὴν δόξαν, ὥσπερ ἀντερασταῖς, ἵνα τυγχάνωσιν αὐτῆς ἀνανταγωνίστως· καὶ
C ταὐτὸ τοῖς ἐρέσσουσι ποιοῦσιν· ὡς γὰρ ἐκεῖνοι πρὸς τὴν πρύμναν ἀφορῶντες

B. 1. δόξαν ἄδικον] Haud ſcio an legendum ſit δόξαν ἄδοξον.
B. 5. διαστρέψαντες] διατρέψαντες Harl.

I. ATQUI ne is quidem, qui hoc pronunciavit, latere voluit: ſed ne lateret hoc dixit, tanquam reliquis ſubtilius aliquid intelligens; et cohortando ad nominis obſcuritatem, iniqua ratione gloriam captavit. Ego autem

Odi ſapientem, qui ipſus non ſapit ſibi.

Philoxenum Eryxidis filium et Gnathonem Siculum, obſoniorum nimia cupiditate impulſos, narium ſordes emungere in patinas ſolitos ferunt, ut, aliis ab edendo deterritis, ipſi ſoli implerentur propoſitis cibis. Atque ſic etiam, iſti nimio gloriæ ſtudio repleti, gloriam apud alios traducunt tanquam rivales ſuos, ut ipſi ea abſque certamine potiri poſſint. Qua in re imitantur remiges: ut enim hi ad puppim navis obverſis oculis proram

τῆς νεὼς τὴν κατὰ πρύμναν ὁρμὴν συνεργοῦσιν, ὡς ἂν ἐκ τῆς ἀνακοπῆς περίῤῥοια καταλαμβάνουσα συνεπωθῇ τὸ πορθμεῖον, οὕτως οἱ τὰ τοιαῦτα παραγγέλματα διδόντες, ὥσπερ ἀπεστραμμένοι τὴν δόξαν διώκουσιν. Ἐπεὶ τί λέγειν ἔδει τοῦτο; τί δὲ γράφειν, καὶ γράψαντα ἐκδιδόναι πρὸς τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον, εἰ λαθεῖν ἐβούλετο τοὺς ὄντας ὁ μηδὲ τοὺς ἐσομένους;

β'. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πῶς οὐ πονηρὸν, Λάθε βιώσας, ὡς τυμβωρυχήσας; Ἀλλ' αἰσχρόν ἐστι τὸ ζῆν, ἵνα ἀγνοῶμεν πάντες; D
Ἐγὼ δ' ἂν εἴποιμι, Μηδὲ κακῶς βιώσας λάθε· ἀλλὰ γνώσθητι, σωφρονίσθητι, μετανόησον. Εἴτε ἀρετὴν ἔχεις, μὴ γένῃ ἄχρηστος· εἴτε κακίαν, μὴ μείνῃς ἀθεράπευτος. Μᾶλλον δὲ διελοῦ καὶ διόρισον τίνι τοῦτο προστάττεις. Εἰ μὲν ἀμαθεῖ καὶ πονηρῷ καὶ ἀνοήτῳ, οὐθὲν διαφέρεις τοῦ λέγοντος, Λάθε καὶ πυρέττων, Λάθε φρενιτίζων, μὴ γνῷ σε ὁ ἰατρὸς, ἴθι ῥίψας ποι κατὰ σκότους σεαυτὸν ἀγνοούμενός που τοῖς πάθεσιν· καὶ σὺ ἴθι τῇ κακίᾳ νόσον ἀνήκεστον νοσῶν καὶ ὀλέθριον, ἀποκρύπτων τοὺς φθόνους, τὰς δεισιδαιμονίας, ὥσπερ τινὰς σφυγμοὺς, δεδιὼς παρασχεῖν τοῖς νουθετεῖν καὶ ἰᾶσθαι δυναμένοις. Οἱ δὲ σφόδρα παλαιοὶ καὶ τοὺς νοσοῦντας φανερῶς προσ- E
εῖχον· τούτων δὲ ἕκαστος εἴ τι πρόσφορον ἔχοι, παθὼν αὐτὸς, ἢ παθόντα

C. 2. τὴν—ὁρμὴν] Forte rectius sit τῇ—ὁρμῇ ut T. V. Aron.
C. 6. εἰ λαθεῖν] Mez. ἢ λαθεῖν, interroganter.
C. 7. Ἀλλὰ τοῦτο—πονηρὸν] Corrigendum, Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ταύτῃ. Τὸ δὲ πρᾶγμα πῶς οὐ πονηρόν.
D. 1. Ἀλλ' αἰσχρόν—] Forte, Ἆρ' αἰσχρόν—.
D. 1. ἵνα ἀγνοῶμεν] Vulgo, ἵνα μὴ ἀγνοῶμεν. In B. C. Harl. μὴ omnino abest: in E. erasum est.
D. 6. Λάθε καὶ—φρενιτίζων] Legendum, Λάθε πυρέττων, καὶ Λάθε φρενιτίζων—.
D. 7. που τοῖς πάθεσιν] Jun. σὺν τοῖς πάθεσιν.
E. 1. προσεῖχον] Et hoc vitiosum, et totus mutilatus est locus. Harl. προσῆγον, quod ex vetustiori et veriori προῆγον factum videtur. Forte corrigendum—φανερῶς ἰδεῖν τοῖς παριοῦσι προῆγον.

propellunt, nimirum ut ex allisione refluxus ortus lembum una incitet; ita qui talia dant præcepta, gloriam ii tanquam aversi sectantur. Quorsum enim attinebat hoc dicere, quid scribere, scriptumque ad posteros edere, si fallere voluit eos qui tum erant, cum ne ab olim quidem victuris se vellet ignorari?

II. Verum ipsa res qui non sit prava, *Vive ita ut ignoreris?* scilicet, ut qui sepulchrum recluseris. An vivere est turpe ita ut omnes ignorare debeamus te vivere? Ego sane dicere non verear, Ne si male quidem vixeris, dandam tibi operam esse ut lateas: imo enim innotesce, redi ad sanitatem, corrige peccatum. Sive virtus tibi adest, noli esse inutilis; sive vitium, noli negligere medicinam. Quin tu potius hoc distingue ac defini, cuinam homini istud Latere tuum præcipis. Si enim indocto, pravo, et fatuo, perinde est, ac si febricitantem, aut insanientem ex morbo, occultare se juberes, ne agnosceretur a medico, et se aliquo in tenebras abjicere ubi lateret una cum suis morbis. Tu quoque dicis vitioso homini, Cum vitiis tuis te abde, morbumque insanabilem et pestilentem perfer, celaque invidiam vel superstitionem veluti palpitationes quasdam, et tradere te iis qui docere ac sanare possunt, cave. At vero prisci ægrotos suos in publico proponebant, ut prætereuntium quivis si quid, vel ipse eodem

θεραπεύσας, ἔφραζε τῷ δεομένῳ· καὶ τέχνην οὕτω φασὶν ἐκ πείρας συνεργαζομένην, μεγάλην γενέσθαι. Ἔδει δὲ καὶ τοὺς νοσώδεις βίους καὶ τὰ τῆς ψυχῆς παθήματα πᾶσιν ἀπογυμνοῦν, καὶ ἅπτεσθαι, καὶ λέγειν ἕκαστον ἐπισκοποῦντα τὰς διαθέσεις, Ὀργίζῃ; τοῦτο φύλαξαι. Ζηλοτυπεῖς; ἐκεῖνο ποίησον. Ἐρᾷς; κἀγώ ποτ' ἠράσθην, ἀλλὰ μετενόησα. Νῦν δὲ ἀρνούμενοι, ἀποκρυπτόμενοι, περιστέλλοντες, ἐμβαθύνουσι τὴν κακίαν ἑαυτοῖς.

F γ'. Καὶ μὴν εἴτε τοῖς χρηστοῖς λανθάνειν καὶ ἀγνοεῖσθαι παραινεῖς, Ἐπαμεινώνδᾳ λέγεις, Μὴ στρατήγει· καὶ Λυκούργῳ, Μὴ νομοθέτει· καὶ Θρασυβούλῳ, Μὴ τυραννοκτόνει· καὶ Πυθαγόρᾳ, Μὴ παίδευε· καὶ Σωκράτει, Μὴ διαλέγου· καὶ σεαυτῷ πρῶτον, Ἐπίκουρε, Μὴ γράφε τοῖς ἐν Ἀσίᾳ φίλοις, μηδὲ τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου ξενολόγει, μηδὲ τοὺς Λαμψακηνῶν ἐφή-
1129 βους δορυφόρει· μηδὲ διάπεμπε βίβλους, πᾶσι καὶ πάσαις ἐπιδεικνύμενος τὴν σοφίαν, μηδὲ διατάσσου περὶ ταφῆς. Τί γὰρ αἱ κοιναὶ τράπεζαι; τί δὲ αἱ τῶν ἐπιτηδείων καὶ καλῶν σύνοδοι; τί δὲ αἱ τοσαῦται μυριάδες στίχων ἐπὶ Μητρόδωρον, ἐπὶ Ἀριστόβουλον, ἐπὶ Χαιρέδημον γραφόμεναι καὶ συνταττόμεναι φιλοπόνως, ἵνα μηδὲ ἀποθανόντες λάθωσιν, ἵν' ἀμ-

E. 4. συνεργαζομένην] Legendum videtur, συνερανιζομένην, ut conjecit quoque Reiſk. Xylander vertit συνεργαζομένης.

F. 1. εἴτε] Præſtat εἴγε, ut corrigunt Jun. et Xyl.

F. 5. τοῖς ἀπ' Αἰγύπτου] Xyl. Reiſk. τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου. Mez. τοῖς ἐπ' Αἰγύπτου. Prius malim.

A. 4. Μητρόδωρον—] Mez. Μητροδώρῳ—Ἀριστοβούλῳ—Χαιρεδήμῳ. T. V. περὶ pro ἐπὶ vult.

A. 5. φιλοπόνως,] φιλοτίμως B. Comma ponendum duxi pro vulgato ſigno interrogandi, ſecutus Xylandrum.

A. 5. ἵν'—ἀρετὴν] Legendum videtur cum Xyl. εἰ ἀμνηστίαν νομοθετεῖς ἀρετῇ.

morbo conflictatus, vel ſimiliter laboranti opitulatus, medelæ noſſet, id ægrotanti ſignificaret; aiuntque artem hoc modo experientia adjuvante creviſſe. Hoc modo etiam vitæ vitia animique pravas affectiones expediebat detegere, ut cuivis liceret, iis inſpectis et conſideratis, dicere, Iratus es? hoc cave. Rivalitate vexaris? iſtud facito. Amas? ipſe quoque aliquando amavi, ſed reſipui. Nunc dum vitia ſua negant, occultant, velant, penitus ea in ſeſe defigunt.

III. Si vero bonis ſuades ut lateant, Epaminondam jube bello gerendo, Lycurgum legibus ferendis, Thraſybulum tyrannis occidendis, Pythagoram inſtituendis diſcipulis, Socratem diſputationibus, ſuperſedere. Imo tu primum ipſe, Epicure, non ſcribe ad amicos in Aſia, non ex Ægypto hoſpites collige, non ſtipator eſto Lampſacenis ephebis, non libros ad omnes utriuſque ſexus homines dimitte ſapientiam oſtentans, neque de ſepultura manda. Quid enim ſibi volunt communes menſæ, quid neceſſariorum et pulchrorum conventus, quid tot millia verſuum ſcripta et compoſita laborioſe in Metrodorum, Ariſtobulum, Chæredemum, ut ne mortui quidem ignorari poſ-

νησίᾳ νομοθετῆς ἀρετὴν, καὶ ἀπραξίαν τέχνη, καὶ σιωπὴν φιλοσοφία, καὶ
λήθην εὐπραγία.
δ'. Εἰ δὲ ἐκ τοῦ βίου, καθάπερ ἐκ συμποσίου φῶς, ἀναιρεῖς τὴν γνῶσιν,
ὦ πάντα ποιεῖν ἐξ ἡδονῆς πρὸς ἡδονὴν λανθάνουσι, λάθε βιώσας. Πάνυ
μὲν οὖν, ἂν μεθ' Ἡδείας βιοῦν μέλλω τῆς ἑταίρας, καὶ Λεοντίῳ συγ- B
καταζῆν, καὶ τῷ καλῷ προσπτύειν, καὶ τἀγαθὸν ἐν σαρκὶ καὶ γαργα-
λισμοῖς τίθεσθαι· ταῦτα δεῖται σκότους τὰ τέλη, ταῦτα νυκτὸς, ἐπὶ ταῦτα
τὴν λήθην καὶ τὴν ἄγνοιαν. Ἐὰν δέ τις ἐν μὲν φυσικοῖς θεὸν ὑμνῇ, καὶ
δίκην, καὶ Πρόνοιαν, ἐν δὲ ἠθικοῖς νόμον καὶ κοινωνίαν καὶ πολιτείαν, ἐν δὲ
πολιτείᾳ τὸ καλὸν, ἀλλὰ μὴ τὴν χρείαν, διὰ τί λάθῃ βιώσας; ἵνα
μηδένα παιδεύσῃ, μηδενὶ ζῆλος ἀρετῆς μηδὲ παράδειγμα καλὸν γένηται;
Εἰ Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίους ἐλάνθανεν, οὐκ ἂν ἡ Ἑλλὰς ἀπεώσατο
Ξέρξην· εἰ Ῥωμαίους Κάμιλλος, οὐκ ἂν ἡ Ῥώμη πόλις ἔμεινεν· εἰ C
Δίωνα Πλάτων, οὐκ ἂν ἠλευθερώθη ἡ Σικελία. Ὥσπερ δὲ, οἶμαι, τὸ
φῶς, οὐ μόνον φανεροὺς ἀλλὰ καὶ χρησίμους καθίστησιν ἡμᾶς ἀλλήλοις,
οὕτως ἡ γνῶσις οὐ μόνον δόξαν, ἀλλὰ καὶ πρᾶξιν ταῖς ἀρεταῖς δίδωσιν.
Ἐπαμεινώνδας γοῦν εἰς τεσσαρακοστὸν ἔτος ἀγνοηθεὶς, οὐδὲν ὤνησε Θη-
βαίους· ὕστερον δὲ πιστευθεὶς, καὶ ἄρξας, τὴν μὲν πόλιν ἀπολλυμένην ἔσωσε,
τὴν δὲ Ἑλλάδα δουλεύουσαν ἠλευθέρωσεν, καθάπερ ἐν φωτὶ τῇ δόξῃ τὴν

A. 9. ὦ πάντα—λανθάνουσι] Forte, ὥστε πάντα ποιῶν ἐξ ἡδονῆς καὶ πρὸς ἡδονὴν λανθάνειν.
B. 6. καλὸν] Forte, καλοῦ, ut Amiot.

ſent, ſi oblivione virtutem, otio artem, ſilentio philoſophiam, obliteratione felicitatem, leges tuæ deſcribunt?

IV. Sin e vita, tanquam e convivio lumen, aufers cognitionem, vivito ſane occulte, qui omnia e voluptate ad voluptatem facis. Omnino, inquis, ſi cum Hedea meretrice ſim vitam acturus aut Leontio, et, in honeſti contemtum deſpuens, bonum in carne et titillationibus quæſiturus, iſta tenebras deſiderent ſacra; iſta noctem, his oblivio et ignoratio induci debeant. At ſi quis in naturæ rerum inveſtigatione Deum celebret, Juſtitiam, Providentiam; in morum doctrina legem, communionem, rempublicam, in republica honeſtatem, non utilitatem; cur vivens ignorari velit? an ne quem doceat, ne cujuſquam ſtudium ad virtutem excitet, neve aliis exemplo ſit? Si Themiſtocles Athenienſibus ignotus fuiſſet, non repuliſſent Græci Xerxem: ſi Camillus Romanis, periiſſet Roma: ſi Dioni Plato, non fuiſſet liberata Sicilia. Nimirum ſic ſentio: ſicut lumen non manifeſtos tantum nos, ſed et utiles invicem facit; ita notitia non gloriam modo, ſed et agendi materiam virtutibus parari. Epaminondas quidem ad quadrageſimum uſque annum obſcurus, nihil profuit Thebanis: poſtmodo cognitus et rebus præfectus, patriam peſſum euntem ſervavit, Græciamque ſervitute liberavit, in fama tanquam luce

ἀρετὴν ἐνεργὸν ἐπὶ καιροῦ παρεχόμενος.

Λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐγενὴς
D Χαλκός· χρόνῳ δ' ἀργῆσαν ἤμυσεν,

οὐ μόνον

— στέγος,

ὥς φησι Σοφοκλῆς, ἀλλὰ καὶ ἦθος ἀνδρὸς οἷον εὐρῶτα καὶ γῆρας ἐν ἀπραξίᾳ δι' ἀγνοίας ἐφελκόμενον. Ἡσυχία δὲ κωφὴ, καὶ βίος ἑδραῖος ἐπὶ σχολῆς ἀποκείμενος, οὐ μόνον σώματα, ἀλλὰ καὶ ψυχὰς μαραίνει· καὶ καθάπερ τὰ λανθάνοντα τῶν ὑδάτων, τῷ περισκιάζεσθαι καὶ καθῆσθαι μὴ ἀποῤῥέοντα σήπεται, οὕτω τῶν ἀκινήτων βίων, ὡς ἔοικεν, ἄν τι χρήσιμον ἔχωσι, μὴ ἀποῤῥεόντων, μηδὲ κινουμένων, φθείρονται καὶ ἀπογηράσκουσιν αἱ σύμφυτοι δυνάμεις.

ε'. Οὐχ ὁρᾷς, ὅτι νυκτὸς μὲν ἐπιούσης τά τε σώματα δυσεργεῖς βα-
E ρύτητες ἴσχουσι; καὶ τὰς ψυχὰς ὄκνοι καταλαμβάνουσιν ἀδρανεῖς; καὶ συσταλεὶς ὁ λογισμὸς εἰς αὐτὸν, ὥσπερ πῦρ ἀμαυρὸν, ὑπὸ ἀργίας καὶ κατηφείας μικρὰ διεσπασμέναις πάλλεται φαντασίαις, ὅσον αὐτὸ τὸ ζῆν τὸν ἄνθρωπον ὑποσημαίνων;

Ἦμος δὲ στεροπῆας ἀπεπλοίησεν ὀνείρους

ὁ ἥλιος ἀνασχὼν, καὶ καθάπερ εἰς ταυτὸ συμμίξας ἐπέστρεψε καὶ συνώρμησε τῷ φωτὶ τὰς πράξεις καὶ τὰς νοήσεις τὰς ἁπάντων, ὥς φησι Δημό-

E. 5. δὲ στεροπῆας ἀπεπλοίησεν] Prius mutandum putem in δ' ἠπεροπῆας, quo ducit Harleianum δ' ὑπεροπῆας: alterum dedi ex A. B. E. Anon. T. V. probatum Albertio ad Hesych. T. i. p. 478. pro vulgato ἀπεποίησεν.

virtutem apto tempore efficacem præbens.

Dum quippe in ufu eft fplendet, æs ut nobile,
In otio fi jaceat, hebetatur

non modo, ut eft apud Sophoclem, *domus*; fed etiam in otio delitefcens ingenium viri velut æruginem ac fenium contrahit. Quies enim alta, vitaque in otio depofita, non corpora modo, fed et animos tabefacit. Et ficut aquæ latentes fub umbra ac non fluentes putrefcunt, ita in vita motuum experte facultates hominibus infitæ confenefcunt et pereunt, cum quod utile adfuit ufurpatum non eft.

V. Non vides, ut, nocte appetente, et corpora gravis quidam languor invadit, et animas torpor inefficax, et contracta in feipfam ratio, tanquam obfcurus ignis, ob ignaviam et languorem leviter divulfis agitatur vifis? hoc unum indicans vivere adhuc hominem:

Verum ubi Sol oriens velocia fomnia abegit,

et tanquam in unum commifcens convertit et excitavit una cum luce omnium cogitationes, tunc, ut ait Democritus, *nova inita die*, homines mu-

κεῖτο, νέα ἐφ' ἡμέρῃ τρέφοντες ἄνθρωποι τῇ πρὸς ἀλλήλους ὁρμῇ, καθάπερ ἀρτήματι συντόνως πλαθέντες, ἄλλος ἀλλαχόθεν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀνίστανται.

ς'. Δοκῶ δὲ ἐγὼ καὶ τὸ ζῆν αὐτὸ, καὶ ὅλως τὸ φῦναι καὶ μεταχεῖν F ἀνθρώπων γενέσεως, εἰς γνῶσιν ὑπὸ θεοῦ δοθῆναι· ἔστι δὲ ἄδηλος καὶ ἄγνωστος ἐν τῷ παντὶ πολλῷ καὶ κατὰ μικρὰ καὶ σποράδην φερόμενος· ὅταν δὲ γένηται συνερχόμενος αὑτῷ καὶ λαμβάνων μέγεθος, ἐκλάμπει καὶ καθίσταται δῆλος ἐξ ἀδήλου, καὶ φανερὸς ἐξ ἀφανοῦς. Οὐ γὰρ εἰς οὐσίαν ὁδὸς ἡ γνῶσις, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἀλλ' οὐσίας εἰς γνῶσιν· οὐ γὰρ ποιεῖ τῶν γινομένων ἕκαστον, ἀλλὰ δείκνυσιν· ὥσπερ οὐδὲ ἡ φθορὰ, τοῦ ὄντος 1130
ἄρσις εἰς τὸ μὴ ὂν ἐστὶν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰς τὸ ἄδηλον ἀπαγωγὴ τοῦ διαλυθέντος. Ὅθεν δὴ τὸν μὲν ἥλιον Ἀπόλλωνα κατὰ τοὺς πατρίους καὶ παλαιοὺς θεσμοὺς νομίζοντες, Δήλιον καὶ Πύθιον προσαγορεύουσι· τὸν δὲ τῆς ἐναντίας κύριον μοίρας, εἴτε θεὸς, εἴτε δαίμων ἐστὶν, Ἅδην ὀνομάζουσιν, ὡς ἂν εἰς ἀειδὲς καὶ ἀόρατον ἡμῶν, ὅταν διαλυθῶμεν, βαδιζόντων,

Νυκτὸς ἀϊδνᾶς ἀεργηλοῖό θ' ὕπνου κοίρανον.

Οἶμαι δὲ καὶ τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν οὑτωσὶ Φῶτα καλεῖν τοὺς παλαιοὺς, ὅτι τοῦ γινώσκεσθαι καὶ γινώσκειν ἑκάστῳ διὰ συγγένειαν ἔρως ἰσχυρὸς ἐμπέ-

E. 8. νέα ἐφ' ἡμέρῃ τρέφοντες] Puto corrigendum eſſe, νέα ἐφ' ἡμέρῃ φρονέοντες: ut ſupra p. 722. D.
E. 9. ἀρτήματι συντόνως πλαθέντες] Lego, ἀρτήματι συντόνῳ σπαθέντες, ut Reiſkius item vidit. Prius etiam retinendum, nec cum Xyl. in ἀρτύματι mutandum.
F. 2. ἀνθρώπων] Forte, ἀνθρώπῳ.
F. 3. πολλῷ] Sanum, nec mutandum: reddidi in Latinis. Harl. πόλῳ.
F. 6. οὐσίας] Legendum οὐσία, cum Xyl. et Reiſk.

tuæ ſocietatis conatu tanquam funiculo quodam tracti, alius aliunde ad res agendas ſeſe conferunt.

VI. Ac mihi videtur ipſa vita, et quod homines nati ſumus, ad innoteſcendum nobis divinitus obtigiſſe. Eſt autem quiſque noſtrum obſcurus et ignotus dum in magno univerſo ſeorſim exiguus fertur: cum autem inter ſe coëunt homines, adepti jam magnitudinem effulgent clarique ex obſcuris fiunt, et conſpicui ex abditis. Non enim notitia via eſt ad Eſſe ut nonnulli dicunt; ſed Eſſe ad notitiam. Nam Eſſe hanc habet vim, non ut faciat ea quæ fiunt, ſed ut oſtendat: ſicut neque interitu res in nihilum rediguntur, ſed tantum in obſcurum abducuntur. Hinc eſt quod majorum inſtituto Solem et Apollinem eundem putantes, Delium et Pythium cognominant a manifeſtando: ſicut adverſæ dominum ſortis, ſive is Deus eſt ſive genius, *Aden* nominant (nos Plutonem); quod nos, cum diſſolvimur, abeamus in locum viſui inacceſſum: et vocant

Somni ſocordis dominum, cæcæque noctis.

Exiſtimo autem ipſum quoque hominem veteres *phota* dixiſſe, quod unicuique noſtrum ob cognationem cum lumine (id eſt *phos*) acris eſt inſitus

B φυκεν. Αὐτὴν τε τὴν ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων, φῶς εἶναι τῇ οὐσίᾳ νομίζουσιν, ἄλλοις τε χρώμενοι τεκμηρίοις, καὶ ὅτι τῶν ὄντων μάλιστα τὴν μὲν ἄγνοιαν ἡ ψυχὴ δυσανασχετεῖ, καὶ πᾶν τὸ ἀφεγγὲς ἐξαιρεῖ, καὶ ταράττεται τὰ σκοτεινὰ, φόβου καὶ ὑποψίας ὄντα πλήρη πρὸς αὐτήν· ἡδὺ δὲ αὐτῇ καὶ ποθεινὸν οὕτω τὸ φῶς ἐστιν, ὥστε μηδὲ ἄλλο τι τῶν φύσει τερπνῶν ἄνευ φωτὸς ὑπὸ σκότους θέλειν, ἀλλὰ τοῦτο πᾶσαν ἡδονὴν καὶ πᾶσαν διατριβὴν καὶ ἀπόλαυσιν, ὥσπερ τι κοινὸν ἥδυσμα καταμιγνύμενον, ἱλαρὸν ποιεῖ καὶ φιλάνθρωπον. Ὁ δὲ εἰς τὴν ἄγνοιαν αὐτὸν ἐμ-
C βαλὼν, καὶ σκότος περιαμπισχόμενος, καὶ κενοταφῶν τὸν βίον, ἔοικεν αὐτὴν βαρύνεσθαι τὴν γένεσιν, καὶ ἀπαυδᾶν πρὸς τὸ εἶναι.

ζʹ. Καίτοι τῆς γε δόξης καὶ τοῦ εἶναι φύσιν εὐσεβῶν χῶρον,

Τοῖσι λάμπει μένος ἀελίου
Τὰν ἐνθένδε νύκτα κάτω,
Φοινικορόδοις ἐν λειμώνεσσι,
Καὶ τοῖσιν ἀκάρπων μὲν ἀνθηρῶν
Καὶ σκυθίων δένδρων ἄνθεσι τεθηλὸς
Ἀναπέπταται πεδίον,

καὶ ποταμοί τινες ἄκλυστοι καὶ λεῖοι διαρρέουσι, καὶ διατριβὰς ἔχουσιν ἐν μνήμαις καὶ λόγοις τῶν γεγονότων καὶ ὄντων, παραπέμποντες αὐτοὺς καὶ συν-

B. 3. ἐξαιρεῖ] Forte, ἐχθαίρει.
B. 6. θέλειν] Forte, θάλπειν. C. Harl. Jun. χαίρειν.
B. 7. κοινὸν] Sic B. C. E. Harl. Xyl. cod. Vulgo, καινόν.
B. 8. ἱλαρὸν] Immo ἱλαρὰν cum Reisk.
C. 1. περιαμπισχόμενος] Sic B. C. Harl. Vulgo, περιαμπεχόμενος.
C. 3. φύσιν εὐσεβῶν χῶρον] Forte, φύσει εὐσεβῶν χῶρος. i. e. *naturalis locus vitæ et celebritatis est locus beatorum.*
C. 7. Καὶ τοῖσιν—δενδρων] Legendum, cum D. Ruhnkenio, καλοῖσιν εὐκάρπων μὲν ἀνδήρων, καὶ συσκίων δένδρων—.
C. 10. ἄκλυστοι] Sic A. E. P. Vulgo, ἄκλαυστοι. C. et Jun. ἄπαυστοι.

amor cognoscendi et innotescendi. Ipsam vero animam nonnulli philosophorum lumen suapte natura esse statuunt, cum aliis utentes argumentis, tum quod nullam rem anima magis aversatur quam ignorantiam, et omnia lucis expertia vitat, tenebrisque turbatur, metuit, ac suspecta habet: ita autem ei dulce est lumen, ita desiderabile, ut nihil aliud ipsi jucundum sine eo aut in tenebris velit admittere; sed omnem ei voluptatem, jocum, ac delectationem lux admixta veluti commune condimentum suavem reddat atque gratam. Qui vero seipsum in obscuritatem conjicit, ac se tenebris involvit, vitamque inanis similem sepulchri facit, is ipsum videtur ortum fastidire, et quod exstiterit inique ferre.

VII. Et vero Esse et celebrari, propria censentur domicilio beatorum:

His apud inferos per noctem
Solis fulget jubar almi,
Per prata puniceis rosis
Consita.———
Illis campus floridus patet
Virensque frondibus arborum,

fluviique quidam lenes et fluctuum vacui perfluunt; mutuaque se consuetudine oblectant, commemorandis et explicandis rebus præteritis ac

ὄντες. Ἡ δὲ τρίτη τῶν ἀνοσίως βεβιωκότων καὶ παρανόμων ὁδός ἐστιν εἰς ἔρεβός τι καὶ βάραθρον ὠθοῦσα τὰς ψυχάς, D

Ἔνθεν τὸν ἄπειρον ἐρεύγονται σκότον
Βληχροὶ δνοφερᾶς νυκτὸς ποταμοὶ,

δεχόμενοι καὶ ἀποκρύπτοντες ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ τοὺς κολαζομένους. Οὐ γὰρ οὔτε γῦπες κειμένων ἐν γῇ τῶν πονηρῶν κείρουσιν ἀεὶ τὸ ἧπαρ· κατακέκαυται γὰρ ἢ κατασέσηπεν· οὐδὲ βαρῶν τινων ἀχθοφορίαι θλίβουσι καὶ καταπονοῦσι τὰ σώματα τῶν κολαζομένων·

Οὐ γὰρ ἔτι σάρκας τε καὶ ὀστέα ἶνες ἔχουσιν·

οὐδέν ἐστιν ὑπόλειμμα σώματος τοῖς τεθνηκόσι τιμωρίας ἀπέρεισιν ἀντιτύπου δέξασθαι δυνάμενον· ἀλλὰ ἓν κολαστήριον ὡς ἀληθῶς τῶν κακῶς βιωσάντων, ἀδοξία καὶ ἄγνοια, καὶ παντελῶς ἀφανισμὸς, αἴρων εἰς τὸν E ἀμειδῆ ποταμὸν ἀπὸ τῆς λήθης, καταποντίζων εἰς ἄβυσσον καὶ ἀχανὲς πέλαγος, ἀχρηστίαν καὶ ἀπραξίαν, πᾶσάν τ' ἄγνοιαν καὶ ἀδοξίαν συνεφελκόμενον.

C. 12. Ἡ δὲ τρίτη] Si vera eſt lectio, ut eſſe videtur, ſubintelligendum ὁδὸς, et non dubitandum quin exciderit locus de *ſecunda via*, τῶν μέσως βεβιωκότων.

D. 9. ἀπέρεισιν] Vulgo, ὅπέρ ἐστιν, quod Stephanus invexit ſumtum ex Leonic. Pol. Schott. Anon. qui, ut ſaltem ſententiam loco adderent, ita correxerant veterem ſcripturam ἅπέρ εἰσιν proditam in omnibus prioribus libris et ſcriptis et editis, Ald. Baſ. Xyl. A. B. C. E. Harl. P. Hinc non dubitavi ἀπέρεισιν edere.

E. 2. ἀπὸ—καταποντίζων] Forte, ὑπὸ τῆς λήθης καὶ καταποντίζων—.

E. 3. πᾶσάν τ' ἄγνοιαν] τ' additum ex C. Similiter cod. Xyl. τι. Idem et Harl. exhibent καταποντίζει, quod non item neceſſe.

præſentibus. Tertia via eſt eorum qui impie et flagitioſe vixerunt, quæ animas in orcum et voraginem detrudit,

Ubi immenſas tenebras eructant
Validi nigræ noctis fluvii,

recipientes et ignorantia atque oblivione occultantes eos qui puniuntur. Non enim vultures ſemper jacentium in terra depaſcuntur jecur; aut enim igni id aut putredine abſumtum eſt: neque ponderum moles geſtandorum fatigant atque conficiunt corpora pœnas luentium;

Non etenim fibris ſunt cinctave carnibus oſſa:

neque reliquiæ ſunt corporum poſt mortem, quæ cruciatus inflictionem ſolidi capere poſſint. Sed revera unicum eos qui male vixerunt manet ſupplicium, obſcuritas et ignoratio, et abolitio in nihilum redigens, et oblivione in fluvium illum illætabilem abripiens, inque abyſſum demergens, et in vaſtiſſimum mare, inutilitate et otio, ignorationeque et obſcuritate omnia involvens.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΜΟΥΣΙΚΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΟΝΗΣΙΚΡΑΤΗΣ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ. ΛΥΣΙΑΣ.

DIALOGI PERSONÆ.

ONESICRATES. SOTERICHUS. LYSIAS.

1131 # ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΠΕΡΙ

ΜΟΥΣΙΚΗΣ.

PLUTARCHI

DE

MUSICA.

B α'. ΗΜΕΝ Φωκίωνος τοῦ χρηστοῦ γυνὴ κόσμον αὐτῆς ἔλεγεν εἶναι
τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα· ἐγὼ δὲ κόσμον ἐμὸν οὐ μόνον
ἴδιον, ἀλλὰ γὰρ καὶ κοινὸν τῶν οἰκείων πάντων, ἡγοῦμαι τὴν τοῦ ἐμοῦ δι-
δασκάλου περὶ λόγους σπουδήν. Τῶν μὲν γὰρ στρατηγῶν τὰ ἐπιφανέστατα
κατορθώματα, σωτηρίας μόνον οἴδαμεν τῆς ἐκ τῶν παραχρῆμα κινδύνων
αἴτια γιγνόμενα στρατιώταις ὀλίγοις, ἢ πόλει μιᾷ, ἢ κἂν ἑνί τινι ἔθνει,
βελτίους δ' οὐδαμῶς ποιοῦντα οὔτε τοὺς στρατιώτας, οὔτε τοὺς πολίτας, ἀλλ'
C οὐδὲ τοὺς ὁμοεθνεῖς· τὴν δὲ παιδείαν, οὐσίαν εὐδαιμονίας οὖσαν, αἰτίαν τ' εὐ-
βουλίας, οὐ μόνον ἐστὶν εὑρεῖν ἢ οἴκῳ, ἢ πόλει, ἢ ἔθνει χρησίμην, ἀλλὰ

I. PHOCIONIS, ejus qui Probus usurpatus est, uxor *Suum ornatum esse* dicebat *mariti sui res præclare gestas:* at ego ornamentum non mihi tantum peculiare, sed cum omnibus familiaribus commune, existimo mei magistri in doctrina bonarum artium diligentiam. Novimus enim imperatorum pulcherrima facinora salutem attulisse duntaxat e præsenti periculo paucis militibus, aut uni sive urbi, sive genti; meliores neutiquam fecisse vel milites istos, vel cives, vel gentiles: at liberalem disciplinam, quæ et felicitatis est materia, et consilii boni effectrix, non familiæ

παντὶ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Ὅσῳ οὖν ἡ ἐκ παιδείας ὠφέλεια μείζων πάντων στρατηγημάτων, τοσούτῳ δὲ ἡ περὶ αὐτῆς μνήμη ἀξία σπουδῆς.

β΄. Τῇ γοῦν δευτέρᾳ τῶν Κρονίων ἡμέρᾳ, ὁ καλὸς Ὀνησικράτης ἐπὶ τὴν ἑστίασιν ἄνδρας Μουσικῆς ἐπιστήμονας παρακεκλήκει· ἦσαν δὲ, Σωτήριχος Ἀλεξανδρεὺς, καὶ Λυσίας, εἷς τις τῶν σύνταξιν παρ᾽ αὐτοῦ λαμβανόντων. Ἐπεὶ δὲ τὰ νομιζόμενα συντετέλεστο, Τὸ μὲν αἴτιον τῆς ἀνθρώπου φωνῆς, ἔφη, ὅ, τι ποτ᾽ ἐστὶν, ὦ ἑταῖροι, νῦν ἐπιζητεῖν, οὐ συμ- D ποτικόν· σχολῆς γὰρ νηφαλιωτέρας δεῖται τὸ θεώρημα· ἐπεὶ δ᾽ ὁρίζονται τὴν φωνὴν οἱ ἄριστοι γραμματικοὶ, ἀέρα πεπληγμένον αἰσθητὸν ἀκοῇ, τυγχάνομέν τε χθὲς ἐζητηκότες περὶ Γραμματικῆς, ὡς τέχνης ἐπιτηδείου γραμμαῖς τὰς φωνὰς δημιουργεῖν, καὶ ταμιεύειν τῇ ἀναμνήσει, ἴδωμεν τίς μετὰ ταύτην δευτέρα πρέπουσα φωνῇ ἐπιστήμη. Οἶμαι δὲ, ὅτι Μουσική. Ὑμνεῖν γὰρ εὐσεβὲς καὶ προηγούμενον ἀνθρώποις τοὺς χαρισαμένους αὐτοῖς μόνοις τὴν ἔναρθρον φωνὴν θεούς. Τοῦτο δὲ καὶ Ὅμηρος ἐπεσημήνατο, ἐν οἷς λέγει,

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο, E
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα, κοῦροι Ἀχαιῶν,
Μέλποντες ἑκάεργον· ὁ δὲ φρένα τέρπετ᾽ ἀκούων.

Ἄγε δὴ, ὦ Μουσικῆς θιασῶται, τίς πρῶτος ἐχρήσατο Μουσικῇ ἀναμνήσατε τοὺς ἑταίρους· καὶ τί εὗρε πρὸς αὔξησιν ταύτης ὁ χρόνος· καὶ τίνες εὐδόκιμοι γεγόνασι τῶν τὴν Μουσικὴν ἐπιστήμην μεταχειρισαμένων· ἀλλὰ μὴν

modo aut urbi vel populo, ſed univerſo generi humano utilem comperias. Quanto igitur ea eſt quam res omnes bellicæ utilior, tanto etiam magis colenda eſt ejus memoria.

II. Enimvero ſecunda Saturnalium die Oneſicrates, homo egregius, ad convivium vocaverat viros Muſicæ ſcientes: erant vero hi Soterichus Alexandrinus, et Lyſias unus eorum qui ab ipſo ſtipendium ſumebant. Poſtquam omnia rite peracta fuerunt, ita ſermonem orſus eſt: Quæ cauſſa ſit humanæ vocis, O ſocii, in convivio quærere non convenit, et magis ſobriam ea quæſtio requirit diſputationem. Sed quoniam optimi grammatici definiunt *vocem, aërem perculſum eſſe, qui auditu ſentiatur*; herique a nobis de Grammatica eſt inquiſitum, ut arte *quæ facultatem habeat voces literis exprimendi, ac memoria tanquam in penu recondendi*; videamus nunc quæ poſt eam proxime ſequatur ſcientia ad vocem pertinens. Eſt autem, niſi fallor, Muſica. Pium enim eſt ac præcipuum hominum hoc ſtudium, laudes canere Deorum, qui ſolis ipſis articulatam vocem ſunt largiti: quod Homerus his verſibus ſignificavit;

Ergo die tota placabant carmine Phœbum
Formoſum Pæeona Achaica turba canentes
Et magni laudes modulantes arcitenentis.
Illius auditu pertentant gaudia pectus.

Agite ergo, O chori muſici ſodales, in memoriam redigite, quis primus Muſica ſit uſus, quid ei tempus adjecerit, qui Muſicam ſcientiam tractando

καὶ εἰς πόσα καὶ εἰς τίνα χρήσιμον τὸ ἐπιτήδευμα. Ταῦτα μὲν εἶπεν ὁ διδάσκαλος.

F γ'. Ὁ δὲ Λυσίας ὑπολαβὼν, Παρὰ πολλοῖς, ἔφη, ἐζητημένον πρό-
βλημα ἐπιζητεῖς, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες. Τῶν τε γὰρ Πλατωνικῶν οἱ
πλεῖστοι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ Περιπάτου φιλοσόφων οἱ ἄριστοι, περί τε τῆς ἀρ-
χαίας Μουσικῆς συντάξαι ἐσπούδασαν, καὶ περὶ τῆς αὐτῇ γεγενημένης
παραφθορᾶς· ἀλλὰ γὰρ καὶ γραμματικῶν καὶ ἁρμονικῶν οἱ ἐπ' ἄκρον
παιδείας ἐληλακότες, πολλὴν σπουδὴν περὶ τοῦτο πεποίηνται. Πολλὴ
γοῦν ἡ τῶν συντεταχότων διαφωνία. Ἡρακλείδης δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ
τῶν ἐν Μουσικῇ, τὴν κιθαρῳδίαν καὶ τὴν κιθαρῳδικὴν ποίησιν πρῶτόν φησιν
1132 Ἀμφίονα ἐπινοῆσαι, τὸν Διὸς καὶ Ἀντιόπης, τοῦ πατρὸς δηλονότι διδάξ-
αντος αὐτόν. Πιστοῦται δὲ τοῦτο ἐκ τῆς ἀναγραφῆς τῆς ἐν Σικυῶνι ἀπο-
κειμένης, δι' ἧς τάς τε ἱερείας τὰς ἐν Ἄργει καὶ τοὺς ποιητὰς καὶ τοὺς
Μουσικοὺς ὀνομάζει. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν καὶ Λίνον τὸν ἐξ Εὐβοίας
θρήνους πεποιηκέναι λέγει, καὶ Ἄνθην τὸν ἐξ Ἀνθηδόνος τῆς Βοιωτίας,
ὕμνους· καὶ Πίερον τὸν ἐκ Πιερίας, τὰ περὶ τὰς Μούσας ποιήματα· ἀλλὰ
καὶ Φιλάμμωνα τὸν Δελφὸν, Λητοῦς τε καὶ Ἀρτέμιδος, καὶ Ἀπόλλωνος
γένεσιν δηλῶσαι ἐν μέλεσι, καὶ χοροὺς πρῶτον περὶ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν
B στῆσαι· Θάμυριν δὲ τὸ γένος Θρᾶκα, εὐφωνότερον καὶ ἐμμελέστερον πάν-

F. 4. αὐτῇ—παραφθορᾶς] αὐτῇ ſumſi a Xyl. Vulgo αὐτῆς, quod Steph. habuit ex Leonic. Schott. nec diſſentiunt K. et tertius Pariſ. nam Ald. Baſ. E. habent αὐτοῖς. Ceterum παραφορᾶς eſt in P. Leonic. Jannot. Pariſ. 2.

A. 7. Δελφὸν] Sic omnes ſcripti E. K. Pariſ. 1. 2. 3. T. V. Leonic. Schott. item interpretes Valgulius, Amiot. Xyl. At editi libri omnes, ne Buretto quidem excepto, ἀδελφόν.

nobiles exſtiterint; nec non et ad quot quantaſque res Muſica ſit utilis. Hæc dixit magiſter.

III. Lyſias ſermonem excipiens, Quæſtionem, inquit, bone Oneſicrates, proponis a multis agitatam. Nam et Platonicorum plerique, et Peripateticorum præſtantiſſimi de veteri Muſica, et quæ ei accidit corruptela, ſcribendi laborem ſuſceperunt. Sed et Grammaticorum atque Harmonicorum doctiſſimi multum in eam rem ſtudii impenderunt. Magna vero eſt eorum qui de hac ſcripſerunt diſſenſio. Heraclides in libro, cui nomen eſt Collectio Rerum Muſicarum, citharæ cantum ejuſque artem excogitatam primum perhibet ab Amphione Jovis et Antiopæ filio, patre nimirum docente. Atque fidem facit huic ſententiæ ex Commentario qui Sicyone ſervatur, ex quo et ſacerdotes Argivas, et Poëtas, et Muſicos nominat. Eadem tempeſtate Linum ex Eubœa oriundum ait Threnos, id eſt, lugubria carmina feciſſe; et Anthem Anthedone Bœotica natum Hymnos; et Pierium e Pieria de Muſis poëmata. Philammonem quoque Delphum Latonæ, Dianæ, et Apollinis natales carmine explicaſſe, et ab eo primum choros apud Delphicum templum fuiſſe inſtitutos: Thamyrin autem, Thracem genere, vocalius et elegantius omnibus ea ætate ceciniſſe;

των τῶν τότε ᾆσαι, ὡς ταῖς Μούσαις, κατὰ τοὺς ποιητὰς, εἰς ἀγῶνα καταστῆναι· πεποιηκέναι δὲ τοῦτον ἱστορεῖται Τιτάνων πρὸς τοὺς θεοὺς πόλεμον· γεγονέναι δὲ καὶ Δημόδοκον Κερκυραῖον παλαιὸν Μουσικὸν, ὃν πεποιηκέναι Ἰλίου τε πόρθησιν, καὶ Ἀφροδίτης καὶ Ἡφαίστου γάμον· ἀλλὰ μὴν καὶ Φήμιον Ἰθακήσιον, νόστον τῶν ἀπὸ Τροίας μετ' Ἀγαμέμνονος ἀνακομισθέντων ποιῆσαι· οὐ λελυμένην δὲ εἶναι τῶν προειρημένων τὴν τῶν ποιημάτων λέξιν, καὶ μέτρον οὐκ ἔχουσαν, ἀλλὰ καθάπερ Στησιχόρου τε καὶ τῶν ἀρχαίων μελοποιῶν, οἳ ποιοῦντες ἔπη, τούτοις μέλη περιετίθεσαν· καὶ C
γὰρ τὸν Τέρπανδρον, ἔφη, κιθαρῳδικῶν ποιητὴν ὄντα νόμων, κατὰ νόμον ἕκαστον τοῖς ἔπεσι τοῖς ἑαυτοῦ καὶ τοῖς Ὁμήρου μέλη περιτιθέντα, ᾄδειν ἐν τοῖς ἀγῶσιν· ἀποφῆναι δὲ τοῦτον λέγει ὀνόματα πρῶτον τοῖς κιθαρῳδικοῖς νόμοις· ὁμοίως δὲ Τερπάνδρῳ Κλονᾶν, τὸν πρῶτον συστησάμενον τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ τὰ προσόδια, ἐλεγείων τε καὶ ἐπῶν ποιητὴν γεγονέναι· καὶ Πολύμνηστον τὸν Κολοφώνιον τὸν μετὰ τοῦτον γενόμενον τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ποιήμασιν.

δʹ. Οἱ δὲ νόμοι οἱ κατὰ τούτους, ἀγαθὲ Ὀνησίκρατες, αὐλῳδικοὶ ἦσαν, D
Ἀπόθετος, Ἔλεγοι, Κωμάρχιος, Σχοινίων, Κηπίων τε καὶ Δεῖος, καὶ Τριμελής· ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ καὶ τὰ Πολυμνάστια καλούμενα ἐξευρέθη. Οἱ δὲ

B. 8. Στησιχόρου] ἢ articulum ab Auctore præmiſſum fuiſſe, non dubito.

C. 6. προσόδια] Ita Pariſ. 3. probante Buretto: itaque verti. Vulgo, προσῴδια.

D. 2. Δεῖος] Non placet viris doctis. Salmaſius conjicit Λύδιος: Burettus Τεῖος, vel Τενέδιος quod vertendo reddidit, ſecutus Amiotum. Eadem ratione corrigas Λεῖος.

unde eum poëtæ cum Muſis certamen iniviſſe dixerint; fertur autem poëma ſcripſiſſe de Titanum bello adverſus Deos. Fuiſſe etiam Demodocum Corcyræum veterem Muſicum, qui carmine expreſſerit Ilii excidium, et Veneris cum Vulcano nuptias. Sed et Phemium Ithacenſem de reditu eorum qui cum Agamemnone fuerant ad Trojam profecti verſus feciſſe. Neque vero jam commemoratorum poëmatum ſolutam fuiſſe dictionem, aut quæ menſura careret; ſed Steſichori aliorumque veterum Lyricorum poëmatis ſimilem, qui verſibus modos quibus canerentur adjecerunt. Nam et Terpandrum ait citharœdicorum poëtam nomorum ſuis et Homeri verſibus, ad certum cuique nomum modos cantilenæ impoſuiſſe, verſuſque ita in certaminibus ceciniſſe; eundemque primum modis citharœdicis nomina impoſuiſſe. Simile Terpandri ſtudio ſtudium fuiſſe Clonæ, qui princeps tibicinum nomos et Aditiales modos inſtituit, ſcriptor Elegiarum et Epicorum carminum. Eodemque poëmatis uſum genere Polymneſtum Colophonium, qui ætate fuit poſterior.

IV. Nomi autem, mi Oneſicrates, quibus illi uterentur, tibicinum, fuerunt Apothetus, Elegi, Comarchius, Schœnion, Cepion, Deius, Trimeles, ſive triplex. Poſtea temporis etiam inventa ſunt Polymnaſtia quæ vocantur. At citharœdicæ

τῆς κιθαρῳδίας νόμοι πρότερον πολλῷ χρόνῳ τῶν αὐλῳδικῶν κατεστάθησαν ἐπὶ Τερπάνδρου· ἐκεῖνος γοῦν τοὺς κιθαρῳδικοὺς πρότερος ὠνόμασε, Βοιώτιόν τινα καὶ Αἰόλιον, Τροχαῖόν τε καὶ Ὀξὺν, Κηπίωνά τε καὶ Τερπάνδρειον καλῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ Τετραοίδιον· πεποίηται δὲ τῷ Τερπάνδρῳ
E καὶ προοίμια κιθαρῳδικὰ ἐν ἔπεσιν. Ὅτι δὲ οἱ κιθαρῳδικοὶ νόμοι οἱ πάλαι ἐξ ἐπῶν συνίσταντο, Τιμόθεος ἐδήλωσε· τοὺς γοῦν πρώτους νόμους ἐν ἔπεσι διαμιγνύων, διθυραμβικὴν λέξιν ᾖδεν, ὅπως μὴ εὐθὺς φανῇ παρανομῶν εἰς τὴν ἀρχαίαν Μουσικήν. Ἔοικε δὲ κατὰ τὴν τέχνην τὴν κιθαρῳδικὴν ὁ Τέρπανδρος διενηνοχέναι· τὰ Πύθια γὰρ τετράκις ἑξῆς νενικηκὼς ἀναγέγραπται· καὶ τοῖς χρόνοις δὲ σφόδρα παλαιός ἐστι· πρεσβύτερον γοῦν αὐτὸν Ἀρχιλόχου ἀποφαίνει Γλαῦκος ὁ ἐξ Ἰταλίας, ἐν συγγράμματί τινι τῷ περὶ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ Μουσικῶν· φησὶ γὰρ, αὐτὸν
F δεύτερον γενέσθαι μετὰ τοὺς πρώτους ποιήσαντας αὐλῳδίαν.

ε΄. Ἀλέξανδρος δ' ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν περὶ Φρυγίας, κρούματα Ὄλυμπον, ἔφη, πρῶτον εἰς τοὺς Ἕλληνας κομίσαι, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἰδαίους δακτύλους· Ὕαγνιν δὲ πρῶτον αὐλῆσαι, εἶτα τὸν τούτου υἱὸν Μαρσύαν, εἶτα Ὄλυμπον· ἐζηλωκέναι δὲ τὸν Τέρπανδρον Ὁμήρου μὲν τὰ ἔπη, Ὀρφέως δὲ τὰ μέλη. Ὁ δὲ Ὀρφεὺς οὐδένα φαίνεται μεμιμημένος· οὐδεὶς γάρ πω γεγένητο, εἰ μὴ οἱ τῶν αὐλῳδικῶν ποιηταί· τούτοις δὲ κατ'
1133 οὐθὲν τὸ Ὀρφικὸν ἔργον ἔοικεν. Κλονᾶς δὲ ὁ τῶν αὐλῳδικῶν νόμων

E. 8. τινι τῷ] Alterutrum delendum. K. habet τινι τῶν, pejus etiam vulgato.

artis nomi multo ante tibicinum nomos tempore instituti sunt a Terpandro. Is ergo citharœdicis nomina fecit Bœotium, Æolium, Trochæum, Acutum, Cepionem, Terpandrium, Tetraœdium. Fecit etiam Terpander procemia, id est, hymnos, ad citharæ cantum, versu hexametro. Quod autem citharœdici nomi antiquitus hexametris versibus constiterint, Timotheus declaravit; qui primos nomos hexametris permiscens, dithyrambicam cantavit dictionem, ne prima fronte videretur veterem Musicam violare. Apparet autem Terpandrum citharœdica arte excelluisse; nam quater vicisse Pythia deinceps scribitur. Admodum vero antiquus est. Nam Glaucus Italus, quodam in libro De Veteribus Poëtis et Musicis, priorem eum Archilocho pronunciat: ait enim, eum secundum exstitisse post eos qui primi tibiis canere instituerunt.

V. Alexander in Collectaneis de Phrygia, primum Olympum asserit in Græciam pulsationem fidium intulisse, deinde Idæos Dactylos: Hyagnidem primum tibia cecinisse; post Marsyam hujus filium, inde Olympum: Terpandrum porro æmulatum esse Homeri Epicos versus, Orphei cantilenas. Orpheus autem neminem videtur imitatus: nemo enim tunc natus fuit, extra poëtas, qui facerent ea quæ tibiis canerentur; horum autem cum opere Orphicum nihil habet simile.

ποιητής, ὁ ὀλίγῳ ὕστερον Τερπάνδρου γενόμενος, ὡς μὲν Ἀρκάδες λέγουσι, Τεγεάτης ἦν, ὡς δὲ Βοιωτοί, Θηβαῖος. Μετὰ δὲ Τέρπανδρον καὶ Κλονᾶν Ἀρχίλοχος παραδίδοται γενέσθαι. Ἄλλοι δέ τινες τῶν συγγραφέων Ἄρδαλόν φασι Τροιζήνιον πρότερον Κλονᾶ τὴν αὐλῳδικὴν συστήσασθαι μοῦσαν· γεγονέναι δὲ καὶ Πολύμνηστον ποιητήν, Μέλητος τοῦ Κολοφωνίου υἱόν· ὃν Πολύμνηστόν τε καὶ Πολυμνήστην νόμους ποιῆσαι. Περὶ δὲ Κλονᾶ ὅτι τὸν Ἀπόθετον νόμον καὶ Σχοινίωνα πεποιηκὼς εἴη, μνημονεύουσιν οἱ ἀναγεγραφότες· τοῦ δὲ Πολυμνήστου καὶ Πίνδαρος καὶ Ἀλκμὰν οἱ τῶν B
μελῶν ποιηταὶ ἐμνημόνευσαν· τινὰς δὲ τῶν νόμων τῶν κιθαρῳδικῶν τῶν ὑπὸ Τερπάνδρου πεποιημένων Φιλάμμωνά φασι τὸν ἀρχαῖον τὸν Δελφὸν συστήσασθαι.

ς'. Τὸ δ' ὅλον ἡ μὲν κατὰ Τέρπανδρον κιθαρῳδία, καὶ μέχρι τῆς Φρύνιδος ἡλικίας παντελῶς ἁπλῆ τις οὖσα διετέλει· οὐ γὰρ ἐξῆν τὸ παλαιὸν οὕτω ποιεῖσθαι τὰς κιθαρῳδίας ὡς νῦν, οὐδὲ μεταφέρειν τὰς ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμούς· ἐν γὰρ τοῖς νόμοις ἑκάστῳ διετήρουν τὴν οἰκείαν τάσιν· διὸ καὶ ταύτην ἐπωνυμίαν εἶχον· νόμοι γὰρ προσηγορεύθησαν, ἐπειδὴ C
οὐκ ἐξῆν παραβῆναι καθ' ἕκαστον νενομισμένον εἶδος τῆς τάσεως. Τὰ γὰρ πρὸς τοὺς θεοὺς ὡς βούλονται ἀφοσιωσάμενοι, ἐξέβαινον εὐθὺς ἐπί τε τὴν Ὁμήρου καὶ τῶν ἄλλων ποίησιν. Δῆλον δὲ τοῦτ' ἐστὶ διὰ τῶν Τερπάνδρου προοιμίων. Ἐποιήθη δὲ καὶ τὸ σχῆμα τῆς κιθάρας πρῶτον

C. 3. ὡς βούλονται] Hoc loco ineptum videtur, et paulo ſuperius reponendum παραβῆναι ὡς ἐβούλοντο καθ' ἕκαστον—.

Clonas vero tibicinum nomos qui fecit, paulo poſterior Terpandro, fuit patria Tegeates, ſi Arcadibus credimus; Thebanum enim Bœoti affirmant. Poſt Terpandrum et Clonam Archilochus extitiſſe traditur. Alii nonnulli ſcriptores Ardalum aiunt Trœzenium Clona priorem tibicinum inſtituiſſe Muſicam. Fuiſſe etiam Polymneſtum poëtam Meletis Colophonii filium qui Polymneſtum et Polymneſtam nomos fecerit. Quod autem Apothetum et Schœnionem nomos fecerit Clonas, ſcriptores Recenſionum memorant; Polymneſti mentionem Pindarus et Alcman, Lyrici, faciunt. Et quoſdam citharœdicorum nomorum a Terpandro factorum, Philammonem Delphum veterem aiunt compoſuiſſe.

VI. In ſumma autem, citharœdica Muſica, Terpandri ætate uſurpata, etiam uſque ad Phrynidis tempora plane ſimplex perduravit. Neque enim antiquitus, ut nunc, licebat cithara canere; neque harmonias ſive concentus, neque rhythmos ſive numeros, transferre. Nam in quovis nomo propriam conſervabant intentionem; atque hinc *nomi* dicti ſunt, hoc eſt, leges; quod unoquoque in genere non licebat tranſgredi præſcriptam intentionem. Etenim ubi Deorum veneratione erant ſuo arbitrio defuncti, tum ſtatim ad Homeri et aliorum poëmata tranſibant: idque manifeſtum eſt ex procemiis Terpandri. Figura etiam citharæ

κατὰ Κηπίωνα τὸν Τερπάνδρου μαθητήν· ἐκλήθη δὲ Ἀσιάς, διὰ τὸ κεχρῆσθαι τοὺς Λεσβίους αὐτῇ κιθαρῳδοὺς πρὸς τῇ Ἀσίᾳ κατοικοῦντας. Τελευταῖον δὲ Περίκλειτόν φασι κιθαρῳδὸν νικῆσαι ἐν Λακεδαίμονι
D Κάρνεια, τὸ γένος ὄντα Λέσβιον· τούτου δὲ τελευτήσαντος τέλος λαβεῖν Λεσβίοις τὸ συνεχὲς τῆς κατὰ τὴν κιθαρῳδίαν διαδοχῆς. Ἔνιοι δὲ πλανώμενοι νομίζουσι κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρου Ἱππώνακτα γεγονέναι· φαίνεται δὲ Ἱππώνακτος καὶ Περίκλειτος ὢν πρεσβύτερος.

ζ'. Ἐπεὶ δὲ τοὺς αὐλῳδικοὺς νόμους καὶ κιθαρῳδικοὺς ὁμοῦ τοὺς ἀρχαίους ἐμπεφανίκαμεν, μεταβησόμεθα ἐπὶ μόνους τοὺς αὐλῳδικούς. Λέγεται γὰρ τὸν προειρημένον Ὄλυμπον, αὐλητὴν ὄντα τῶν ἐκ Φρυγίας, ποιῆσαι νόμον αὐλητικὸν εἰς Ἀπόλλωνα τὸν καλούμενον Πολυκέφαλον. Εἶναι δὲ
E τὸν Ὄλυμπον τοῦτόν φασιν ἕνα τῶν ἀπὸ τοῦ πρώτου Ὀλύμπου τοῦ Μαρσύου πεποιηκότος εἰς τοὺς θεοὺς τοὺς νόμους· τοῦτον γὰρ παιδικὰ γενόμενος Μαρσύου, καὶ τὴν αὔλησιν μαθὼν παρ' αὐτοῦ, τοὺς νόμους τοὺς ἁρμονικοὺς ἐξήνεγκεν εἰς τὴν Ἑλλάδα, οἷς νῦν χρῶνται οἱ Ἕλληνες ἐν ταῖς ἑορταῖς τῶν θεῶν. Ἄλλοι δὲ Κράτητος εἶναί φασι τὸν Πολυκέφαλον νόμον, γενομένου μαθητοῦ Ὀλύμπου. Ὁ δὲ Πρατίνας Ὀλύμπου φησὶν εἶναι τοῦ νεωτέρου τὸν νόμον τοῦτον. Τὸν δὲ καλούμενον Ἁρμάτιον νόμον λέγεται ποιῆσαι ὁ πρῶτος

C. 6. Ἀσιάς;] Sic E. K. Ald. Bas. Xyl. At Steph. et ceteri Ἀσίας. Neque hoc nullius momenti: vid. Kuster. ad Aristoph. Eccles. 126.

D. 3. κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρου] Postremum hoc recepi ex Paris. 2. loco vulgati Τερπάνδρῳ. Alioquin corrigendum erat κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Τερπάνδρῳ.

D. 6. μόνους] Sic E. Paris. 1. 2. 3. P. Amiot. probante Buretto. Vulgo, νόμους.

E. 1. Μαρσύου πεποιηκότος] Interponendum τοῦ, quod referatur ad antiquiorem Olympum.

primum facta est sub Cepione, Terpandri discipulo; et vocabatur Asiatica, quia Lesbii citharœdi ad Asiam accolentes ea uterentur. Ad extremum fertur Periclitus citharœdus Lacedæmone vicisse Carnia, domo Lesbius: quo mortuo, continuam citharœdorum apud Lesbios desiisse successionem. Quidam falso putant Hipponactem fuisse Terpandri ætate: cum etiam Periclitus Hipponactem præcessisse videatur.

VII. Sed quoniam simul veteres tibicinum et citharœdorum nomos retulimus, transibimus jam ad tibicinum solos. Traditum est enim Olympum, de quo diximus, cum esset tibicen e Phrygia, tibicinum nomum fecisse in Apollinem, qui *Polycephalus*, id est, Multiceps, diceretur: hunc Olympum aiunt unum fuisse eorum qui descenderunt a primo Olympo Marsyæ discipulo, qui nomos in Deos fecit: is enim cum amasius fuisset Marsyæ, et ab eo artem tibia canendi didicisset, harmonicos nomos in Græciam intulit, quibus nunc Græci utuntur in feriis deorum. Alii Cratetem Polycephali nomi auctorem faciunt, qui Olympi fuit discipulus. Pratinas Olympo juniori tribuit. Harmatium autem nomum, dicitur pri-

Ὄλυμπος ὁ Μαρσύου μαθητής. Τὸν δὲ Μαρσύαν φασί τινες Μάσσην F
καλεῖσθαι· οἱ δ᾽ οὔ, ἀλλὰ Μαρσύαν· εἶναι δ᾽ αὐτὸν Ὑάγνιδος υἱὸν τοῦ
πρώτου εὑρόντος τὴν αὐλητικὴν τέχνην. Ὅτι δ᾽ ἐστὶν Ὀλύμπου ὁ Ἁρμάτιος νόμος, ἐκ τῆς Γλαύκου Ἀναγραφῆς τῆς ὑπὲρ τῶν ἀρχαίων ποιητῶν, μάθοι ἄν τις· καὶ ἔτι γνοίη ὅτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, οὔτε Ὀρφέα, οὔτε Τέρπανδρον, οὔτε Ἀρχίλοχον, οὔτε Θαλήταν ἐμιμήσατο, ἀλλ᾽ Ὄλυμπον, χρησάμενος τῷ Ἁρματίῳ νόμῳ καὶ τῷ κατὰ δάκτυλον εἴδει, ὅ τινες ἐξ Ὀρθίου νόμου φασὶν εἶναι. Ἄλλοι δέ τινες ὑπὸ Μυσῶν εὑρῆσθαι τοῦτον τὸν νόμον· γεγονέναι γάρ τινας ἀρχαίους αὐλητὰς Μυσούς.

η΄. Καὶ ἄλλος δ᾽ ἐστὶν ἀρχαῖος νόμος, καλούμενος Κραδίας, ὅν φησιν 1134
Ἱππῶναξ Μίμνερμον αὐλῆσαι. Ἐν ἀρχῇ γὰρ ἐλεγεῖα μεμελοποιημένα οἱ αὐλῳδοὶ ᾖδον· τοῦτο δὲ δηλοῖ ἡ τῶν Παναθηναίων γραφὴ ἡ περὶ τοῦ μουσικοῦ ἀγῶνος. Γέγονε δὲ καὶ Σακάδας Ἀργεῖος ποιητὴς μελῶν τε καὶ ἐλεγείων μεμελοποιημένων· ὁ δ᾽ αὐτὸς, καὶ ποιητὴς ἀγαθὸς, καὶ τὰ Πύθια τρὶς νενικηκὼς ἀναγέγραπται· τούτου καὶ Πίνδαρος μνημονεύει· τόνων γοῦν τριῶν ὄντων κατὰ Πολύμνηστον καὶ Σακάδαν, τοῦ τε Δωρίου καὶ Φρυγίου καὶ Λυδίου, ἐν ἑκάστῳ τῶν εἰρημένων τόνων στροφὰν ποιήσαντά φασι
τὸν Σακάδαν, διδάξαι ᾄδειν τὸν χορὸν, Δωριστὶ μὲν τὴν πρώτην, Φρυγιστὶ B
δὲ τὴν δευτέραν, Λυδιστὶ δὲ τὴν τρίτην· καλεῖσθαι δὲ Τριμερῆ τὸν νόμον

F. 6. Ἀρχίλοχον] Hoc ipsa veritas postulat, et monuit Burettus. Omnes et libri et interpretes Ἀντίλοχον.
F. 7. ὅ τινες] Ita interpretes Valgul. Amiot. Xyl. Burett. Omnes libri vitiose οἵ τινες.
A. 5. ποιητὴς ἀγαθὸς,] ποιητὴς repetitum displicet: librarii, opinor, incogitantia ortum ex vera lectione αὐλητὴς.
B. 2. τριμερῆ—τριμερὲς] Ita omnes libri: at Burett. vertit τριμελῆς—τριμελῶς.

mus fecisse Olympus, Marsyæ discipulus. Marsyam quidam Massen appellatum, alii Marsyam dicunt: esse autem Hyagnidis filium, ejus qui primus artem tibia canendi invenit. Olympi autem esse Harmatium nomum, ex Glauci Veterum Poëtarum Recensione cognosci potest; tum hoc, Stesichorum Himeræum neque Terpandri fuisse imitatorem, neque Archilochi, neque Thaletæ, sed Olympi: usum nomo Harmatio, et ea specie quæ dactylo procedit, quam alii de Orthio nomo esse volunt. Alii quidam a Mysis inventum nomum illum aiunt; nam veteres fuisse Mysos tibicines.

VIII. Est et alius antiquus nomus, qui Cradias dicitur, quem tibia Mimnermus cecinit, ut ait Hipponax. Initio enim Elegias modulatas tibicines canebant: quod Panathenæorum descriptio indicat, ubi de musico certamine verba fiunt. Fuit et Sacadas Argivus, qui Odas et Elegias modulatas scripsit: idemque bonus poëta ter vicisse Pythia in Recensionibus traditur: ejusque etiam Pindarus mentionem facit. Cum ergo de sententia Polymnesti et Sacadæ tria sint tonorum genera, Dorium, Phrygium, Lydium; ferunt Sacadam in unoquoque horum fecisse stropham, docuisseque chorum canere Dorice primam, Phrygice secundam, tertiam Lydio tono; atque hunc nomum fuisse ob mutationem dictum *Tripartitum.*

τοῦτον διὰ τὴν μεταβολήν. Ἐν δὲ τῇ ἐν Σικυῶνι Ἀναγραφῇ τῇ περὶ τῶν ποιητῶν Κλονᾶς εὑρετὴς ἀναγέγραπται τοῦ τριμεροῦς νόμου.

θ'. Ἡ μὲν οὖν πρώτη κατάστασις τῶν περὶ τὴν Μουσικὴν ἐν τῇ Σπάρτῃ, Τερπάνδρου καταστήσαντος, γεγένηται· τῆς δευτέρας δὲ Θαλήτας τε ὁ Γορτύνιος, καὶ Ξενόδαμος ὁ Κυθήριος, καὶ Ξενόκριτος. ὁ Λοκρὸς, καὶ Πολύμνηστος ὁ Κολοφώνιος, καὶ Σακάδας ὁ Ἀργεῖος, μάλιστα αἰτίαν
C ἔχουσιν ἡγεμόνες γενέσθαι· τούτων γὰρ εἰσηγησαμένων τὰ περὶ τὰς γυμνοπαιδίας τὰς ἐν Λακεδαίμονι, λέγεται καταστῆναι τὰ περὶ τὰς ἀποδείξεις τὰς ἐν Ἀρκαδίᾳ, τῶν τε ἐν Ἄργει τὰ ἐνδυμάτια καλούμενα. Ἦσαν δὲ οἱ περὶ Θαλήταν τε καὶ Ξενόδαμον καὶ Ξενόκριτον, ποιηταὶ Παιάνων· οἱ δὲ περὶ Πολύμνηστον, τῶν ὀρθίων καλουμένων· οἱ δὲ περὶ Σακάδαν, Ἐλεγείων. Ἄλλοι δὲ Ξενόδαμον Ὑπορχημάτων ποιητὴν γεγονέναι φασὶ καὶ οὐ Παιάνων, καθάπερ Πρατίνας· καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ Ξενοδάμου ἀπομνημονεύεται ᾆσμα ὅ ἐστι φανερῶς Ὑπόρχημα. Κέχρηται δὲ τῷ γένει τῆς
D ποιήσεως ταύτης καὶ Πίνδαρος· ὁ δὲ Παιὰν ὅτι διαφορὰν ἔχει πρὸς τὰ Ὑπορχήματα, τὰ Πινδάρου ποιήματα δηλώσει· γέγραφε γὰρ καὶ Παιᾶνας καὶ Ὑπορχήματα.

ι'. Καὶ Πολύμνηστος δὲ αὐλῳδικοὺς νόμους ἐποίησεν· ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ τῇ μελοποιΐᾳ κέχρηται, καθάπερ οἱ ἁρμονικοί φασιν· οὐκ ἔχομεν δ' ἀκριβῶς εἰπεῖν· οὐ γὰρ εἰρήκασιν οἱ ἀρχαῖοί τι περὶ τούτου. Καὶ περὶ Θαλήτα

C. 2. καταστῆναι] Forte rectius sit κατασταθῆναι, quod habent E. K. Paris. 1. 2. 3. P.
D. 4. ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ] ἐν δὲ τῷ ὀρθίῳ νόμῳ Venet. E. Paris. 2. 3. P.

In Fastis vero seu Recensione poëtarum quæ Sicyone est, Tripartiti hujus nomi auctor fertur Clonas.

IX. Prima proinde Musicæ constitutio Spartæ facta est a Terpandro. Secundæ auctores hi potissimum memorantur; Thaletas Gortynius, Xenodamus Cytherius, Xenocritus Locrensis, Polymnestus Colophonius, Sacadas Argivus. Cum enim hi introduxissent gymnopædias, hoc est, ea quæ accinerentur nudis corporum exercitationibus; in Arcadia traduntur institutæ fuisse Demonstrationes quæ dicuntur, et Argis quæ *Endymatia* sive *Indumenta* appellant. Fuerunt autem Thaletas, Xenodamus, et Xenocritus Pæanum scriptores; Polymnestus carmina composuit quæ *Orthia* dicebantur; Sacadas Elegias. Alii Xenodamum non Pæanas scripsisse aiunt, sed Hyporchemata; in quorum numero est Pratinas: ipsiusque adeo Xenodami cantilena memoriæ prodita est, quæ non obscure Hyporchema sit. Usus est hoc genere poematis etiam Pindarus. Differre autem Pæanem ab Hyporchemate, carmina Pindari docent, qui utrumque scripsit.

X. Et Polymnestus tibinos nomos fecit: in Orthio lyricis est usus modulis, ut quidem Harmonici aiunt: non enim certum possumus pronunciare, cum antiqui hac de re nihil quicquam prodiderint. De Thaleta etiam Cretense dubium

δὲ τοῦ Κρητός, εἰ Παιάνων γεγένηται ποιητής, ἀμφισβητεῖται. Γλαῦκος γὰρ
μετ' Ἀρχίλοχον φάσκων γεγενῆσθαι Θαλήταν, μεμιμῆσθαι μὲν αὐτόν
φησι τὰ Ἀρχιλόχου μέλη, ἐπὶ δὲ τὸ μακρότερον ἐκτεῖναι, καὶ Μάρωνα
καὶ Κρητικὸν ῥυθμὸν εἰς τὴν μελοποιΐαν ἐνθεῖναι· οἷς Ἀρχίλοχον μὴ E
κεχρῆσθαι, ἀλλ' οὐδὲ Ὀρφέα, οὐδὲ Τέρπανδρον· ἐκ γὰρ τῆς Ὀλύμπου
αὐλήσεως, Θαλήταν φασὶν ἐξειργάσθαι ταῦτα, καὶ δόξαι ποιητὴν ἀγαθὸν
γεγονέναι. Περὶ δὲ Ξενοκρίτου, ὃς ἦν τὸ γένος ἐκ Λοκρῶν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ,
ἀμφισβητεῖται εἰ Παιάνων ποιητὴς γέγονεν· ἡρωϊκῶν γὰρ ὑποθέσεων πράγ-
ματα ἐχουσῶν ποιητὴν γεγονέναι φασὶν αὐτόν· διὸ καί τινας διθυράμβους F
καλεῖν αὐτοῦ τὰς ὑποθέσεις· πρεσβύτερον δὲ τῇ ἡλικίᾳ φησὶν ὁ Γλαῦκος
Θαλήταν Ξενοκρίτου γεγονέναι.

ια'. Ὄλυμπος δέ, ὡς Ἀριστόξενός φησιν, ὑπολαμβάνεται ὑπὸ τῶν
μουσικῶν τοῦ ἐναρμονίου γένους εὑρετὴς γεγενῆσθαι· τὰ γὰρ πρὸ ἐκείνου πάντα,
διάτονα καὶ χρωματικὰ ἦν. Ὑπονοοῦσι δὲ τὴν εὕρεσιν τοιαύτην τινὰ
γενέσθαι· ἀναστρεφόμενον τὸν Ὄλυμπον ἐν τῷ διατόνῳ, καὶ διαβιβάζοντα
τὸ μέλος πολλάκις ἐπὶ τὴν διάτονον παρυπάτην, τοτὲ μὲν ἀπὸ τῆς παρα-
μέσης, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῆς μέσης, καὶ παραβαίνοντα τὴν διάτονον λιχανόν, κατα-
μαθεῖν τὸ κάλλος τοῦ ἤθους, καὶ οὕτω τὸ ἐκ τῆς ἀναλογίας συνεστηκὸς
σύστημα θαυμάσαντα καὶ ἀποδεξάμενον, ἐν τούτῳ ποιεῖν ἐπὶ τοῦ Δωρίου 1135
τόνου· οὔτε γὰρ τῶν τοῦ διατόνου ἰδίων, οὔτε τῶν τοῦ χρώματος ἅπτεσθαι, ἀλλὰ

E. 5. πράγματα] Perperam Burettus in φρυάγματα mutare ſtudet. Recte ceperat ſententiam Valgulius.
A. 2. ἀλλὰ οὐδὲ] Burettus corrigendum judicat ἀλλὰ ἤδη : eum ſecutus ſum in loco vertendo.

eſt, an Pæanas ſcripſerit. Nam Glaucus poſt Archilochum fuiſſe Thaletam affirmans, imitatum eum Odas Archilochi fatetur, prolixius tamen extendiſſe, et Maronem ac Cretenſem rhythmum Odarum poëſi inſeruiſſe; quibus neque Orpheus uſus fuerit, neque Terpander, neque Archilochus: hæc enim ex Olympi tibina Muſica aiunt Thaletam depromſiſſe, bonique tibicinis laudem inveniſſe. De Xenocrito præterea, Locris Italicis oriundo, controverſia eſt, an is Pæanas compoſuerit; ferunt enim eum carmina ſcripſiſſe, quorum heroica fuerint res geſtas habentia argumenta; eaque ob hanc cauſſam fuiſſe a quibuſdam Dithyrambos nominata. Eundem Glaucus Thaleta poſteriorem fuiſſe ſcribit.

XI. Porro autem Olympus, ut ait Ariſtoxenus, a Muſicis putatur Enharmonii generis fuiſſe repertor; nam ante ipſum omnia Diatona fuerunt, et Chromatica. Suſpicantur autem Olympum ſic inveniſſe: cum verſaretur in Diatono genere, et carmen ſæpe tranferret in Diatonum parypatem, hoc eſt ſummæ proximam chordam, nunc ab ipſa media, nunc ab ei proxima chorda, præteriretque lichanon Diatoni chordam, deprehendiſſe ejus moris elegantiam, miratumque et amplexum Syſtema, quod ea conſtitueretur proportione, id in Dorio uſurpaſſe tono. Non enim eum in hoc ſyſtemate vel ea quæ Diatoni ſunt

ἤδη τῆς τ' ἁρμονίας· εἶναι δ' αὐτῷ τὰ πρῶτα τῶν ἐναρμονίων τοιαῦτα.
Τιθέασι γὰρ τούτων πρῶτον τὸν Σπονδεῖον, ἐν ᾧ οὐδεμία τῶν διαιρέσεων
τὸ ἴδιον ἐμφαίνει, εἰ μή τις εἰς τὸν συντονώτερον σπονδειασμὸν βλέπων
αὐτὸ τοῦτο διάτονον εἶναι ἀπεικάσῃ. Δῆλον δ' ὅτι καὶ ψεῦδος καὶ ἐκμελὲς
θήσει ὁ τοιοῦτο τιθείς· ψεῦδος μὲν, ὅτι διέσει ἔλαττόν ἐστι τόνου τοῦ περὶ τὸν
B ἡγεμόνα κειμένου· ἐκμελὲς δὲ, ὅτι καὶ εἴ τις ἐν τῇ τοῦ τονιαίου δυνάμει
τιθείη τὸ τοῦ συντονωτέρου σπονδειασμοῦ ἴδιον, συμβαίνοι ἂν δύο ἑξῆς τίθεσθαι
διάτονα, τὸ μὲν, ἀσύνθετον, τὸ δὲ, σύνθετον· τὸ γὰρ ἐν ταῖς μέσαις ἐν-
αρμόνιον πυκνὸν, ᾧ νῦν χρῶνται, οὐ δοκεῖ τοῦ ποιητοῦ εἶναι. Ῥᾴδιον δ' ἐστὶ
συνιδεῖν ἐάν τις ἀρχαϊκῶς τινος αὐλοῦντος ἀκούσῃ· ἀσύνθετον γὰρ βούλεται
εἶναι καὶ τὸ ἐν ταῖς μέσαις ἡμιτόνιον. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τῶν ἐναρμονίων,
τοιαῦτα· ὕστερον δὲ τὸ ἡμιτόνιον διῃρέθη, ἔν τε τοῖς Λυδίοις καὶ ἐν τοῖς
Φρυγίοις. Φαίνεται δ' Ὄλυμπος αὐξήσας Μουσικὴν, τῷ ἀγένητόν τι καὶ
ἀγνοούμενον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν εἰσαγαγεῖν, καὶ ἀρχηγὸς γενέσθαι τῆς Ἑλ-
ληνικῆς καὶ καλῆς Μουσικῆς.

C ιβ'. Ἔστι δέ τις καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν λόγος· γένη γάρ τινα καὶ εἴδη
ῥυθμῶν προσεξευρέθη, ἀλλὰ μὴν καὶ μελοποιῶν τε καὶ ῥυθμοποιῶν.

A. 6. ἀπεικάσῃ. Δῆλον] Inter hæc duo verba, judice Buretto, reponenda ſunt ſequentia verba καὶ εἴ τις ἐν τῇ τοῦ τονιαίου δ. τ. τ. τ. σ. σπονδειασμοῦ ἴδιον. Itaque in Latinis reddidi.
B. 3. διάτονα] δίτονα cum Mez. legit Burettus.
B. 3. ἐν ταῖς μέσαις] Burettus legendum cenſet, ἐν ταῖς ὑπάταις καὶ μέσαις.
B. 6. ἐν ταῖς μέσαις ἡμιτόνιον] Item Burettus legendum cenſet, ἐν ταῖς ὑπάταις καὶ μέσαις ἡμιτόνιον.
C. 2. μελοποιῶν τε καὶ ῥυθμοποιῶν] Probabiliter Burettus conjicit μελοποιϊῶν τε καὶ ῥυθμοποιϊῶν: itaque verti.

propria, vel quæ Chromatici attigiſſe: ſed jam ea quæ ſunt Harmonici generis: fuiſſe autem ei prima Enharmoniorum talia. Primo enim in his loco Spondeum nomum ponunt; in quo nulla tetrachordi diviſionum proprietatem ſuam indicat; niſi quis, in contentiorem ſpondei uſurpationem reſpiciens, eum putet eſſe Diatonicum genus, aut eum ponat in poteſtate tonici Chromatici. Qui vero hoc ponet, eum liquet cum falſum, tum abſonum a cantu ponere. Falſum, quia *dieſi* inferior tono erit eo, qui principe ponitur loco: a cantu alienum, quod eveniet ut duo deinceps ſita ponantur *ditona*, compoſitum alterum, alterum incompoſitum; nam denſum illud enharmonium, quod in mediis fidibus collocatum hodie in uſu eſt, non videtur eſſe illius poëtæ. Facile autem hoc animadverti poteſt, ſi quis aliquem priſco more canentem tibia audiat; nam etiam mediarum ſemitonium vult eſſe incompoſitum. Atque tale fuit initio genus Enharmonicum; poſtea temporis diviſum eſt ſemitonium in Lydiis et in Phrygiis. Videtur autem Olympus cum auxiſſet Muſicam, nondum natum quid ignoratumque adhuc introduxiſſe, principeſque fuiſſe Græcæ et pulchræ Muſicæ.

XII. Eſt etiam de rhythmis dicendum. Inventa enim ulterius ſunt quædam genera et formæ rhythmorum, atque etiam compoſitionis can-

Πρότερα μὲν γὰρ ἡ Τερπάνδρου καινοτομία καλόν τινα τρόπον εἰς τὴν Μουσικὴν εἰσήγαγεν. Πολύμνηστος δὲ μετὰ τὸν Τερπάνδρειον τρόπον καὶ ᾧ ἐχρήσατο, καὶ αὐτὸς μέντοι ἐχόμενος τοῦ καλοῦ τύπου, ὡσαύτως δὲ καὶ Θαλήτας καὶ Σακάδας· καὶ γὰρ οὗτοι κατά γε τὰς ῥυθμοποιΐας ἱκανοὶ, οὐκ ἐκβαίνοντες μὲν τοῦ καλοῦ τύπου. Ἔστι δέ τις Ἀλκμανικὴ καινοτομία Στησιχόρειος, καὶ αὗται οὐκ ἀφεστῶσαι τοῦ καλοῦ. Κρέξος δὲ καὶ Τιμόθεος, καὶ Φιλόξενος, καὶ οἱ κατ' αὐτὴν τὴν ἡλικίαν γεγονότες ποιηταὶ, φορτικώτεροι καὶ φιλόκαινοι γεγόνασι, τὸν Φιλάνθρωπον καὶ Θεματικὸν νῦν ὀνομαζόμενον διώξαντες· τὴν γὰρ ὀλιγοχορείαν καὶ τὴν ἁπλότητα καὶ σεμ- D
νότητα τῆς Μουσικῆς παντελῶς ἀρχαϊκὴν εἶναι συμβέβηκεν.

ιγ'. Εἰρηκὼς κατὰ δύναμιν περί τε τῆς πρώτης Μουσικῆς, καὶ τῶν πρώτων εὑρόντων αὐτὴν, καὶ ὑπὸ τίνων κατὰ χρόνους ταῖς προσεξευρέσεσιν ηὔξηται, καταπαύσω τὸν λόγον, καὶ παραδώσω τῷ ἑταίρῳ Σωτηρίχῳ, ἐσπουδακότι οὐ μόνον περὶ Μουσικὴν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὴν ἄλλην ἐγκύκλιον παιδείαν· ἡμεῖς γὰρ μᾶλλον χειρουργικῷ μέρει τῆς Μουσικῆς ἐγγεγυμνάσμεθα. Ὁ μὲν Λυσίας ταῦτ' εἰπὼν κατέπαυσε τὸν λόγον. E

ιδ'. Σωτήριχος δὲ μετὰ τοῦτον ὧδέ πως ἔφη, Ὑπὲρ σεμνοῦ ἐπιτηδεύ-

C. 4. Τερπάνδρειον—ἐχρήσατο] Non integra videtur oratio. Burettus accipit ſubaudiendo εἰσήγαγε, *Polymneſtus, poſt Terpandrium modum, ipſe quoque modum induxit quo uſus eſt.* Retinui Xylandri interpretationem, quacum congruit Valguliana. Amiotus nil ſani. Quidquid ſit, legendum, ᾧ καὶ ἐχρήσατο.

C. 7. ἐκβαίνοντες μὲν τοῦ καλοῦ] Forte μὲν vel delendum, vel mutandum in μέντοι.

C. 7. καινοτομία Στησιχόρειος] Interponendum καὶ, ut verterunt Valgul. Xyl. Burett. quos ſecutus ſum.

C. 9. κατ' αὐτὴν τὴν ἡλικίαν] Legendum, κατὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν, vel κατὰ τὴν αὐτὴν ἡλικίαν.

D. 1. ὀλιγοχορείαν] Legendum ὀλιγοχορδίαν cum Valgul. Amiot. Burett. Omnes Græci libri et ſcripti et editi habent vulgatam.

tilenarum et rhythmorum. Primum enim Terpandri novarum rerum in ea arte molitio, venuſtum quendam modum in Muſicam invexit. Eo poſt Terpandrum uſi ſunt deinceps Polymneſtus, Thaletas, Sacadas; nam hi etiam rhythmis conficiendis ſuffecerunt, non egreſſi ſunt pulchram illam formam. Sunt et alia ab Alcmane et Steſichoro novata; ſed ita, ut a pulchro non diſcederetur modo. Crexus autem, Timotheus, atque Philoxenus, aliique ætate iis inferiores, importuniores aliquanto, ac novitatis ſtudioſi magis fuerunt; modum enim affectaverunt qui Humanus nunc et Thematicus appellatur. Evenit enim, ut paucitas chordarum, ſimplicitaſque et majeſtas Muſicæ plane ob vetuſtatem ſpernenda videretur.

XIII. Pro virili locutus de prima Muſica, de primis ejus inventoribus, tum quorum ea temporis progreſſu adinventionibus aucta fuerit, finem faciam dicendi, locumque dabo ſocio meo Soterícho, qui non Muſicam modo, ſed et reliquum diſciplinarum orbem ſtudioſe excoluit. Nos enim magis exercitati ſumus in ea Muſicæ parte, quæ manu et inſtrumentis tractatur. His dictis Lyſias finem dicendi fecit.

XIV. Tum Sotericus in hæc verba orſus eſt: De venerabili ſtudio, et Diis maxime ac-

ματος καὶ θεοῖς μάλιστα ἀρέσκοντος, ὦ 'γαθὲ Ὀνησίκρατες, τοὺς λόγους ἡμᾶς προετρέψω ποιήσασθαι. Ἀποδέχομαι μὲν οὖν τῆς συνέσεως τὸν διδάσκαλον Λυσίαν· ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς μνήμης ἣν ἐπεδείξατο περί τε τοὺς εὑρετὰς τῆς πρώτης Μουσικῆς, καὶ περὶ τοὺς τὰ τοιαῦτα συγγεγραφότας.

F Ὑπομνήσω δὲ τοῦθ᾽, ὅτι τοῖς ἀναγεγραμμένοις μόνοις κατακολουθήσας πεποίηται τὴν δεῖξιν. Ἡμεῖς δ᾽ οὐκ ἄνθρωπόν τινα παρελάβομεν εὑρετὴν τῶν τῆς Μουσικῆς ἀγαθῶν, ἀλλὰ τὸν πάσαις ταῖς ἀρεταῖς κεκοσμημένον θεὸν, Ἀπόλλωνα. Οὔτε γὰρ Μαρσύου, ἢ Ὀλύμπου, ἢ Ὑάγνιδος, ὥς τινες οἴονται, εὕρημα ὁ αὐλός. Οὐ μόνη δὲ κιθάρα Ἀπόλλωνος, ἀλλὰ καὶ αὐλητικῆς καὶ κιθαριστικῆς εὑρετὴς ὁ θεός. Δῆλον δ᾽ ἐστὶν ἐκ τῶν χορῶν καὶ τῶν θυσιῶν ἃς προσῆγον μετ᾽ αὐλῶν τῷ θεῷ· καθάπερ ἄλλοι τε, καὶ Ἀλ-
1136 καῖος ἔν τινι τῶν ὕμνων ἱστορεῖ. Καὶ ἡ ἐν Δήλῳ δὲ τοῦ ἀγάλματος αὐτοῦ ἀφίδρυσις ἔχει ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ τόξον, ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ Χάριτας, τῶν τῆς Μουσικῆς ὀργάνων ἑκάστην τι ἔχουσαν· ἡ μὲν γὰρ λύραν κρατεῖ, ἡ δὲ αὐλοὺς, ἡ δ᾽ ἐν μέσῳ προκειμένην ἔχει τῷ στόματι σύριγγα. Ὅτι δ᾽ οὗτος οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος, Ἀντικλῆς καὶ Ἴστρος ἐν ταῖς Ἐπιφανείαις περὶ τούτων ἀφηγήσαντο. Οὕτω δὲ παλαιόν ἐστι τὸ ἀφίδρυμα τοῦτο, ὥστε τοὺς ἐργασαμένους αὐτὸ, τῶν καθ᾽ Ἡρακλέα Μερόπων φασὶν εἶναι. Ἀλλὰ μὴν καὶ τῷ κατακομίζοντι παιδὶ τὴν Τεμπικὴν δάφνην εἰς Δελφοὺς παρ-
B μαρτεῖ αὐλητής· καὶ τὰ ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἱερὰ μετ᾽ αὐλῶν καὶ συρίγγων

A. 4. προκειμένην] Forte, προσκειμένην.
A. 5. Ἀντικλῆς] Legendum Ἀντικλείδης, ut monuit H. Valeſ. ad Harpocrat. p. 134. et 111. quem ſequitur Burettus.

cepto, optime Oneſicrates, verba nos facere juſſiſti. Probo itaque Lyſiæ præceptoris cum doctrinam, tum memoriam, quam oſtendit recenſendis primis Muſicæ inventoribus, iiſque qui has res conſcripſerunt. Id unum monebo, eum tantum Recenſionum monumenta ſecutum eſſe in iis oſtendendis. Nos autem non hominem aliquem accepimus repertorem Muſicæ bonorum, ſed omnibus virtutibus ornatum Deum, Apollinem. Non enim Marſyæ, aut Olympi, aut Hyagnidis, ut putant quidam, inventum tibia, neque ſola cithara Apollinis eſt; ſed idem Deus et citharæ et tibiæ cantum invenit. Manifeſtum hoc eſt e choris et ſacrificiis quæ tibiis interim canentes Deo afferebant; quod et alii, et Alcæus in quodam Hymno narrat. Sed et ſimulacrum Apollinis in Delo poſitum in dextra manu arcum, læva Gratias habet, quarum quævis aliquod muſicum inſtrumentum tenet; lyram una, alia tibias, media fiſtulam ori admotam. Neque meus eſt hic ſermo; ſed Anticles et Iſter in libris quos De Apparitionibus Deorum ſcripſerunt, hæc retulerunt. Et ſimulacrum illud ita antiquum eſt, ut dicatur a Meropibus factum, qui Herculis ætate vixerunt. Sed et puerum, qui Tempicam laurum Delphos defert, comitatur tibicen. Quin et Hyperboreorum ſacra

καὶ κιθάρας εἰς τὴν Δῆλόν φασι τὸ παλαιὸν στέλλεσθαι. Ἄλλοι δὲ καὶ αὐτὸν τὸν θεόν φασιν αὐλῆσαι, καθάπερ ἱστορεῖ ὁ ἄριστος μελῶν ποιητὴς Ἀλκμάν. Ἡ δὲ Κόριννα, καὶ διδαχθῆναι, φησὶ, τὸν Ἀπόλλω ὑπ' Ἀθηνᾶς αὐλεῖν. Σεμνὴ οὖν κατὰ πάντα ἡ Μουσικὴ, θεῶν εὕρημα οὖσα.

ιε'. Ἐχρήσαντο δ' αὐτῇ οἱ παλαιοὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύμασι πᾶσιν· οἱ δὲ νῦν τὰ σεμνὰ αὐτῆς παραιτησάμενοι, ἀντὶ τῆς ἀνδρώδους ἐκείνης καὶ θεσπεσίας, καὶ θεοῖς φίλης, κατεαγυῖαν καὶ κωτίλην εἰς τὰ θέατρα εἰσάγουσι. Τοιγάρτοι Πλάτων ἐν τῷ τρίτῳ τῆς Πολιτείας δυσχεραίνει τῇ τοιαύτῃ Μουσικῇ· τὴν γοῦν Λύδιον ἁρμονίαν C
παραιτεῖται, ἐπειδὴ ὀξεῖα καὶ ἐπιτήδειος πρὸς θρῆνον. Ἡ, καὶ τὴν πρώτην σύστασιν αὐτῆς φασι θρηνώδη τινὰ γενέσθαι. Ὄλυμπον γὰρ πρῶτον Ἀριστόξενος ἐν τῷ πρώτῳ περὶ Μουσικῆς ἐπὶ τῷ Πύθωνί φησιν ἐπικήδειον αὐλῆσαι Λυδιστί. Εἰσὶ δ' οἳ Μελανιππίδην τούτου τοῦ μέλους ἄρξασθαί φασι. Πίνδαρος δ' ἐν Παιᾶσιν ἐπὶ τοῖς Νιόβης γάμοις φησὶ Λύδιον ἁρμονίαν πρῶτον διδαχθῆναι. Ἄλλοι δὲ Τόρηβον πρῶτον τῇ ἁρμονίᾳ χρήσασθαι, καθάπερ Διονύσιος ὁ Ἴαμβος ἱστορεῖ.

ις'. Καὶ ἡ Μιξολύδιος δὲ παθητική τις ἐστι, τραγῳδίαις ἁρμόζουσα. Ἀριστόξενος δέ φησι, Σαπφὼ πρώτην εὕρασθαι τὴν Μιξολυδιστί, παρ' ἧς D
τοὺς τραγῳδοποιοὺς μαθεῖν· λαβόντας γοῦν αὐτοὺς συζεῦξαι τῇ Δωριστί, ἐπεὶ ἡ μὲν τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀξιωματικὸν ἀποδίδωσιν, ἡ δὲ τὸ παθη-

C. 7. πρῶτον διδαχθῆναι] Valgulius in codice suo, si quidem ejus auctoritatem hoc loco secutus est, habuit πρῶτον ὑπ' Ἀνθίππου διδαχθῆναι, quod probat Burettus teste Polluce, IV, 78.

adhibitis tibiis, citharis, et fistulis in Delum missa ferunt antiquitus. Sunt qui ipsum Deum tibia cecinisse autument; ut narrat optimus Cantilenarum conditor Alcman. Corinna a Minerva didicisse tibiis canere Apollinem ait. Itaque veneranda prorsus est Musica, Deorum inventum cum sit.

XV. Prisci porro ea, ut dignum fuit, usi sunt, ut et reliquis omnibus institutis. Nostra ætate, majestate ejus omissa, pro mascula illa et divina confractam et garrulam in theatra inducunt Musicam; quam Plato tertio De Republica libro vituperat, Lydiam quidem harmoniam repudians, ut accommodatam lamentis; unde et primam ejus institutionem lugubrem fuisse dicunt. Nam Aristoxenus scribit in primo De Musica libro, Olympum de morte Pythonis lugubre carmen tibiis cecinisse Lydio modo. Sunt qui Melanippidem auctorem ejus cantilenæ faciunt. Pindarus in Pæanibus primum de Niobes nuptiis Lydiam harmoniam usurpatam ait. Alii Torebum principem ea usum dicunt; de quibus est Dionysius Iambus.

XVI. Mixolydia quoque, animum percellens, tragœdiis est apta. Hanc Aristoxenus scribit primum a Saphone inventam; ab ea didicisse tragœdos, qui cum Dorica conjunxerunt; cum hæc majestatem conciliet, illa mentem perturbet; quibus

πικὸν, μέμικται δὲ διὰ τούτων τραγῳδία. Ἐν δὲ τοῖς Ἱστορικοῖς τῆς Ἁρμονικῆς, Πυθοκλείδην, φασὶ, τὸν αὐλητὴν εὑρετὴν αὐτῆς γεγονέναι. Λύσις δὲ Λαμπροκλέα τὸν Ἀθηναῖον, συνιδόντα ὅτι οὐκ ἐνταῦθα ἔχει τὴν διάζευξιν ὅπου σχεδὸν ἅπαντες ᾤοντο, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ὀξὺ, τοιοῦτον αὐτῆς ἀπεργάσασθαι τὸ σχῆμα οἷον τὸ ἀπὸ παραμέσης ἐπὶ ὑπάτην ὑπατῶν.
E Ἀλλὰ μὴν καὶ τὴν Ἐπανειμένην Λυδιστὶ, εἴπερ ἐναντία τῇ Μιξολυδιστὶ, παραπλησίαν οὖσαν τῇ Ἰάδι, ὑπὸ Δάμωνος εὑρῆσθαί φασι τοῦ Ἀθηναίου.

ιζ΄. Τούτων δὴ τῶν ἁρμονιῶν, τῆς μὲν θρηνῳδικῆς τινος οὔσης, τῆς δ' ἐκλελυμένης, εἰκότως ὁ Πλάτων παραιτησάμενος αὐτὰς, τὴν Δωριστὶ ὡς πολεμικοῖς ἀνδράσι καὶ σώφροσιν ἁρμόζουσαν εἵλετο· οὐ μὰ Δία ἀγνοήσας,
F ὡς Ἀριστόξενός φησιν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν Μουσικῶν, ὅτι καὶ ἐν ἐκείναις τι χρήσιμον ἦν πρὸς πολιτείαν φυλακικήν· πάνυ γὰρ προσέσχε τῇ Μουσικῇ ἐπιστήμῃ Πλάτων, ἀκουστὴς γενόμενος Δράκοντος τοῦ Ἀθηναίου, καὶ Μετέλλου τοῦ Ἀκραγαντίνου· ἀλλ' ἐπεὶ, ὡς προείπομεν, πολὺ τὸ σεμνόν ἐστιν ἐν τῇ Δωριστὶ, ταύτην προὐτίμησεν· οὐκ ἠγνόει δὲ ὅτι πολλὰ Δώρια Παρθένεια ἄλλα Ἀλκμᾶνι καὶ Πινδάρῳ, καὶ Σιμωνίδῃ, καὶ Βακχυλίδῃ πεποίηται, ἀλλὰ μὴν καὶ ἔτι Προσόδια καὶ Παιᾶνες, καὶ μέντοι ὅτι καὶ

D. 4. τοῖς Ἱστορικοῖς τῆς Ἁρμονικῆς] Sic K. reliqui omnes τοῖς Ἱστορικοῖς τοῖς Ἁρμονικοῖς—certe deterius. Forte auctor ſcripſit τοῖς ἱστορικοῖς ὑπομνήμασι Π. φησὶ, ſcil. Ariſtoxenus.

E. 1. εἴπερ ἐναντία] Malim ἥπερ ἐναντία. Burettus, εἴπερ ἐναντίαν.

F. 2. πολιτείαν φυλακικήν] πολιτείας φυλακήν K. Valgul. Amiot. πολιτειῶν φυλακήν Pariſ. 3. utrumvis vulgato præſtat.

F. 3. Δράκοντος] Non eſt dubium quin auctor ſcripſerit, certe ſcribere debuerit, Δάμωνος. Itaque verti.

F. 6. Παρθένεια ἄλλα] ἄλλα omittunt Interpretes omnes. An mutandum in ἅμα, vel μέλη?

rebus commixta eſt tragœdia. In Hiſtoria Muſica legitur eam a Pythoclida excogitatam tibicine. Lyſis perhibet, Lamproclem Athenienſem, cum is animadvertiſſet non ibi eſſe *diazeuxin*, id eſt, dejunctionem, ubi fere omnes eſſe putaverunt, ſed verſus acutam vocem, talem ejus inſtituiſſe modum, qualis eſt a *parameſa* ad *hypaten hypaton*, id eſt, a mediæ chordæ proxima, ad ſummarum ſummam. Quinetiam remiſſam illam Lydiam harmoniam, ſiquidem Mixolydiæ eſt contraria, aſſimilem Ioniæ, inventam autumant a Damone Athenienſi.

XVII. Has harmonias, cum altera earum ſit ad lamentandum parata, altera diſſoluta, recte Plato rejecit, ac Doricam, ut bellicoſis temperantibuſque convenientem viris delegit. Neque is mehercle id fecit ignorans, quod ei impingit crimen Ariſtoxenus in ſecundo Muſicarum Rerum libro, etiam in iſtis aliquid eſſe quod parti Reipublicæ, cui cuſtodiendi incumbit munus, proſit. Studioſiſſimus enim Muſicæ fuit Plato; ut qui Damonem audiviſſet Athenienſem, et Metellum Agrigentinum. Sed quia, ut monui, magnam in Dorica majeſtatem eſſe intellexit, eam harmoniam prætulit: non neſcius interim multa Dorice Parthenia ſeu Virginalia ab Alcmane, Pindaro, Simonide, et Bacchylide facta; quinetiam Proſodia, id

τραγικοὶ οἶκτοί ποτε ἐπὶ τοῦ Δωρίου τρόπου ἐμελῳδήθησαν, καί τινα Ἐρωτικά. Ἐξήρκει δ' αὐτῷ τὰ εἰς τὸν Ἄρην καὶ Ἀθηνᾶν, καὶ τὰ 1137
Σπονδεῖα· ἐπιρρῶσαι γὰρ ταῦτα ἱκανὰ ἀνδρὸς σώφρονος ψυχήν. Καὶ περὶ τοῦ Λυδίου δὲ οὐκ ἠγνόει, καὶ περὶ τῆς Ἰάδος· ἠπίστατο γὰρ ὅτι ἡ τραγῳδία ταύτῃ τῇ μελοποιίᾳ κέχρηται.

ιη'. Καὶ οἱ παλαιοὶ δὲ πάντες οὐκ ἀπείρως ἔχοντες πασῶν τῶν ἁρμονιῶν, ἐνίαις ἐχρήσαντο· οὐ γὰρ ἡ ἄγνοια τῆς τοιαύτης στενοχωρείας καὶ ὀλιγοχορδίας αὐτοῖς αἰτία γεγένηται· οὐδὲ δι' ἄγνοιαν οἱ περὶ Ὄλυμπον καὶ Τέρπανδρον καὶ οἱ ἀκολουθήσαντες τῇ τούτων προαιρέσει, περιεῖλον τὴν πολυχορδίαν τε καὶ ποικιλίαν. Μαρτυρεῖ γοῦν τὰ Ὀλύμπου τε καὶ Τερπάνδρου B
ποιήματα, καὶ τῶν τούτοις ὁμοιοτρόπων πάντων· τρίχορδα γὰρ ὄντα καὶ ἁπλᾶ διαφέρει τῶν ποικίλων καὶ πολυχόρδων, ὡς μηδένα δύνασθαι μιμήσασθαι τὸν Ὀλύμπου τρόπον, ὑστερίζειν δὲ τούτους ἐν τῷ πολυχόρδῳ τε καὶ πολυτρόπῳ καταγινομένους.

ιθ'. Ὅτι δὲ οἱ παλαιοὶ οὐ δι' ἄγνοιαν ἀπείχοντο τῆς τρίτης ἐν τῷ σπονδειάζοντι τρόπῳ, φανερὸν ποιεῖ ἡ ἐν τῇ κρούσει γινομένη χρῆσις· οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτῇ πρὸς τὴν παρυπάτην κεχρῆσθαι συμφώνως, μὴ γνωρίζοντας τὴν χρῆσιν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι τὸ τοῦ κάλλους ἦθος, ὃ γίνεται ἐν C
τῷ σπονδειακῷ τρόπῳ διὰ τὴν τῆς τρίτης ἐξαίρεσιν, τοῦτ' ἦν τὸ τὴν αἴσθησιν αὐτῶν ἐπάγον ἐπὶ τὸ διαβιβάζειν τὸ μέλος ἐπὶ τὴν παρανήτην. Ὁ αὐτὸς

B. 4. ὑστερίζειν δὲ τούτους] Legendum puto, ὑστερίζειν δ' αὐτοῦ τοὺς—.

est Aditialia, Pæanes, adde etiam deplorationes tragicas, et Amatoria quædam carmina, Doricæ harmoniæ esse inclusa. Sed ei sufficiebant quæ in Martem Minervamque cantarentur, et cantilenæ Spondeæ: satis enim ea valebant ad animum viri honesti confirmandum. Idem Lydiæ et Ioniæ harmoniæ usum non ignoravit; sciens ista modulatione tragœdiam uti.

XVIII. Sed et veteres omnes nullius imperiti harmoniæ, tamen usi quibusdam modo sunt. Neque enim ignoratio tantas angustias et paucitatem chordarum peperit apud illos; neque inscitia factum est, ut Terpander, Olympus, horumque sectatores multitudinem et varietatem nervorum tollerent. Atque hoc arguunt Olympi, Terpandri, et aliorum qui modum eundem tenuerunt carmina omnium; quæ cum tribus sint contenta fidibus ac simplicia, præstant omnibus variis et multas chordas requirentibus; ita quidem, ut Olympi modum exprimere nemo possit, inferioresque eo omnes sint, ubi se ad multiplicem et multis chordis opus habentem modulationem contulerunt.

XIX. Quod autem prisci in modo Spondiaco non ignoraverint tertiæ chordæ usum, satis demonstrat ejus in pulsatione usurpatio. Non enim ea cum *parhypata*, quæ est proxima summæ chordæ, consonante usi fuissent, si usum ignoravissent. Sed manifestum est, eos elegantia quæ Spondiaco modo conciliatur per tertiam, ejusque elegantiæ sensu inductos fuisse ad transferendum carmen in

δὲ λόγος καὶ περὶ τῆς νήτης· καὶ γὰρ ταύτῃ πρὸς μὲν τὴν κροῦσιν ἐχρῶντο, καὶ πρὸς παρανήτην διαφώνων καὶ πρὸς μέσην συμφώνων· κατὰ δὲ τὸ μέλος οὐκ ἐφαίνετο αὐτοῖς οἰκεία εἶναι τῷ σπονδειακῷ τρόπῳ. Οὐ μόνον δὲ τούτοις, ἀλλὰ καὶ τῇ συνημμένων νήτῃ οὕτω κέχρηνται πάντες· κατὰ μὲν γὰρ τὴν
D κροῦσιν αὐτὴν διεφώνουν πρός τε παρανήτην, καὶ πρὸς παραμέσην, καὶ πρὸς λιχανόν· κατὰ δὲ τὸ μέλος, κἂν αἰσχυνθῆναι τῷ χρησαμένῳ ἐπὶ τῷ γινομένῳ δι' αὐτὴν ἤθει. Δῆλον δ' εἶναι καὶ ἐκ τῶν Φρυγίων, ὅτι οὐκ ἠγνόητο ὑπ' Ὀλύμπου τε καὶ τῶν ἀκολουθησάντων ἐκείνῳ· ἐχρῶντο γὰρ αὐτῇ οὐ μόνον κατὰ τὴν κροῦσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ μέλος ἐν τοῖς μητρῴοις καὶ ἔν τισι τῶν Φρυγίων. Δῆλον δὲ καὶ τὸ περὶ τῶν ὑπατῶν, ὅτι οὐ δι' ἄγνοιαν ἀπείχοντο ἐν τοῖς Δωρίοις τοῦ τετραχόρδου τούτου· αὐτίκα ἐπὶ τῶν λοιπῶν τόνων ἐχρῶντο, δηλονότι εἰδότες· διὰ δὲ τὴν τοῦ ἤθους φυλακὴν
E ἀφῄρουν ἐπὶ τοῦ Δωρίου τόνου τιμῶντες τὸ καλὸν αὐτοῦ.

κ'. Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τῶν τῆς τραγῳδίας ποιητῶν· τῷ γὰρ χρωματικῷ γένει καὶ τῷ ῥυθμῷ τραγῳδία μὲν οὐδέπω καὶ τήμερον κέχρηται· κιθάρα δὲ, πολλαῖς γενεαῖς πρεσβυτέρα τραγῳδίας οὖσα, ἐξ ἀρχῆς ἐχρήσατο. Τὸ δὲ χρῶμα ὅτι πρεσβύτερόν ἐστι τῆς ἁρμονίας, σαφές. Δεῖ γὰρ δηλονότι

C. 5. διαφώνων—συμφώνων] διαφώνως—συμφώνως corrigendum cenſet Burett.

D. 1. πρὸς παραμέσην, καὶ πρὸς λιχανόν] πρὸς παραμέσην καὶ συνεφώνουν πρός τε μέσην καὶ πρὸς λιχανὸν, ita Mez. e conjectura ſupplet, probante Buretto: item in Latinis reddidi.

D. 2. χρησαμένῳ ἐπὶ] An inter has duas voces excidit ἐπῄει? an vero obliqua valet conſtructio, ut ſubinde in hac diſputationis parte?

D. 4. ἠγνόητο ὑπ' Ὀλύμπου] Primum ſumſi ex K. Pariſ. 3. proximum ὑπ' ipſe addidi neceſſario et conſequenter. Vulgo, ἠγνόει τοῦ Ὀλύμπου. Eodem ducere videtur P. quamvis corruptum.

D. 6. τὸ περὶ τῶν] Sic Pariſ. 1. 2. P. Vulgo, τῶν περί.

E. 3. τῷ ῥυθμῷ] Valgul. vertit τῷ ἐναρμονίῳ.

paranetam. Eadem etiam de *neta* eſt ratio. Nam et hac in pulſatione uſi ſunt, et ad *paranetam*, ſeu imæ proximam, diſſonanter, et ad mediam conſonanter. Sed ratione cantilenæ non viſa eſt illis convenire Spondiaco modo. Neque his tantum, ſed et *ſynemmena neta*, hoc eſt adjunctarum chordarum ultima, ſic univerſi ſunt uſi. Nam ſecundum pulſationem ipſam diſſonabant ad *paranetam* et *parameſam* conſonabant autem ad *meſam* et *lichanum*; ſed in cantilena utenti pudorem incuſſiſſet, quia contra morem ibi uſurpata eſſet. Ex Phrygiis etiam conſtare aiunt, non ignoratam fuiſſe hanc chordam ab Olympo et qui eum ſecuti ſunt. Uſi ſunt enim iis non tantum in pulſatione, ſed et in cantilenis de Matre Deorum et quibuſdam Phrygiis. De *hypatis* etiam, ſeu ſummis nervis, conſtat, non ignoratione factum eſſe ut eo quatrichordo non uterentur in Dorio; cum in aliis tonis uſi, utique cognitum habuerint. Sed ut morem ſervarent, a Dorio tono id abſtinuerunt, pulchritudinem ejus venerantes.

XX. Tale eſt etiam in tragœdia quippiam. Nam chromatico genere et rhythmo nuſquam ne hodie quidem tragœdia utitur; cithara autem, quæ tragœdiam ætate multis ſeculis anteit, ab initio uſa eſt. Chroma autem quam harmoniam

κατὰ τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔντευξιν καὶ χρῆσιν τὸ πρεσβύτερον λέγειν· κατὰ γὰρ αὐτὴν τὴν τῶν γενῶν φύσιν οὐκ ἔστιν ἕτερον ἑτέρου πρεσβύτερον. Εἰ οὖν τις Αἰσχύλον ἢ Φρύνιχον φαίη δι᾽ ἄγνοιαν ἀπεσχῆσθαι τοῦ χρώματος, F
ἆρά γε οὐκ ἂν ἄτοπος εἴη; Ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ Παγκράτην ἂν εἴποι ἀγνοεῖν τὸ χρωματικὸν γένος· ἀπείχετο γὰρ καὶ οὗτος ὡς ἐπιτοπολὺ τούτου, ἐχρήσατο δ᾽ ἔν τισιν· οὐ δι᾽ ἄγνοιαν οὖν δηλονότι, ἀλλὰ διὰ τὴν προαίρεσιν ἀπείχετο· ἐζήλου γοῦν, ὡς αὐτὸς ἔφη, τὸν Πινδάρειόν τε καὶ Σιμωνίδειον τρόπον, καὶ καθόλου τὸν ἀρχαῖον καλούμενον ὑπὸ τῶν νῦν.

κα΄. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ Τυρταίου τε τοῦ Μαντινέως, καὶ Ἀνδρέα τοῦ Κορινθίου, καὶ Θρασύλλου τοῦ Φλιασίου, καὶ ἑτέρων πολλῶν, οὓς πάντας ἴσμεν διὰ προαίρεσιν ἀπεσχημένους χρώματός τε καὶ μεταβολῆς καὶ πολυχορδίας καὶ ἄλλων πολλῶν ἐν μέσῳ ὄντων ῥυθμῶν τε καὶ ἁρμονιῶν 1138
καὶ λέξεων καὶ μελοποιΐας καὶ ἑρμηνείας. Αὐτίκα Τηλεφάνης ὁ Μεγαρικὸς οὕτως ἐπολέμησε ταῖς σύριγξιν, ὥστε τοὺς αὐλοποιοὺς οὐδ᾽ ἐπιθεῖναι πώποτε εἴασεν ἐπὶ τοὺς αὐλοὺς, ἀλλὰ καὶ τοῦ Πυθικοῦ ἀγῶνος μάλιστα διὰ ταῦτ᾽ ἀπέστη. Καθόλου δ᾽ εἴ τις τῷ μὴ χρῆσθαι τεκμαιρόμενος, καταγνώσεται τῶν μὴ χρωμένων ἄγνοιαν, πολλῶν ἄν τις φθάνοι καὶ τῶν νῦν καταγινώσκων· οἷον, τῶν μὲν Δωριωνίων τοῦ Ἀντιγενιδείου τρόπου καταφρονούντων, ἐπειδήπερ οὐ χρῶνται αὐτῷ, τῶν δ᾽ Ἀντιγενιδείων τοῦ Δωριωνίου διὰ τὴν B
αὐτὴν αἰτίαν· τῶν δὲ κιθαρῳδῶν τοῦ Τιμοθείου τρόπου, σχεδὸν γὰρ ἀποπε-

A. 6. ἄν τις φθάνοι] Sic E. Parif. 1. P. Vulgo, ἄν τι φθάνοι.

effe antiquius in promptu eft. Eft enim nimirum ætas definienda fecundum humanæ naturæ occurfum et ufum. Nam quod ad ipforum generum attinet naturam, non eft aliud alio antiquius. Si quis ergo Æfchylum aut Phrynichum diceret ob ignorantiam abftinuiffe chromate, nonne abfurde diceret? Idem enim etiam Pancratem diceret ignoraviffe chromaticum genus; nam et is plerumque id vitavit, etfi in quibufdam eft ufus: abftinuit itaque non ignoratione, fed confilio ductus; fectabatur enim, ut ipfe aiebat, Pindaricum ac Simonideum modum, et omnino eum qui nunc antiquus appellatur.

XXI. Eadem de Tyrtæo Mantineenfi, et Andrea Corinthio, Thrafyllo Phliafio, multifque aliis valet ratio: quos omnes fcimus confulto abftinuiffe chromate, mutatione, fidium multitudine, aliifque multis in medio fitis rhythmorum, harmoniarum, vocabulorum, modulationum, interpretationum generibus. Statim enim occurrit Telephanes Megarenfis, qui ita infenfus fuit fiftulis, ut tibiarum opifices nunquam fit eas paffus imponere tibiis; quin et Pythico certamine hac maxime de cauffa abftitit. In univerfum autem fi quis ex eo, quod ufum aliquis rei omiferit, colligendum putet eam ipfi rem ignotam fuiffe; multi reftant ei etiamnum infcitiæ damnandi: ut Dorionii, qui Antigenideum modum fpernunt, fiquidem eo non utuntur; et rurfum Antigenidei, qui eadem de cauffa Dorionium; et citharœdi, qui Timothei

φοιτήκασιν εἴς τε τὰ καττύματα, καὶ εἰς τὰ Πολυείδου ποιήματα. Πάλιν δ' αὖ εἴ τις καὶ περὶ τῆς ποικιλίας ὀρθῶς τε καὶ ἐμπείρως ἐπισκοποίη, τὰ τότε καὶ τὰ νῦν συγκρίνων, εὕροι ἂν ἐν χρήσει οὖσαν καὶ τότε τὴν ποικιλίαν. Τῇ γὰρ περὶ τὰς ῥυθμοποιΐας ποικιλίᾳ οὔσῃ ποικιλωτέρᾳ ἐχρήσαντο οἱ παλαιοί· ἐτίμων γοῦν τὴν ῥυθμικὴν ποικιλίαν, καὶ τὰ περὶ τὰς κρουσμα-
C τικὰς δὲ διαλέκτους τότε ποικιλώτερα ἦν· οἱ μὲν γὰρ νῦν, φιλομαθεῖς, οἱ δὲ τότε, φιλόρρυθμοι. Δῆλον οὖν ὅτι οἱ παλαιοὶ οὐ δι' ἄγνοιαν, ἀλλὰ διὰ προαίρεσιν, ἀπείχοντο τῶν κεκλασμένων μελῶν. Καὶ τί θαυμαστόν; πολλὰ γὰρ καὶ ἄλλα τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων οὐκ ἀγνοεῖται μὲν ὑπὸ τῶν χρωμένων, ἀπηλλοτρίωται δὲ αὐτῶν, τῆς χρείας ἀφαιρεθείσης, διὰ τὸ εἰς ἔνια ἀπρεπὲς δεδειγμένον.

κβ'. Ὅτι δὲ ὁ Πλάτων οὔτε ἀγνοίᾳ, οὔτε ἀπειρίᾳ τὰ ἄλλα παρῃτήσατο, ἀλλ' ὡς οὐ πρέποντα τοιαύτῃ πολιτείᾳ, δείξομεν ἑξῆς, ὅτι ἔμπειρος ἁρμονίας ἦν. Ἐν γοῦν τῇ ψυχογονίᾳ τῇ ἐν τῷ Τιμαίῳ τήν τε περὶ τὰ μαθήματα καὶ μουσικὴν σπουδὴν ἐπεδείξατο ὧδέ πως· "Καὶ
D "μετὰ ταῦτα συνεπλήρου τά τε διπλάσια καὶ τὰ τριπλάσια διαστήματα, "μοίρας τε ἐκεῖθεν ἀποτέμνων, καὶ τιθεὶς εἰς τὸ μεταξὺ τούτων· ὥστε ἐν "ἑκάστῳ διαστήματι δύο εἶναι μεσότητας." Ἁρμονικῆς γὰρ ἦν ἐμπειρίας τοῦτο τὸ προοίμιον, ὡς αὐτίκα δείξομεν. Τρεῖς εἰσι μεσότητες αἱ πρῶται,

B. 3. Πολυείδου] πολυειδῆ, malit Burett.
B. 7. κρουσματικὰς] Forte rectius ſit κρουματικὰς ut K. Pariſ. 3.
C. 6. ἀπρεπὲς δεδειγμένον. Ὅτι δὲ ὁ] Legendum ac diſtinguendum videtur, ἀπρεπές. Δεδειγμένου δὴ ὅτι ὁ Πλάτων—.

modum vitant; fere enim abiverunt in quiſquilias, et ad Polyidi poëmata. Jam ſi quis recte et perite conſideret varietatem, et priſca cum noſtris comparet, olim quoque varietatem in uſu fuiſſe inveniet. Nam varietate in rhythmis faciendis, quæ magis varia eſſet, uſi ſunt veteres, ut qui rhythmicam varietatem in honore haberent. Sed et pulſationum elocutiones tunc fuerunt magis variæ; nam noſtri doctrinæ ſunt ſtudioſi, priſci rhythmorum amatores erant. Conſtat ergo, non ob ignorationem, ſed conſilio veteres fractis cantilenis abſtinuiſſe. Neque hoc mirum eſt; cum multa alia vitæ inſtituta non ignorentur ab iis, qui ea non uſurpant: uſuque demto, ea ab ipſis abalienantur, quod in quibuſdam aliquid indecorum animadverſum fuit.

XXII. Sed Platoni neque ignorantiam neque imperitiam in cauſſa fuiſſe ut quædam rejiceret, verum id eum feciſſe, quia indecora reipublicæ judicaret ea eſſe, jam nunc oſtendemus, eumque harmonicæ rei gnarum fuiſſe docebimus. Is ergo in ortu ſeu Procreatione Animæ ea, quam Timæo inſeruit, ſuam in rebus mathematicis ac muſicis diligentiam fecit teſtatam. Hæc enim ſunt ejus verba. *Et ſecundum hæc implevit cum dupla tum tripla intervalla; portioneſque inde abſcidit, et in medio eorum collocavit, ut in quovis intervallo duo ſint media.* Hoc exordium manaſſe ab harmonica peritia, mox oſtendemus. Tres ſunt medietates, unde omnis medietas æſtimatur; Arithme-

ἀφ' ὧν λαμβάνεται πᾶσα μεσότης, ἀριθμητική, ἁρμονική, γεωμετρουμένη· τούτων ἡ μὲν ἴσῳ ἀριθμῷ ὑπερέχει καὶ ὑπερέχεται, ἡ δὲ ἴσῳ λόγῳ, ἡ δὲ οὔτε λόγῳ, οὔτε ἀριθμῷ. Ὁ τοίνυν Πλάτων τὴν ψυχικὴν ἁρμονίαν τῶν τεσσάρων στοιχείων, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς πρὸς ἄλληλα ἐξ ἀνομοίων συμφωνίας δεῖξαι ἁρμονικῶς βουληθείς, ἐν ἑκάστῳ διαστήματι δύο μεσό- E
τητας ψυχικὰς ἀπέφηνε κατὰ τὸν μουσικὸν λόγον. Τῆς γὰρ διὰ πασῶν ἐν Μουσικῇ συμφωνίας δύο διαστήματα μέσα εἶναι συμβέβηκεν, ὧν τὴν ἀναλογίαν δείξομεν. Ἡ μὲν γὰρ διὰ πασῶν ἐν διπλασίονι λόγῳ θεωρεῖται. Ποιήσει δ' εἰκόνος χάριν τὸν διπλάσιον λόγον κατ' ἀριθμὸν τὰ ἓξ καὶ τὰ δώδεκα· ἔστι δὲ τοῦτο τὸ διάστημα ἀπὸ ὑπάτης μέσων ἐπὶ νήτην διεζευγ- F
μένων. Ὄντων οὖν τῶν ἓξ καὶ δώδεκα ἄκρων, ἔχει ἡ μὲν ὑπάτη μέσων, τὸν τῶν ἓξ ἀριθμόν, ἡ δὲ νήτη διεζευγμένων, τὸν τῶν δώδεκα. Λαβεῖν δὴ λοιπὸν χρὴ πρὸς τούτοις ἀριθμοὺς τοὺς μεταξὺ πίπτοντας, ὧν οἱ ἄκροι, ὁ μὲν, ἐπίτριτος, ὁ δὲ, ἡμιόλιος φανήσεται· εἰσὶ δὲ ὁ τῶν ὀκτὼ καὶ τῶν ἐννέα· τῶν γὰρ ἓξ τὰ μὲν ὀκτὼ, ἐπίτριτα, τὰ δὲ ἐννέα, ἡμιόλια. Τὸ μὲν ἓν ἄκρον, τοιοῦτο· τὸ δ' ἄλλο τὸ τῶν δώδεκα, τῶν μὲν ἐννέα ἐπίτριτα, τῶν δ' ὀκτὼ ἡμιόλια. Τούτων οὖν τῶν ἀριθμῶν ὄντων μεταξὺ τῶν ἓξ καὶ τῶν 1139
δώδεκα, καὶ τοῦ διὰ πασῶν διαστήματος ἐκ τοῦ διὰ τεττάρων καὶ τοῦ διὰ πέντε συνεστῶτος, δῆλον ὅτι ἕξει ἡ μὲν μέση τὸν τῶν ὀκτὼ ἀριθμόν, ἡ δὲ

E. 5. Ποιήσει] K. Ποίησαι.

tica, Harmonica, Geometrica. In prima æqualis eſt numerus quo ſe invicem excedunt, excedunturque termini: in tertia eadem fit proportione: in media neque proportione, neque diſtantia eadem termini ſeſe conſequuntur. Itaque Plato, cum animalem harmoniam quatuor elementorum, cauſſamque ex diſſimilibus inter ſe conſonantiæ vellet harmonice demonſtrare; in utroque intervallo duas animales medietates muſica ratione oſtendit. Nam conſonantia, quam in rebus muſicis *diapaſon* Græci, noſtri vulgo Octavam nominant, duo inter extremos terminos media recipit; quorum proportionem oſtendemus. Extrema conſonantiæ *diapaſon* duplam inter ſe rationem tenent: utque hoc intelligere exemplo poſſis, numeris rem explicabimus. Ergo major extremitas ad minorem ita ſe habet, ut duodecim ad ſex. Hoc intervallum ab ſumma mediarum chorda porrigitur uſque ad imam disjunctarum, hoc eſt *netam diezeugmenon*. Quærendi jam ſunt duo numeri in medium intercidentes, ad quos extremorum major ad ſibi proximum ſeſquitertius, ad reliquum ſit ſeſquiplus ſive ſeſquialter: ii numeri ſunt octo et novem. Nam ſex ſemel, ejuſque præterea triens, in octo continentur; in novem ſemel cum ſemiſſe. Et alter extremorum, duodecim puta, novem pro dodrante, octo pro beſſe habet. Ergo his numeris inter ſex et duodecim interjectis, cum *diapaſon* conſtet ex intervallis *diateſſaron*, id eſt Quarta, ac *diapente*, id eſt Quinta, diſtantiis; liquet mediæ chordæ numerum octo, ei proximæ ſeu *parameſæ* novem de-

παραμέση τὸν τῶν ἐννέα. Τούτου γινομένου, ἕξει ἡ ὑπάτη πρὸς μέσην ὡς παραμέση πρὸς νήτην διεζευγμένων· ἀπὸ γὰρ παρυπάτης μέσων, διὰ τεττάρων ἐπὶ μέσην· ἀπὸ δὲ παραμέσης ἐπὶ νήτην διεζευγμένων, διὰ πασῶν. Ἡ αὐτὴ δὲ ἀναλογία καὶ ἐπὶ τῶν ἀριθμῶν εὑρίσκεται· ὡς γὰρ ἔχει τὰ ἓξ πρὸς τὰ ὀκτώ, οὕτω τὰ ἐννέα πρὸς τὰ δώδεκα· καὶ ὡς ἔχει τὰ
B ἓξ πρὸς τὰ ἐννέα, οὕτω τὰ ὀκτὼ πρὸς τὰ δώδεκα· ἐπίτριτα γὰρ τὰ μὲν ὀκτὼ τῶν ἕξ, τὰ δὲ δώδεκα τῶν ἐννέα· ἡμιόλια δὲ τὰ μὲν ἐννέα τῶν ἕξ, τὰ δὲ δώδεκα τῶν ὀκτώ. Ἀρκεῖ τὰ εἰρημένα εἰς τὸ ἐπιδεδειχέναι ἣν εἶχε περὶ τὰ μαθήματα σπουδὴν καὶ ἐμπειρίαν Πλάτων.

κγ΄. Ὅτι δὲ σεμνὴ ἡ ἁρμονία, καὶ θεῖόν τι καὶ μέγα, Ἀριστοτέλης ὁ Πλάτωνος ταυτὶ λέγει, "Ἡ δὲ ἁρμονία ἐστὶν οὐρανία, τὴν φύσιν ἔχουσα "θείαν καὶ καλὴν καὶ δαιμονίαν· τετραμερὴς δὲ τῇ δυνάμει πεφυκυῖα, "δύο μεσότητας ἔχει, ἀριθμητικήν τε καὶ ἁρμονικήν· φαίνεταί τε τὰ "μέρη αὐτῆς, καὶ τὰ μεγέθη καὶ αἱ ὑπεροχαί, κατ' ἀριθμὸν καὶ ἰσομε-"τρείαν· ἐν γὰρ δυσὶ τετραχόρδοις ῥυθμίζεται τὰ μέλη." Ταῦτα μὲν
C τὰ ῥητά. Συνεστάναι δὲ αὐτῆς τὸ σῶμα ἔλεγεν ἐκ μερῶν ἀνομοίων, συμφωνούντων μέντοι πρὸς ἄλληλα· ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς μεσότητας αὐτῆς κατὰ τὸν ἀριθμητικὸν λόγον συμφωνεῖν· τὸν γὰρ νέατον, πρὸς τὸν ὕπατον ἐκ διπλασίου λόγου ἡρμοσμένον, τὴν διὰ πασῶν συμφωνίαν ἀποτελεῖν. Ἔχει γάρ,

A. 5. ἀπὸ γὰρ παρυπάτης—διὰ πασῶν] Burettus corrigit, ἀπὸ γὰρ ὑπάτης—διὰ τεττάρων: atque sic, omisso tamen μέσων, verterat Valgulius: Mez. item διὰ τεττάρων in fine correxit. Διεζευγμένων bis recepi pro διεζευγμένου, ex E. Paris. 1. 2. 3. et Interpretibus Valgul. Amiot. Xyl.

beri. Quo facto, erit ea ratio *hypatæ* seu summæ ad mediam, quæ *paramesæ* erat ad imam seu *netam* adjunctarum sive connexarum: nam a *parhypata* mediarum erit *diatessaron* ad mediam; a *paramesa* ad *netam diezeugmenon*, *diapason*. Eademque invenitur numerorum proportio: eadem enim est sex ad octo, quæ novem ad duodecim ratio; et ut sex ad novem sunt affecta, ita octo ad duodecim. Nam octo ad sex sesquitertiam habent rationem, et duodecim ad novem; et rursum sesquialteram, ut novem ad sex, ita duodecim ad octo. Ceterum hæc sufficient ad demonstrandum, quanta fuerit in rebus Mathematicis industria atque peritia versatus Plato.

XXIII. Porro autem quod Harmonia res sit divina, veneranda, magna, Aristoteles Platonis discipulus his verbis confirmavit. *Enimvero Harmonia res est cœlestis, ejusque natura divina atque pulchra. Cum autem sit facultate quatripartita, duas habet medietates, Arithmeticam et Harmonicam: apparetque partes ejus, magnitudines, et eminentias numero et mensuræ æqualitate constare. Nam in duobus quatrichordis cantilenæ sua modulatione concinnantur.* Atque hæc sunt verbis ejus expressa. Corpus porro ejus constare dixit ex partibus dissimilibus, sed quæ inter se consonent: quin et medietates earum arithmetica proportione consentire. Nam ima chorda ad summam proportione dupla coëunte, confici *diapason* consonantiam; cum, ut diximus, *hypata* sex, *neta* duodecim nu-

ὡς προείπομεν, τὸν νέατον, δώδεκα μονάδων· τὸν δὲ ὕπατον, ἕξ· τὴν δὲ παραμέσην συμφωνοῦσαν πρὸς ὑπάτην καθ' ἡμιόλιον λόγον, ἐννέα μονάδων· τῆς δὲ μέσης ὀκτὼ εἶναι μονάδας ἐλέγομεν. Συγκεῖσθαι δὲ διὰ τούτων τῆς Μουσικῆς τὰ κυριώτατα διαστήματα συμβαίνει· τό, τε διὰ τεσσάρων, ὅ ἐστι κατὰ τὸν ἐπίτριτον λόγον· καὶ τὸ διὰ πέντε, ὅ ἐστι κατὰ τὸν D
ἡμιόλιον λόγον· καὶ τὸ διὰ πασῶν, ὅ ἐστι κατὰ τὸν διπλάσιον· ἀλλὰ γὰρ καὶ τὸν ἐπόγδοον σώζεσθαι, ὅς ἐστι κατὰ τὸν τονιαῖον λόγον· ταῖς αὐταῖς δ' ὑπεροχαῖς ὑπερέχειν καὶ ὑπερέχεσθαι τῆς ἁρμονίας τὰ μέρη ὑπὸ τῶν μερῶν, καὶ τὰς μεσότητας ὑπὸ τῶν μεσοτήτων, κατά τε τὴν ἐν ἀριθμοῖς ὑπεροχήν, καὶ κατὰ τὴν γεωμετρικὴν δύναμιν συμβαίνει. Ἀποφαίνει γοῦν αὐτὰς Ἀριστοτέλης τὰς δυνάμεις ἐχούσας τοιαύτας, τὴν μὲν νεάτην, τῆς μέσης τῷ τρίτῳ μέρει τῷ αὐτῆς ὑπερέχουσαν· τὴν δὲ ὑπάτην ὑπὸ τῆς παραμέσης ὑπερεχομένην ὁμοίως. Ὡς γίνεσθαι τὰς ὑπεροχὰς τῶν πρός τι· E
τοῖς γὰρ αὐτοῖς μέρεσιν ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται. Τοῖς γοῦν αὐτοῖς λόγοις οἱ ἄκροι τῆς μέσης καὶ παραμέσης ὑπερέχουσι καὶ ὑπερέχονται, ἐπιτρίτῳ καὶ ἡμιολίῳ· τοιαύτη δὴ ὑπεροχή ἐστιν ἡ ἁρμονική. Ἡ δὲ τῆς νεάτης ὑπεροχὴ καὶ τῆς μέσης κατ' ἀριθμητικὸν λόγον ἴσῳ μέρει τὰς ὑπεροχὰς ἐμφαίνουσιν. Ὡσαύτως καὶ ἡ παραμέση τῆς ὑπάτης· τῆς γὰρ μέσης ἡ παραμέση κατὰ τὸν ἐπόγδοον λόγον ὑπερέχει. Πάλιν ἡ νεάτη τῆς ὑπάτης F
διπλασία ἐστίν· ἡ δὲ παραμέση τῆς ὑπάτης ἡμιόλιος· ἡ δὲ μέση ἐπίτριτος

D. 2. κατὰ τὸν διπλάσιον] τὸν, loco vulgati τὸ, assumsi ex K.
D. 3. αὐταῖς δ' ὑπεροχαῖς] Addidimus δ' ex E. P.
D. 6. συμβαίνει] Sic E. K. Paris. 1. 3. Vulgo, συμβαίνειν.
E. 3. οἱ ἄκροι] οἱ addidi ex Venet. Ceterum subest quid mendi, vel in hoc, vel in antecedente commate.

mero comparetur: *paramesa* sesquialtera proportione *hypatæ* respondet, eique novem congruere, mediæ octo diximus. At enim intervalla Musicæ præcipua constare his rationibus certum est: *diatessaron* sesquitertia, *diapente* sesquialtera, *diapason* dupla proportione: interim etiam conservari rationem sesquioctavam, qualis est novem ad octo, et tonum exprimit. Jam id quoque accidit, ut Harmoniæ partes a partibus et medietates a medietatibus secundum excessum Arithmeticum et vim Geometricam superantur. Atque hoc sic declarat Aristoteles; ut *neta* triente major quam *mesa* sit, et eadem portione *paramesa hypatam* excedat: itaque relatio quædam intervallorum sive discriminum confiat, cum termini æqualibus portionibus superent *mesam* et *paramesam*, ab iisdemque superentur; utrobique sesquialtera et sesquitertia proportionibus rem gerentibus. Atque hæc est, quam Harmonicam vocant auctionem, id est Progressionem. *Neta* autem a *mesa*, et *paramesa* ab *hypata*, Arithmeticis intervallorum discriminibus distant: nam *paramesa mesam* sesquioctava ratione excedit; rursum *neta* ad *hypatam* dupla est; *paramesa hypata* semel ejusque

πρὸς ὑπάτην ἥρμοσαι. Καὶ τοῖς μὲν μέρεσι καὶ τοῖς πλήθεσι καὶ κατὰ Ἀριστοτέλην ἡ ἁρμονία οὕτως ἔχουσα πέφυκε.

κδʹ. Συνέστηκε δὲ φυσικώτατα ἔκ τε τῆς ἀπείρου καὶ περαινούσης καὶ ἐκ τῆς ἀρτιοπερίσσου φύσεως, καὶ αὐτὴ καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πάντα· αὐτὴ μὲν γὰρ ὅλη ἀρτία ἐστὶ, τετραμερὴς οὖσα τοῖς ὅροις· τὰ δὲ μέρη αὐτῆς, καὶ οἱ
1140 λόγοι, ἄρτιοι καὶ περισσοὶ καὶ ἀρτιοπέρισσοι. Τὴν μὲν γὰρ νεάτην ἔχει ἀρτίαν, ἐκ δώδεκα μονάδων· τὴν δὲ παραμέσην, περισσὴν ἐξ ἐννέα μονάδων· τὴν δὲ μέσην ἀρτίαν, ἐξ ὀκτὼ μονάδων· τὴν δὲ ὑπάτην, ἀρτιοπέρισσον, ἐξ μονάδων οὖσαν. Οὕτω δὲ πεφυκυῖα αὐτή τε καὶ τὰ μέρη αὐτῆς πρὸς ἄλληλα ταῖς ὑπεροχαῖς τε καὶ τοῖς λόγοις, ὅλη τε ὅλῃ καὶ τοῖς μέρεσι συμφωνεῖ.

κεʹ. Ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ αἰσθήσεις αἱ τοῖς σώμασιν ἐγγινόμεναι, διὰ τὴν ἁρμονίαν, αἱ μὲν οὐράνιαι θεῖαι οὖσαι, μετὰ θεοῦ τὴν αἴσθησιν παρεχόμεναι τοῖς ἀνθρώποις, ὄψις τε καὶ ἀκοὴ, μετὰ φωνῆς καὶ φωτὸς τὴν ἁρμονίαν
B ἐπιφαίνουσι· καὶ ἄλλαι δὲ αὐταῖς ἀκόλουθοι, ᾗ αἰσθήσεις καθ' ἁρμονίαν συνεστᾶσι· πάντα γὰρ καὶ αὗται ἐπιτελοῦσιν οὐκ ἄνευ ἁρμονίας, ἐλάττους μὲν ἐκείνων οὖσαι, οὐκ ἄπο δ' ἐκείνων· ἐκεῖναι γὰρ ἅμα θεοῦ παρουσίᾳ παραγινόμεναι τοῖς σώμασι κατὰ λογισμὸν, ἰσχυράν τε καὶ καλὴν φύσιν ἔχουσι.

F. 5. Συνέστηκε] Ita reposui pro συνέστησε, ex Ald. Bas. Xyl. P. Paris. 2. Amiot. item novi capitis initium feci; quandoquidem Aristotelis sententia non ulterius pertinet. Mox αὐτὴ pro αὐτὴν, ex E. Venet. P.

F. 5. ἀπείρου καὶ περαινούσης] Burettus conjicit legendum ἀρτίας καὶ περισσῆς: recte, puto.

A. 7. Ἀλλὰ μὴν—φύσιν ἔχουσι] In toto hoc capite integritatem nexus et sententiae requiro.

semissem valet; et *mesa* ad *hypatam* est sesquitertia. His ergo partibus atque numeris Harmonia de Aristotelis sententia componitur.

XXIV. Constat eadem secundum naturam ex infiniti et finiti, paris et imparis, atque pariter imparis natura cum ipsa Harmonia tum ejus partes. Tota enim par est, cum constet quatuor terminis: partes ipsius proportionibus continentur, quorum termini sunt pares et impares, pariterque impares. *Neta* enim par est, quia duodecim numero exprimitur; *paramesa* impar, quia novem; *mesa* pariterpar, quia octo; *hypata* pariterimpar, quia sex. His ergo rationibus atque partibus conflata Harmonia, sibi toti, omnibusque partibus consonat.

XXV. Sed et sensus, qui ob Harmoniam corporibus innati sunt, cœlestes alii et divini, cum Deo sensum præbent hominibus visus et auditus, cum voce et lumine harmoniam ostendunt: et alii sensus horum comites, quatenus sensus sunt, secundum Harmoniam constant: nihil enim ne ipsi quidem sine Harmonia conficiunt: minores sane illis, non tamen absque illis: illi enim simul cum adventu Dei præsto adsunt juxta rationem, et validam pulchramque habent naturam.

κϛ'. Φανερὸν οὖν ἐκ τούτων ὅτι τοῖς παλαιοῖς τῶν Ἑλλήνων εἰκότως μάλιστα πάντων ἐμέλησε πεπαιδεῦσθαι Μουσικήν. Τῶν γὰρ νέων τὰς ψυχὰς ᾤοντο δεῖν διὰ Μουσικῆς πλάττειν τε καὶ ῥυθμίζειν ἐπὶ τὸ εὔσχημον, χρησίμης δηλονότι τῆς Μουσικῆς ὑπαρχούσης πρὸς πάντα καὶ πᾶσαν ἐσπουδασμένην πρᾶξιν, προηγουμένως δὲ πρὸς τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους. C
Πρὸς οὓς οἱ μὲν αὐλοῖς ἐχρῶντο, καθάπερ Λακεδαιμόνιοι· παρ' οἷς τὸ καλούμενον Καστόρειον ηὐλεῖτο μέλος, ὁπότε τοῖς πολεμίοις ἐν κόσμῳ προσῄεσαν μαχεσόμενοι. Οἱ δὲ καὶ πρὸς λύραν ἐποιοῦντο τὴν πρόσοδον τὴν πρὸς τοὺς ἐναντίους· καθάπερ ἱστορεῖται μέχρι πολλοῦ χρήσασθαι τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἐπὶ τοὺς πολεμικοὺς κινδύνους ἐξόδου Κρῆτες. Οἱ δ' ἔτι καὶ καθ' ἡμᾶς σάλπιγξι διατελοῦσι χρώμενοι. Ἀργεῖοι δὲ πρὸς τὴν τῶν Σθενείων τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς πάλην ἐχρῶντο τῷ αὐλῷ· τὸν δὲ ἀγῶνα τοῦτον ἐπὶ Δαναῷ μὲν τὴν ἀρχὴν τεθῆναί φασιν, ὕστερον δὲ ἀνατεθῆναι Διὶ Σθενίῳ· οὐ μὴν ἀλλὰ ἔτι καὶ νῦν τοῖς πεντάθλοις νενό- D
μισται προσαυλεῖσθαι, οὐδὲν μὲν κεκριμένον, οὐδ' ἀρχαῖον, οὐδ' οἷον ἐνομίζετο παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις, ὥσπερ τὸ ὑπὸ Ἱέρακος πεποιημένον πρὸς τὴν ἀγωνίαν ταύτην, ὃ ἐκαλεῖτο Ἐνδρομή· ὅμως δὲ καὶ εἰ ἀσθενές τι καὶ οὐ κεκριμένον, ἀλλ' οὖν προσαυλεῖται.

κζ'. Ἐπὶ μέντοι τῶν ἔτι ἀρχαιοτέρων οὐδὲ εἰδέναι, φασὶ, τοὺς Ἕλληνας τὴν θεατρικὴν μοῦσαν· ὅλην δὲ αὐτῆς τὴν ἐπιστήμην πρός τε θεῶν τιμὴν, καὶ τὴν τῶν νέων παίδευσιν παραλαμβάνεσθαι, μηδὲ τὸ παράπαν

XXVI. Porro autem ex his planum fit, priſcis Græcis haud injuria id præcipuæ curæ fuiſſe, ut adoleſcentes muſica diſciplina imbuerent. Horum enim animos exiſtimabant Muſicæ opera fingi atque concinnari ad decorum poſſe; quippe quod Muſica ut ad omnia, omnemque ſeriam actionem utilis eſſet, ita in primis ad bellica pericula. Quam ad rem alii tibiis uſi ſunt, ut Lacedæmonii, qui compoſito agmine in hoſtem vadentes, Caſtoreum carmen præcini tibiis inſtituerunt: alii lyra, ſicut diu ſic ad pugnam profectos Cretenſes ferunt. Noſtra ætate tubæ in hunc uſum apud pleroſque ſucceſſerunt. Argivi ad luctam, quæ Stheniorum dicebatur, tibiam adhibebant: quod certamen initio Danai cauſſa inſtitutum, poſtmodo Jovi Sthenio conſecratum perhibetur. Enimvero hodieque moris eſt, ut ad pentathlum tibiis canatur: ac tametſi nihil accinitur certum, nihil antiquum, aut quale priſcis uſitatum fuit, quale erat carmen Hieracis ad hoc certamen factum quod *Endrome* ſive Incurſus dicebatur: quanquam languidum et non certa deſtinatum lege fuerit, tamen aliquid accinitur nihilominus.

XXVII. At enim apud antiquiores Græcos ne notam quidem aiunt Muſicam quæ theatris inſerviret; totam ſcientiam illam Deorum venerationi, adoleſcentumque inſtitutioni impenſam fuiſſe; quod tum, nondum theatro ullo apud iſtos

E ἤδη θεάτρου παρὰ τοῖς ἀνδράσιν ἐκείνοις κατεσκευασμένου, ἀλλὰ ἔτι τῆς Μουσικῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀναστρεφομένης, ἐν οἷς τιμήν τε τοῦ θείου διὰ ταύτης ἐποιοῦντο, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐπαίνους· εἰκὸς δὲ εἶναι, ὅτι τὸ θέατρον ὕστερον, καὶ τὸ θεωρεῖν πολὺ πρότερον, ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὴν προσηγορίαν ἔλαβεν. Ἐπὶ μέντοι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς χρόνων τοσοῦτον ἐπιδέδωκε τὸ τῆς διαφορᾶς εἶδος, ὥστε τοῦ μὲν παιδευτικοῦ τρόπου μηδεμίαν μνείαν μηδὲ
F ἀντίληψιν εἶναι, πάντας δὲ τοὺς Μουσικῆς ἁπτομένους πρὸς τὴν θεατρικὴν προσκεχωρηκέναι μοῦσαν.

κη΄. Εἴποι τις, Ὦ τᾶν, οὐδὲν οὖν ὑπὸ τῶν ἀρχαίων προσεξεύρηται καὶ κεκαινοτόμηται; Φημὶ καὶ αὐτὸς ὅτι προσεξεύρηται, ἀλλὰ μετὰ τοῦ σεμνοῦ καὶ πρέποντος. Οἱ γὰρ ἱστορήσαντες τὰ τοιαῦτα Τερπάνδρῳ μὲν τήν τε Δώριον νήτην προσετίθεσαν, οὐ χρησαμένων αὐτῇ τῶν ἔμπροσθεν κατὰ τὸ μέλος. Καὶ τὸν Μιξολύδιον δὲ τόνον ὅλον προσεξευρῆσθαι λέγεται, καὶ τὸν τῆς ὀρθίου μελῳδίας τρόπον τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους πρὸς τὸν ὄρθιον σημαντὸν τροχαῖον. Εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρός φησι, καὶ τῶν σκολιῶν μελῶν Τέρπανδρος εὑρετὴς ἦν. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀρχίλοχος τὴν τῶν τριμέτρων ῥυθμοποιΐαν προσεξεῦρε, καὶ τὴν εἰς τοὺς οὐχ ὁμογενεῖς ῥυθμοὺς ἔντασιν,
1141 καὶ τὴν παρακαταλογὴν, καὶ τὴν περὶ ταῦτα κροῦσιν· πρώτῳ δὲ αὐτῷ

E. 3. εἰκὸς δὲ εἶναι, ὅτι] An legendum, εἰκός τε ἐντεῦθεν, ὅτι. Certe aliquid desideratur. Nec libri constant; nam Ald. Bas. K. P. deterius etiam, εἰκὸς δὲ ὅτι εἶναι—.

F. 8. τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους—τροχαῖον] Burettus corrigit et vertit τὸν κατὰ τὸν ὄρθιον καὶ τὸν σημαντὸν τροχαῖον. Valgulius plane omisit hæc τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους πρὸς τὸν ὄρθιον. Xyl. καὶ addidit vertendo, ante τὸν κατὰ τοὺς ὀρθίους. Amiotus in alia omnia abit.

F. 9. Εἰ δὲ, καθάπερ Πίνδαρος] Εἰ mutandum in Ἔτι, quod unus Valgulius vertendo expressit.

F. 11. ἔντασιν] Sic E. K. Paris. 1. 2. 3. Valgul. probante Buretto. Vulgo, ἔνστασιν.

homines ædificato, Musica adhuc in templis versaretur, Deorum venerationi, et laudibus bonorum virorum inserviens. Et verisimile est *theatri* vocem, ac multo antiquiorem, *theorein*, quod est *spectare*, a voce *Theos*, quæ Deum notat, deductas esse. Ceterum nostris temporibus tantum est receptum discriminis, ut ejus Musicæ quæ ad disciplinam puerorum facit nulla memoria jam exstet, nulla cura sit; omnes qui animum ad Musicam appellunt theatris servientem musam amplectantur.

XXVIII. Sed dicat aliquis: Heus tu, nihilne a priscis adinventum fuit, nihil novatum? Equidem adinventa quædam fateor, sed cum majestate et decoro. Qui historiam harum rerum scripserunt, ii Terpandro *netam* Dorii toni acceptam ferunt, cum ea priores usi non fuerint: quin et totum Mixolydium tonum superadditum aiunt: et Orthiæ cantilenæ modum, et orthiorum ad orthium notabilem trochæum. Præterea, ut Pindarus ait, etiam Scolia carmina Terpander reperit. Sed et Archilochus trimetrorum rhythmos excogitavit, et intentionem in diversi generis et *paracatalogam* sive immutationem exitus, et pulsationem eorum:

τά τε ἐπῳδὰ, καὶ τὰ τετράμετρα, καὶ τὸ προκριτικὸν, καὶ τὸ προσοδιακὸν ἀποδέδοται, καὶ ἡ τοῦ πρώτου αὔξησις, ὑπ' ἐνίων δὲ καὶ τὸ ἐλεγεῖον, πρὸς δὲ τούτοις ἥτε τοῦ ἰαμβείου πρὸς τὸν ἐπιβατὸν παίωνα ἔντασις, καὶ ἡ τοῦ ηὐξημένου ἡρώου, εἴς τε τὸν προσοδιακὸν, καὶ τὸν κρητικόν· ἔτι δὲ τῶν ἰαμβείων, τὸ τὰ μὲν λέγεσθαι παρὰ τὴν κροῦσιν, τὰ δὲ ᾄδεσθαι, Ἀρχίλοχόν φασι καταδεῖξαι, εἶθ' οὕτω χρήσασθαι τοὺς τραγικοὺς ποιητὰς, Κρέξον δὲ λαβόντα εἰς διθύραμβον χρῆσιν ἀγαγεῖν. Οἴονται δὲ καὶ τὴν κροῦσιν τὴν ὑπὸ τὴν ᾠδὴν τοῦτον πρῶτον εὑρεῖν, τοὺς δὲ ἀρχαίους πάντας πρόσχορδα B κρούειν.

κθʹ. Πολυμνήστῳ δὲ τόν θ' Ὑπολύδιον νῦν ὀνομαζόμενον τόνον ἀνατιθέασι, καὶ τὴν ἔκλυσιν καὶ τὴν ἐκβολὴν πολὺ μείζω πεποιηκέναι φασὶν αὐτόν. Καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ὄλυμπον ἐκεῖνον, ᾧ δὴ τὴν ἀρχὴν τῆς Ἑλληνικῆς τε καὶ νομικῆς μούσης ἀποδιδόασι, τό, τε τῆς ἁρμονίας γένος ἐξευρεῖν φασι, καὶ τῶν ῥυθμῶν τόν τε προσοδιακὸν, ἐν ᾧ ὁ τοῦ Ἄρεως νόμος, καὶ τὸν χορεῖον ᾧ πολλῷ κέχρηνται ἐν τοῖς μητρῴοις· ἔνιοι δὲ καὶ τὸν βακχεῖον Ὄλυμπον οἴονται εὑρηκέναι. Δῆλον δ' ἕκαστον τῶν ἀρχαίων μελῶν, ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει. Λᾶσος δὲ ὁ Ἑρμιονεὺς εἰς τὴν διθυραμβικὴν ἀγωγὴν μεταστήσας τοὺς ῥυθμοὺς, καὶ τῇ τῶν αὐλῶν πολυφωνίᾳ κατακολουθήσας, C

A. 2. προκριτικὸν] Burettus corrigit Κρητικὸν, quod in Latinis reddidi.

A. 3. τοῦ πρώτου] K. τούτου. Salmas. τοῦ ἡρώου.

A. 8. χρῆσιν] Sic E. K. Venet. Paris. 1. P. Vulgo, χρήσασθαι.

B. 8. κέχρηνται] Sic Steph. ex Schott. sequuntur Græco-Latinæ et Burettus, nec dissentit Venet. At κέχρηται habent Ald. Bas. Xyl. E. K. Paris. 1. et interpretes Valgul. Amiot. Xyl.

B. 9. Δῆλον δ' ἕκαστον] Legendum vel, Δηλοῖ δ' ἕκαστον, vel, Δῆλον δ' ἑκάστῳ.

primo ipsi etiam epoda, tetrametra, Creticum, et Aditiale tribuuntur, primique augmentum; a nonnullis etiam elegiacum. Ad hæc iambici ad pæonem epibatum intentio, et heroici aucti in Aditialem et Creticum: et quod iambicorum alia dicuntur ad pulsationem, alia canuntur, id ab Archilocho monstratum, a tragicis deinde usurpatum ferunt, idque Crexum accepisse, et ad dithyrambum traduxisse. Putant etiam pulsationem sub cantilenam ab eo primum inventam, cum veteres omnes ad chordas pulsassent.

XXIX. Polymnesto autem tonum qui nunc Hypolydius dicitur tribuunt; valdeque ab eo auctam ferunt *eclysin* et *ecbolam*, id est, chordarum remissionem et intentionem. Ipsum quoque illum Olympum, cui principium Græcæ et nomis contentæ Musicæ imputatur, genus enharmonicum protulisse in lucem tradunt; rhythmosque Aditialem, in quo Martis est nomus, et Choreum quo multi usi sunt in *Metrois*, hoc est carminibus de Magna Matre. Quidam etiam Baccheium putant ab Olympo inventum. Hæc ita esse, quovis antiquo carmine ostendi potest. Lasus vero Hermionensis cum rhythmos in dithyrambicam ratio-

πλείοσί τε φθόγγοις καὶ διεῤῥιμμένοις χρησάμενος, εἰς μετάθεσιν τὴν προϋπάρχουσαν ἤγαγε Μουσικήν.

λ΄. Ὁμοίως δὲ καὶ Μελανιππίδης ὁ μελοποιὸς ἐπιγενόμενος, οὐκ ἐνέμεινε τῇ προϋπαρχούσῃ Μουσικῇ, ἀλλ᾽ οὐδὲ Φιλόξενος, οὐδὲ Τιμόθεος· οὗτος γὰρ, ἑπταφθόγγου τῆς λύρας ὑπαρχούσης ἕως εἰς Τέρπανδρον τὸν Ἀντισσαῖον, διέῤῥιψεν εἰς πλείονας φθόγγους. Ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐλητικὴ ἀπὸ ἁπλουστέρας εἰς ποικιλωτέραν μεταβέβηκε Μουσικήν· τὸ γὰρ παλαιὸν, ἕως εἰς Μελανιππίδην, τὸν τῶν διθυράμβων ποιητὴν, συμβεβήκει τοὺς αὐλητὰς
D παρὰ τῶν ποιητῶν λαμβάνειν τοὺς μισθοὺς, πρωταγωνιστούσης δηλονότι τῆς ποιήσεως, τῶν δ᾽ αὐλητῶν ὑπηρετούντων τοῖς διδασκάλοις· ὕστερον δὲ καὶ τοῦτο διεφθάρη· ὡς καὶ Φερεκράτην τὸν κωμικὸν εἰσαγαγεῖν τὴν Μουσικὴν ἐν γυναικείῳ σχήματι, ὅλην κατῃκισμένην τὸ σῶμα· ποιεῖ δὲ τὴν Δικαιοσύνην διαπυνθανομένην τὴν αἰτίαν τῆς λώβης, καὶ τὴν ποίησιν λέγουσαν,

ΜΟΥΣ. Λέξω μὲν οὐκ ἄκουσα· σοί τε γὰρ κλύειν
Ἐμοί τε λέξαι θυμὸς ἡδονὴν ἔχει.
Ἐμοὶ γὰρ ἦρξε τῶν κακῶν Μελανιππίδης
E Ἐν τοῖσι πρώτοις, ὃς λαβὼν ἀνῆκέ με,
Χαλαρωτέραν τ᾽ ἐποίησε χορδαῖς δώδεκα.
Ἀλλ᾽ οὖν ὅμως οὗτος μὲν ἦν ἀποχρῶν ἀνὴρ
Ἔμοιγε πρὸς τὰ νῦν κακά—

C. 4. Ὁμοίως δὲ καὶ Μελανιππίδης—πλείονας φθόγγους] Hæc inferius tranſponenda videntur inter διεφθάρη et ὡς καὶ Φερεκράτην.

D. 5. ποίησιν] Μουσικὴν vertit Valgul. Burett. Certe auctor vel ſcripſit ita, vel ſcribere debebat. Item Brunck. ad Ariſtoph. Fragm. T. iii. p. 170, ita edidit: ubi e conjectura ſua totum hunc locum exhibet.

E. 4. κακὰ—] Virgulam poſui exemplo Brunckii.

nem tranſtuliſſet, ac tibiarum multiplices voces ſectaretur, pluribus utens ſonis et diſſipatis, antiquæ Muſicæ mutationem invexit.

XXX. Idem fecit Melanippides Odarum ſcriptor ſuperveniens, qui in priore Muſica non acquievit; ut neque Philoxenus, neque Timotheus. Hic enim, cum lyra ſeptem fidibus uſque ad Terpandrum Antiſſæum contenta fuiſſet, in plures eam ſonos diſperſit. Verum tibina quoque Muſica de ſimpliciore in magis variam eſt mutata. Nam antiquitus, uſque ad Melanippidem qui dithyrambos compoſuit, tibicines a poëtis mercedem accipere conſueverant: nimirum primas gerente partes poëſi, et tibicinibus operam iis qui fabulam docerent navantibus. Is poſtea mos periit: adeo quidem, ut Pherecrates comicus Muſicam introduxerit figura muliebri, totum corpus verberibus fœde multatam: facitque Juſtitiam quærentem de cauſſa hujus fœditatis, et Muſicam ſic reſpondentem:

Mus. Dicam, neque hoc invita, audire cum tibi
Mihique dicere voluptatem animo afferat.
Malorum initium mihi fuit Melanippides.
Is primus arreptam me laxavit nimis,
Fidibuſque bis ſex molliorem reddidit.
Ad calamitates ille non tamen meas
Suffecit unus haſce. Nam Cineſias

Κινησίας δὲ ὁ κατάρατος Ἀττικὸς
Ἐξαρμονίους καμπὰς ποιῶν ἐν ταῖς στροφαῖς
Ἀπολώλεκέ μ' οὕτως, ὥστε τῆς ποιήσεως
Τῶν διθυράμβων, καθάπερ ἐν ταῖς ἀσπίσι, F
Ἀριστέρ' αὐτοῦ φαίνεται τὰ δεξιά.
Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις οὕτως, ἦν ὅμως ὅμως.
Φρύννις δὲ ἴδιον στρόβιλον ἐμβαλών τινα,
Κάμπτων με καὶ στρέφων, ὅλην διέφθορεν,
Ἐν πέντε χορδαῖς δώδεκα ἁρμονίας ἔχων.
Ἀλλ' οὖν ἔμοιγε χ' οὗτος ἦν ἀποχρῶν ἀνήρ·
Εἰ γάρ τι κἀξήμαρτεν, αὖθις ἀνέλαβεν.
Ὁ δὲ Τιμόθεός μ', ὦ φιλτάτη, κατορώρυχε,
Καὶ διακέκναικ' αἴσχιστα. ΔΙΚ. Ποῖος οὑτοσὶ
Τιμόθεος; ΜΟΥΣ. Μιλήσιός τις Πυῤῥίας
Κακά μοι παρέσχεν· οὗτος ἅπαντας οὓς λέγω 1142
Παρελήλυθεν ἄγων ἐκτραπέλους μυρμηκίας.
Κἂν ἐντύχῃ πού μοι βαδιζούσῃ μόνῃ,
Ἀπέλυσε, κἀνέλυσε χορδαῖς δώδεκα.

Καὶ Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένου, καί φησιν, " ὅτι εἰς " τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη εἰσηνέγκατο·" ἡ δὲ Μουσικὴ λέγει ταῦτα,

Ἐξαρμονίους ὑπερβολαίους τε ἀνοσίους

E. 5. Κινησίας δὲ] δὲ in γὰρ mutat Brunck.
F. 3. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις] Hunc verſum ita conſtituo, Ἀλλ' οὖν ἐπιεικὴς οὗτος ἦν ὅμως ἐμοί. Brunckius ita, Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις· ὠμὸς οὗτος ἦν ὅμως: quo ſenſu, non video: nec ipſe, forte, vidit, qui mox duo alia correctionis tentamina ponit: alterum, ΔΙΚ. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις ὠμὸν οὕτως. ΜΟΥΣ. ἦν γ' ὅμως: alterum, ΔΙΚ. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. ΜΟΥΣ. τλητὸς οὗτος ἦν ὅμως. Judicent periti!
F. 4. Φρύννις] Sic E. K. Pariſ. 1. 2. 3. Vulgo, Φρύνης: quod Steph. neſcio unde arripuit. Ceteri Φρύνις.
F. 10. διακέκναικ'] Sic Brunck. Vulgo, διακέκναιχ'.
F. 11. Τιμόθεος] Τιμόθεός ἐστι; Brunck. probabiliter.
A. 2. Παρελήλυθεν] Sic K. et Brunck. item, ſed retenta vitioſa lectione, Ald. Baſ. Xyl. Παρελήλυθεν παρελήλυθ'. Vulgo, Παρελήλυθ'.
A. 3. Κἂν ἐντύχῃ] ἐντύχοι K. et Brunck. Equidem malim Κἆτ' ἐντυχών.
A. 4. Ἀπέλυσε—] Brunckius hunc locum continuat proximis verſibus Ἐξαρμονίους—καὶ ἐμέστωσε quos Ariſtophani abjudicans, Pherecrati adjudicat. Et, quod mirum, plane ita jam verterat Valgulius haud illi quidem ſine veriſimilitudine, modo ne obſint verba illa ἡ δὲ Μουσικὴ λέγει ταῦτα; quæ, licet continuo ſubjiciantur, poſt κατεμέστωσε, tamen frigent. Utcunque ſit, hoc verſu legam, Ἀπέδυσε, κἀνέδυσε χορδαῖς δώδεκα.

Athenienſis ille deteſtabilis,
Contra harmoniam dum flexus intulit ſtrophis,
Peſſundedit me ſic, ut jam poëſeos
Dithyrambicæ, perinde ſicut aſpidis,
Quæ dextra ſunt, ſiniſtra quivis deputet.
Neque hoc tamen ſatis eſt miſeriæ creditum.
Phrynis peculiarem immittens turbinem,
Flectendo me, et verſando totam perdidit,
In quinque chordis bis ſex harmonias habens,
Sed iſte vir potuit adhuc tolerarier;
Peccata namque correxit rurſum ſua.
Aſt Timotheus me confodit, cariſſima,
Turpiſſimeque vulneribus me conſcidit.
Just. Quis Timotheus? Mus. Mileſius ille rufulus
Majora mi mala, quam reliqui omnes, intulit.
Is ſolam ubi ambulantem me nactus fuit,
Bis ſex me nervis illico vinctam illigat.

Sed et Ariſtophanes comicus mentionem facit Philoxeni qui cantilenas in cyclios choros intulerit; et Muſica apud eum ſic loquitur:

Exharmonios, hyperbolæos, niglaros:

Καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην
Κάμπτων με κατεμέστωσε.

B Καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν Μουσικὴν
κατακεκερματικότων.

λα'. Ὅτι δὲ περὶ τὰς ἀγωγὰς καὶ τὰς μαθήσεις διόρθωσις ἢ διαστροφὴ
γίνεται, δῆλον Ἀριστόξενος ἐποίησε. “Τῶν γὰρ κατὰ τὴν αὐτοῦ ἡλικίαν,”
φησί, “Τελεσίᾳ τῷ Θηβαίῳ συμβῆναι νέῳ μὲν ὄντι, τραφῆναι ἐν τῇ
“καλλίστῃ Μουσικῇ, καὶ μαθεῖν ἄλλα τε τῶν εὐδοκιμούντων, καὶ δὴ καὶ τὰ
“Πινδάρου, τά τε Διονυσίου τοῦ Θηβαίου, καὶ τὰ Λάμπρου, καὶ τὰ Πρα-
“τίνου, καὶ τῶν λοιπῶν ὅσοι τῶν λυρικῶν ἄνδρες ἐγένοντο ποιηταὶ κρουμάτων
“ἀγαθοί· καὶ αὐλῆσαι δὲ καλῶς, καὶ περὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς συμπάσης
C “παιδείας ἱκανῶς διαπονηθῆναι· παραλλάξαντα δὲ τὴν τῆς ἀκμῆς ἡλι-
“κίαν, οὕτω σφόδρα ἐξαπατηθῆναι ὑπὸ τῆς σκηνικῆς τε καὶ ποικίλης
“Μουσικῆς, ὡς καταφρονῆσαι τῶν καλῶν ἐκείνων ἐν οἷς ἀνετράφη, τὰ
“Φιλοξένου δὲ καὶ Τιμοθέου ἐκμανθάνειν, καὶ τούτων αὐτῶν τὰ ποικιλώτατα
“καὶ πλείστην ἐν αὐτοῖς ἔχοντα καινοτομίαν· ὁρμήσαντά τε ἐπὶ τὸ ποιεῖν
“μέλη, καὶ διαπειρώμενον ἀμφοτέρων τῶν τρόπων, τοῦ τε Πινδαρείου καὶ
“Φιλοξενείου, μὴ δύνασθαι κατορθοῦν ἐν τῷ Φιλοξενείῳ γένει· γεγενῆσθαι
“δὲ αἰτίαν τὴν ἐκ παιδὸς καλλίστην ἀγωγήν.”

λβ'. Εἰ οὖν τις βούλεται Μουσικῇ καλῶς καὶ κεκριμένως χρῆσθαι,
D τὸν ἀρχαῖον ἀπομιμείσθω τρόπον· ἀλλὰ μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις αὐτὴν μα-

Quibus me totam raphani in morem flexilem
Opplevit.

Sed et alii comœdiarum ſcriptores demonſtraverunt eorum ineptias, qui poſtea temporis Muſicam in minuta quaſi fragmenta conſciderunt.

XXXI. Quod autem educatio et diſciplina vel rectam vel pravam artium tractationem habeat, Ariſtoxenus oſtendit. Nam *Teleſiam Thebanum, qui ipſius ætate vixit*, narrat, *adoleſcentem in pulcherrima educatum Muſica, cum aliorum nobilium poëtarum carmina didiciſſe, tum Pindari, Dionyſii Thebani, Lampri, Pratinæ, et reliquorum qui lyrico carmine præſtiterunt : eundemque etiam tibia bene ceciniſſe, et in reliquis totius diſciplinæ partibus ſatis felici cum induſtria verſatum fuiſſe. Ætate autem jam matura, adeo fuiſſe a ſcenica et varia illa Muſica deceptum, ut, contemtis pulchris iis in quibus enutritus fuerat, Timothei ac Philoxeni ediſceret carmina, ac de his ipſis ea potiſſimum, quæ maxime eſſent varia, plurimumque haberent novitatis : cumque ſe ad lyricum pangendum carmen contuliſſet, ac tam Philoxeni quam Pindari modum tentaſſet, in Philoxeneo ei rem non ſucceſſiſſe ; cujus cauſſa fuerit pulcherrima illa primæ ætatis inſtitutio.*

XXXII. Qui ergo vult Muſica recte et cum judicio uti, is veterem modum æmuletur. Sed interim aliis quoque eam perficiat diſciplinis, phi-

θήμασιν ἀναπληρούτω, καὶ φιλοσοφίαν ἐπιστησάτω παιδαγωγόν· αὕτη γὰρ ἱκανὴ κρῖναι τὸ Μουσικῇ πρέπον μέτρον καὶ τὸ χρήσιμον. Τριῶν γὰρ ὄντων μερῶν εἰς ἃ διῄρηται τὴν καθόλου διαίρεσιν ἡ πᾶσα Μουσική, διατόνου, χρώματος, ἁρμονίας, ἐπιστήμονα χρὴ εἶναι τὸν τούτοις χρωμένης ποιήσεως τῇ Μουσικῇ προσιόντα, καὶ τῆς ἑρμηνείας τῆς τὰ πεποιημένα παραδιδούσης ἐπήβολον. Πρῶτον μὲν οὖν κατανοητέον ὅτι πᾶσα μάθησις τῶν περὶ τὴν Μουσικήν, E ἐθισμός ἐστιν οὐδέπω προσειληφὼς τὸ τίνος ἕνεκα τῶν διδασκομένων ἕκαστον τῷ μανθάνοντι μαθητέον ἐστί. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐνθυμητέον ὅτι πρὸς τὴν τοιαύτην ἀγωγήν τε καὶ μάθησιν οὐδέπω προσάγεται τρόπων ἐξαρίθμησις. Ἀλλὰ οἱ μὲν πολλοὶ εἰκῇ μανθάνουσιν ὃ ἂν τῷ διδάσκοντι ἢ τῷ μανθάνοντι ἀρέσῃ· οἱ δὲ συνετοὶ τὸ εἰκῇ ἀποδοκιμάζουσιν, ὥσπερ Λακεδαιμόνιοι τὸ παλαιὸν καὶ Μαντινεῖς καὶ Πελληνεῖς· ἕνα γάρ τινα τρόπον ἢ παντελῶς ὀλίγους ἐκλεξάμενοι, οὓς ᾤοντο πρὸς τὴν τῶν ἠθῶν ἐπανόρθωσιν ἁρμόττειν, αὐτῇ τῇ Μουσικῇ ἐχρῶντο. F

λγ΄. Φανερὸν δ᾽ ἂν γένοιτο, εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζοιτο τῶν ἐπιστημῶν, τίνος ἐστὶ θεωρητική. Δῆλον γὰρ ὅτι ἡ μὲν Ἁρμονική, γενῶν τε τῶν τοῦ ἡρμοσμένου, καὶ διαστημάτων καὶ συστημάτων καὶ φθόγγων καὶ τόνων καὶ μεταβολῶν συστηματικῶν ἐστι γνωστική· πορρωτέρω δὲ οὐκέτι ταύτῃ προσελθεῖν οἷόν τε. Ὥστ᾽ οὐδὲ ζητεῖν παρὰ ταύτης τὸ διαγνῶναι δύνασθαι, πότερον οἰκείως εἴληφεν ὁ ποιητὴς ὅμοιον εἰπεῖν ἐν μέσοις τὸν Ὑποδώριον

F. 7. ὅμοιον εἰπεῖν ἐν μέσοις] Ita omnes libri, excepto K. sive Paris. 3. ubi est μουσικοῖς pro μέσοις. Nam in Gr. Lat. Indice Varr. Lect. p. 80. sunt conjecturæ ex P. μύσοις, μέσοις, μέτροις: quorum postremum in

losophiamque ei pædagogi loco præficiat: ea enim judicare valet quid Musicam deceat. Nam cum Musica universe in tres dividatur partes, Diatonum, Chroma, Harmoniam; qui ad Musicam se applicat, is necesse est gnarus sit hisce utentis rebus poëseos, interpretationeque poëmatum præditus. Principio itaque tenendum est, omnem disciplinam musicam adsuefactionem esse, quæ discenti nondum simul ostendat, cujus finis gratia unumquodque præceptum discatur. Deinde id cogitandum est, ad hujusmodi institutionem non esse adhibendam modorum enumerationem. Sed plerique temere docent aut discunt quæ discipulo doctorive placent. Prudentes inania rejiciunt: ut antiquitus Lacedæmonii, Mantinenses, Pellenæi. Hi enim unum aliquem modum, aut paucos omnino deligentes, quos formandis moribus aptos judicarent, ipsa Musica usi sunt.

XXXIII. Hoc manifestum evadet, si quis singulas scientias examinans, dispiciat cujus unaquæque rei considerationem tractet. Liquet enim Harmonicam de concinno genere, diastematibus seu intervallis, systematibus, sonis, tonis, mutationibusque systematicis cognitionem habere; ulterius non progredi. Itaque id genus quæstiones non suscipit, ut his exemplis utar, an proprie et ad

τόνον ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἢ τὸν Μιξολύδιόν τε καὶ Δώριον ἐπὶ τὴν ἔκβασιν, ἢ τὸν Ὑποφρύγιόν τε καὶ Φρύγιον ἐπὶ τὴν μέσην. Οὐ γὰρ διατείνει τῇ ἁρμο-
1143 νικῇ πραγματείᾳ πρὸς τὰ τοιαῦτα, προσδεῖται δὲ πολλῶν ἑτέρων· τὴν γὰρ τῆς οἰκειότητος δύναμιν ἀγνοεῖ. Οὔτε γὰρ τὸ χρωματικὸν γένος, οὔτε τὸ ἐναρμόνιον ἥξει ποτὲ ἔχον τὴν τῆς οἰκειότητος δύναμιν τελείαν, καὶ καθ' ἣν τὸ τοῦ πεποιημένου μέλους ἦθος ἐπιφαίνεται, ἀλλὰ τοῦτο τοῦ τεχνίτου ἔργον. Φανερὸν δὲ ὅτι ἑτέρα τοῦ συστήματος ἡ φωνὴ τῆς ἐν τῷ συστήματι κατασκευασθείσης μελοποιίας, περὶ ἧς οὐκ ἔστι θεωρῆσαι τῆς ἁρμονικῆς πραγματείας. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῶν ῥυθμῶν. Οὐδεὶς γὰρ ῥυθμὸς τὴν τῆς τελείας οἰκειότητος δύναμιν ἥξει ἔχων ἐν αὑτῷ· τὸ γὰρ οἰκείως ἀεὶ λεγόμενον, πρὸς ἦθός τι βλέποντες λέγομεν· τούτου δὲ φαμὲν αἰτίαν
B σύνθεσίν τινα, ἢ μῖξιν, ἢ ἀμφότερα. Οἷον Ὀλύμπῳ τὸ ἐναρμόνιον γένος ἐπὶ Φρυγίου τόνου τεθὲν, παίωνι ἐπιβατῷ μιχθέν· τοῦτο γὰρ τῆς ἀρχῆς τὸ ἦθος ἐγέννησεν ἐπὶ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς νόμῳ· προσληφθείσης γὰρ μελοποιίας καὶ ῥυθμοποιίας, τεχνικῶς τε μεταληφθέντος τοῦ ῥυθμοῦ μόνον αὐτοῦ, καὶ γενομένου τροχαίου ἀντὶ παίωνος, συνέστη τὸ Ὀλύμπου ἐναρμόνιον γένος. Ἀλλὰ μὴν καὶ τοῦ ἐναρμονίου γένους καὶ τοῦ Φρυγίου τόνου διαμενόντων, καὶ πρὸς τούτοις τοῦ συστήματος παντὸς, μεγάλην ἀλλοίωσιν ἔσχηκε τὸ ἦθος· ἡ
C γὰρ καλουμένη Ἁρμονία ἐν τῷ τῆς Ἀθηνᾶς νόμῳ πολὺ διέστηκε τὸ ἦθος

contextu habet Gr. Lat. 1624. Forte corrigendum—ὁ ποιητὴς καὶ οἷον εἰπεῖν εὐμούσως, vel μουσικῶς. Sententiam hanc in Latinis expreſſi.

F. 9. τῇ ἁρμονικῇ πραγματείᾳ] Legendum, ἡ ἁρμονικὴ πραγματεία.

A. 4. μέλους ἦθος] Sic E. Pariſ. 1. et interpretes Amiot. Valgul. Xyl. Burett.

Muſicam artem accommodate poëta ſumſerit, initio carminis Hypodorium, in fine Mixolydium aut Dorium, Hypophrygium et Phrygium in medio. Non enim Harmonica eo uſque pertingit, ſed multis præterea aliis opus habet. Vim enim proprietatis ignorat. Neque adeo Chromaticum aut Enharmonium genus unquam ad proprietatis perfectam vim procedit, qua de ingenio carminis judicatur: hoc enim artificis eſt munus. Manifeſtum eſt ergo, vocem ſyſtematis aliam eſſe a modulatione cantilenæ in ſyſtemate; quam conſiderare, non eſt harmonicæ tractationis. Eadem eſt rhythmorum ratio. Nullus enim rhythmus in ſe perfectam proprietatis vim habet. Proprie enim aut accommodate aliquid dictum cum affirmamus, ad indolem ſeu naturam modi reſpicimus; ejuſque cauſſam eſſe dicimus compoſitionem quandam aut mixtionem aut utrumque. Veluti quod Olympus Enharmonium genus in Phrygio poſitum tono cum pæone *epibato* miſcuit: hoc enim initium in Minervæ nomo ſuum ei ingenium conciliavit: nam, adſcitis modulatione et rhythmi confectione, artificioſeque eo tranſſumto, et trochæo in pæonis recepto locum, Olympi Enharmonium genus eſt conditum. Et tamen Enharmonio genere et Phrygio tono totoque ſyſtemate manentibus, magna mutatio ingenio carminis accidit. Quæ enim in Minervæ nomo dicitur harmonia, procul diſtat

τῆς ἀναπείρας. Εἰ οὖν προσγένοιτο τῷ τῆς Μουσικῆς ἐμπείρῳ τὸ κριτικὸν, δῆλον ὅτι οὗτος ἂν εἴη ὁ ἀκριβὴς ἐν Μουσικῇ· ὁ γὰρ εἰδὼς τὸ Δώριον ἄνευ τοῦ κρίνειν ἐπίστασθαι τὴν τῆς χρήσεως αὐτοῦ οἰκειότητα, οὐκ εἴσεται ὃ ποιεῖ· ἀλλ' οὐδὲ τὸ ἦθος σώσει. Ἐπεὶ δὲ περὶ αὐτῶν τῶν Δωρίων μελοποιιῶν ἀπορεῖται πότερόν ἐστι διαγνωστικὴ ἡ ἁρμονικὴ πραγματεία, καθάπερ τινὲς οἴονται, τῶν Δωρίων, ἢ οὔ. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ περὶ τῆς ῥυθμικῆς ἐπιστήμης πάσης. Ὁ γὰρ εἰδὼς τὸν παίωνα, τὴν τῆς χρήσεως αὐτοῦ οἰκειότητα οὐκ εἴσεται, διὰ τὸ αὐτὴν μόνην εἰδέναι τὴν τοῦ παίωνος ξύνοισιν. D
Ἐπεὶ καὶ περὶ αὐτῶν τῶν παιωνικῶν ῥυθμοποιιῶν ἀπορεῖται, πότερόν ἐστι διαγνωστικὴ ἡ ῥυθμικὴ πραγματεία τούτων, ἤ, καθάπερ τινές φασιν, οὐ διατείνει μέχρι τούτου. Ἀναγκαῖον οὖν δύο τοὐλάχιστον γνώσεις ὑπάρχειν τῷ μέλλοντι διαγνώσεσθαι τό, τε οἰκεῖον καὶ τὸ ἀλλότριον· πρῶτον μὲν, τοῦ ἤθους οὗ ἕνεκα ἡ σύνθεσις γεγένηται· ἔπειτα, τούτων ἐξ ὧν ἡ σύνθεσις. Ὅτι μὲν οὖν οὔθ' ἡ Ἁρμονικὴ, οὔθ' ἡ Ῥυθμικὴ, οὔτε ἄλλη οὐδεμία τῶν καθ' ἓν μέρος λεγομένων, αὐτάρκης αὐτὴ καθ' αὑτὴν τοῦ ἤθους εἶναι καὶ γνωστικὴ δὲ τῶν ἄλλων κριτικὴ, ἀρκέσει τὰ εἰρημένα. E

λδʹ. Τριῶν δ' ὄντων γενῶν εἰς ἃ διαιρεῖται τὸ ἡρμοσμένον, ἴσων τοῖς τε τῶν συστημάτων μεγέθεσι καὶ ταῖς τῶν φθόγγων δυνάμεσιν, ὁμοίως δὲ καὶ

C. 4. χρήσεως] E. K. P. Parif. 1. 3. et interpretes Valgul. Xyl. Burett. Vulgo, κρίσεως.
D. 1. ξύνοισιν] Legendum ξύνθεσιν, ut vertit Xyl. ξύνεσιν Parif. 2. σύνεσιν Parif. 3. K. idque expreſſerunt Valgul. Amiot Burett.
D. 3. ἡ ῥυθμικὴ—ἤ, καθάπερ] Ita Baf. Xyl. K. hic quidem alio ordine locum exhibens: Πότερον δέ ἐστι διαγνωστικὴ ἡ ῥυθμικὴ τούτων φασὶν ἢ οὐ διατείνει μέχρι τούτου. Vulgo, ἡ ῥυθμικὴ—καθάπερ.
E. 2. Τριῶν δ' ὄντων—συνεφώνουν] Hæc Burettus inferius reponenda judicat p. 1144. F. inter ἐπιχειρήσαντα et Πυθαγόρας. Recte, opinor.

ab exordii ingenio. Si ergo Muficæ peritiæ accedat facultas judicandi, his præditum conſtat perfectum fore Muficum. Qui enim novit Doricum tonum, neque tamen judicare quit ubi is proprie et convenienter ufurpetur, non fciet quid faciendum fit, neque ingenium ejus fervabit. Nam de ipfis Doriis cantilenis quæretur an harmonica fcientia dijudicet, ut Doriorum quidam putant, necne. Eadem eft ratio etiam univerfæ rhythmicæ fcientiæ. Qui enim novit pæonem, is proprietatem ejus ad ufum transferendi nefcit; tantum hoc fcit, unde pæon componatur. Nam quandoquidem de ipfis pæonicis rhythmorum confectionibus dubitatur, utrum rhythmica earum tractatio valeat ad eas dijudicandas, an, ut quidam dicunt, non eo ufque fe proferat. Oportet igitur eum, qui velit de his rebus judicium ferre, ad minimum duo hæc poffe perfpicere; proprium feu domefticum, et alienum: primum ejus affectionis ob quam facta eft compofitio; deinde eorum, ex quibus ea facta eft. Proinde neque Harmonicam, neque rhythmicam, neque ullam aliam quæ ut fpecies Muficæ fubjiciuntur, ipfam per fe fufficere ad intelligendum carminis ingenium, ac cetera judicandum, fatis puto dictum effe.

XXXIV. Jam cum tria fint genera, in quæ harmonice concinnatum illud diftribuitur, æqualia illa cum fyftematum quantitate, tum fonorum

ταῖς τῶν τετραχόρδων, περὶ ἑνὸς μόνου οἱ παλαιοὶ ἐπραγματεύσαντο· ἐπειδήπερ οὔτε περὶ χρώματος, οὔτε περὶ διατόνου οἱ πρὸ ἡμῶν ἐπεσκόπουν, ἀλλὰ περὶ μόνου τοῦ ἐναρμονίου, καὶ αὖ τούτου περὶ ἕν τι μέγεθος συστήματος, τοῦ καλουμένου διὰ πασῶν· περὶ μὲν γὰρ τῆς χρόας διεφέροντο, περὶ δὲ τοῦ μίαν εἶναι αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν σχεδὸν πάντες συνεφώνουν. Οὐκ ἂν οὖν
F ποτε συνίδοι τὰ περὶ τὴν ἁρμονικὴν πραγματείαν ὁ μέχρι αὐτῆς τῆς γνώσεως ταύτης προεληλυθώς, ἀλλὰ δηλονότι παρακολουθῶν ταῖς τε κατὰ μέρος ἐπιστήμαις, καὶ τῷ συνόλῳ σώματι τῆς Μουσικῆς, καὶ ταῖς τῶν μερῶν μίξεσί τε καὶ συνθέσεσιν. Ὁ γὰρ μόνον ἁρμονικὸς περιγέγραπται τρόπῳ τινί. Καθόλου μὲν οὖν εἰπεῖν, ὁμοδρομεῖν δεῖ τήν τε αἴσθησιν καὶ τὴν
1144 διάνοιαν ἐν τῇ κρίσει τῶν τῆς Μουσικῆς μερῶν, καὶ μήτε προάγειν, ὃ ποιοῦσιν αἱ προπετεῖς τε καὶ φερόμεναι τῶν αἰσθήσεων· μήτε ὑστερίζειν, ὃ ποιοῦσιν αἱ βραδεῖαί τε καὶ δυσκίνητοι. Γίνεται δέ ποτε ἐπί τινων αἰσθήσεων καὶ τὸ συγκείμενον ἐκ τοῦ συναμφοτέρου, ὥστε ὑστεροῦσιν αἱ αὐταὶ καὶ προτεροῦσι διά τινα φυσικὴν ἀνωμαλίαν. Περιαιρετέον οὖν τῆς μελλούσης ὁμοδρομεῖν αἰσθήσεως ταῦτα.

λε΄. Αἰεὶ γὰρ ἀναγκαῖον τρία ἐλάχιστα εἶναι τὰ προσπίπτοντα ἅμα εἰς τὴν ἀκοήν, φθόγγον τε, καὶ χρόνον, καὶ συλλαβὴν ἢ γράμμα. Συμβήσεται δὲ ἐκ τῆς μὲν κατὰ τὸν φθόγγον πορείας τὸ ἡρμοσμένον γνωρίζεσθαι· ἐκ δὲ τῆς
B κατὰ χρόνον, τὸν ῥυθμόν· ἐκ δὲ τῆς κατὰ γράμμα ἢ συλλαβὴν, τὸ λεγό-

E. 7. περὶ μὲν γὰρ] γὰρ aſſumſi ex K.

vi, ſimiliterque quatrichordorum; unum duntaxat eorum veteres tractaverunt. Etenim qui nos ætate anteiverunt, neque de Chromate, neque de Diatono diſputaverunt, ſed de ſolo Enharmonio; atque adeo etiam de hujus unico ſyſtemate, ſive complexu, quod eſt *diapaſon*. Controverſia quidem ejus fuit de uſu; ſed quin hæc unica eſſet Harmonia, in id omnes fere conſenſerunt. Non ergo harmonicam quiſquam perſpexerit tractationem, qui uſque ad cognitionem unius ejus fuerit progreſſus. Sed oportebit, ut liquet, eum perſequi particulares etiam quas vocant ſcientias, totumque Muſicæ corpus, et partium mixtiones atque compoſitiones. Qui enim tantummodo eſt Harmonicus, is circumſcriptus eſt certo modo. Ut autem univerſe dicam, ſenſum et intelligentiam oportet concurrere in judicandis Muſicæ partibus; ut neque præeant ſenſus, quod accidit præcipitibus; neque a tergo relinquantur, quod uſu venit tardis. Contingit aliquando in ſenſibus utrumque, ut, ob naturæ inæqualitatem, et antecurrant et tardius æquo veniant. Hoc ergo adimendum eſt ſenſui; ut poſſit æquali curſu comitari intellectum.

XXXV. Semper enim eſt neceſſe, tria hæc una in auditum incidere; ſonum, tempus, et literam vel ſyllabam. Fiet autem, ut e ſono ejuſque ingreſſu Harmoniam, e tempore rhythmum, e litera aut ſyllaba id quod dicitur, intelligas: quæ cum ſimul procedant, ſimul etiam ſenſus ea exci-

γινόμενον· ὁμοῦ δὲ παραβαινόντων, ἅμα τὴν τῆς αἰσθήσεως ἐπιφορὰν ἀναγκαῖον ποιεῖσθαι. Ἀλλὰ μὴν κἀκεῖνο φανερόν, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται, μὴ δυναμένης τῆς αἰσθήσεως χωρίζειν ἕκαστον τῶν εἰρημένων, παρακολουθεῖν τε δύνασθαι τοῖς καθ' ἕκαστα, καὶ συνορᾷν τό θ' ἁμαρτανόμενον ἐν ἑκάστῳ αὐτῶν, καὶ τὸ μή. Πρῶτον οὖν περὶ συνεχείας γνωστέον. Ἀναγκαῖον γάρ ἐστιν ὑπάρχειν τῇ κριτικῇ δυνάμει συνέχειαν· τὸ γὰρ εὖ καὶ τὸ ἐναντίως οὐκ ἐν ἀφωρισμένοις τοῖσδέ τισιν γίνεται φθόγγοις, ἢ χρόνοις, ἢ γράμμασιν, ἀλλ' ἐν συνεχέσιν· ἐπειδὴ μίξις τις ἐστὶ τῶν κατὰ τὴν χρῆσιν ἀσυνθέτων μερῶν. Περὶ μὲν οὖν τῆς παρακολουθήσεως τοσαῦτα. C

λς'. Τὸ δὲ μετὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον, ὅτι οἱ Μουσικῆς ἐπιστήμονες πρὸς τὴν κριτικὴν πραγματείαν οὐκ εἰσὶν αὐτάρκεις. Οὐ γὰρ οἷόν τε τέλεον γενέσθαι Μουσικόν τε καὶ κριτικόν, ἐξ αὐτῶν τῶν δοκούντων εἶναι μερῶν τῆς ὅλης Μουσικῆς, οἷον ἔκ τε τῆς τῶν ὀργάνων ἐμπειρίας καὶ τῆς περὶ τὴν ᾠδήν, ἔτι δὲ τῆς περὶ τὴν αἴσθησιν συγγυμνασίας· λέγω δὲ τῆς συντεινούσης εἰς τὴν τοῦ ἡρμοσμένου ξύνεσιν, καὶ ἔτι τὴν τοῦ ῥυθμοῦ· πρὸς δὲ τούτοις, ἔκ τε τῆς ῥυθμικῆς καὶ τῆς ἁρμονικῆς πραγματείας, καὶ τῆς περὶ τὴν κροῦσίν τε καὶ D λέξιν θεωρίας, καὶ εἴ τινες ἄλλαι τυγχάνουσι λοιπαὶ οὖσαι. Δι' ἃς δ' αἰτίας οὐχ οἷόν τ' ἐξ αὐτῶν τούτων γενέσθαι κριτικόν, πειρατέον καταμαθεῖν. Πρῶτον ἐκ τοῦ ἡμῖν ὑποκεῖσθαι τὰ μὲν τῶν κρινομένων τέλεια, τὰ δ' ἀτελῆ· τέλεια μὲν αὐτό τε τῶν ποιημάτων ἕκαστον, οἷον τὸ ᾀδόμενον, ἢ αὐλούμενον, ἢ κιθαριζόμενον, ἢ ἡ ἑκάστου αὐτοῦ ἑρμηνεία, οἷον ἥ τε αὐ-

pere debet. Simul et hoc evidens fit, ubi horum quodque ſenſus a reliquis ſeparare non poſſit, ac ſeorſim perpendere, eum non poſſe diſcernere vitioſum a recto. Enimvero principe loco de continuatione eſt cognoſcendum. Nam hæc judicandi facultati, ut materia in qua verſetur, adeſſe debet. Bene enim an ſecus habeat carmen, non dejunctis a ſe invicem ſonis, temporibus, literiſve cernitur, ſed in continentibus; quandoquidem continuitas eſt commixtio quædam partium quæ in uſu non ſunt compoſitæ. Ac de aſſequendo intelligentia carmine hæc ſint dicta.

XXXVI. Secundum hæc conſiderandum enim, Muſicæ ſcientes non eſſe ſatis ad judicandi ſcientiam a ſe inſtructos. Fieri enim non poteſt, ut abſolutus omnibus numeris ſit Muſicus et criticus, ſive cenſor, is, qui complexus cognitione ſit eas quæ cenſentur Muſicæ partes totius, peritiam inquam inſtrumentorum, et cantilenarum, et exercitationis ſenſum, quoad is attinet videlicet ad Harmoniæ et rhythmi perceptionem; tum rhythmicam et harmonicam tractationem, et conſiderationem pulſationis atque elocutionis; et ſi qua ſunt alia huc pertinentia. Cur autem hæc omnia eum non poſſint præſtare perfectum cenſorem, ſic conabimur expedire. Prima eſt cauſſa in eo poſita, quod eorum quæ judicio ſubjiciuntur, alia perfecta, alia imperfecta ſunt: perfecta, cum carmen unumquodque, quod vel voce vel tibia, vel cithara canitur, tum eorundem expreſſio, ut tibiæ,

λησις καὶ ἡ ᾠδὴ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν τοιούτων· ἀτελῆ δὲ τὰ πρὸς ταῦτα συντείνοντα, καὶ τὰ τούτων ἕνεκα γινόμενα· τοιαῦτα δὲ τὰ μέρη τῆς ἑρμηνείας.
E Δεύτερον ἐκ τῆς ποιήσεως· ὡσαύτως γὰρ καὶ αὐτή· ὑποκρίνειεν γὰρ ἄν τις ἀκούων αὐλητοῦ, πότερόν ποτε συμφωνοῦσιν οἱ αὐλοὶ, ἢ οὔ, καὶ πότερον ἡ διάλεκτος σαφὴς, ἢ τοὐναντίον· τούτων δ' ἕκαστον μέρος ἐστὶ τῆς αὐλητικῆς ἑρμηνείας, οὐ μέντοι τέλος, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ τέλους γινόμενον· παρὰ ταῦτα γὰρ αὖ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα κριθήσεται τὸ τῆς ἑρμηνείας ἦθος, εἰ οἰκεῖον ἀποδίδοται τῷ παραποιηθέντι ποιήματι, ὃ μεταχειρίσασθαι καὶ ἑρμηνεῦσαι ὁ ἐνεργῶν βεβούληται. Ὁ αὐτὸς δὲ λόγος καὶ ἐπὶ τῶν παθῶν τῶν ὑπὸ τῆς ποιητικῆς σημαινομένων ἐν τοῖς ποιήμασιν.

F λζʹ. Ἅτε οὖν ἠθῶν μάλιστα φροντίδα πεποιημένοι οἱ παλαιοὶ, τὸ σεμνὸν καὶ ἀπερίεργον τῆς ἀρχαίας Μουσικῆς προετίμων. Ἀργείους μὲν γὰρ καὶ κόλασιν ἐπιθεῖναί ποτέ φασι τῇ εἰς τὴν Μουσικὴν παρανομίᾳ, ζημιῶσαί τε τὸν ἐπιχειρήσαντα πρῶτον τοῖς πλείοσι τῶν ἑπτὰ χρήσασθαι παρ' αὐτοῖς χορδῶν, καὶ παραμιξολυδιάζειν ἐπιχειρήσαντα. Πυθαγόρας δ' ὁ σεμνὸς ἀπεδοκίμαζε τὴν κρίσιν τῆς Μουσικῆς τὴν διὰ τῆς αἰσθήσεως· νῷ γὰρ ληπτὴν τὴν ταύτης ἀρετὴν ἔφασκεν εἶναι· τοιγάρτοι τῇ μὲν ἀκοῇ οὐκ ἔκρινεν

E. 1. Δεύτερον—καὶ αὐτή] Hæc Burettus hinc inferius collocanda censet in E. inter ποιήμασιν et ἅτε οὖν. Non video cui bono.

F. 5. ἐπιχειρήσαντα. Πυθαγόρας] Inter hæc verba, secundum Burettum, ponenda est illa superior dictio p. 1143. E. Τριῶν δ' ὄντων—συνεφώνει.

F. 6. νῷ γὰρ ληπτὴν] Sic P. prius item habent E. K. Vulgo, νῦν γὰρ λεπτήν.

vel vocis cantus, et cetera: imperfecta, quæ huc conducunt, et propter ista fiunt, ut expressionis seu interpretationis illius partes. Alteram poësis continet caussam; eodem enim modo et ipsa habet. Audiens quippe aliquis tibicinem, dubitare possit, an consonent vel dissonent tibiæ, et elocutio perspicua sit necne: horum autem quodvis pars est interpretationis tibinæ, non finis ipse, sed finis caussa susceptum: nam secundum hæc et id genus alia omnia judicium fieri debet de expressionis seu modulationis ingenio, an id accommodatum ei poëmati sit, cui musice accinitur; an scilicet eam quæ petebatur placidam animi commotionem efficere possit. Eadem est etiam graviorum animi perturbationum ratio, quas poëmata affectant.

XXXVII. Verum enimvero veteres, qui tantum placidos animi motus curarent, majestatem et simplicitatem priscæ Musicæ primo coluerunt loco. Et Argivos etiam multam definivisse traditur iis qui Musicam violavissent; eamque ab eo exegisse, qui primus fuisset ausus pluribus quam septem ab ipsis receptis fidibus uti, et ad Mixolydium tonum alludere. Sed et Pythagoras, gravissimus ille philosophus, improbavit judicium Musicæ a sensibus profectum, solaque mentis acie

αὐτὴν, τῇ δὲ ἀναλογικῇ ἁρμονίᾳ· αὔταρκές τ' ἐνόμιζεν μέχρι τοῦ διὰ 1145
πασῶν στῆσαι τὴν τῆς Μουσικῆς ἐπίγνωσιν.

λή'. Οἱ δὲ νῦν τὸ μὲν κάλλιστον τῶν γενῶν, ὅπερ μάλιστα διὰ σεμνό-
τητα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις ἐσπουδάζετο, παντελῶς παρῃτήσαντο, ὥστε μηδὲ
τὴν τυχοῦσαν ἀντίληψιν τῶν ἐναρμονίων διαστημάτων τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν.
Οὕτω δὲ ἀργῶς διάκεινται καὶ ῥαθύμως, ὥστε μηδ' ἔμφασιν νομίζειν
παρέχειν καθ' ὅλου τῶν ὑπὸ τὴν αἴσθησιν πιπτόντων τὴν ἐναρμόνιον δίεσιν,
ἐξορίζειν δ' αὐτὴν ἐκ τῶν μελῳδημάτων, πεφλυαρηκέναι τε τοὺς δόξ-
αντάς τι περὶ τούτου, καὶ τῷ γένει τούτῳ κεχρημένους. Ἀπόδειξιν δ' ἰσχυρο-
τάτην τοῦ τἀληθῆ λέγειν φέρειν οἴονται, μάλιστα μὲν τὴν αὐτῶν ἀναισθη- B
σίαν, ὡς πᾶν, ὅ, τι περ ἂν αὐτοὺς ἐκφύγῃ, τοῦτο καὶ δὴ πάντως ἀνύπαρκτον
ὂν παντελῶς καὶ ἄχρηστον· εἶτα καὶ τὸ μὴ δύνασθαι ληφθῆναι διὰ συμ-
φωνίας τὸ μέγεθος, καθάπερ τό, τε ἡμιτόνιον καὶ τὸν τόνον, καὶ τὰ λοιπὰ
δὲ τῶν τοιούτων διαστημάτων. Ἠγνοήκασι δ' ὅτι καὶ τὸ τρίτον μέγεθος
οὕτως ἂν καὶ τὸ πέμπτον ἐκβάλλοιτο καὶ τὸ ἕβδομον· ὧν τὸ μὲν τριῶν, τὸ
δὲ πέντε, τὸ δὲ ἑπτὰ διέσεών ἐστι· καὶ καθόλου πάνθ' ὅσα περιττὰ φαί-
νεται τῶν διαστημάτων, ἀποδοκιμάζοιτ' ἂν ὡς ἄχρηστα, παρ' ὅσον οὐδὲν C
αὐτῶν διὰ συμφωνίας λαβεῖν ἐστι· ταῦτα δ' ἂν εἴη ὅσα ὑπὸ τῆς ἐλαχίστης
διέσεως μετρεῖται περισσάκις. Οἷς ἀκολουθεῖν ἀνάγκη καὶ τὸ μηδεμίαν τῶν
τετραχορδικῶν διαιρέσεων χρησίμην εἶναι, πλὴν μόνην ταύτην, δι' ἧς πᾶσιν

eam examinari voluit et proportione harmonica, non auditu. Idem judicavit intra *diapaſon* debere contentam eſſe Muſicæ ſcientiam et rationem.

XXXVIII. Noſtræ ætatis homines pulcherrimum illud genus, cui ob majeſtatem antiqui maxime ſtuduerunt, ita omnino repudiaverunt, ut plerique nullam harmonicorum intervallorum habeant rationem. Atque eo proceſſum eſt ignaviæ, ut *dieſin* harmonicam putent nullum ſui ne indicium quidem ſenſui præbere quidam, eamque e cantilenis exterminent, dicantque nugatos eſſe qui de ea aliquid ſenſerint, aut iſtud Muſicæ genus probaverint. Suæ ſententiæ validiſſimum ſcilicet hoc firmamentum habent, ſuorum hebetudinem ſenſuum; opinanturque niſi quid ipſi percipiant, id plane jam nihil eſſe, neque ullam habere utilitatem. Alterum hoc argumentum ſequuntur, quod conſonantiæ opera ejus quantitas non poſſit expreſſa percipi, ſicut ſemitonii, toni, et reliquorum intervallorum. Sed ignorant iſti, eadem ratiocinatione ſe tertium, quintum, et ſeptimum intervallum exturbare, quæ *dieſes* habent tres, quinque, ſeptem. Denique omnia in univerſum intervalla, quæ impari notantur numero, neceſſe fuerit ut inutilia rejici: nullum enim eorum conſonantiæ adminiculo poteſt percipi; omnia inquam, quæ minima *dieſis* impari metitur numero. Hinc ſequetur, nullam quatrichordorum diviſionem uti-

ἀρτίοις χρῆσθαι διαστήμασιν συμβέβηκεν· αὕτη δ' ἂν εἴη ἥ τε τοῦ συντόνου καὶ διατόνου, καὶ ἡ τοῦ τονιαίου χρώματος.

λθ'. Τὸ δὲ τὰ τοιαῦτα λέγειν τε καὶ ὑπολαμβάνειν, οὐ μόνον τοῖς φαινομένοις ἐναντιουμένων ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς μαχομένων. Χρώμενοι γὰρ αὐτοὶ τοιαύταις τετραχόρδων μάλιστα φαίνονται διαιρέσεσιν, ἐν αἷς τὰ
D πολλὰ τῶν διαστημάτων ἤτοι περιττά ἐστιν ἢ ἀνάλογα· μαλάττουσι γὰρ αἰεὶ τάς τε λιχανοὺς καὶ τὰς παρανήτας· ἤδη δὲ καὶ τῶν ἑστώτων τινὰς παρανιᾶσι φθόγγων, ἀλόγῳ τινὶ διαστήματι προσανιέντες αὐτοῖς τάς τε τρίτας καὶ τὰς παρανήτας· καὶ τὴν τοιαύτην εὐδοκιμεῖν μάλιστά πως οἴονται τῶν συστημάτων χρῆσιν, ἐν ᾗ τὰ πολλὰ τῶν διαστημάτων ἐστὶν ἄλογα, οὐ μόνον τῶν κινεῖσθαι πεφυκότων φθόγγων, ἀλλὰ καί τινων ἀκινήτων ἀνιεμένων, ὡς ἔστι δῆλον τοῖς αἰσθάνεσθαι τῶν τοιούτων δυναμένοις.

E μ'. Χρῆσιν δὲ Μουσικῆς προσήκουσαν ἀνδρὶ ὁ καλὸς Ὅμηρος ἐδίδαξε· δηλῶν γὰρ ὅτι ἡ Μουσικὴ πολλαχοῦ χρησίμη, τὸν Ἀχιλλέα πεποίηκε τὴν ὀργὴν πέττοντα τὴν πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα, διὰ Μουσικῆς ἧς ἔμαθε παρὰ τοῦ σοφωτάτου Χείρωνος·

Τὸν δ' εὗρον, (φησὶ) φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ,
Καλῇ, δαιδαλέῃ, περὶ δ' ἀργύρεον ζυγὸν ἦεν·
Τὴν ἄρετ' ἐξ ἐνάρων πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας.
Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν, ἄειδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

C. 5. συντόνου καὶ] Omittit vertendo Burettus, nulla ratione reddita.
D. 1. ἀνάλογα] Burettus corrigendum censet ἄλογα.

lem esse, præter eam unam quæ omnia intervalla pari numero definit: qualis erit *Syntoni*, *Diatoni*, et *toniæi Chromatis*.

XXXIX. Atqui hujusmodi sententia eorum est hominum, qui non modo iis quæ in sensum incurrunt, sed etiam sibi ipsis ipsi repugnent. Quippe cum notum sit eos quatrichordorum divisionibus præcipue uti, quæ vel imparibus contineantur intervallis vel irrationalibus, id est, talibus quæ non possunt ratione significari et numero. Molliunt enim subinde *lichanos*, *paranetas*, atque etiam stantium sonorum quodam intervallo irrationali, id est, quod ratione significari nulla possit, remittentes, tertiasque etiam et *paranetas*: atque hunc maxime usum systematum probari putant, in quo multa sint intervalla irrationalia: neque tantum mobilium sonorum, sed etiam immobilium remissione facta. Non possunt hæc ignorare ii qui sensu istiusmodi rerum sunt instructi.

XL. Usum vero Musicæ convenientem Homerus docuit. Ostendens enim Musicam multis in rebus esse conducibilem, introducit Achillem, qui iram adversus Agamemnonem suam concoqueret Musicæ opera, quam didicerat a sapientissimo Chirone:

Invenere illum mentem cithara oblectantem
Affabre facta, jugum erat solido ex argento;
Eëtioneæ e spoliis quam ceperat urbis.
Hac animum mulcens, clarorum facta virorum
Inclyta cantabat.——

Μάθε, φησὶν Ὅμηρος, πῶς δεῖ Μουσικῇ χρῆσθαι· κλέα γὰρ ἀνδρῶν ᾄδειν καὶ πράξεις ἡμιθέων ἔπρεπεν Ἀχιλλεῖ τῷ Πηλέως τοῦ δικαιοτάτου. Ἔτι F
δὲ καὶ τὸν καιρὸν τῆς χρήσεως τὸν ἁρμόττοντα διδάσκων Ὅμηρος, ἀργοῦντι γυμνάσιον ἐξεῦρεν ὠφέλιμον καὶ ἡδύ· πολεμικὸς γὰρ ὢν καὶ πρακτικὸς ὁ Ἀχιλλεύς, διὰ τὴν γενομένην αὐτῷ πρὸς τὸν Ἀγαμέμνονα μῆνιν, οὐ μετεῖχε τῶν κατὰ τὸν πόλεμον κινδύνων· ᾠήθη οὖν Ὅμηρος πρέπον εἶναι τὴν ψυχὴν τοῖς καλλίστοις τῶν μελῶν παραθήγειν τὸν ἥρωα, ἵν' ἐπὶ τὴν μετὰ μικρὸν αὐτῷ γενησομένην ἔξοδον παρεσκευασμένος ᾖ· τοῦτο δὲ ἐποίει δηλονότι μνημονεύων τῶν πάλαι πράξεων. Τοιαύτη ἦν ἡ ἀρχαία Μουσική, καὶ εἰς τοῦτο χρησίμη. Ἡρακλέα τε γὰρ ἀκούομεν κεχρημένον Μουσικῇ, 1146
καὶ Ἀχιλλέα, καὶ πολλοὺς ἄλλους, ὧν παιδευτὴς ὁ σοφώτατος Χείρων παραδέδοται, Μουσικῆς τε ἅμα ὢν καὶ δικαιοσύνης καὶ ἰατρικῆς διδάσκαλος.

μα'. Καθόλου δὲ ὅγε νοῦν ἔχων, οὐ τῶν ἐπιστημῶν ἔγκλημα δήπου θείη, εἴ τις αὐταῖς μὴ κατὰ τρόπον χρῷτο, ἀλλὰ τῆς τῶν χρωμένων κακίας ἴδιον εἶναι τοῦτο νομίσειεν. Εἴτ' οὖν τις τὸν παιδευτικὸν τῆς Μουσικῆς τρόπον ἐκπονήσας, τύχοι ἐπιμελείας τῆς προσηκούσης ἐν τῇ τοῦ παιδὸς ἡλικίᾳ, τὸ μὲν καλὸν ἐπαινέσει τε καὶ ἀποδέξεται, ψέξει δὲ τὸ ἐναντίον ἔν τε B
τοῖς ἄλλοις καὶ ἐν τοῖς κατὰ Μουσικήν, καὶ ἔσται ὁ τοιοῦτος καθαρὸς πάσης ἀγεννοῦς πράξεως· διὰ Μουσικῆς τε τὴν μεγίστην ὠφέλειαν καρπωσά-

F. 6. παραθήγειν] Recepi ex Ald. Bas. Xyl. Valgul. Amiot. E. Paris. 1. 2. P. Stephanus, nescio unde sumtum, dedit παραθίγειν.

Disce, inquit Homerus, ubi sit utendum Musica. Achilles, quod dignum ipso erat, filio justissimi Pelei, canebat egregia facta virorum et semideorum. Ac præterea tempus idoneum usui docens, in otio degenti exercitationem utilem jucundamque reperit. Bellicosus enim homo Achilles, et gerendis rebus factus, ob iram in Agamemnonem conceptam, aberat a præliis. Censuit itaque ejus herois animum pulcherrimis carminibus exacuendum esse, ut paratus esset ad eruptionem, quam erat paulo post facturus; idque fecit, commemorandis veteribus historiis. Talis ergo fuit, et tales commoditates attulit veterum Musica. Namque et Herculem Musica usum fuisse audimus, et Achillem, et alios multos; quorum magister fuit Chiron sapientissimus, Musicæ simul, et justitiæ, et medicinæ doctor.

XLI. Denique, ut in summa dicam, nemo sanus hoc vitio dabit scientiæ, si quis ea non ut par est utatur; sed propriam utentis ea culpam censebit. Proinde si quis Musicæ eum modum, qui ad probe instituendam adolescentiam conducit, labore industriaque consecutus, in prima ætate accuratione conveniente fuerit formatus, is pulchra quidem laudabit et amplectetur, vituperabit autem his adversa, non in Musica tantum, sed et aliis in rebus; eritque is homo vacuus omnis turpis actionis, maximum hunc fructum e Musica conse-

μένος, ὄφελος ἂν μέγα γένοιτο αὐτῷ τε καὶ πόλει, μηδενὶ μήτε ἔργῳ μήτε λόγῳ χρώμενος ἀναρμόστῳ, σώζων αἰεὶ καὶ πανταχοῦ τὸ πρέπον καὶ σῶφρον καὶ κόσμιον.

μβʹ. Ὅτι δὲ καὶ ταῖς εὐνομωτάταις τῶν πόλεων ἐπιμελὲς γεγένηται φροντίδα ποιεῖσθαι τῆς γενναίας Μουσικῆς, πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα μαρτύρια παρατίθεσθαι ἔστι· Τέρπανδρον δ᾽ ἄν τις παραλάβοι τὸν τὴν γενομένην ποτὲ
C παρὰ Λακεδαιμονίοις στάσιν καταλύσαντα· καὶ Θαλήταν τὸν Κρῆτα, ὅν φασι κατά τι πυθόχρηστον Λακεδαιμονίους παραγενόμενον διὰ Μουσικῆς ἰάσασθαι, ἀπαλλάξαι τε τοῦ κατασχόντος λοιμοῦ τὴν Σπάρτην, καθάπερ φησὶ Πρατίνας. Ἀλλὰ γὰρ καὶ Ὅμηρος τὸν κατασχόντα λοιμὸν τοὺς Ἕλληνας παύσασθαι λέγει διὰ Μουσικῆς· ἔφη γοῦν,

Οἱ δὲ πανημέριοι μολπῇ θεὸν ἱλάσκοντο,
Καλὸν ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν,
Μέλποντες Ἑκάεργον· ὁ δὲ φρένα τέρπετ᾽ ἀκούων.

Τούτους τοὺς στίχους, ἀγαθὲ διδάσκαλε, κολοφῶνα τῶν περὶ τῆς Μουσικῆς λόγων πεποίημαι, ἐπεὶ φθάσας σὺ τὴν Μουσικὴν δύναμιν διὰ τούτων προαπέφηνας ἡμῖν· τῷ γὰρ ὄντι τὸ πρῶτον αὐτῆς καὶ κάλλιστον ἔργον, ἡ εἰς
D τοὺς θεοὺς εὐχάριστός ἐστιν ἀμοιβή· ἑπόμενον δὲ τούτῳ καὶ δεύτερον τὸ τῆς ψυχῆς καθάρσιον καὶ ἐμμελὲς καὶ ἐναρμόνιον σύστημα. Ταῦτ᾽ εἰπὼν ὁ Σωτήριχος, Ἔχεις, ἔφη, τοὺς ἐπικυκλίους περὶ Μουσικῆς λόγους, ἀγαθὲ διδάσκαλε.

D. 3. ἐπικυκλίους] Ald. mendoſe ἐπιχυλκίους, quod in vulgatum mutarunt Leonic. Baſ. Schott. Xyl. Steph. ἐπικυλικίους videtur legiſſe Valgul. item Amiot. quem ſequitur Burettus. Malim vulgatum, aut ἐγκυκλίους.

cutus, et cum ſibi ipſe, tum civitati plurimum proderit, nullo neque facto neque verbo inconcinno utens, ſed ubique decorum modumque ſervans.

XLII. Ceterum civitates quæ optimis legibus uterentur, maximam ingenuæ Muſicæ curam geſſiſſe, multis teſtimoniis doceri poteſt. Nobis ſatis ſit Terpandrum produxiſſe, qui Lacedæmone coortam ſeditionem pacavit; et Thaletem Cretenſem, quem Pythii Apollinis oraculo accitum a Lacedæmoniis, Muſica peſtem tum graſſantem ſedaſſe Pratinas ſcribit. Sed Homerus etiam Græcos peſtem Muſica depuliſſe ſcribit, qua infeſtabantur. Sic enim canit;

Ergo die tota placabant carmine Phœbum,
Formoſum Pæeona Achaica turba canentes,
Et magni laudes modulantes Arcitenentis.
Illius auditu pertentant gaudia pectus.

Hos ego, bone magiſter, verſus pro colophone mei de Muſica ſermonis attuli, cum tu eos ante ad vim Muſicæ indicandam allegaſſes. Re enim vera, primum hoc ejus eſt et pulcherrimum officium, grata adverſum Deos remuneratio; proximum, animum purgans et concinna ſibique conveniens complexio. Hæc locutus Soterichus, Habes, inquit, bone magiſter, circularem de Muſica diſputationem.

μγ΄. Ἐθαυμάσθη μὲν οὖν ὁ Σωτήριχος ἐπὶ τοῖς λεχθεῖσιν· καὶ γὰρ ἐνέφαινε διὰ τοῦ προσώπου καὶ τῆς φωνῆς τὴν περὶ Μουσικὴν σπουδήν. Ὁ δ᾽ ἐμὸς διδάσκαλος, Μετὰ τῶν ἄλλων, ἔφη, καὶ τοῦτο ἀποδέχομαι ἑκατέρου ὑμῶν, ὅτι τὴν τάξιν ἑκάτερος τὴν αὑτοῦ ἐφύλαξεν· ὁ μὲν γὰρ Λυσίας ὅσα μόνον χειρουργοῦντι κιθαρῳδῷ προσήκει εἰδέναι, τούτοις ἡμᾶς εἱστίασεν· ὁ δὲ Σωτήριχος ὅσα καὶ πρὸς ὠφέλειαν καὶ πρὸς θεωρίαν, E ἀλλὰ γὰρ καὶ δύναμιν καὶ χρῆσιν Μουσικῆς συντείνει, διδάσκων ἡμᾶς ἐπεδαψιλεύσατο. Ἐκεῖνο δ᾽ οἶμαι ἑκόντας αὐτοὺς ἐμοὶ καταλελοιπέναι· οὐ γὰρ καταγνώσομαι αὐτῶν δειλίαν, ὡς αἰσχυνθέντων κατασπᾶν Μουσικὴν εἰς τὰ συσσίτια· εἰ γάρ που καὶ χρησίμη καὶ παρὰ πότον, ὡς ὁ καλὸς Ὅμηρος ἀπέφηνε,

Μολπὴ (γάρ πού φησιν) ὀρχηστύς τε· τὰ γάρ τ᾽ ἀναθήματα δαιτός. F

Καί μοι μηδεὶς ὑπολαβέτω ὅτι πρὸς τέρψιν μόνον χρησίμην ᾠήθη Μουσικὴν Ὅμηρος διὰ τούτων. Ἀλλὰ γὰρ βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι· εἰς γὰρ ὠφέλειαν καὶ βοήθειαν τὴν μεγίστην αὐτοῖς καιροῖς παρέλαβε Μουσικὴν, λέγω δὲ, εἰς τὰ δεῖπνα καὶ τὰς συνουσίας τῶν ἀρχαίων· συνέβαινε γὰρ εἰσάγεσθαι Μουσικὴν, ὡς ἱκανὴν ἀντισπᾶν καὶ πραΰνειν τὴν τοῦ οἴνου ὑπόθερμον δύναμιν· καθάπερ πού φησι καὶ ὁ ἡμέτερος Ἀριστόξενος· ἐκεῖνος γὰρ ἔλεγεν, " εἰσάγεσθαι Μουσικὴν, παρ᾽

E. 5. παρὰ πότον, ὡς ὁ καλὸς Ὅμηρος] Vera et acuta hæc est correctio Bryani se ipsum superantis, ad Plut. Vit. T. i. p. 93. Atque in hanc sententiam locum verterant jam Valgul. et Amiot. quem sequitur Burettus. Vulgo, παρατιτονὼς ὁ καλὸς Ὅμηρος. Itaque omnes libri, excepto K. in quo est παραγεγονὼς.

XLIII. Admirationem autem sui excitavit sua oratione, cum suum Musicæ studium et vultu et voce demonstrasset. Magister autem meus, Una cum reliquis, inquit, id mihi utriusque vestrum probatur, quod suum uterque ordinem servavit. Lysias enim ea tantum nobis proposuit, quæ citharœdum manibus opus facientem scire convenit. Soterichus vero liberaliter admodum quæ ad utilitatem, contemplationem, vimque etiam et usum Musicæ pertinent, attulit. Puto autem eos hoc, quod dicam, volentes ac studio mihi reliquisse. Non enim hoc illis timiditatis impingam crimen, ut veritos pronunciem Musicam in *syssitia*, seu convivia, detrahere. Nam si alicubi, certe in compotatione, utilem esse Musicam, Homerus diserte docuit, sic dicens,

Cantusque, et choreæ, dulcis donaria cœnæ.

Neque velim quenquam suspicari, id voluisse Homerum significare, duntaxat ad delectationem conducere Musicam; sed altior latet sensus in illis verbis. Adscivit enim utilitatem et auxilium Musicæ opportunissimo loco, in cœnas inquam et convivia veterum. Ideo quippe eam his adhiberi receptum fuit, quod animum revocare et vim calidam vini mitigare valeret. In quam sententiam etiam Aristoxenus noster dixit, *Musicam intro-*

"ὅσον ὁ μὲν οἶνος σφάλλειν πέφυκε τῶν ἄδην αὐτῷ χρησαμένων τά τε
1147 "σώματα καὶ τὰς διανοίας· ἡ δὲ Μουσικὴ τῇ περὶ αὑτὴν τάξει τε καὶ
"συμμετρίᾳ εἰς τὴν ἐναντίαν κατάστασιν ἄγει τε καὶ πραΰνει." Παρὰ
τοῦτον οὖν τὸν καιρὸν ὡς βοηθήματι τῇ Μουσικῇ τοὺς ἀρχαίους φησὶ κεχρῆσθαι Ὅμηρος.

μδ'. Ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ μέγιστον ὑμῖν, ὦ ἑταῖροι, καὶ μάλιστα σεμνοτάτην ἀποφαῖνον Μουσικὴν παραλέλειπται. Τὴν γὰρ τῶν ὄντων φορὰν, καὶ τὴν τῶν ἀστέρων κίνησιν οἱ περὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀρχύταν καὶ Πλάτωνα, καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων φιλοσόφων, οὐκ ἄνευ Μουσικῆς γίνεσθαι καὶ συνεστάναι ἔφασκον· "πάντα γὰρ καθ' ἁρμονίαν ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατεσκευάσθαι," φασίν. Ἄκαιρον δ' ἂν εἴη νῦν ἐπεκτείνειν τοὺς περὶ τούτου λόγους· ἀνώτατον δὲ καὶ μουσικώτατον, τὸ παντὶ τὸ προσῆκον μέτρον ἐπιτιθέναι. Ταῦτ' εἰπὼν ἐπαιώνισε, καὶ σπείσας τῷ Κρόνῳ καὶ τοῖς τούτου παισὶ θεοῖς πᾶσι καὶ Μούσαις, ἀπέλυσε τοὺς ἑστιωμένους.

ductam in cœnas esse, quod sicut vinum nimio ipso utentium et animos et corpora labefactat, ita Musica suo ordine et concinnitate in contrarium statum abducit atque sedat. Ea igitur opportunitate, Homerus ait, *priscos Musica tanquam remedio quodam usos.*

XLIV. Sed maximum, O socii, et quod maxime Musicæ dignitatem majestatemque demonstrat, a vobis omissum est. Etenim motus rerum, et stellarum circuitiones, Pythagoras, Archytas, Plato, et reliqui antiqui philosophi sine Musica neque fieri neque constare affirmaverunt; *omnia enim a Deo secundum Harmoniam fuisse instituta.* Verum intempestivum sit nunc de ea re disputationem protrahere; summum est, et Musicæ convenientissimum, omnibus rebus suum modum imponere. Hæc ille fatus, pæanem cecinit; cumque Saturno, ejusque filiis Diis omnibus ac Musis libavisset, convivas dimisit.

ERRATA.

IN VERSIONE LATINA.

p. 65. col. 1. l. 8. *pro* QUESTIO *lege* QUÆSTIO
p. 104. col. 1. l. 13. *pro* CCCCLXXXIV *lege* CCCLXXXIV
p. 327. col. 2. l. 9. *pro* ſubſellis *lege* ſubſelliis
p. 424. col. 2. l. 7. *pro* tranferret *lege* transferret
p. 431. col. 1. l. 9. pro *murameſam* lege *parameſam*,

SUPPLEMENTUM

VOLUMINIS V. OPERUM MORALIUM

PLUTARCHI:

CONTINENS

FRAGMENTA ET SPURIA OPERA.

ΛΕΙΨΑΝΑ

ΤΩΝ ΟΥ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ.

A A.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ

ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

ΠΟΤΕΡΟΝ ΨΥΧΗΣ Η ΣΩΜΑΤΟΣ ΕΠΙΘΥΜΙΑ ΚΑΙ ΛΥΠΗ.

ΛΟΓΟΣ ΙΖ.

I.

B

PLUTARCHI

PHILOSOPHI

UTRUM ANIMÆ AN CORPORIS SIT LIBIDO ET ÆGRITUDO.

DISPUTATIO XVII.

C α΄. Η ΜΕΝ πρόθεσις περὶ ἐπιθυμίας γέγονε καὶ λύπης, πότερον σώματος πάθος ἐστὶν ἢ ἐπὶ σώματι ψυχῆς· καὶ γὰρ εἰ τὴν αὐτοπάθειαν ἀπολύσεται τὸ σῶμα τούτων, οὐ διαφεύξεται τὴν αἰτίαν,

A. 1. Hoc et proxime ſequens Fragmentum edidit Thomas Tyrwhittus in peculiari ſchedula formæ octavæ, Londini, Anno 1773, ex codice Harleiano 5612. Addidi meam Verſionem Latinam et Conjecturas, item Tyrwhitti correctiones, quibus notam T. appoſui: utraſque in Verſione reddidi.

I. PROPOSITUM hujus diſputationis eſt de libidine et ægritudine quærere, utrum eæ ſint affectiones Corporis, an conjuncti cum Corpore Animi; nam etiam ſi Corpus oſtenderit ſe non ipſum ac ſolum has affectiones ſuſcipere, non tamen effugiet quominus ipſi culpa cauſſaque ea-

ἀλλὰ διὰ σώματος πάθη φαίνεται καὶ ἀπελέγχεται περὶ ψυχήν. Ἡ A
δὲ κοινότης τοῦ λόγου καὶ τὰ λοιπὰ πάθη ζητήσει συναποβάλλει, φθόνον
καὶ ἡδονήν· ὧν τὸ μὲν λύπῃ, τὸ δὲ ἐπιθυμίᾳ συμπέφυκεν· εἴγε πᾶς
ἄνθρωπος ὧν μὲν λυπεῖται παρόντων, ὧν δὲ διαμελλόντων, ὧν δὲ ὀρέ-
γεται καὶ μὴ παρόντων, οἷς δὲ ἥδεται δεομένοις. Τὸν μὲν γὰρ κόσμον οἱ
φυσικοὶ λέγουσιν ἐκ τεττάρων σωμάτων πρώτων καὶ μεγίστων συνηρῆσθαι,
κατ᾽ ἀντίθεσιν καὶ ἀντίταξιν ἀλλήλοις ἄνω καὶ κάτω φέρει ῥεπόντων. Τὴν B
δὲ κακίαν καὶ ἀκοσμίαν τὴν ἐν ἡμῖν τέσσαρα πάθη τὰ πρῶτα κινεῖ
καὶ διαφέρει πρὸς τοὐναντίον ἀτάκτως καὶ ἀλόγως, ἄνω μὲν ἡδονὴ καὶ
κάτω λύπη, πρόσω δὲ ἐπιθυμία καὶ ὀπίσω φθόνος, ὥσπερ ἐξ ὀργάνων
ἀμέτρων μετασχηματιζομένην. Ἔπαρσις γὰρ αὐτῆς ἡδονῆς, συστολὴ
λύπη γίγνεται δ᾽ εἰς ἐπιθυμίαν· φεύγει δ᾽ ὃ δέδιεν. Ὅ γε μὴν
θυμὸς, εἴτε τῆς ἐπιθυμίας ἐστὶν εἶδος κατ᾽ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως ὑφι- C
στάμενος, εἴτε ἕτερόν τι καὶ διάφορον, πολλάκις δὲ καὶ μαχόμενον
πρὸς ἐπιθυμίαν πάθος, ὡς ὑπενόει Πλάτων, οὐκ ἄδηλον ὅτι καὶ

A. 1. ἀλλὰ διὰ σώματος] Forte, ἄν γε διὰ σώματος—.
A. 2. ζητήσει συναποβάλλει] Legendum, τῇ ζητήσει συνυποβάλλει—.
A. 2. φθόνον] Legendum, φόβον. T.
A. 4. ὧν δὲ διαμελλόντων] Lego, ὧν δὲ δέδιε μελλόντων. Ceterum cognatio harum affectionum requirit τούτων δέδιε μελλόντων, et mox τούτοις ἥδεται γενομένοις.
A. 5. δεομένοις] Forte, γενομένοις. T.
A. 6. συνηρῆσθαι] Forte, συνηρτῆσθαι. T.
B. 1. φέρει ῥεπόντων] Forte, φερομένων καὶ ῥεπόντων.
B. 4. φθόνος] Legendum, φόβος. T.
B. 5. Ἔπαρσις—ἐπιθυμίαν] Forte, Ἔπαρσις γὰρ αὐτῆς, ἡδονή· συστολὴ, λύπη· ὀρέγεται δ᾽ εἰς ἐπιθυμίαν· vel, ἐκτείνεται δ᾽ εἰς ἐπιθυμίαν.

rum imputetur, ſi quidem apparuerit ac demonſtratum fuerit eas eſſe tales affectiones quæ per corpus ad Animum veniant. Ceterum noſtra diſputatio propter conjunctionem materiæ etiam reliquas affectiones huic quæſtioni ſubjiciet, metum et voluptatem, quorum ille cum ægritudine, hæc cum libidine cognationem habet; ſi quidem omnis homo quibus rebus præſentibus ægritudinem percipit, eaſdem metuit venientes: et quas res appetit abſentes, eaſdem nactus præſentes, voluptatem percipit. Ac prouti Phyſici mundum aiunt conſtare quatuor corporibus primis et maximis, quæ per mutuam oppoſitionem adverſationemque partim ſurſum ferantur, partim deorſum vergant; ita pravitatem immunditiamque, quæ in nobis eſt, quatuor principes affectiones movent agitantque in contrarias partes inordinate ac ſine ratione, ſurſum lætitia, deorſum ægritudo, libido in anteriorem partem, metus retrorſum, veluti enormibus inſtrumentis transfiguratam. Elatio enim Animi eſt lætitia; contractio ejuſdem, ægritudo: idem ſe profert ac porrigit in libidinem, fugit ab eo quod metuit. Ira vero, ſive ea ſit libidinis genus poſitum in appetitu referendæ læſionis, ſive alia et diverſa ſæpeque adverſus iram pugnans affectio, quod Plato ſuſpicabatur; haud obſcurum eſt quin

A αὐτὸς παρέξει ζήτησιν εἴτε τοῦ σώματος ἐκρεπλούμενος χειμάζει τὸν ἄν-
θρωπον * *

β΄. Ἔοικε παλαιά τις αὕτη τῷ σώματι διαδικασία πρὸς τὴν ψυ-
χὴν περὶ τῶν παθῶν εἶναι. Καὶ Δημόκριτος μὲν ἐπὶ τὴν ψυχὴν ἀνα-
φέρων, κακοδαίμων, φησὶν, ἡ τοῦ σώματος αὕτη δίκην λαχόντος παρὰ
πάντα τὸν βίον ὧν ὀδύνηται κακῶς πέπονθεν αὐτὸς γένοιτο τοῦ ἐγκλή-
B ματος δὲ ἡδέως ἂν καταψηφίσασθαι τῆς ψυχῆς, ἐφ᾽ οἷς τὰ μὲν ἀπέ-
λυσε τοῦ σώματος ταῖς ἀμελείαις καὶ ἐξέλυσε ταῖς μέθαις, τὰ δὲ κατ-
έφθειρε καὶ διέσπασε ταῖς φιληδονίαις, ὥσπερ ὀργάνου τινὸς ἢ σκεύους
κακῶς ἔχοντος τὸν χρώμενον ἀφειδῶς αἰτιασάμενος. Θεόφραστος δὲ τοὐ-
ναντίον ἔφη, τῷ σώματι πολλῷ τὴν ψυχὴν ἐνοικεῖν, ὀλίγου χρόνου βαρεῖς
μισθοὺς ὑποτελοῦσαν, τὰς λύπας, τοὺς φόβους, τὰς ἐπιθυμίας, τὰς ζηλο-
C τυπίας, αἷς συμφερομένη περὶ τὸ σῶμα δικαιότερον ἂν αὐτοῦ δικάζοιτο·
πηρώσεων οὖν ἐπιλέλησται, καὶ βιαίων ἐφ᾽ οἷς κατέχεται, καὶ ὕβρεων ὧν
ἀδοξεῖ καὶ λοιδορεῖται, τῶν ἐκείνου κακῶν ἀναδεχομένη τὰς αἰτίας οὐ
προσηκόντων.

γ΄. Ἀγωνιστέον οὖν ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. Καλὸς γὰρ ὁ ἀγών· καὶ τῆς

A. 1. τὸν ἄνθρωπον * *] Excidit εἴτε τῆς ψυχῆς ἐκπεφυκώς· vel simile.

A. 5. σώματος αὕτη] T. conjicit σώματος αἴση. Malim totum locum ita purgare: Κακοδαίμων, φησὶν, εἰ, τοῦ σώματος αὐτῇ δίκην λαχόντος ὧν παρὰ πάντα τὸν βίον ὠδύνηται καὶ κακῶς πέπονθεν, αὐτὸς γένοιτο τοῦ ἐγκλήματος δικαστὴς, ἡδέως ἂν καταψηφίσασθαι τῆς ψυχῆς—. Ita verti.

B. 1. ἀπέλυσε] Legendum videtur, ἀπώλεσε.

B. 5. πολλῷ] πολλοῦ. T.

C. 1. αὐτοῦ—ἐπιλέλησται] Forte corrigendum, αὐτῷ δικάζοιτο, πηρώσεων ὧν ἐπιλέλησται.

C. 5. τῆς ψυχῆς ὁ λόγος] Legendum, τῇ ψυχῇ ὁ λόγος. T.

et ipsa nobis præbitura sit quæstionem, utrum e corpore prorumpens, homini tempestatem inferat * *.

II. Videtur vetus quædam hæc lis esse Corporis cum Animo de affectionibus. Ac Democritus quidem culpam Animo tribuens, "Miser," inquit, "est Animus: si, Corpore eum in jus vocante "propter dolores et vexationes per totam vitam "illius caussa toleratos, ego hujus litis judex es-"sem, libenter condemnarem Animum eo no-"mine quod Corporis partes alias per negligen-"tiam perdidit, quasdam per ebriositatem dissol-"vit, alias corrupit ac distraxit per luxuriem: et "reum equidem criminis judicarem ut qui inva-"lido instrumento immoderate abusus sit." At contra Theophrastus, "Animum," dixit, "ma-"gno pretio in corpore habitare, qui brevis tem-"poris graves pendat mercedes, ægritudines, me-"tus, libidines, obtrectationes, quibus in Cor-"pore agitetur et commisceatur Animus, ipsum "longe justius litem intendere Corpori, cum "mutilationis, propter ea quæ oblitus est, tum "de illata vi, quia constrictus tenetur, tum de-"nique contumeliæ quod male audit ac vitupera-"tur Corporis culpa, quippe hujus vitiorum, ipsi "alienorum crimina sustinens."

III. Certandum igitur pro veritate. Pulchrum enim est certamen, ac disputatio sane utilis Ani-

ψυχῆς ὁ λόγος πάντως χρήσιμος· εἰ μὲν οὐκ αὐτῆς τὰ πάθη φαίνεται, A
πρὸς ἀπολογίαν· εἰ δ' αὐτῆς, πρὸς ἀπαλλαγήν· ὥστε ἢ φυλάξασθαι τὸ ἑκούσιον, ἢ μὴ λοιδορεῖσθαι τὸ ἀλλότριον.

δ'. Ἔδει μὲν τοὺς δογματικοὺς καὶ καταληπτικοὺς εἶναι φιλοσόφους φάσκοντας, εἰ μὴ περὶ ἄλλο τι, τήν γε τῶν παθῶν ἐνέργειαν ὁμολογεῖν ἀλλήλοις καὶ συμφέρεσθαι. Πολὺς δὲ αὐτῶν παράλογός ἐστιν. Οἱ μὲν γὰρ ἅπαντα συλλήβδην ταῦτα τῇ ψυχῇ φέροντες ἀνέθεσαν, ὥσπερ Στρά- B
των ὁ φυσικός, οὐ μόνον τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλὰ καὶ τὰς λύπας, οὐδὲ τοὺς φόβους καὶ τοὺς φθόνους καὶ τὰς ἐπιχαιρεκακίας, ἀλλὰ καὶ πόνους καὶ ἡδονὰς καὶ ἀλγηδόνας, καὶ ὅλως πᾶσαν αἴσθησιν ἐν τῇ ψυχῇ συνίστασθαι φάμενος καὶ τῆς ψυχῆς τὰ τοιαῦτα πάντα εἶναι· μὴ τὸν πόδα πονούντων ἡμῶν ὅταν προσκρούσωμεν, μηδὲ τὴν κεφαλὴν ὅταν κατάξωμεν, μὴ τὸν δάκτυλον ὅταν ἐκτέμωμεν· ἀναίσθητα γὰρ τὰ λοιπὰ πλὴν τοῦ ἡγεμο- C
νικοῦ, πρὸς ὃ τῆς πληγῆς ὀξέως ἀναφερομένης τὴν αἴσθησιν ἀλγηδόνα καλοῦμεν. Ὡς δὲ τὴν φωνὴν τοῖς ὠσὶν αὐτοῖς ἐνηχοῦσαν ἔξω δοκοῦμεν εἶναι, τὸ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐπὶ τὸ ἡγεμονικὸν διάστημα τῇ αἰσθήσει προσλογιζόμενοι, παραπλησίως τὸν ἐκ τοῦ τραύματος πόνον οὐχ ὅπου τὴν αἴσθησιν εἴληφεν, ἀλλ' ὅθεν ἔσχε τὴν ἀρχὴν εἶναι δοκοῦμεν, ἑλκομένης ἐπ' ἐκεῖνο τῆς ψυχῆς ἀφ' οὗ πέπονθε. Διὸ καὶ προσκόψαντες αὐτίκα τὰς D
ὀφρῦς συνήγαγον ἐν τῷ πληγέντι μορίῳ τοῦ ἡγεμονικοῦ τὴν αἴσθησιν

B. 3. καὶ ἡδονὰς] Forte, καὶ ὀδύνας.

mo. Valebit quippe ad eum liberandum vel crimine, si apparuerit affectiones non ab ipso proficisci; vel ipsis affectionibus, si hæ ex ipso nasci videantur, ut aut suam culpam caveat, aut alienæ vituperium ne ferat.

IV. Oportebat quidem eos philosophos qui se decernendi comprehendendique patronos ferunt, si minus aliis de rebus, certe de affectionum efficacia inter se consentire et congruere. Nunc, multus eorum est dissensus. Alii enim affectiones ad unam omnes in Animum conferunt: veluti Strato, physicus, statuens non solum libidines sed et ægritudines, nec metus et invidias duntaxat atque obtrectationes sed et labores, dolores, cruciatus, omnemque omnino sensum in Animo consistere, et Animi esse quidquid hujusmodi sit: neque enim pede nos dolere quum offenderimus, neque capite quum id confregerimus nec digito quum amputatur: omnia sensus esse expertia, excepta principe Animi parte, ad quam quum ictus corporis celeriter propagatur, ejus ictus in Animo sensum vocamus dolorem. Atque ut vocem in ipsis auribus sonantem, extra eas esse putamus, quia intervallum illud quod ab initio soni ad Animi principem partem pertinet, ipsi sensui annumeramus: similiter dolorem vulneris putamus ibi esse ubi initium cepit, non ibi ubi sensum accepit; nimirum quia Animus eo trahitur, a quo affectus est. Igitur qui aliqua Corporis parte offendunt, continuo supercilia contrahunt, quoniam Animus

A ὀξέως ἀποδιδόντος· καὶ παρεγκόπτομεν ἔσθ' ὅτε τὸ πνεῦμα κἂν τὰ μέρη
δεσμοῖς διαλαμβάνηται χερσὶ σφόδρα πιέζομεν, ἱστάμενοι πρὸς τὴν
διάδοσιν τοῦ πάθους, καὶ τὴν πληγὴν ἐν τοῖς ἀναισθήτοις πλήττοντες, ἵνα
μὴ συνάψαι πρὸς τὸ φρονοῦν ἀλγηδὼν γένηται. Ταῦτα μὲν οὖν ὁ
Στράτων ἐπὶ πολλοῖς ὡς εἰκὸς τοιούτοις.

έ. Ἔνιοι δὲ ἄντικρυς καὶ δόξανε διαλογισμὸν εἰς τὸ σῶμα κατα-
B τείνουσι, οὐδ' εἶναι αἰτίαν παράπαν ψυχὴν λέγοντες, ἀλλὰ τῇ τοῦ σώματος
διαφορᾷ καὶ ποιότητι καὶ δυνάμει συντελεῖσθαι τὰ τοιαῦτα. Τὸ μὲν
γὰρ περὶ τῶν ἐν ᾅδου βιβλίον ἐπιγραφόμενον, ἐν ᾧ τὴν ψυχὴν τῇ οὐσίᾳ
παρυπάρχειν ἀποφαίνεται ὁ λόγος, οἱ μὲν οὖν δεινοὶ τὸ παράπαν Ἡρα-
κλείδου νομίζουσιν, οἱ δὲ πρὸς ἀντιπαρεξαγωγὴν τετάχθαι τῶν εἰρημένων
ἑτέροις περὶ οὐσίας ψυχῆς· οὕτω γεγραμμένον ἄντικρυς ἀναιρεῖ τὴν οὐσίαν
C αὐτῆς, ὡς τοῦ σώματος ἔχοντος ἐν αὐτῷ τὰς εἰρημένας δυνάμεις πάσας.
Οἱ δὲ ὥσπερ διὰ μέσου τῶν λόγων ἐπεχείρησαν ἀφορίζειν τῆς ψυχῆς ἴδια
πάθη καὶ τὰ τοῦ σώματος, ἐν κοινῷ καὶ πλάτος οὐκ ἔχοντι τόπῳ συνε-
χύθησαν.

A. 1. κἂν τὰ μέρη] Forte, ἂν τὰ μέρη.
A. 2. διαλαμβάνηται χερσὶ] Forte, διαλαμβάνηται, καὶ ταῖς χερσί.
A. 3. πλήττοντες] Forte, φυλάττοντες.
A. 4. συνάψαι] Forte, συνάψασα.
A. 6. δόξανε—κατατείνουσιν] δόξαν καὶ—κατατείνουσιν. T.
B. 4. οὖν δεινοὶ] Legendum, οὐδ' εἶναι.
B. 5. τετάχθαι] Forte, συντετάχθαι: et ſenſus poſtulat, et συν ab antecedenti γην abſorptum videtur.
B. 6. οὕτω γεγραμμένον] Lego, οὕτω δὲ γεγραμμένον.

celerrime ſenſum in icta parte reddit: et quando artus vinculis conſtringuntur, ſpiritum retinemus et intercludimus manuſque comprimimus, reſiſtentes progreſſui mali nobis illati, et ictum cohibentes in partibus ſenſu carentibus, ne ad cogitantem principemque Animi pertingat atque ita dolor fiat. Hanc rationem Strato multis ejuſmodi rebus, ut par erat, adhibuit.

V. Nonnulli vero palam et opinionem et ratiocinationem in Corpus detrahunt, nullam omnino cauſſæ partem Animo relinquentes, ſed Corporis mutatione, qualitate, facultate, talia effici ſtatuentes. Nam illum De Inferis libellum, cujus ea eſt ratio ac diſputatio ut oſtendatur Animum non eſſe per ſe, ſed eſſentiæ adeſſe ac veluti qualitatem inhærere; hunc igitur libellum alii omnino Heraclidis eſſe negant, alii ab eo ſcriptum putant non ex ſua ſententia, ſed ut contrarias rationes opponeret aliorum de Animi eſſentia diſputationibus: ceterum, ut ſcriptus exſtat, Animi eſſentiam penitus tollit, quaſi Corpus omnes illas modo dictas facultates ipſum in ſe habeat. Qui vero medium inter contrarias opiniones ſecare, Animi Corporiſque affectiones ſeparare, et ſuas utrique proprias adjungere conati ſunt, hi in communi ac latitudinis ſpatiique experte loco, ſe ipſi conturbarunt.

ϛʹ. Ὅγε τοι Ποσειδώνιος τὰ μὲν εἶναι ψυχικά, τὰ δὲ σωματικά· καὶ A
τὰ μὲν οὐ ψυχῆς περὶ ψυχὴν δέ, ἁπλῶς τὸ κρίσεσι καὶ ὑπολήψεσι· οἷον ἐπιθυμίας λέγων, φόβους, ὀργάς· σωματικὰ δὲ ἁπλῶς πυρετούς, περιψύξεις, πυκνώσεις, ἀραιώσεις· περὶ ψυχὴν δὲ σωματικαί, ληθάργους, μελαγχολίας, δηγμούς, φαντασίας, διαχύσεις· ἀνάπαλιν δὲ περὶ σῶμα ψυχικά, τρόμους, καὶ ὠχριάσεις, καὶ μεταβολὰς τοῦ ἤθους κατὰ φόβον ἢ
λύπην. Διόδοντος πάλιν ἴδια μέν τινα τοῦ λογικοῦ φημὶ τῆς ψυχῆς B
πάθη, ἴδια δὲ τοῦ συμφυοῦς καὶ ἀλόγου εἶναι, ῥιπταζόμενος ἐπὶ πάντα καὶ ψηλαφῶντι προσεοικὼς τὰς διαφοράς. Ὅπου γὰρ ἐπὶ τῶν ἀγγείων ἔργον ἐστὶ διακρῖναί ποτε τῇ περὶ αὐτὰ κακίᾳ τὸ ἐκκεχυμένον διέφθαρκε, καὶ πάλιν ποτὲ τῶν ὑγρῶν νοσῆσαν διαβέβρωται· κέκρυπται· ἤπου τε τῆς ψυχῆς ἀναμεμιγμένης εἰς τὸ σῶμα καὶ κατ᾽ ἐγκράτησιν ἐνω συμπεφυκυῖαν ἄπορον ἐστὶν ἐκκαθᾶραι τὴν διαφοράν. Ὅρους ψυχῆς καὶ σώ- C
ματος ἐπιζητεῖς, οὓς ἡ φύσις ἀνεῖλεν, ἐκ δυοῖν μίαν γενέσθαι σοφιζομένη· καὶ τῷ λόγῳ παρενδοῦναι ἀρχόμενος διαστέλλει κοινωνίαν οὐδενὶ αὐτὴν

A. 2. ἁπλῶς τὸ κρίσεσι] Locus mutilus, forte ita integrandus: σωματικά· τὰ δὲ οὐ σώματος, περὶ σῶμα δὲ ψυχικά· καὶ ψυχικὰ μὲν ἁπλῶς, τὰ ἐν κρίσεσι—.

A. 4. σωματικαὶ] Legendum, σωματικά. T.

B. 1. Διόδοντος] Forte, Διόδοτος. T. Malim Διόδωρος.

B. 1. φημὶ] Legendum, φησί. T.

B. 4. ἐκκεχυμένον] Lege, ἐγκεχυμένον.

B. 5. νοσῆσαν—ψυχῆς] Forte, νοσησάντων διαβέβρωται αὐτά· ὅπου γοῦν ἐπὶ τῶν οὕτω φανερῶν καὶ προχείρων ταῦτα κέκρυπται, ἤπου γε τῆς ψυχῆς—.

B. 6. ἐνω συμπεφυκυῖαν] Forte, ἑνωθείσης καὶ συμπεφυκυίας.

C. 3. παρενδοῦναι—διαστέλλει] Forte, παρενδῦναι—διαστέλλεις.

C. 3. αὐτὴν] Lege λυτήν. T.

VI. At Poſidonius alias Animo, alias Corpori tribuit affectiones: alias porro facit non Animi, ſed Corporis ad Animum pertinentes: alias rurſus non Corporis, ſed Animi ad Corpus pertinentes. Et Animo quidem ſimpliciter tribuit eas quæ continentur judiciis et opinionibus, veluti libidines, metus, iras: Corpori ſimpliciter, febres, frictiones, condenſationes, rarefactiones: Corporis ad Animum pertinentes facit veternos, furores, morſus, imaginationes, diffuſiones: rurſus Animi ad Corpus pertinentes, tremores, pallores, mutationes vultus habituſque in metu vel ægritudine. Diodotus rurſus, alias ait eſſe affectiones partis rationalis Animi proprias, alias irrationalis et concretæ: is quidem in omnem partem ſe agitans, et quaſi manu differentias contrectare ſtudens. Nam quum de vaſis difficile ſit diſcernere, quando ſuo ipſa vitio infuſum humorem corruperint, et quando humoris vitio ipſa corrupta pereſaque ſint; profecto, de Animo, qui Corpori immixtus mutua copulatione et quaſi ſubactione in unum cum eo coaluit et concrevit, hanc differentiam perpurgare ut appareat quid utriuſque proprium ſit, imperviæ res eſt difficultatis. Animi Corporiſque fines quæris, quos natura ſuſtulit, illud molita ut ex duobus unum faceret? Et diſſerendi ratione aggrederis te inſinuare in eam compagem, eamque diſcernere commu-

A οὐδὲ χωριστὴν ἢ μόνῳ τῷ θανάτῳ· ἐκεῖνος δὲ τὰ πρὸς ἄλληλα κόψας ἢ ἀποκείνας, θάτερον ἐξελέγξει τὴν ἑκατέρου φύσιν ὅσον εἶχεν ἀλλότριον· μέχρι δὲ τούτου τὸ συγκεκραμένον ἡ κοινωνία δείκνυσιν ἀρνουμένην ἐν δυοῖν εἶναι, καὶ ἀποκρύπτουσα τὰς ἀμφοῖν εἰς κοινὴν ἀρχήν, καὶ ἀναπιμπλᾶσα θατέρου θάτερον, ὡς μήτε ψυχῆς εἶναι πάθος ὃ σώματος οὐ καθάπτεται, μήτε σώματος μεταβολὴν ὃ διὰ ψυχῆς οὐ κεχώρηκε.

B Κινδυνεύομεν ὅμοιόν τι ποιεῖν τῇ περὶ τοῦ ὄρου ὑπ' Αἰγυπτίων μυθολογουμένῃ διανομῇ, δικάσαντος τινὸς τῶν παλαιοτέρων θεῶν, ἐπὶ τῷ πατρὶ τιμωρῶν ἀπέκτεινε τὴν μητέρα, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ καὶ τὸν μυελὸν καταλιπεῖν, περιελεῖν δὲ τὴν πιμελὴν καὶ τὰς σάρκας, ὡς τούτων ἐν τῇ μητρὶ τὴν σύστασιν λαβόντων, ἐκείνων δὲ ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν γένεσιν ῥυέντων αὐτῷ. Καθάπερ γὰρ οὗτοι ὥσπερ τῶν ἄνωθ κατὰ φύσιν κρᾶσιν ἀχώριστον ἐπι-
C χειροῦντες διαιρεῖν, ἄχρι λόγου μυθώδους καὶ ἀπίστου προερρύονται, τὸν αὐτὸν τρόπον ἡμῖν σώματος καὶ ψυχῆς εὐθὺς ἐν πρώτῃ καταβολῇ συγχυθέντων πάθη διαλαβεῖν καὶ χωρίσαι ζητοῦντες, ἀκριβοῦς σφόδρα λόγου καθάπερ ὀργάνου λεπτοῦ πρὸς τὴν διαίρεσιν δεόμεθα.

A. 1. ἀλλήλα—κόψας] Forte, ἀλλήλα συνδεθέντα διακόψας.
A. 2. θάτερον] Forte, θατέρῳ.
A. 3. ἀρνουμένην ἐν δυοῖν] Forte, ἀρνουμένη ἐκ δυοῖν—. T.
A. 4. ἀμφοῖν εἰς κοινὴν] Forte, ἀμφοῖν φύσεις εἰς κοινὴν—. T.
A. 6. ὃ διὰ ψυχῆς] Forte, ἣ διὰ ψυχῆς. T.
B. 1. ὄρου] Forte, Ὥρου. T.
B. 2. ἐπὶ τῷ πατρὶ] Forte, ἐπεὶ τῷ πατρί. T.
B. 5. τὴν γένεσιν] Forte, κατὰ τὴν γένεσιν. T.
B. 6. ὥσπερ τῶν—κρᾶσιν] Forte, σπερμάτων τὴν ἄνωθεν κατὰ φύσιν κρᾶσιν.
C. 1. προερρύονται] Forte, προέρχονται.
C. 2. ἡμῖν] Legendum, ἡμεῖς. T.

nionem, quam excepta morte, nemini ſolvere aut ſeparare fas ſit? Mors demum duas illas naturas vel diſcernens vel diſcindens, utramque convincet quantum ab altera habuerit alieni. Nunc adhuc utramque concretam oſtendit communio, negans eam e duabus conſtare, abſcondens ambarum nexum in communi principio, et alteram altera replens atque afficiens; ut neque Animi ſit ulla affectio, quin Corpus tangat: neque Corporis, quin Animum pervadat. Et videmur ſimile quid facere illi in Ægyptiorum fabulis proditæ diſtributioni Hori: qui quum, in patris ultionem, interfeciſſet matrem, judicio alicujus antiquiorum Deorum condemnatus dicitur ut ſanguinem ac medullam retineret, adipe et carnibus privaretur; tamquam hæc in matre ortum habuiſſent, illorum ei origo a patre fluxiſſet. Prouti enim iſti ſeminum inde a primis naturæ initiis commixtorum inſeparabilem conjunctionem ſeparare conati ad fabuloſam et incredibilem rationem progrediuntur: eodem nos modo, Corporis Animique a prima ſtatim origine confuſorum affectiones ſecernere ac diſtinguere ſtudentes, ad hanc diſtinctionem ratione quadam valde accurata, veluti ſubtili inſtrumento, opus habemus.

ζ'. Ταύτην ἀνοίγοντες φιλόσοφοι φασὶ μήτε σώματος εἶναί τι μήτε A
ψυχῆς ἴδιον πάθος, ἀλλὰ τοῦ κοινοῦ· τὸν γὰρ ἄνθρωπον ἥδεσθαι καὶ λυ-
πεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι· τίνα ἄνθρωπον; οὐχὶ τὴν ψυχήν· ὥσπερ γε
πάλιν οὐ τὸ σῶμα βάλλειν καὶ ὀρχεῖσθαι καὶ περιπατεῖν, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον
ἀμφοτέροις χρώμενον, ὥσπερ ἐξ ἀμφοῖν συνέστηκεν. Καὶ οὐκ ἂν θαυ-
μάσαιμι τούτοις μάλιστα ὡς τὸ ἀληθὲς συμφέρηται. Κρίσις γὰρ ἡ λύπη
κακοῦ τινὸς αὐτῷ παρόντος ἐφ' οὗ συστέλλεσθαι καθήκει, καὶ ὁ φόβος καὶ B
οὐ μέλλοντος ἀφ' οὗ φεύγει καθήκει καὶ ἀναχωρεῖν· ὥστε τὸν λυπούμενον
αὐτὸν αὐτῷ λέγειν, ὅτι μοὶ κακόν ἐστι· καὶ τὸν φοβούμενον ὁμοίως, ὅτι μοὶ
κακόν ἐστιν· ἐγὼ δὲ οὐκ εἰμὶ ἡ ψυχή, ἀλλ' ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὸ κακὸν
οὐκ ἔστι τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου, πενία, νόσος, ἀδοξία, θάνατος.
Διὸ τὴν τελευτὴν καὶ τὸν φόβον ἀναγκαῖον εἶναι πάθη τοῦ ἀνθρώπου καὶ
οὐχὶ τῆς ψυχῆς. Καὶ γὰρ ἄλλως ὁρμεῖ μὲν πρὸς πλεονάζουσα τὸ πάθος C
τῷ ἀλόγῳ σφοδρὸν ἔχουσα καὶ ἀπειθές· ὁρμᾷ δὲ τὸ ζῶον, οὐχ ἡ ψυχή,
πρὸς τὸ κείρασθαι, πρὸς τὸ ὁπλίσασθαι, πρὸς τὸ λούσασθαι, κατακλι-
θῆναι· ταῦτα γὰρ ἐπὶ τῷ ἀνθρώπῳ πρακτά, τῇ δὲ ψυχῇ ἀσύμπτωτα·

A. 1. ἀνοίγοντες] Forte, ἀπογνόντες. T.
A. 3. τίνα ἄνθρωπον;] Forte, τὸν ἄνθρωπον, .
A. 6. τούτοις μάλιστα ὡς] Forte, εἰ τούτοις μάλιστά πως.
B. 1. καὶ οὐ μέλλοντος] Legendum, κακοῦ μέλλοντος. T.
B. 2. φεύγει] Legendum, φεύγειν. T.
B. 4. κακόν ἐστιν] Forte, κακὸν ἔσται. T.
B. 6. τὴν τελευτὴν] Legendum, τήν τε λύπην. T.
C. 1. ὁρμεῖ—ἀπειθές] Forte, ὁρμὴ μέν πως πλεονάζουσα τὸ πάθος, τῷ λόγῳ τὸ σφοδρὸν ἔχουσα ἀπειθές.
C. 3. κατακλιθῆναι] Forte, πρὸς τὸ κατακλιθῆναι. T.
C. 4. γὰρ ἐπὶ] Forte, γάρ ἐστι. T. At ferri poteſt vulgatum.

VII. Hujus rationis adipiſcendæ ſpe abjecta, quidam philoſophi aiunt, Neque Corporis neque Animi ullam eſſe propriam affectionem, ſed communis et ex ambobus junctæ naturæ; hominem enim affici voluptate, ægritudine, metu: hominem, non Animum prouti rurſus, non Corpus jacere, ſaltare, ambulare, ſed hominem utroque utentem uti ex utroque conſtat. Atque haud mirer ſi his, qui ita ſtatuunt, maxime quodammodo cum veritate conveniat. Nam ægritudo eſt judicium de malo præſente in quo contrahi deceat: metus, judicium de malo veniente a quo fugere ac recedere deceat; ita ut is, qui ægritudine afficiatur, ipſe ſibi dicat *hoc mihi malum eſt:* et metuens ſimiliter, *hoc mihi malum erit: ego vero non ſum Animus, ſed homo: et malum non eſt Animi, ſed hominis, paupertas, morbus, infamia, mors.* Itaque neceſſe eſt, ut ægritudo et metus ſint affectiones hominis non Animi. Nam et ceterum, affectio quodammodo eſt impetus nimius, propter vehementiam rationi non obtemperans: atqui impetu movetur animal, non Animus, ad ſe tondendum, armandum, lavandum, decumbendum: hæc enim homini ſunt facienda, in Ani-

A οἷς καὶ πιθανὸν ὁρμᾷν τὸν ἄνθρωπον, οὐχὶ τὴν ψυχήν· εἰ δ' ὁρμᾷν, καὶ ὀρέγεσθαι· οὐκοῦν καὶ ἀλόγως ὀρέγεσθαι, τοῦτ' ἔστιν· εἰ δὲ ἐπιθυμεῖ, καὶ ἥδεσθαι· εἰ δὲ ἥδεται, καὶ λυπεῖσθαι καὶ φοβεῖσθαι· ταῦτα γὰρ ἐκεῖνοι ἐξ ἀνάγκης ἔσεσθαι συμβέβηκεν· ὥστε μηδ' εἶναι ψυχῆς ἴδιον, ἀλλὰ καὶ ἀναιρεῖν καὶ ἄχθεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι καὶ φοβεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον.

η'. Ταῦτα δέ ἐστιν οὐ λυόντων τὴν ἀπορίαν, ἀλλ' ἀποδιδρασκόντων·
B κἂν γὰρ εἰ τὰ μάλιστα φαίη τις εἶναι τοῦ ἀνθρώπου ταῦτα πάθη, μένει τὸ ἀπορεῖν τινι καὶ κατὰ τί ταῦτα πάσχει, πότερον κατὰ τὴν ψυχὴν ἢ κατὰ τὸ σῶμα· καὶ ὀρχεῖται ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ ταῖς χερσί· καὶ λακτίζει ὁ ἄνθρωπος, ἀλλὰ τοῖς σκέλεσι· καὶ βλέπει κατὰ τὴν ὄψιν· καὶ ἀκούει κατὰ τὰ ὦτα· καὶ ὅλως τὸ μὲν ἔργον ἐστὶ κοινὸν τοῦ ἐκ τοῦ πάντων συνεστῶτος, τὴν δ' αἰτίαν τῆς συμπράξεως ἔχει τὸ μέρος ᾧ προσχρώμενος ἐνεργεῖ ἄνθρωπος.

C Ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο

φησὶν Ἀχιλλεύς,

Χεῖρες ἐμαὶ διέπουσιν·

οὐκ ἀποστερῶν ἑαυτὸν τῶν πολεμικῶν ἔργων, ὅτι ταῖς χερσὶν ἐπέγραψε τὴν αἰτίαν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι ταῖς μὲν χερσὶ κατειργάζετο τοὺς πολεμίους καὶ τῷ ξίφει, αὐτὸς μέντοι ἦν ὁ διεργαζόμενος. Καὶ ὁ λέγων

A. 2. τοῦτ' ἐστιν] Forte, τοῦτ' ἐστιν ἐπιθυμεῖν. T.
A. 3. ἐκεῖνοι—ἔσεσθαι] Forte, ἐκείνοις—ἕπεσθαι. T.
A. 4. μηδ' εἶναι] Forte, μηδὲν εἶναι. T.
A. 4. ἀναιρεῖν] Forte, χαίρειν. T.
B. 5. ἐκ τοῦ πάντων] Forte, ἐκ τῶν πάντων. T.

mum non cadunt; et his faciendis hominem impetum concipere probabile eſt, non Animum: porro, ſi impetum concipit, etiam appetere; igitur et contra rationem appetere, id eſt cupere: ſi cupit, etiam lætari; ſi lætatur, item et ægritudine et metu affici: nam hæc illis neceſſario ſunt conſequentia. Hinc efficitur, nullam eſſe propriam Animi affectionem: ſed hominem et gaudere, et ægre ferre, et appetere, et metuere.

VIII. At iſta ratio non eſt ſolventium difficultatem, ſed eam fugientium. Nam ſi vel maxime quis affirmet has eſſe hominis affectiones, manet tamen illa dubitatio, qua ſui parte et quatenus illis affectionibus afficiatur, utrum Animo an Corpore. Et ſaltat homo, at manibus: et calcitrat, at pedibus: et videt viſu, et audit auribus. Et omnino opus quidem eſt commune omnium eorum ex quibus totum conſtat: ſed cauſam conjunctæ actionis ſuſtinet ea pars qua utens homo agit.

Sed enim pars maxima belli
Hujus opus dextræ, manuum labor ille mearum eſt:

inquit Achilles, non ipſe ſibi detrahens laudem communionemque bellicorum facinorum, dum cauſſam manibus adſcribit: ſed nimirum, manibus et gladio conficiebat hoſtes, at conficiens ipſe erat. Et vero alius qui ait,

Δεινὸς κολαστὴς πέλεκυς αὐχένος τεμεῖν, A

αὐτὸ κολάζει ὃ εἴρηκεν, ἀλλ' ὡς κολάζουσιν. Οὕτως οὖν ὁ τὴν ἐπιθυ-
μίαν ἐπιζητῶν, πότερον τοῦ σώματός ἐστιν ἢ τῆς ψυχῆς, οὐκ ἀγνοεῖ ὅτι
τὸ λυπούμενον καὶ ἐπιθυμοῦν ἄνθρωπος ἐστι, πότερον τῇ ψυχῇ προσ-
χρώμενος ἢ τῷ σώματι καὶ κατὰ τὸ σῶμα τοῦτο πάσχει διηπόρηκεν· Ὥστε
τὰς προφάσεις ἐάσαντες ἁψώμεθα τοῦ λόγου καὶ κατὰ τὴν ζήτησιν ἤδη.

θ'. Ὅσοι τοίνυν τῆς ψυχῆς οὐκ ἄφθαρτον οὐδὲ ἀθάνατον μόνον ἀλλὰ B
καὶ ἀπαθῆ πειρῶνται διαφυλάττειν, ῥώμην τινὰ τῇ ἀπαθείᾳ τὴν ἀφ-
θαρσίαν προβαλλόμενοι, καὶ τὸ πάσχειν ἀλλ' ὡς γέ πως ἤδη φθορᾶς
ἀναδέχεσθαι πεῖραν οἰόμενοι, τάδε πάθη πάντα καὶ τὰς ἀσθενείας ὥσπερ
ἐκ ῥίζης τῆς σαρκὸς ἀναβλαστάνειν ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, τῶν διαφορῶν πρῶτον
ἔξονται τῶν περὶ τὰ σώματα φαινομένων κατὰ χρόνους καὶ φύσεις καὶ μετα-
βολάς· οἷον εὐθὺς ἐν νέοις ἀκμάζει τὸ ἐπιθυμητικόν, ἐν πρεσβύταις τὸ C
περίλυπον· τοῖς μὲν γὰρ αἷμα τὸ θερμαίνειν κέκραται, καὶ πνεῦμα ῥαγ-
δαῖον ἐπὶ τὰς ὀρέξεις παρέστηκε, καὶ τὸ σῶμα τοῖς ὀργάνοις καθαροῖς καὶ
ἀκραιφνέσιν ἐμμελὲς ἀεὶ καὶ πολύσφαλτον ἀνακινεῖ ἀναρριπίζει τὰς ἐπι-

A. 1. αὐχένος] Forte, αὐχένας. T. τομεὺς est in eodem dicto apud Plutarchum Reip. Præcept. p. 813. E.
A. 2. αὐτὸ—κολάζουσιν] οὐ τὸ κολάζον εἴρηκεν, ἀλλ' ᾧ κολάζουσιν. T.
A. 2. τὴν ἐπιθυμίαν] Forte, τὴν λύπην καὶ ἐπιθυμίαν.
A. 4. πότερον τῇ ψυχῇ] Forte, πότερον δὲ τῇ ψυχῇ. T. Post ἤδη excidit τραπώμεθα, vel simile.
B. 1. τῆς ψυχῆς] Forte, τὴν ψυχήν. T.
B. 3. ἀλλ' ὡς γέ πως] Forte, ἁμωσγέπως. T.
C. 2. αἷμα τὸ] Forte, αἷμα τῷ. T. Mihi videtur corrigendum, αἷμά τι θερμὸν ἐγκέκραται.
C. 4. πολύσφαλτον] Desidero aliud, πολυφάνταστον, vel πολυσφάδαστον, vel simile.
C. 4. ἀναρριπίζει] καὶ ἀναρριπίζει. T.

Vindex atrox securis cervicem amputans,

non significat id quod punit, sed id quo punitur. Sic igitur is qui quærit de libidine et ægritudine, haud ignorat id quod ægritudinem et libidinem concipiat, esse hominem: sed illud quærit ac dubitat, utrum Animo an Corpore utens homo illas affectiones concipiat. Itaque omissis aliorum exceptionibus quibus ratio non redditur sed eluditur, jam disputationem ipsam aggrediamur et in quæstionem nos convertamus.

IX. Jam qui Animum, non modo a corruptione et morte, sed etiam ab affectionibus liberam servare student, dum vacuitati affectionum tamquam firmamentum præstruunt incolumitatem et vacuitatem a corruptione, ac putant id quod afficiatur jam quodammodo corruptionis tentationem suscepisse, omnesque affectiones et infirmitates ex carne veluti radice in hominem procrescere: hi igitur primum eas diversitates proferunt quæ in Corporibus apparent, per ætatum naturarumque mutationes: veluti, in juvenibus viget libido, in senibus ægrimonia: illis enim et sanguis calidus immixtus est, et plenus impetu spiritus adjutor appetitionum comitatur: et Corpus integris sincerisque instrumentis aptum et concinnum ideoque ferax imaginationum, continuo suscitat cupiditates, veluti ex recenti accensas materia per

A θυμίας ὥσπερ ἐξ ὕλης νεαρᾶς ἀναπτομένας περιφέρειν αἵματος ἐξὸν μεταβαλλόμενον ἐπὶ πολλὰ ταῖς ὁρμαῖς τὸν νέον. Ὁ πρέσβυς τοῦτο θερμὸν προλιπόντος ἤδη ὥς τε ἐπιθύμητ. ἀνεζωπυρεῖτο, καὶ τῷ πνεύματι χαλῶν, καὶ κατατετριμμένος τῷ σώματι, περὶ τὰς ἡδονὰς ἄβλυ ταῖς ἐπιθυμίαις καὶ δυσκίνηται * * *.

A. 1. περιφέρειν] Forte, περιφορᾷ.
A. 1. ἐξὸν] Forte, ἐξ ὧν.
A. 2. τὸν νέον] Excidit, ὁρῶμεν, vel ſimile.
A. 2. τοῦτο θερμὸν—ἀνεζωπυρεῖτο] Legendum, τοῦ τε θερμοῦ προλιπόντος ἤδη ᾧ τὸ ἐπιθυμητικὸν ἀνεζωπυρεῖτο. T.
A. 4. ἄβλυ—δυσκίνηται] Forte, ἀμβλὺς, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις δυσκίνητος.

motum ſanguinis; unde juvenem, mutato ſæpe impetu, ex aliis in alias res converti videmus. At ſenex, deficiente calore quo cupiditas exſuſcitatur, relaxato ſpiritu, corpore etiam attrito, cum eſt hebes ad voluptates, tum friget ad cupiditates * * *

B. A

ΕΙ ΜΕΡΟΣ ΤΟ ΠΑΘΗΤΙΚΟΝ ΤΗΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΨΥΧΗΣ Η ΔΥΝΑΜΙΣ.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ.

II.

ID QUOD IN ANIMO HUMANO AFFECTIBUS SUBJECTUM, PARS NE SIT EJUS ANIMI AN FACULTAS.

DISPUTATIO XVIII.

α΄. ΠΕΡΙ τῆς παθητικῆς καὶ ἀλόγου ζωῆς, πότερα μέρος ἐστὶ τῆς B
ἀνθρώπου ψυχῆς ἢ δύναμις, ἐπισκεπτέον. Ἐοίκασι γὰρ τῶν ἀρχαίων οἱ μὲν οὕτως οἱ δὲ ἐκείνως ἀποφηνάμενοι περὶ αὐτῆς. Ἄξιον οὖν καὶ ἡμᾶς ἀπορήσαντας καὶ ἐπὶ ζήτησιν τραπομένους ταύτῃ δοξάσαι εἴπερ ἂν καὶ ζητοῦσι φανεῖται πιθανώτερον.

β΄. Ὅσοι μὲν οὖν μέρος ἀποδιδόασιν αὐτὴν δόξαιεν ἂν ἐκεῖνα λέγειν ἔμψυχα τὰ ἄλογα τῶν ζώων, οὐδὲ ψυχὴν ἔχοντα ἀλλά τι μόριον C
ψυχῆς. Ὅσοι δ᾽ ἂν δύναμιν, πρῶτον μὲν ἄτοπον ὅτι τῷ τόπῳ δια-

B. 5. εἴπερ] ἧπερ. T.
B. 6. ἐκεῖνα λέγειν] Forte, οὐκ εἶναι λέγειν.
C. 2. ψυχῆς. Ὅσοι] Inter has duas voces ponenda videtur dictio quæ in ſequentibus exſtat, εἴ γε τοῖς ἀλόγοις— Οὐδαμῶς. Mox legendum, Ὅσοι δ᾽ αὖ.

I. DE vita affectibus ſubjecta et rationis experte utrum pars ſit animi humani an facultas, quærendum eſt. Nam antiquorum alii hoc, alii illud, de ea videntur ſtatuiſſe. Operæ igitur pretium eſt, ut et nos hujus argumenti dubitatione ac quæſtione ſuſcepta, ita de eo ſtatuamus prouti nobis quæſtione peracta veriſimilius viſum fuerit.

II. Jam qui illam, quam dicimus vitam affectibus ſubjectam rationiſque expertem, ſtatuunt eſſe partem animi, videantur hi ſimul ſtatuere animalia bruta rationiſque expertia, non eſſe animata, neque animum, ſed particulam quandam animi habere; ſiquidem in brutis animalibus animus affectibus ſubjectus ineſt, at animus ratione præditus, nullo modo ineſt. Rurſus qui illam,

A χωρίζουσιν αὐτὴν ἀπὸ τῆς ἀντιδιαιρουμένης αὐτῇ δυνάμεως τῆς λογικῆς·
οὐ γὰρ διαιροῦνται ἀπ' ἀλλήλων αἱ δυνάμεις ὅσαι τοῦ αὐτοῦ τυγχάνουσιν
οὖσαι· εἶδε τοῖς ἀλόγοις ἡ παθητικὴ μὲν ἔστιν, ἡ λογικὴ δὲ οὐδαμῶς·
ἔπειτα καὶ συνυπάρχειν ποιοῦσι τἀναντία κατὰ ταυτό. Αἱ γὰρ δυνάμεις
τοιαῦται ὥστε ἑκάστην κἂν ὁπόσαι ἂν ὦσι περὶ ὅλην θεωρεῖσθαι τὸ ὑπο-
κείμενον· τὸ δὲ λογικὸν καὶ τὸ ἄλογον οὐχ οὕτω περὶ ψυχήν· ἀποτέμνεσθαι
B γὰρ δοκεῖ τῆς ὅλης καὶ ποιεῖν αὐτὴν τὸ μὲν ἄλλο, τὸ δὲ ἄλλο· καὶ τοῦτ'
εἰκότως· ἐναντία γάρ· τὰ δ' ἐναντία καθ' ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνυπάρχειν
ἀληθές. Οὐδὲν γὰρ ἴσως κωλύει καὶ τἀναντία συνυπάρξαι τὸν εἰρημένον
τρόπον, ἐὰν δυνάμεις ὦσι καὶ μὴ ἐνέργειαι λαμβάνονται, λογίζεσθαι μὲν
γὰρ καὶ ἀλογιστεῖν, ἢ ὑγιάζειν καὶ κακοῦν ἄμφω ἀδύνατ· ἡ μέντοι δύναμις
τοῦ κακοῦν ἅμα περὶ τὸ αὐτὸ ἢ ἀλογιστεῖν περὶ τὴν ψυχὴν ἅμα· οὐ
C μέντοι καὶ αἱ κατὰ ταύτας ἐνέργειαι. Καὶ πλείω δὴ τὸ αὐτὸ δύνασθαι
οὐθὲν κωλύει, οἷον τὸ ἀληθεύειν τόν τε ἐπιστήμονα καὶ τὸν διαλεκτικόν· οὕτω
δὴ καὶ ἀλογιστεῖν τήν τε τῶν ἀλόγων ζώων ψυχὴν καὶ τὴν ἀνθρώπου·

A. 2. διαιροῦνται ἀπ' ἀλλήλων] Forte, διαιροῦνται τόπῳ ἀπ' ἀλλήλων.
A. 3. εἶδε] T. ἐν δέ. Sed corrigendum videtur εἴγε, et dictio hæc εἴγε—οὐδαμῶς ſuperius ponenda.
A. 5. ὅλην] Lege, ὅλον. T.
B. 2. συνυπάρχειν ἀληθές] Locus mutilus et ita reſtituendus videtur, συνυπάρχειν ἀδύνατον νομίζεται. Ἀλλὰ τοῦτο ἐπισκεπτέον εἰ ἔστιν ἀληθές.
B. 4. λαμβάνονται λογίζεσθαι] Legendum, λαμβάνωνται· λογίζεσθαι—. T.
B. 5. ἀδύνατ ἡ μέντοι] ἅμα ἀδύνατον· ἡ μέντοι—. T.
B. 6. τοῦ κακοῦν—ἀλογιστεῖν] Forte ſic explendus locus, τοῦ κακοῦν καὶ ὑγιάζειν, ἅμα περὶ τὸ αὐτό· καὶ ἡ τοῦ λογίζεσθαι καὶ ἀλογιστεῖν.

de qua quærimus vitam, faciunt facultatem, hi primo quidem hoc abſurdum faciunt, quod eam loco ſeparant ab altera ejuſdem diviſionis huic oppoſita vita, nimirum ea quæ prædita eſt ratione: non enim loco diſtinguuntur facultates quæ ejuſdem rei ſunt. Deinde faciunt contraria ſimul in eadem re ineſſe. Nam facultatum ea eſt natura, ut unaquæque facultas tota quantacumque eſt in toto ſpectetur ſubjecto. At non hoc modo in animo inſunt duo illa quæ rationis compos aut expers, id eſt rationale ſeu irrationale, vocantur: videntur enim quaſi deſecari a toto animo, iſque per utrumque eorum alius ac diverſus fieri: idque haud temere: ſunt enim contraria: contraria autem ut in una eademque re inſint, rerum naturæ repugnans habetur. Hoc tamen an ſemper verum ſit, conſiderandum eſt. Fortaſſe enim nil impedit quominus contraria ſimul inſint in re eo quo diximus modo, id eſt in una eademque re; ſi quidem hæc contraria ſint facultates, neque accipiantur tamquam actus. Nam ratiocinari ejuſque contrarium, quod *irrationaliter cogitare* appellemus, item ſanare et lædere, ambo ſimul in eadem re ineſſe nequeunt: at facultas tamen lædendi et ſanandi, ratiocinandi et irrationaliter cogitandi, ſimul in animo ineſſe poſſunt: at non item actus, qui ex his facultatibus proficiſcuntur diverſis diverſi, ſimul in animo ineſſe poſſunt. Et vero nil impedit quominus plura idem poſſint, id eſt quominus eadem facultas in diverſis inſit ſubjectis: veluti facultas vere ſtatuendi, in dialectico et in perito: ſic etiam facultas irrationaliter cogitandi

ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν ἀλόγων ἐν τῷ εἶναι αὐτῆς τὸ ἀλογιστεῖν ἔχειν, διὸ καὶ ἀεὶ A ἀλογιστεῖ, καὶ οὐχ ὅτε μὲν τοῦτο ὅτε δὲ τὸ ἐναντίον· τὴν δὲ τοῦ ἀνθρώπου τὸ μὲν ἀλογιστεῖν οὐκ ἐν τῷ εἶναι ἔχειν αὐτήν· οὐ γὰρ ἂν καὶ ἐλογίζετο· τὸ δύνασθαι μέντοι ἀλογιστεῖν καὶ τὸ δύνασθαι λογίζεσθαι· ἐνεργεῖ δὲ κατ᾽ ἄμφω· κατὰ λόγον μὲν ὁπηνίκα βλέψῃ πρὸς τὴν ἑαυτῆς οὐσίαν, αὕτη δέ ἐστιν ὁ ἐν αὐτῇ νοῦς· κατὰ δὲ τὴν ἀλογίαν ὁπόταν νεύσῃ πρὸς τὰ ἔξω, ταῦτα δ᾽ ἐστὶ τὰ αἰσθητά. Ἄλλο οὖν τὸ ἐν ἀνθρώπῳ ἄλογον, καὶ B ἄλλο τὸ ἐν τοῖς ζώοις· τὸ μὲν γὰρ ἐν τούτοις ψυχή, τὸ δὲ ἐν ἀνθρώπῳ δύναμις· καὶ τοῦτ᾽ ἂν εἴη τῆς τοῦ λογίζεσθαι δυνάμεως ἀχώριστον. Ὀρθῶς ἄρα καὶ Ἀριστοτέλης τὴν ἀνθρώπου ψυχὴν δύναμιν συναποκαλῶν, ὅτι ποτὲ μὲν λογίζεται, ποτὲ δ᾽ οὔ.

γ΄. Ὅταν οὖν μὴ λογίζεται, ἄλλο τί ἢ ἀλογιστεῖ; Ἆρ᾽ οὖν ἡ κατὰ τὸ λογίζεσθαι δύναμις καὶ αὐτὸ λογίζεσθαι, ψυχῆς ἐστί, καὶ ἐν χάρτῃ, C χάρτης δ᾽ οὔ; Ἀλλ᾽ εἰ τοῦτο, ἑτέρα ἔσται αὐτῆς οὐσία παρὰ τὸ ἔργον καὶ τὴν πρὸς τοῦτο δύναμιν· καὶ ἕξει τὸ ὑποκείμενον περὶ ὃ θεωρηθήσεται ἡ δύναμις αὐτῆς· καὶ ἔσται τὸ ὄνομα τοῦτο ψυχὴ τὸ ὑποκείμενον μετὰ τῶν περὶ αὐτὸ θεωρουμένων δυνάμεων· καὶ ζωὴν ἕξει οὐ διὰ πάσης ἑαυτῆς· κατὰ γὰρ τὸ ὑποκείμενον ἄζωος ἔσται, τάχα δὲ καὶ παντάπασιν· οὐδεμία γὰρ

A. 3. ἔχειν αὐτὴν] Legendum, ἔχειν αὐτῆς. T.
C. 1. αὐτὸ λογίζεσθαι] Forte, αὐτὸ τὸ λογίζεσθαι.
C. 1. χάρτῃ, χάρτης] Sustuli punctum absolutum inter duas has voces. Locus sanus est.

insit in animo cum hominis tum animalium ratione carentium: sed ita ut animalium ratione carentium animus in sua ipse natura, et, ut ita dicam, essentia habeat illud irrationaliter cogitare, nec sine eo esse possit; unde fit ut semper irrationaliter cogitet, nec alio tempore ita, alio contra: animus autem hominis non in sua ipse essentia habeat illud irrationaliter cogitare; alioqui non etiam ratiocinaretur: at vero in sua ipse essentia habeat posse irrationaliter cogitare et posse ratiocinari. Agit autem secundum utrumque: secundum rationem, quando suam ipse naturam essentiamque intuetur, quæ est mens in ipso habitans: secundum absentiam rationis, quando ad res externas, id est sensibiles, despicit. Igitur irrationale aliud est in homine, aliud in animalibus: nam irrationale in his est ipse animus: at idem est in homine facultas, idemque inseparabile est a facultate ratiocinandi. Recte igitur fecit Aristoteles dum animum hominis appellavit facultatem, quippe quod animus nonnunquam ratiocinetur, nonnunquam non item.

III. Quando igitur non ratiocinatur animus, quid aliud nisi irrationaliter cogitat? An ergo facultas ratiocinandi et ipsum ratiocinari sunt animi, id est in animo nec ipse animus: et veluti in charta, non ipsa charta? Hoc si ita se habet, diversa erit animi essentia ab actione et agendi facultate: et animus habebit subjectum in quo ipsius facultas spectetur: et nomen animi significabit subjectum conjunctum cum facultatibus in subjecto spectatis: et animus vitam habebit non per se ipsum totum; nam secundum subjectum quidem vita carebit: et fortasse non modo secundum

A αὐτῆς ἐν τῇ φύσει ἐνέργεια ζωτική, ἀλλὰ πάντα δύναμις. Δυνάμει οὖν ἔσται ζῶσα.

δ'. Ἢ τὸ δυνάμει τὸ καθ' ἕξιν ῥητέον, ἵνα πως μὲν ἔχει ζωήν, πως δὲ οὐκ ἔχει· δύο γὰρ ζωαί, ἡ μὲν ὡς ἕξις, ἡ δὲ ὡς τὸ ἐνεργεῖν· καὶ ἡ μὲν ὡς ἕξις ψυχή, ἡ δὲ ὡς τὸ ἐνεργοῦν ὁ νοῦς. Εἰ οὖν ἡ ὡς ἕξις ζωὴ ἡ ψυχή, ἁπλῆ ἂν εἴη χωρὶς ὑποκειμένου· τοιοῦτον γάρ τι τὴν ψυχὴν
XVI. "Μισθὸς δ' ἀνδρὶ φίλῳ εἰρημένος." *Merces amico viro conſtituta—.* Hos verſus quidam pro ſpuriis habent: at Plutarchus eos judicat germanos. Debemus enim, inquit, etiam amicum operis ſocium aſſumere certa ei condicta mercede. Nam, confecto opere, remuneratio ſi opinione minor accidat, inimicitiæ cauſſam præbet. Huic ſimile eſt alterum præceptum, quod jubet, etiam teſtes adhibere in pactis cum fratribus: ſed ut ejus invidiam leniret dixit *ridendo teſtem adhibere*, id eſt quaſi hoc non ſerio, ſed per jocum, fiat. Multi enim perierunt credendo quibus non oportebat, et non credendo quibus oportebat. Itaque neceſſaria

A καὶ ἐπὶ τῶν ἀδελφῶν, καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ μισθοῦ προομολογίας καὶ ἐπὶ τῶν φίλων.

ιζ΄. "Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν." Δοκεῖ μὲν ἀπηρτῆσθαι τοῦτο τοῦ προρρηθέντος· ἔχει δὲ καὶ συνέχειαν. Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν, Ὅτι κἂν ᾖ σμικρὸν τὸ ἀφαιρεθὲν, παχνοῖ τὰ ἀφαιρεθέντα, διὰ τὴν ἀκούσιον ἀφαίρεσιν, ἐπήγαγεν Ὅτι τὸ σμικρὸν ἐπισωρευόμενον μὲν μέγα τι γίνεται,
B ἀφαιρούμενον δὲ εἰς τὸ μηδὲν καταλήγει· ὥστε εἰκότως λυπεῖ καὶ τὸ σμικρὸν ἀφαιρούμενον. Καὶ εἰ τοῦτο ἀληθὲς, ὀρθῶς Ἀριστοτέλης ἔλεγεν, Ὅτι χείριστον τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ΜΗ ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ λεγόμενον· εἰ γὰρ καταφρενεῖτο ὡς μικρὸν ἕκαστον καὶ ἐπιλέγοιμεν ΜΗ ΠΑΡΑ ΤΟΥΤΟ, κακῶς πράξοιμεν· ἐν μὲν οὖν οἰκονομίαις λιμώξομεν, τοῦτο αἰεὶ ἐπᾴδοντες· ἐν δὲ τῇ διαίτῃ νοσήσομεν, πολλάκις μὲν παρορῶντες τὸ ὀρθὸν, λέγοντες
C δὲ ταύτην τὴν φωνήν· ἡ γὰρ καθ' ἓν ἕκαστον ἔλλειψις μεγάλην ἀθροίζει τοῖς παρορῶσι τὴν βλάβην.

ιη΄. "Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος." Καὶ ἐν τοῖς πατρίοις ἐστὶν ἑορτὴ Πιθοιγία, καθ' ἣν οὔτε οἰκέτην οὔτε μισθωτὸν εἴργειν τῆς ἀπολαύσεως τοῦ οἴνου θεμιτὸν ἦν, ἀλλὰ θύσαντας πᾶσι μεταδιδόναι τοῦ δώρου

A. 1. ἐπὶ τῆς τοῦ μισθοῦ] Delendum ἐπί.
A. 3. ιζ΄.] Plutarchum auctorem produnt cum oratio, tum locus alius in Opp. Mor. p. 85, E. Est in Proclo ad Hesiod. 359. p. 84.
B. 4. καταφρενεῖτο] Forte, καταφρονοῖτο.
C. 3. ιη΄.] Procl. ad verf. 366, p. 86. Plutarchi hoc esse non dubitabit, qui legerit ejusdem Sympos. VII, 3. Plura in Proclo fuere ut apparet ex Tzetze.

est cum erga fratres conscientia testium, tum erga amicos constitutio mercedis.

XVII. "Εἰ γάρ κεν καὶ σμικρόν." *Si quidem enim parvum parvo addideris—.* Hoc præceptum, quamquam videtur disjunctum ab antecedente, habet tamen cum eo nexum. Nam quum dixisset, *Ablatum, quamvis parvulum, tamen dolorem adferre ei a quo aufertur, propter involuntariam ablationem,* subjungit *Etiam parvulum continuo congestum tandem magnum quoddam fieri: imminutum demendo in nihilum abire; itaque non sine ratione etiam parvulum ablatum, adferre dolorem ei unde aufertur.* Atque hoc si verum est, recte dixit Aristoteles, Pessimum esse in vita gubernanda illud dictum, *Quid tum postea, Nil hoc refert:* Nam si unumquodque negligamus dicentes *Nil hoc refert,* male nobis erit: in re familiari administranda, esuriemus, in victu regendo ægrotabimus, hoc semper accinentes dictum eandemque cantilenam repetentes, rectum agendumque negligentes. Nam omissio singulorum negotiorum magnam damni summam colligit negligentibus.

XVIII. "Ἀρχομένου δὲ πίθου καὶ λήγοντος." *Incipiente autem dolio et desinente—.* Etiam in patriis institutis est festum Pithœgia, id est *dolii apertio:* quo in festo nec servum nec mercenarium fas erat arcere a fruendo vino, sed sacrificio peracto dona Bacchi cum omnibus erant commu-

τοῦ Διονύσου. Καλῶς οὖν εἴρηται, δεῖν ἀρχομένου πίθου κορέσασθαι, καὶ τῇ ἑορτῇ συμφώνως· δεῖ δὲ καὶ φείδεσθαι μειουμένους τὴν ἀπόλαυσιν ὥστε καὶ εἰσαῦθις ἡμῖν γενέσθαι καὶ αὖθις· εἰ δὲ ἀπαναλωθέντος τοῦ πλείστου τὸ λειπόμενον εἴη, χαλεπὴν εἶναι τὴν φειδώ· τότε γὰρ, φησὶ, τάχα ἂν καὶ τραπείη καὶ ἄχρηστον γένοιτο τοῖς φεισαμένοις. Τὸ μὲν οὖν ἀρχομένου κορέσασθαι, παιδεύει πρὸς κοινωνίαν· τὸ δὲ μεσσόθι φείδεσθαι, πρὸς οἰκονομίαν· τὸ δὲ, χαλεπὴν εἶναι τὴν ἐν τῷ πυθμένι φειδὼ, πρὸς ἀπόλαυσιν τὴν κατὰ καιρόν. A B

ιθ'. "Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι." Τοῦτον ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ χαράσσει τὸν στίχον· σημαίνειν δὲ τοὺς φιλήτας τοὺς ἀφαιρεῖσθαί τι καὶ ἐκφορεῖν ἐθέλοντας, παρὰ τὸ ἀφαιρεῖν καὶ ὑφελεῖν τοῦ ὀνόματος αὐτοῖς τεθέντος.

κ'. "Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον φέρβεμεν." Δόξειεν ἂν ἄτοπος ὁ στίχος εἶναι καὶ ἀγανακτοῦντος ὅτι γέγονεν οὐ μόνος τῷ πατρί. Μήποτε δὲ, φησὶν ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ καὶ Πλάτων ἕπεται τῷ Ἡσιόδῳ καὶ Ξενοκράτης, καὶ Λυκοῦργος πρὸ τούτων· οἱ πάντες ᾤοντο δεῖν ἕνα κληρονόμον καταλιπεῖν· καὶ τοῦτο ἦν τὸ ὑπὸ Ἡσιόδου λεγόμενον. Δοκεῖ δὲ ἡ C

A. 2. δεῖ δὲ καὶ φείδεσθαι—αὖθις.] Forte, δεῖν δὲ καὶ φείδεσθαι μειουμένου, ὥστε τὴν ἀπόλαυσιν ἡμῖν γενέσθαι καὶ εἰσαῦθις. —At, quum Trincav. habeat, δεῖ δὲ καὶ φειδοῦντα μειουμένους τὴν ἀπόλαυσιν, forte legendum δεῖ δὲ καὶ φειδοῦς ταμιευομένοις, ὥστε τὴν ἀπόλαυσιν—.

A. 4. τὸ λειπόμενον εἴη] Forte, τὸ λειπόμενον ὀλίγον εἴη.

B. 3. ιθ'.] Apud Proclum ad verſ. 373. p. 86.

C. 1. κ'.] Apud Proclum ad verſ. 374. p. 88.

C. 2. τῷ πατρί—δεῖν] Vulgo perperam, τῷ πατρί, μή ποτέ φησιν Πλούταρχος καὶ Πλάτων ἕπεται τῷ Ἡσιόδῳ καὶ Ξενοκράτης καὶ Λυκοῦργος, πρὸ τούτων οἱ πάντες ᾤοντο δεῖν—.

nicanda. Itaque recte et feſto tempori congruenter dictum eſt, *oportere ad ſatietatem bibere incipiente dolio:* oportere vero etiam parcere decreſcente dolio, ut et in poſterum et iterum nobis liceat frui: quod ſi vero, conſumta majore parte, exiguum ſit reliquum, difficilem eſſe parcimoniam: tunc enim, inquit, vinum fugiat et inutile fiat parcentibus. Igitur *incipiente dolio ad ſatietatem bibere*, inſtituit nos ad communionem: *medio dolio parcere*, ad prudentem rei familiaris adminiſtrationem: in fundo difficilem eſſe parcimoniam, ad uſum tempeſtivum.

XIX. "Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλή- "τῃσι." *Nam qui mulieri confidit, confidit is furibus.* Hunc verſum notat PLUTARCHUS: φιλήτας, inquit, ſignificare eos qui aliquid auferre et exportare domo cupiunt, nomine ipſis poſito a verbo ἀφαιρεῖν et ὑφελεῖν *auferre, ſurripere.*

XX. "Μουνογενὴς δὲ παῖς σώζοι πατρώϊον οἶκον "φέρβεμεν." *Unicus vero filius, ſervat paternam domum paſcendo.* Videatur ineptus eſſe verſus et ægre ferentis, quod ipſe patri non unicus natus fuiſſet filius. Fortaſſe autem, inquit PLUTARCHUS, et Plato ſequitur Heſiodum, et Xenocrates, et ante hos Lycurgus: qui omnes exiſtimarunt, unum relinquendum eſſe heredem. Atque hoc

A λέξις εὐχομένου εἶναι, καὶ οὐ συμβουλεύοντος· τὸ γὰρ—" σώζοι πατρώϊον " οἶκον," εὐκτικόν ἐστιν· ὥστε εἶναι τὸν λόγον. " Εἰ καὶ μὴ πλείους εἶεν παῖδες, " ἀλλὰ μονογενής, οὗτός γε σώζοι τὸν οἶκον." Τὸ δὲ ἑπόμενον στιχίδιον ἔτι μᾶλλον λύει τὴν διαβολήν.

κα'. " Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' ἐπιθήκη." Μήποτε δέ, φησὶν ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ, ἐκεῖνο λέγει τὸ τοῦ Λάμπιδος, Ὅτι πλείων
B μὲν ἡ φροντὶς ἐπὶ τοῦ πλείονος πλούτου· μείζων δὲ ἡ ἐπίδοσις, ἣν ἐπιθήκην εἶπεν, αὐτοῦ συναύξοντος ἑαυτὸν τοῦ πλούτου διὰ τὴν τῶν ὀργάνων εὐπορίαν καὶ τῶν ὑπηρετῶν. Ὃ καὶ ὁ Λάμπις εἴρηκεν ἐρωτηθεὶς πῶς ἐκτήσατο; Τὸν μὲν ὀλίγον, ἔφη, χαλεπῶς, τὸν δὲ πολὺν ῥᾳδίως, πολλῶν ὄντων ἤδη τῶν ὑπουργούντων.

κβ'. " Γηραιὸς δὲ θάνοις." Οἱ περὶ Πρόκλον καὶ Ἀρίσταρχον ἢ
C ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ, ἀδιανόητόν φασιν εἶναι καὶ περιττόν—.

κγ'. " Γυμνὸν σπείρειν." Κάλλιον δέ, φησὶν ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ, μετὰ τὸν σπόρον ὑετὸν συμβῆναι, ἢ πρὸ σπόρου· δῆλον δέ· τὰ γὰρ μετὰ Πλειάδα σπαρέντα καὶ πρὸ τροπῶν, φύεσθαι ἑβδομαῖα, ἐν Αἰγύπτῳ δὲ καὶ τριταῖα· τὸν δὲ μετὰ τροπάς, μόλις ἐν τριπλασίῳ τούτου τοῦ χρόνου. Οὕτως τὸ ἐπι-

A. 5. κα'.] Apud Proclum ad verſ. 378, p. 88.
B. 6. κβ'.] Apud Tzetzem ad verſ. 376. p. 89. unde patet, plura fuiſſe in Procli animadverſione quam ea quæ nunc exſtant, παρέγγραπτον, ὡς ἀδιανόητον.
C. 2. κγ'.] Apud Proclum ad verſ. 389, p. 96.
C. 3. μετὰ Πλειάδα] Trincav. μετὰ Πλειάδα: Recte! Minus recte κατὰ Πλειάδα Heinſ.

erat, quod Heſiodus dixit. Videtur autem dictio eſſe optantis, non ſuadentis: illud enim, *ſervet paternam domum*, in Optativo eſt modo; ut ſententia hæc ſit: *Niſi plures fuerint filii, ſed unus: at hic ſaltem ſervet domum.* Sed ſequens verſiculus magis etiam diluit reprehenſionem.

XXI. " Πλείων μὲν πλεόνων μελέτη, μείζων δ' " ἐπιθήκη." *Plurium major eſt cura, majorque acceſſio.* Fortaſſe, inquit PLUTARCHUS, idem dicit quod Lampis: majores divitias majorem poſtulare curam, majora item habere incrementa, quæ ἐπιθήκην vocat Heſiodus; divitiis jam ſe ipſas augentibus per inſtrumentorum et miniſtrorum copiam. Quod idem Lampis ſignificavit, interrogatus *Quomodo divitias ſibi comparaverit*, reſpondit, *Parvas quidem difficulter, magnas vero facile:* quippe magnarum divitiarum multos jam habere quærendi comparandique miniſtros et adjutores.

XXII. " Γηραιὸς δὲ θάνοις." *Senex autem moriaris.* Proclus, Ariſtarchus, vel PLUTARCHUS, dicunt, hoc intelligi non poſſe et ſupervacaneum eſſe—.

XXIII. " γυμνὸν δὲ σπείρειν." *Nudus ſerito.* Melius eſt, inquit PLUTARCHUS, pluviam accidere poſt ſementem, quam ante ſementem. Cauſſa manifeſta eſt. Nam quæ poſt Pleiadis occaſum et ante Solſtitium hibernum ſeruntur, ſeptimo jam die, in Ægypto autem tertio, procreſcunt: at quæ poſt Solſtitium ſeruntur, vix triplo majore tempore. Adeo utilius eſt pluviam ſequi quam

γίνεσθαι ὑετὸν, ἀγαθὸν μᾶλλον ἢ τὸ προγίνεσθαι. Οἱ δ' ἀρχαῖοι καὶ A
πρωϊαίτερον ἔσπειρον, καὶ δῆλον ἐκ τῶν Ἐλευσινίων τελετῶν.

κδʹ. "Ὅλμον μὲν τριπόδην." Πολὺς ἐν τούτοις ὁ Πλούταρχος, ἀμυνόμενος τοὺς γελῶντας τὸν Ἡσίοδον τῆς μικρολογίας, καὶ Πλάτωνα λέγων περὶ τῆς τῶν σκευῶν ἐν τοῖς οἴκοις διαλέχθαι καὶ ἐμμετρίας· καὶ Λυκοῦργον περὶ τῆς τῶν θυρῶν κατασκευῆς, ἵν' ἀπὸ πρίονος ὦσι καὶ πελέκεως μόνον ἀποίκιλοι. Δεῖ οὖν ἀποδέχεσθαι καὶ τὸν Ἡσίοδον μέτρα B
παραδόντα καὶ ὅλμου καὶ ὑπέρου καὶ ἄξονος καὶ σφύρας. Καὶ τοὺς ἀρχαίους δὲ πολλὴν καὶ τούτων ποιεῖσθαι λόγον· καὶ τῶν εὑρετῶν Πάμφων μὲν τιμᾶν διότι τὸν λύχνον πρῶτος εὗρε καὶ τὸ ἐκ τούτου φῶς εἰσήγαγε· τὸν δὲ τῶν Πιτθέων δῆμον οὕτως ὀνομάσαι διότι τῶν πίθων ἐπενοήσαντο τὴν πλάσιν· ὥστε μὴ τὴν πολυτέλειαν προσήκειν θαυμάζειν, ἀλλὰ τὴν τῶν χρειωδῶν, κἂν εὐτελῆ τυγχάνῃ περιποίησιν—. C

κεʹ. Τὸν μὲν οὖν γύην κελεύει εἶναι πρίνινον, προσθεὶς, "ἢ κατ' "ἄρουραν εἰ εὕροις, ἢ κατ' ὄρος πρίνινον." Οὐ γὰρ εὔπορος Βοιωτοῖς ἡ πρῖνος, φησὶν ὁ Πλούταρχος, ἀλλὰ τοῖς πτελεΐνοις ἀντὶ τῶν πρινίνων χρῶνται, τοὺς γύας κατασκευάζοντες—.

κςʹ. Ὁ μὲν δὴ γύης πρίνινος ἔστω· ὁ δὲ ἱστοβοεὺς, ἢ δάφνινος ἢ πτελεΐνος, οὕτω γὰρ ἄσηπτος ἔσται. Τὸ δὲ ἄσηπτον ἐδήλωσεν εἰπὼν ἀκιώτατον·

A. 3. κδʹ.] Apud Proclum ad verſ. 421, p. 101.
A. 5. καὶ ἐμμετρίας] Heinſius corrigit, τάξεως καὶ ἐμμετρίας.
B. 1. Δεῖ οὖν] Legendum, Δεῖν οὖν.
C. 2. κεʹ.] Apud Proclum ad verſ. 427, p. 102.
C. 6. κςʹ.] Apud Proclum ad verſ. 428, p. 103.

antecedere. Antiqui vero maturius etiam ſerebant, ut apparet ex initiationibus Eleuſiniis.

XXIV. "Ὅλμον μὲν τριπόδην." *Mortarium tripedale.* Copioſus hoc loco eſt Plutarchus refellens eos qui Heſiodum propter minutam diligentiam rident: dicens et Platonem diſſeruiſſe de inſtrumentorum vaſorumque juſta in domibus diſpoſitione et collocatione: et Lycurgum de fabrica januarum conſtituiſſe ne fieret niſi duobus inſtrumentis ſecuri et ſerra, neque ulla ornamenti varietas adderetur. Igitur Heſiodum quoque probandum eſſe tradentem menſuras mortarii, pilæ, axis, mallei: et Antiquos magnam harum rerum rationem duxiſſe earumque inventores coluiſſe, Pamphum qui lucernam inveniſſet, ejuſque lucem in publicum uſum induxiſſet: et populum Pittheenſium hoc nomine condecoraſſe, quod doliorum figlinam excogitaſſent. Itaque non ſumtuoſitatem, ſed rerum neceſſariarum comparationem, in admiratione ponendam eſſe.

XXV. Dentale igitur jubet fieri iligneum, addens, *ſive in agro ſi invenias, ſive in monte, iligneum.* Neque enim facilis inventu eſt ilex in Bœotia, ut ait Plutarchus, et qui dentalia fabricantur, loco ilignei, ulmeo utuntur ligno.

XXVI. Dentale igitur ſit iligneum: ſtiva autem e lauro aut ulmo; ita enim non putreſcet. Ejus vim putredini adverſariam ſignificavit no-

A ὁ δὲ Πλουταρχος ἐξηγήσατο τὴν αἰτίαν, λέγων, εἶναί τι θηρίδιον ὃ καλεῖται κὶς, διεσθίον τὰ ξύλα· τοῦτο καὶ Πίνδαρον οὕτω καλεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ λέγοντα

Κεῖνο σὴς οὐ κὶς δάμναται,

ὡς ἄσηπτον· ἐγγίνεται δ' οὖν τὰ τοιαῦτα θηρίδια τοῖς γλυκέσι καὶ μαλακοῖς ξύλοις· δάφνη δὲ καὶ πτελέα δριμύτατα.—.

B κζ'. Τὴν μὲν οὖν ὁπλὴν ἐπὶ βοὸς ῥηθεῖσαν οὐκ οὖσαν τῶν μονονύχων, συγγνώμης ἀξιωτέον. Διότι δὲ σημεῖον ἐξεῦρεν ἱκανὸν ἀρκοῦντος ὄμβρου τοῖς περὶ ἄροτρα καὶ βοῦς ἀσχολουμένοις, ἐπαινετέον. Ὅτι δὲ ὁ τοιοῦτος ὄμβρος χρήσιμος πιστοῦται ἀπὸ τοῦ τὴν Σικελίαν εὐκαρπεῖν, πολλοὺς δεχομένην ἐαρινοὺς ὄμβρους· καὶ ἀπὸ τοῦ προσηνὲς εἶναι τὸ ὕδωρ τότε τῇ γῇ ὑποθερμαινόμενον, καὶ νηπίοις οὖσι τοῖς καρποῖς συμφέρον· καὶ ἀπὸ τοῦ,
C τινὰς καὶ ἐν ἰσημερίᾳ σπείραντας ἐαρινῇ Μαρτίου μηνὸς κα', πολλοὺς θερίσαι καρπούς· καὶ γὰρ ὁ τριμηναῖος λεγόμενος πυρὸς ὑπὸ τοιούτων ὄμβρων ἐκτρέφεσθαι ἔοικε τῷ ἐαρινῷ.

κη'. Τῶν λιμωττόντων τοὺς πόδας φησὶ παχύνεσθαι, τὸ δ' ἄλλο σῶμα λεπτύνεσθαι. Καὶ εἷς νόμος ἐν Ἐφέσῳ, μὴ ἐξεῖναι πατρὶ παῖδας ἀποθέσθαι ἕως ἂν διὰ λιμὸν παχυνθῇ τοὺς πόδας. Ἴσως δὲ καὶ τὸ ἀπὸ

B. 1. κζ'.] Apud Proclum ad verſ. 483, p. 114. Plutarcho tribuimus indicio ſtyli et loci Opp. Mor. 913, A.
C. 4. κη'.] Apud Proclum ad verſ. 494, p. 116. totus hic locus Plutarcho tribuendus. Conferendus ipſe in Opp. Mor. p. 686. E, et ſeq.
C. 5. ἐν Ἐφέσῳ] Trincav. Ἐφεσίῳ.

mine ἀκιώτατον: cujus rationem explicuit Plutarchus, dicens, eſſe parvulum quoddam animal, nomine κὶς, peredens ligna: quod et Pindarum ita nominare, ubi de auro dicit

Id nec tinea nec cis domat,

quippe quod immune ſit a putredine. Hæc igitur animalia naſcuntur in dulcibus ac mollibus lignis: at laurus et ulmus habent amariſſima ligna.

XXVII. Ignoſcendum eſt Heſiodo, quod ὁπλὴν, ungulam, de bove dixit genere pecudis, quod non individuos, ſed dividuos habet pedes. Laudandum contra, quod ſufficientis imbris ſignum idoneum iis qui in bobus et aratris occupantur, invenit. Talem autem imbrem utilem eſſe confirmatur etiam inde, quod Sicilia ferax eſt frugum quæ plurimos accipit vernos imbres: tum inde, quod aqua, tunc temporis tepefacta, lenis accidit terræ, et teneris frugibus accommodata: denique inde, quod nonnulli qui ſub tempus æquinoctii verni, quod eſt die Martii xxi, ſementem fecerunt, iidem magnam frugum copiam meſſuerunt; nam triticum quoque trimeſtre dictum his imbribus æquinoctii tempore ali ac produci videtur.

XXVIII. Eſurientium pedes ait craſſeſcere, reliquum corpus macreſcere. Eſt etiam lex quædam Epheſi, ne liceat patri deponere natos antequam fame pedes ejus craſſeſcant. Fortaſſe autem

καθίσεως καὶ ἀργίας πάχυνσιν δηλοῖ τῶν ποδῶν· γίνεται γὰρ τοῦτο τοῖς ἐπὶ A πολὺ καθημένοις. Ἐὰν οὖν ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς οἴκοις ἀργὸς καθιζάνῃς, λεπτῇ χειρὶ διὰ λιμὸν τοὺς παχεῖς ὄντας πόδας πιέσεις. Ἔοικε δὲ καὶ ἡ ἐν τοῖς λιμοῖς πάχυνσις εἶναι κατὰ φύσιν, ὡς ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ· δεῖται γὰρ τὸ ἐν ἡμῖν θερμὸν, ἵνα μένῃ, τῆς ἔξωθεν τροφῆς, ἣν οὐ δεχόμενον δαπανᾷ τὸ σῶμα, καὶ αὐτοῦ τι ἀποσπᾷ· δι' ἀσθένειαν δὲ ἀδυνατοῦν ἀλλοιῶσαι τὸ ἀποσπώμενον, ἄπεπτον ἀφίησι· καὶ αὐτὸ μὲν τὰ μέσα καὶ τὰ ἄνω λεπτύνει B τοῦ σώματος, ἐν οἷς ἐστι πλεῖον· ἐκεῖνο δ' ἄρα τὸ ἄπεπτον εἰς τὸ κάτω φέρεται, καὶ οὕτω δὴ παχύνει τοὺς πόδας.

κθ'. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ οὐδένα φησὶ μῆνα Ληναιῶνα Βοιωτοὺς καλεῖν· ὑποπτεύει δὲ ἢ τὸν Βούκαιρον αὐτὸν λέγειν, ὅς ἐστιν ἡλίου τὸν αἰγόκερων διϊόντος, καὶ τὸν Βούδορα τῷ Βουκαίρῳ συνᾴδοντος, διὰ τὸ πλείστους ἐν αὐτῷ διαφθείρεσθαι βόας· ἢ τὸν Ἑρμαῖον, ὅς ἐστι μετὰ τὸν Βούδορα καὶ εἰς ταυτὸν ἐρχόμενος τῷ Γαμηλιῶνι, καθὸ τὰ Λήναια παρ' Ἀθηναίοις· C Ἴωνες δὲ τοῦτον οὐδ' ἄλλως, ἀλλὰ Ληναιῶνα καλοῦσι. Τοῦτον οὖν ὡς ψυχρὸν κελεύει φυλάττεσθαι, καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις μησὶ τὰς ἐξαπίνης γινο-

B. 4. κθ'.] Apud Proclum ad verſ. 502, p. 122.

B. 4. οὐδένα φησὶ] Sic Ruhnkenius correxit ad Heſych. Auctar. T. II. ad Voc. Διονύσια. Vulgo, οὐδὲ ἀφίησι.

B. 5. τὸν Βούκαιρον] Forte, τὸν Βουκάτιον.

B. 6. καὶ τὸν Βούδορα—συνᾴδοντος] Forte, καὶ τὰ βούδορα τῷ Βουκατίῳ συνάπτοντος.

C. 1. βόας] Trincav. βίας.

C. 1. μετὰ τὸν Βούδορα] Forte, μετὰ τὸν Βουκάτιον.

C. 2. Λήναια] Sanus videtur locus, non item verus. Vid. Animadv.

ſignificat craſſitiem pedum a ſedendo et pigrendo profectam: hoc enim iis accidit qui diu ſedent. Quod ſi ergo in tepidis domibus piger deſideas, propter famem tenui manu craſſos pedes premes. Videtur vero etiam naturalibus de cauſſis oriri illa in fame craſſities, ut PLUTARCHUS exponit. Nam calor corporis noſtri internus ut maneat, opus habet alimento extrinſecus: quod alimentum ſi calor non accipit, conſumit corpus et ejus aliquam partem detrahit: et quum propter infirmitatem non poſſit concoquere et mutare detractam illam partem, eam nondum concoctam dimittit. Itaque calor medias et ſuperiores corporis regiones reddit macras, quippe in quibus major ipſius eſt copia: illa vero pars, quam nondum concoctam dimiſit, ad regiones corporis inferiores defertur, atque ſic pedes craſſos reddit.

XXIX. PLUTARCHUS ait, Bœotios nullum e menſibus vocare Lenæonem: ſuſpicatur vero Heſiodum ſignificare Bucærum, qui eſt Sole Capricornum permeante et bovium excoriationem huic menſi, indeque nomen etiam, adjungente; propterea quod plurimi tunc pereunt boves: aut Hermæum qui proximus eſt ab illo menſe, et in idem ſpatium incidit atque Athenienſium Gamelion, quo Lenæa aguntur: neque hunc Iones aliter quam Lenæonem vocant. Hunc igitur menſem ut frigidum vitare jubet, et in aliis men-

A μένας πηγάδας, αἳ δὴ γίνονται πήξεις τῶν ὑδάτων τοῦ βορείου πνεύματος, ἃς οὐ ῥᾴδιον ὑπομεῖναι διὰ τὴν σφοδρότητα τῆς πήξεως.

λʹ. "Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο Ἄρμενα δήσασθαι, "πίλοις ἔντοσθε πυκάσας." Ἐκ βοείων δερμάτων εἶναι κελεύει τὰ ὑποδήματα, καὶ τούτων τῶν ἰσχυρῶν· τοιαῦτα δὲ εἶναι τὰ τῶν σφαγέντων βοῶν, ἀλλ' οὐ τὰ τῶν αὐτομάτως ἀποθανόντων. Εἰκότως. Ἀποθνήσκουσι μὲν
B γὰρ ἢ νοσήσαντες, ἢ γηράσαντες, ὥστε ἠσθενηκότες· τῶν δὲ σφαγέντων ἡ ἐν τοῖς δέρμασιν ἐνοῦσα δύναμις μένει. Δεῖν οὖν ἐκ τούτων εἶναι τὰ ὑποδήματα· δεῖν δὲ καὶ πίλοις ἔνδοθεν χρῆσθαι συμφύεσθαι τοῖς ποσὶ δυναμένοις καὶ μειζόνως ἀλεαίνειν· τὰ γὰρ ἄκρα μείζονος δεῖται βοηθείας, ὡς πορρότερον ὄντα τοῦ μέσου, ἐν ᾧ τὸ ἔμφυτον θερμόν.

λαʹ. "Ταῦτα φυλασσόμενος—." Τοῦτον καὶ τοὺς ἑξῆς δύο ἀνα-
C γράφει Πλουταρχος. Δηλοῦσι δὲ χρῆναι δι' ὅλου ἔτους βλέπειν εἰς τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας καὶ πρὸς ταύτας ἰσοῦν τὰ ἔργα, ἕως ἂν μετὰ τὸν σπόρον ἡ ὥρα ἀφίκηται τῆς τῶν καρπῶν συλλογῆς. Τούτων δὲ διαγραφέντων ἀκόλουθα τὰ ἑξῆς ἦν.

λβʹ. "Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κελεύθου Ἀνθρώπους—."

A. 1. βορείου] Trincav. βορέου.
A. 3. λʹ] Hoc Plutarcheum eſſe non dubitabit qui legerit Symp. II, 9. Exſtat apud Proclum ad verſ. 539, p. 124.
B. 6. λαʹ.] Apud Proclum ad verſ. 559, p. 125.
B. 6. ἀναγράφει] Forte, διαγράφει.
C. 5. λβʹ.] Apud Proclum ad verſ. 578, p. 129.

ſibus gelantia frigora, quæ ſubito exiſtunt, flante Aquilone vento, et aquas glacie conſtringunt: quæ frigora facile tolerari nequeunt propter vehementiam congelationis.

XXX. "Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο, Ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας." *Circum pedes, calceos bovis fortiter occiſi Aptos ligato, pilis intus condenſans.* Calceos facere monet e pellibus bovinis, iiſque robuſtis: hujuſmodi autem ſunt pelles cæſorum bovium, non item ſua ſponte mortuorum. Et recte quidem. Moriuntur enim vel morbo, vel ſenectute: quorum utrumque eſt infirmitatis: at cæſorum in pellibus, quæ ineſt, vis manet. Ergo ex his calceos faciendos eſſe, ait: intrinſecus etiam utendum pilis qui pedibus aptentur et majorem addant calorem. Nam extremæ corporis partes majore opus habent auxilio, ut quæ longius diſtent a medio ubi conſiſtit innatus calor.

XXXI. "Ταῦτα φυλασσόμενος." *Hæc obſervans—.* Hunc et duos ſequentes verſus delet Plutarchus. Declarant autem oportere per totum annum reſpicere dies ac noctes, ad earumque modum accommodare opera; donec poſt ſementem tempus colligendarum frugum advenerit. His verſibus deletis, antecedentia cum ſequentibus apta nexaque erunt.

XXXII. "Ἠὼς ἥτε φανεῖσα πολέας ἐπέβησε κε-" λεύθου Ἀνθρώπους." *Aurora, quæ apparens multos in viam producit Homines.* Hæc dicuntur de

Ταῦτα περὶ τῆς ἐν τῷ ὄρθρῳ σπουδῆς· ὡς οἴτε τοῦτον τὸν καιρὸν ἄπρακτοι, A
καὶ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις μέρεσι τῆς ἡμέρας ἀμβλύνουσι συντομίαν. Τὸν μὲν οὖν Ὅμηρόν φησιν ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ἐπιθέτοις εἰς τέρψιν εὐδοκιμοῦσι τὴν ἡμέραν κοσμῆσαι, κροκόπεπλον αὐτὴν λέγοντα καὶ ῥοδοδάκτυλον· τὸν δὲ Ἡσίοδον μειζόνως ἀπὸ τῶν ἔργων, ἐφ' ἃ δὴ περιοῦσα κινεῖ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἀπὸ τῆς ἐκλύσεως εἰς τὴν ἐναργὸν μεθίστησι ζωήν.

λγʹ. "Μαχλόταται δὲ γυναῖκες—." Ὡς ψυχρότεραι τὴν κρᾶ- B
σιν, καὶ διὰ τοῦτο βραδίον ὀργῶσαι ἀναθερμαινόμεναι. Οἱ δὲ ἄνδρες ἀφαυρότεροι διὰ τῆς ἔξωθεν θέρμης ἀναφαινόμενοι, φύσει θερμότεροι ὄντες καὶ ξηρότεροι τῶν γυναικῶν. Τοιαῦτα δὲ καὶ τὸν Ἀλκαῖον ᾄδειν, "Τέγγε πνεύμονας οἴνῳ· τὸ γὰρ ἄστρον περιτέλλεται", Ἁ δὲ ὥρα χαλεπά, "ἀχεῖ δ' ἐκ πετάλων * τάδε ἂν τέτιξ, ἀνθεῖ δὲ καὶ σκόλυμος· νῦν δὲ
"μιαρώταται γυναῖκες, λεπτοὶ δέ τοι ἄνδρες, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γόνατα C
"Σείριος ἄζει."

λδʹ. Ἐργάτῃ μὲν ἡ τροφὴ πρέπουσα, πληροῦν βοείων κρεῶν τὴν γαστέρα, καὶ ἐν σκιᾷ δὲ καθήμενον καὶ ὑπὸ τοῦ ζεφύρου καταπνεόμενον πίνειν ἐπὶ τῇ κρεωφαγίᾳ, μίξαντα κρηναῖον ὕδωρ τῷ οἴνῳ, τρία μέτρα

A. 1. οἴτε] Legendum, οἵγε.
A. 6. ἐναργὸν] Immo, ἐνεργόν.
B. 1. λγʹ.] Ratio et oratio Plutarchum prodit auctorem. Exstat ap. Procl. adverf. 584, p. 133.
B. 3. ἀναφαινόμενοι] Legendum, ἀφαναινόμενοι.
B. 6. πετάλων * τάδε ἂν] Heinf. corrigit, πετάλων ἀχέτα : Græevius Lect. Hef. p. 66, ἁδέα ἄν. Plura forte in Animadverff. dicemus.
C. 3. λδʹ.] Apud Procl. ad verf. 594. p. 133. Plutarchi totum effe hunc locum omnia oftendunt. Comparetur Sympof. III, 9.

operum matutino tempore faciendorum ftudio; quippe efficaciam reliquarum diei partium retundunt qui matutino tempore nil agunt. Et Homerus quidem, inquit PLUTARCHUS, diem ornat cognominibus ad oblectationem illuftribus, vocans *croceis peplis indutam, et rofeis digitis præditam:* at Hefiodus majus quid fpectans, eam illuftrat fignificatione operum ad quæ opera oriens progredienfque dies excitat homines, eofdemque ab remiffione iterum ad actuofam vitam convertit.

XXXIII. "Μαχλόταται δὲ γυναῖκες." *Salaciffimæ autem mulieres.* Utpote frigidioris temperamenti, et idcirco tardius ad coitum turgentes, licet calefactæ. At viri funt imbecilliores, quippe externo calore adufti, et natura fua calidiores ficcioresque mulieribus. Similia quoque Alcæum canere dicit: *Pulmones madefac vino; nam aftrum vertitur, Tempus eft grave, fonat e foliis fuaviter cicada, Floret Scolymus: nunc improbiffimæ funt mulieres, Viri imbecilles; quippe caput et genua Sirius ficcat.*

XXXIV. Victu conveniente ita utetur agricola, fi bubula carne ventrem impleat, comefis carnibus, in umbra fedens, perflante Zephyro, vinum bibat temperatum fontana aqua, tribus aquæ menfuris ad unam vini admixtis. Neque enim

A πρὸς ἕν. Οὐ γὰρ διαῤῥέουσιν ἀνθρώποις γράφει δίαιταν, ἀλλ' ἐκπονοῦσι τὴν γῆν καὶ αὐτουργοῖς καὶ βιωτικοῖς· τοῖς γὰρ τοιούτοις οὐδὲν προσφορώτερον τῆς ἰσχυρᾶς καὶ δυσφθάρτου ταύτης τροφῆς, οὐ χιόνων δεομένης οὐδὲ ῥιπιδίων, ἀλλὰ φυσικῆς εὐπνοίας, οἷος ὁ ἀκραὴς ζέφυρος, καθαρὸς ὢν ζέφυρος· τὰ γὰρ βόρεια λήγοντα συνάπτεται τοῖς δυτικοῖς ὀνόμασι. Τὸ δὲ ταύτην ἐπαινέσαι τὴν κρᾶσιν τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος, ἄτοπον εἶναι δοκεῖ·

B λέγεται γὰρ Ἢ τρία πίνειν, ἢ πέντε, ἢ μὴ τέσσαρα· τὸ δὲ τρία μιγνύναι πρὸς ἕν, τοιοῦτον εἶναι δοκεῖ. Ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν αἱ κράσεις, δύο πρὸς ἕν, καὶ τριῶν πρὸς δύο, κατὰ λόγους διπλάσιον καὶ ἡμιόλιον, τοὺς ἡγεμόνας τῶν πολλαπλασίων καὶ ἐπιμορίων, εἰς μέθην εἰσὶ πινόντων· αὕτη δὲ σωφρόνως πινόντων. Καὶ μὴν καὶ περὶ ὕδατος ἄλλοι μὲν γράφουσιν εἰς σταθμὸν ἀποβλέποντες ἐκλεγόμενοι τὸ κουφότερον· καί τινες καὶ ὑδρο-

C στάτας κατασκευάζουσι δι' ὧν τὸ βαρὺ καὶ κοῦφον ὕδωρ κρίνουσι· καί τοι πολλαχοῦ κοῦφον μέν ἐστι, πονηρὸν δὲ, ὡς ἐν Χαλκίδι Πλουταρχος ἱστορεῖ τὸ τῆς Ἀρεθούσης· οἱ δὲ καὶ τὸ ῥᾳδίως οἴνῳ κεραννύμενον δοκιμάζουσιν ὕδωρ ἄριστον, πολλῆς δεόμενον πείρας καὶ διαφόρων οἴνων, εἰς τὸ

A. 3. χιόνων] Heinſ. corrigi vult σκιάδων: perperam.

A. 4. ἀκραὴς] Hanc lectionem, Plutarchi et Procli auctoritate probatam, ſequor præ altera εὐκραής. At in Latina verſione reddidi *ſincerus*, i. e. *non mixtus*; quia Plutarchus ita videtur accepiſſe. Alii et Gujetus, accipiunt pro ἀεὶς δι' ἄκρων, per ſuperficiem ſpirans.

B. 2. τοιοῦτον εἶναι] Intelligendum, τέσσαρα. Itaque non opus legere οὐ τοιοῦτον: quod Heinſius in margine exempli Trincavelliani, quo utor, ſcripſit, nec tamen edidit; mutata nimirum ſententia.

Heſiodus victum ſcribit hominibus luxu diffluentibus, ſed terram ſua ipſorum opera excolentibus, et ad vitæ neceſſitates expeditis atque induſtriis. Hujuſmodi enim hominibus nil magis conducit quam talis cibus robuſtus nec facile corrumpendus, non indigens nive neque flabellis, ſed naturali ventilatione, qualis eſt *ſinceri nec mixti* Zephyri, qui purus eſt Zephyrus. Nam ſeptentriones venti deſinentes adjungunt ſe occidentalibus ventis. Quod autem poeta hoc vini et aquæ temperamentum laudat, ineptum eſſe videtur; dicitur enim proverbii loco, *Aut tria bibe, aut quinque, aut non quatuor.* Atqui tria aquæ pocula ad unum vini admiſcere, tale videtur eſſe, quale in illo proverbio *quatuor*. Sed illa quidem temperamenta, duorum aquæ ad unum vini, et trium aquæ ad duo vini, quæ temperamenta quum in ratione duplici et ſeſquialtera, et ipſæ hæ rationes quum cenſeantur principes rationum multiplicium et ſuperparticularium, ſunt ſane eorum qui ad ebrietatem bibunt. Illa autem Heſiodi ratio, trium ad unum, eſt ſobrie bibentium. Ceterum etiam de aqua ſcribunt præcepta ad pondus reſpicientes, eligentes leviorem: quidam etiam libras conficiunt, quibus leviorem gravioremque aquam ponderando diſcernant. Quamquam multis in locis reperitur levis aqua, ſed eadem tamen prava: cujuſmodi in Chalcide fontis Arethuſæ aqua, de qua memoriæ prodidit Plutarchus. Alii eam probant aquam ut optimam, quæ facillime cum vino commiſcetur: quorum ratio multa experimenta et varia poſtulat vina, ut deprehendatur qualis ſit

μὴ φωραθῆναι τοιοῦτον ὄν· ἄλλοι δὲ εἰς κεράμιον ποτήριον ὕδωρ ἐμβαλόντες ἐῶσι δι' ὅλης μεῖναι νυκτὸς, εἶτα γινομένης ἡμέρας ὁρῶσιν εἴ τινα ἐντὸς τῆς κύλικος ἔχει γαιώδη περιφέρειαν συστᾶσαν καὶ μελανίζουσαν, καὶ τοῦτο σημεῖον τίθενται τῆς τοῦ ὕδατος φαυλότητος, οὐδ' οὗτοι πεῖραν παραδιδόντες εὐπόριστον. Πάντων δὴ οὖν τῶν τοιούτων ἁπλούστερον Ἡσίοδος κελεύει τοὺς γεωργικοὺς μιγνῦναι τῷ οἴνῳ ὕδωρ ἐκ κρήνης ἀποῤῥύτου, ἵν' ᾖ κινούμενον καὶ λεπτὸν καὶ ἀθόλωτον, ἀλλὰ μὴ γεῶδες. A B

λε'. "Ὥσπερ ἐμός τε πατήρ——." Ταῦτα καὶ τὰ ἑξῆς εἰς ζῆλον ἀνεγείρει τοῦ πατρὸς τὸν Πέρσην· εἰ μὴ γεωργεῖν ἐθέλοι, ναυτίλλεσθαι· καὶ γὰρ ἐκεῖνον ἐκ τῆς Κύμης (μία δὲ αὕτη τῶν Αἰολίδων πόλεων) ἥκειν εἰς Βοιωτίαν, διὰ τὸ βίον ἐθέλειν ἑαυτῷ περιποιήσασθαι, οὐ πλοῦτον φεύγοντα, ἀλλὰ πενίαν· καὶ οἰκῆσαι, τοῦτο δὴ τὸ λυπρότατον πολίχνιον, τὴν δὲ Ἄσκρην χαλεπὴν καὶ θέρους ὥρᾳ καὶ χειμῶνος ὑπάρχουσαν καταλιπεῖν. Κεῖται C μὲν οὖν ὑπὲρ τὴν ὁδὸν ἣν βαδίζουσιν οἱ ἐπὶ τὸ Μουσεῖον ἀπιόντες, αὕτη ἡ Ἄσκρη. Τοῦ δὲ Ἑλικῶνος ἐκκειμένου τοῖς ἀνέμοις, καὶ θαυμαστὰς μὲν ἀναπαυλὰς ἔχοντος ἐν θέρει, δυσηνέμου δὲ ὄντος ἐν χειμῶνι, τὴν Ἄσκρην ἐν τῷ μεσημβρινῷ κειμένην τοῦ ὄρους, τῆς μὲν ἐκ τῶν ἀνέμων ἀπολαύειν βίας, ἐν δὲ τῷ θέρει τὸ εὔπλουν μὴ ἔχειν. Ἀοίκητον δὲ αὐτὸ ὁ Πλου-

A. 1. μὴ φωραθῆναι] Forte, μὴ delendum: aut legendum, εἰς τὸ φωραθῆναι μὴ τοιοῦτον ὄν.

A. 3. γαιώδη] Rectius sit, γεώδη.

B. 2. λε'.] Apud Proclum ad vers. 638, p. 141, item totum Plutarcho tribuendum, quamvis non nisi sub finem nominato.

C. 6. εὔπλουν] Legendum, εὔπνουν.

aqua. Alii aquam in figlinum poculum infundunt et per noctem stare sinunt, postridie vident an circum interius poculum orbis quidam constiterit terrenus et nigrans, idque si accidit, signum faciunt pravitatis aquæ: neque hi facilem experimenti rationem tradentes. His igitur omnibus multo simplicior Hesiodi ratio, jubentis agriculturæ studiosum admiscere vino aquam ex fonte defluente: ut aqua sit et motu agitata, et tenuis, et illimis, nec terrenæ quid fæcis habens.

XXXV. "Ὥσπερ ἐμός τε πατήρ." *Ut meus quoque pater.* Hæc et sequentia Persen excitant ad imitationem patris: ut naviget, nisi agrum colere velit. Nam et pater Cyma, quæ est una urbium Æolidis, venit in Bœotiam, ut sibi victum quæreret, fugiens non divitias sed paupertatem: et habitavit in miserrima illa urbicula Ascra, quam reliquit quia et æstatis et hyemis tempore erat molesta. Et sita est Ascra supra viam quam ii, qui ad Musarum Templum abeunt, ambulant. Sed Helicon mons, ut ventis expositus, pulcherrima habet refugia ac diversoria æstate: hyeme a ventis infestatur. Ejus igitur montis in meridiano latere sita Ascra, ventorum vehementia vexatur; nec tamen æstate, eorum lenitatem ac refrigerationem percipit. Eam desertam sua jam ætate

A ΤΑΡΧΟΣ ἱστορεῖ καὶ τότε εἶναι, Θεσπιέων ἀνελόντων τοὺς οἰκοῦντας, Ὀρχομενίων δὲ τοὺς σωθέντας δεξαμένων· ὅθεν καὶ τὸν θεὸν Ὀρχομενίοις προστάξαι τὰ Ἡσιόδου λείψανα λαβεῖν καὶ θάψαι παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλης φησὶ γράφων τὴν Ὀρχομενίων πολιτείαν.—.

λϛ'. Ταῦτα πάντα περὶ τῆς Χαλκίδος, τοῦ Ἀμφιδάμαντος, καὶ τοῦ ἄθλου, καὶ τοῦ τρίποδος, ἐμβεβλῆσθαι, φησὶν ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ, οὐδὲν
B ἔχοντα χρηστόν. Τὸν μὲν οὖν Ἀμφιδάμαντα ναυμαχοῦντα πρὸς Ἐρετριέας ὑπὲρ τοῦ Ληλάντου ἀποθανεῖν· ἆθλα δὲ ἐπ' αὐτῷ καὶ ἀγῶνες ἐγένοντο τελευτήσαντος παρὰ τῶν ἑαυτοῦ παίδων· νικῆσαι δὲ ἀγωνιζόμενον τὸν Ἡσίοδον καὶ ἆθλον μουσικὸν τρίποδα λαβεῖν, καὶ ἀναθεῖναι τοῦτον ἐν τῷ Ἑλικῶνι, ὅπου καὶ κάτοχος ἐγεγόνει ταῖς Μούσαις· καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τούτῳ θρυλλοῦσι. Πάντα οὖν ταῦτα ληρώδη λέγων ἐκεῖνος, ἀπ' αὐ-
C τῶν ἄρχεται τῶν εἰς τὸν καιρὸν τοῦ πλοῦ συντεινόντων, "Ἤματα πεντήκοντα," λέγων.

λζ'. "Μηδὲ κασιγνήτῳ." Τὴν κατὰ φύσιν ἡμῶν σχέσιν πρὸς ἀλλήλους τῆς κατὰ προαίρεσιν τιμιωτέραν φησὶν οὗτος ὁ λόγος. Καὶ γὰρ τὴν μὲν ἀποθέσθαι ἐφ' ἡμῖν, τῆς δὲ τὸν δεσμὸν ἐπήγαγε, τὸ πᾶν αὐτὴν φυλάττειν βέβαιον· δεῖν οὖν μείζονα τιμὴν νέμειν ἀδελφοῖς ἢ ἑταίροις· καὶ γὰρ καὶ

A. 5. λϛ'.] Apud Proclum ad verſ. 648, p. 142.
B. 2. ἐπ' αὐτῷ] Sic Trincav. Male Heinſiana, ἐπ' αὐτοῦ.
C. 3. λζ'.] Apud Proclum ad verſ. 705, p. 151. Plutarchi eſſe dubitare nos non ſinit cum argumentum tum ſtilus.
C. 5. τὸ πᾶν] Vitii quid latet. An corrigendum, ἐπήγαγε τὸ πᾶν, (id eſt ἡ φύσις) αὐτὴν φυλάττειν βεβαιοῦν.

fuiſſe prodit PLUTARCHUS, poſtquam Theſpienſes Aſcræos interfeciſſent, eorum autem reliquos Orchomenii recepiſſent; ita Deum Orchomenios juſſiſſe accipere Heſiodi oſſa et apud ſe ſepelire: teſte Ariſtotele in Orchomeniorum republica.

XXXVI. PLUTARCHUS dicit totum hoc de Chalcide, Amphidamante, certamine, tripede, ab aliena manu adjectum eſſe; quippe quod nullam habeat utilitatem. Nam Amphidamantem navali prælio adverſus Eretrienſes De Lilanto dimicantem cecidiſſe: in ejuſque honorem filios ejus certamina ac præmia poſuiſſe: Heſiodum item in carminis certamen deſcendiſſe, muſicum victoriæ præmium tripedem reportaſſe, eumque in Helicone monte conſecraſſe, ubi primum a Muſis inſtinctus fuiſſet: inſcriptionem adeo tripedis vulgo jactari. Totum igitur hunc locum ille nugatorium judicans, incipit ab ipſis iis verſibus, quorum argumentum eſt de opportunis temporibus, "Ἤματα πεντήκοντα," *dies quinquaginta.*

XXXVII. "Μηδὲ κασιγνήτῳ." *Neque fratri.* Perſona, id eſt mutua ad alios ratio, quam relationem vulgo dicunt, duplex eſt: alia, quam natura cuique impoſuit; alia, quam ſuo ſibi quiſque conſilio judicioque aſſumit atque adſciſcit. Jam hujus Heſiodei loci hæc eſt ſententia, naturalem relationem præſtantiorem eſſe quam adſcititiam. Nam hanc deponere, in noſtra eſt poteſtate: illius autem vinculum induxit natura, ut nobis quovis modo firmiter tenendum ſit. Igitur Heſiodus mo-

τοῖς πατράσιν οὕτω φίλα πράττοντας δεῖ μετὰ θεοὺς τιμᾶν ὡς ἀγάλματα, A φησὶν, ὄντας ἐφ' ἑστίᾳ θεῶν. Οὕτω δὲ καὶ τὴν οἰκείαν πόλιν τινὲς εἶπον ἐγγιωτέραν τῆς μὴ οἰκείας, κἂν μᾶλλον τις ἐν ταύτῃ τυγχάνῃ τιμώμενος, διὰ τὴν κατὰ φύσιν σχέσιν. Καὶ ὀρθῶς ὁ Παναίτιος, πολίτην αὐτὸν Ἀθηναίων ποιεῖσθαι σπευδόντων, εἶπεν, Τῷ σώφρονι μὲν μίαν πόλιν ἀρκεῖν. Καὶ ὁ τῶν Σπαρτιατῶν βασιλεὺς πρὸς τὸν Ἀρκάδα τὸν ξένον εἰπόντα πρὸς αὐτὸν ὅτι φιλολάκων οἴκοι καλοῖτο, Κάλλιόν τοι, εἶπεν, εἰ φιλόπολις B ἐκαλοῦ μᾶλλον ἢ φιλολάκων. Οὕτως αἱ κατὰ φύσιν ἡμῶν σχέσεις παρὰ πᾶσι τῶν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκοῦσι κρείττους. Δεῖν μὲν οὖν τὸν ἀδελφὸν τοῦ ἑταίρου πάντως ἐπὶ μείζονος ἄγειν σπουδῆς. Τούτῳ δὲ ἀκόλουθον τὸ ἑξῆς, ὅτι εἴ τινα ποιησόμεθα φίλον ἀπροσκρούστους εἶναι δεῖ πρὸς αὐτόν. Καὶ γὰρ ἡ τῶν Πυθαγορείων παραίνεσις, οὐχ ὅτι προτέρους ἁμαρτάνειν εἰς φίλον διακωλύσειεν ἄν, ἀλλὰ καὶ τὰ τοῦ φίλου ἁμαρτήματα ὑπομένειν καὶ φέρειν C ἕως ἂν δυνώμεθα, παρακελεύεται. Καὶ ἔχει τὸ παράγγελμα πρὸς τῇ ἄλλῃ δικαιοσύνῃ καὶ τὸ ἔμφρον· εἰκὸς γὰρ ἡμᾶς καὶ θαῤῥήσαντας ἔστιν ὅτε τῷ φίλῳ, καὶ δεῖ μηδὲν εἰς αὐτὸν ποιεῖν ἐναντίον λύον τὴν σχέσιν.

λη'. "Εἰ δέ κεν ἄρχῃ." Τοῦτο κινητικόν ἐστι τοῦ ἀμυντικοῦ τῆς ψυχῆς.

A. 5. μὲν μίαν] Forte, μόνην μίαν.

C. 3. θαῤῥήσαντας] Heinſius, auctore Scaligero, addendum judicat εἰπεῖν vel λέγειν. Sane, excidit quid : quod quale ſit, non ſtatuo. Verti ut potui.

C. 5. λη'.] Apud Proclum ad verſ. 747, p. 151. Plutarcho tribuimus, iiſdem, quibus alios ſine ejus nomine proditos locos, rationibus.

net majorem tribuendum eſſe honorem fratribus quam ſodalibus. Ita enim et parentibus gratificabimur, quos ſecundum Deos, ut ſigna Deorum ad focum poſita, colere debemus: ut ille dixit. Eadem ratione nonnulli dixerunt, propriam et ſuam cuique patriam eſſe propinquiorem quam alienam, quamvis in hac magis honoretur: idque propter naturæ vinculum. Et recte Panætius, quum Athenienſes eum civem facere ſtuderent, dixit, *Sobrio ac temperanti homini unam ſolam ſatis eſſe civitatem.* Et Spartanorum rex, quum hoſpes Arcas dixiſſet, *Se domi apud ſuos vocari Laconum amicum,* reſpondit *Pulcrius erat, ſi te patriæ potius quam Laconum amicum vocarent.* Adeo apud omnes homines, conjunctiones naturales adſcititiis præſtantiores habentur. Itaque et Heſiodus præcipit, fratrem majore afficere honore quam ſodalem. Huic conſentaneum eſt ſequens præceptum, ſine offenſione amicitiam eſſe ſervandam cum iis quos ſemel amicos aſſumſerimus. Nam et Pythagorei monent nos, amicorum peccata ferre ac tolerare quouſque poſſimus: tantum abeſt ut nobis concedant, prioribus adverſus amicos peccare. Et habet ſane hoc præceptum cum reliqua juſtitia etiam prudentiam. Conſentaneum enim eſt, nobis cum fiducia reprehendere amicum licere, cum cognoverimus nos nil contra eum, quod noſtram cum eo conjunctionem ſolvat, ſuſcepiſſe.

XXXVIII. "Εἰ δέ κεν ἄρχῃ." *Si vero initium fecerit.* Hoc pertinet ad movendam eam animæ

A Δεῖν γὰρ, φησὶν, ἐὰν ἐκεῖνος προκατάρξῃ λόγων ἡμῖν ἀποθυμίων ἢ ἔργων, ἐπεξιέναι, διπλασίοις τιννύμενον καὶ ἀμυνόμενον. Ἐχθρὸν γὰρ αὐτὸν ἀντὶ φίλου τιθέναι χρὴ, καὶ ποιεῖν ὡς ἐχθρὸν κακῶς, ὡς μὴ φυλάξαντα τὰ φιλικὰ καθήκοντα. Σιμωνίδης γοῦν ταύτην εἶναι δικαιοσύνην ὡρίσατο, τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν· ἄμεινον δὲ ὁ Πυθαγόρειος λόγος εἰπὼν, Χρῆναι φέρειν τὰ ἁμαρτήματα τῶν φίλων εἰς δύναμιν.

B λθ'. "Εἰ δέ κεν αὖθις Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα." Καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἁμαρτάνοντα παραινεῖ, καὶ προσιόντα μὴ ἀτιμάζειν· καὶ μάλιστα εἰ ἑαυτῷ δίκην τινὰ ἐπάγειν ἕτοιμος εἴη τοῦ ἁμαρτήματος· δῆλος γὰρ ἔσται ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος καὶ ἐν μεταμελείᾳ γεγονὼς, ὥστ' εἰκὸς αὐτὸν μηκέτι ταὐτὸν παθεῖν. Κοινὸν δὲ ἁπλῶς ἐπέθηκε παράγγελμα τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τὰς εὐχερεῖς μεταβολὰς τῶν φίλων, ἀνθρώποις ἀθλίοις οἴεσθαι

C πρέπειν· εἰσὶ δὲ ἄθλιοι πάντες οἱ τῶν θεσμῶν ὑπερόπται τῶν εἰς κοινωνίαν συντεινόντων, ὧν εἷς ἐστι καὶ ὁ περὶ τὰς τῶν φίλων καταστάσεις. Ὅτι μὲν οὖν τὸ μεταβάλλειν τὰς φιλίας ἄτοπον, καὶ οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἄθλιον, εἶπε καὶ αὐτός. Πλάτων δὲ καὶ τῆς φρουρᾶς τῆς περὶ φιλίαν εἰκόνα παραδέδωκε· τὰς μὲν ἡμετέρας εἰς τοὺς φίλους εὐποιΐας μικροτέρας ἡγεῖσθαι τῶν φίλων, τὰ δὲ ἐκείνων εἰς ἡμᾶς γινόμενα μείζω κρίνειν ἢ ἐκεῖνοι νομί-

A. 5. τοὺς φίλους εὖ ποιεῖν] Forte addendum, καὶ τοὺς ἐχθροὺς κακῶς.
B. 1. λθ'] Apud Proclum ad verſ. 709, p. 152. Item vindicandum Plutarcho.
B. 6. οἴεσθαι] Forte, οἴεσθαι δεῖν.

partem cujus eſt defenſio ac propulſatio injuriæ. Dicit enim oportere, ſi quidem frater nobis prior infeſtum aut ſermonem objecerit aut factum intulerit, ulciſci, et duplum ei reponere puniendo ac propulſando. Jam enim, non amicum, ſed inimicum cenſere eum debemus, eique ut inimico male facere, quippe qui amicitiæ officia non ſervaverit. Simonides quidem ita definivit Juſtitiam, ut amicis bene faciamus. Rectius Pythagoreum ſe habet præceptum, Amicorum peccata, quoad ejus maxime fieri poſſit, ferenda eſſe.

XXXIX. "Εἰ δέ κεν αὖθις Ἡγῆτ' ἐς φιλότητα." *Si vero rurſus prior venerit ad amicitiam.* Præcipit, et ulciſci peccantem, et redeuntem ad officium non ſpernere; præſertim ſi paratus ſit ſibi ipſe quamdam imponere pœnam peccati: ita enim apparebit eum ſe ipſum condemnare, ſuique pœnitere; nec amplius item peccaturum, credibile erit. Huic de amicitia loco impoſuit commune præceptum, ut cenſeat, levitatem in mutandis amicis eſſe hominum miſerorum. Miſeri autem ſunt omnes legum contemtores earum quæ ad communionem ſocietatis valent, quarum una etiam eſt de amicis conſtituendis. Atque inconſtantiam in ſervandis amicitiis ineptam eſſe, dixit et ipſe Heſiodus; nec ſimpliciter dixit, ſed miſeram eam appellavit. Plato vero etiam regulam et modum ſervandæ amicitiæ tradidit hujus rationis, ut noſtra erga amicos beneficia minoris æſtimemus quam ab amicis ipſis æſtimantur, amicorum

ζουσι. Ταῦτα φυλάττοντες, ἀσάλευτον τὴν φιλίαν φυλάξομεν, φησὶν οὖν A
ὁ Ἡσίοδος παραινῶν ἀφαιρεῖν τὴν εὐχέρειαν, “σὲ δὲ μήτι νόον.”

μ΄. “Μηδὲ πολύξεινον.” Τὸ μὲν μήτε πολύξεινον εἶναι μήτ᾽ ἄξεινον, ὅρον ἐπιτίθησι μετὰ τὰς φιλικὰς παραινέσεις ταῖς περὶ τοὺς ξένους ἡμῶν σπουδαῖς, μήτε δι᾽ εὐχέρειαν πλῆθος εἰσδέχεσθαι ξένων κωλύων, μήτε δι᾽ ἀγριότητα πρὸς πάντα ξένον ἀποκλείειν τὸν οἶκον. Τὸ δὲ μήτε κακοῖς συγκολλᾶν ἑαυτὸν, μήτε εἰς τοὺς ἀγαθοὺς ὑβρίζειν, καὶ Πλάτωνος B
κρατυνάντος τὴν κρίσιν· αὐτὸς γοῦν ἐστιν ὁ λέγων ἐπ᾽ οὐδενὶ τὸν θεὸν οὕτω νεμεσᾶν, ὡς ἐπὶ τῷ τὸν ὅμοιον αὐτῷ ψέγειν, ἐπαινεῖν δὲ τὸν ἀνόμοιον· θεῷ δὲ ὁ ἀγαθὸς ὅμοιος ὢν οὐ δεῖ νεικείειν, ὁ δὲ κακὸς ἀνόμοιος ὢν οὐ δεῖ ἀσπάζεσθαι.

μα΄. “Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος.” Ὁ μὲν θησαυρὸς τῆς γλώττης ἐστὶν ἡ κρύψις τῶν νοημάτων ἡ ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ τῶν C
φαντασιῶν τῶν μὴ γινομένων ἐκφόρων ὑπὸ τῆς γλώττης προπετῶς κινουμένης· δεῖ γὰρ τὴν κίνησιν ἐπιμετρεῖν τῇ γλώσσῃ, καὶ τὸν καιρὸν τῆς κινήσεως, ἀλλ᾽ οὐ ταύτην κυρίαν εἶναι ἑαυτῆς. Τὸ δὲ πλείστην μὲν ἑαυτῆς εἶναι χάριν μετρίας οὔσης, ἀρχὴν δὲ γίνεσθαι μειζόνων καὶ ἀλγεινοτέρων ἀκουσμάτων τὴν προπέτειαν αὐτῆς, ἄμφω παρέστησε, καὶ ὅτι αἱρετὸν τοῦτο

A. 3. μ΄.] Apud Proclum ad verf. 713, p. 152. Iifdem rationibus ad Plutarchum auctorem referimus.
A. 5. κωλύων] Legendum, κωλύων.
B. 6. μα΄.] Apud Proclum ad verf. 717, p. 153. item vindicandum Plutarcho.

autem erga nos beneficia majoris. Hæc obfervantes, inconcuffam fervabimus amicitiam. Dicit igitur Hefiodus monens fugere levitatem, σὲ δὲ μήτι νόον---*te vero ne quid animo:* etc.

XL. “Μηδὲ πολυξεινον.” *Neque multorum hofpes.* Expofitis amicitiæ officiis, terminum defignat ftudii hofpitiorum; ut neque multos habeamus hofpites, neque nullum: vetans, et per levitatem recipere turbam hofpitum et per immanitatem omnibus domum claudere hofpitibus. Illud autem, nec pravis hominibus fe applicare et adhærefcere, nec bonis contumeliam inferre, Platonis etiam eft, hoc judicium confirmantis. Hic enim ipfe eft qui dixit, Deum nullo de facto tantum indignari quantum fi ejus fimiles vituperamus, laudamus diffimiles. Dei autem fimilis eft vir bonus, quem non debemus conviciari: diffimilis malus, quem non debemus amplecti.

XLI. “Γλώσσης τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν “ἄριστος.” *Linguæ thefaurus inter homines optimus—.* Thefaurus linguæ eft occultatio cogitationum animæ, et phantafiarum non foras proditarum a lingua temere mota. Oportet enim nos linguæ addere certam motus menfuram, eique motui dominam præficere non ipfam linguam, fed temporis opportunitatem. Quandoquidem vero plurimum gratiæ parit modeftia linguæ, procacitas autem ejus cauffas adfert graviorum moleftiorumque auditionum, utrumque fignificavit Hefiodus, hanc corporis partem et appetendam et fugi-

A τὸ μόριον, καὶ ὅτι φευκτόν· ὥς Πιττακόν φασι, πέμψαντος αὐτῷ τοῦ Ἀμάσιδος ἱερεῖον καὶ ἀξιώσαντος ἀντιπέμψαι τῶν μορίων αὐτῷ τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ χείριστον, ἐξελόντα τὴν γλῶσσαν ἀποστεῖλαι. Καὶ διὰ τοῦτο δέδωκεν ἡ φύσις διὰ μὲν τῶν ὀδόντων ἕρκος αὐτῇ πρόσθεν κατακλείουσαν μαλακὴν αὐτὴν οὖσαν καὶ εὐκίνητον· τὸν δὲ ἐγκέφαλον ἄνωθεν ὑπάρχοντα τοῦ λόγου τὸ μέτρον αὐτῇ παρέχειν ἐνδεικνυμένην.

B μβʹ. "Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον Χερσὶν ἀνίπτοισιν." Τοῦτο καθαρότητός ἐστι παράγγελμα. Πολλὰ γὰρ αἱ χεῖρες τῶν ἀναγκαίων μὲν ἀκαθάρτων δὲ ποιοῦσι· διὰ τοῦτο δέονται καθάρσεως· διότι τὸ θεῖον καθαρόν. Δεῖ δὲ ὅμοιον αὐτοῖς ὑπηρετεῖν, καὶ οὕτω σπένδειν προκαθάραντας τὰς χεῖρας· πολλῷ δὲ ἄρα μᾶλλον τῷ ὅλῳ σώματι· δέον γὰρ καθαρῶς πράττειν τὰ πρὸς θεούς· ἐκ γὰρ ἀκαθάρτων ὀργάνων εἰ τιμῶ-
C μεν αὐτοὺς, ἀποπτύουσιν ἡμῶν τὰς ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἔργοις ἀράς· αὗται γὰρ εἰσὶν αἱ ἐπάραι ταῖς θυσίαις ἢ ταῖς σπονδαῖς ἐπᾳδόμεναι. Ἐν μὲν οὖν Σπάρτῃ τοῖς εἰς ἀρχὴν καθισταμένοις οἱ ἔφοροι προεκήρυττον μὴ τρέφειν μύστακας, ἵνα τοὺς τὸ φαῦλον τοῦτο καὶ εὐτελὲς παραβάντας μειζόνως κολάζωσιν. Ὁ δὲ Ἡσίοδος νίπτεσθαι τὰς χεῖρας παραινῶν περὶ τοῦ

A. 4. κατακλείουσαν] Legendum, κατακλείουσα.
A. 6. παρέχειν ἐνδεικνυμένην.] Forte, παρεῖχεν ἐνδεικνύμενον.
B. 1. μβʹ.] Apud Proclum ad verſ. 722, p. 155. item Plutarcho adſcribimus.
B. 5. δέον γὰρ] Forte, δέον γε.
C. 3. τοῖς εἰς ἀρχὴν καθισταμένοις] Forte, εὐθὺς εἰς ἀρχὴν καθισταμένοι: ut conjecturam poſui ad Plutarch. Ser. Num. Vind. p. 25.
C. 4. παραβάντας—κολάζωσιν] An, μὴ παράβαντας, παραβαίνειν μείζονα κωλύσωσιν.

endam eſſe. Quod item Pittacum declaraſſe ferunt: cui quum Amaſis victimam miſiſſet, ab eoque petiviſſet, ut ipſi remitteret, optimam ſimul et peſſimam victimæ partem; ille linguam exſecuit ac remiſit. Itaque natura ab anteriore parte obdidit linguæ ſeptum dentium, ut includeret eam, quippe mollem ac mobilem: a ſuperiore parte impoſuit cerebrum quod ei menſuram orationis indicaret ac diſpenſaret.

XLII. "Μηδέποτ' ἐξ ἠοῦς Διῒ λείβειν αἴθοπα οἶνον "χερσὶν ἀνίπτοισιν." *Neque unquam de mane Jovi libato nigrum vinum Manibus illotis.* Hoc munditiei eſt præceptum. Manus enim multa faciunt neceſſaria quidem, ſed impura: et idcirco indigent purgatione, quia divinum numen eſt purum. Sed qui Diis miniſtraturus ſit, iis debet ſimilis eſſe, atque, antequam libet, purgare manus et multo etiam magis totum corpus; ſiquidem erga Deos omnia pure facienda ſunt. Quodſi enim eos honoremus cum vaſibus inſtrumentiſque impuris, reſpuunt noſtras talibus operibus ſubjunctas precationes: hæ enim ſunt noſtræ quaſi apprecationes quæ ad ſacrificia et libationes deinceps adduntur et accinuntur. Et Spartæ quidem Ephori magiſtratibus, ſimulatque conſtituti eſſent, edicebant ne myſtaces, id eſt barbas infra nares, alerent; ut eos qui leve hoc ac tenue præceptum neglexiſſent, gravius punirent. Heſiodus autem,

σπένδειν, ἐνδείκνυται τὸν τοῦτο μὴ πεισόμενον, μείζονος ἄξιον εἶναι κατα- A
γνώσεως, ὡς ἀνεπιτήδειον πρὸς παιδείαν.

μγʹ. „Μηδ᾽ αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν οἴκου Ἑστίῃ ἐμπε- „λαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ᾽ ἀλέασθαι." Ταῦτα τῆς ἀπαιδευσίας ὄντα ἔκγονα, κἂν σμικρὰ ᾖ, δεῖ παραφυλάττειν· καλῶς τοῦ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ λέγοντος, ὅτι καθάπερ ἐν λόγοις τὸ μὴ σολοικίζειν οὐ θαυμαστὸν, ἀλλὰ τὸ σολοικίζειν καταγέλαστον· καὶ ἐν τοῖς ἔργοις οὐ τὸ μὴ πράττειν τὰ τοιαῦτα B
ἐπαινετὸν, ἀλλὰ τὸ πράττειν ἐπονείδιστον· δεῖν οὖν μεμολυσμένον ἀπὸ γονῆς ἀποκρύπτειν τὰ αἴτια τοῦ μολυσμοῦ, καὶ μὴ γυμνοῦν ἐγγὺς τῆς ἑστίας· βωμὸς γὰρ καὶ αὕτη τῶν θεῶν, καὶ καθημερινῶν θυσιῶν καὶ σπονδῶν ὑποδοχή. Μὴ οὖν ἀπογυμνούμενον μολύνειν τὴν ἑστίαν.

μδʹ. „Μηδ᾽ ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων." Θυσίαν ταύτην ὁ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ πρόχειρον καὶ καθημερινὴν εἶπεν ὀρθῶς ἀφ᾽ ὧν μέλλομεν C
ἐσθίειν ἱερὰ πάντα ποιοῦντας διὰ τοῦ ἀπάρξασθαι. Καὶ γὰρ αἱ τῶν ἱερῶν τραπεζώσεις τοῦτο εἶχον· ἀπαρξάμενοι γὰρ ἀπ᾽ αὐτῶν ἐδαίνυντο. Χρῆναι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν λουτρῶν τὸ αὐτὸ δρᾷν· ἐλέγοντο δὲ περιχεόμενοι κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων· χρῆν οὖν καὶ τούτου πρότερον ἀφορίσαι τι πρὸς

A. 3. μγʹ.] Apud Proclum ad verſ. 731, p. 156.
B. 6. μδʹ.] Apud Proclum ad verſ. 746, p. 161.
C. 4. ἐλέγοντο] Forte, ἐλοῦντο.

qui monet lavare manus ante libationem, oſtendit, eum, qui huic monito non obtemperet, majore dignum eſſe animadverſione ut ad inſtitutionem diſciplinamque ineptum.

XLIII. „Μηδ᾽ αἰδοῖα γονῇ πεπαλαγμένος ἔνδοθεν „οἴκου Ἑστίῃ ἐμπελαδὸν παραφαινέμεν, ἀλλ᾽ ἀλέασθαι." *Neque pudenda ſemine pollutus ingredi domum Focum juxta revelato, ſed caveto.* Hos inſcitiæ effectus a neglecta liberali eruditione profectos, quamvis parvos, cavere jubet Heſiodus. Quo loco pulchre monet PLUTARCHUS: Ut in oratione, inquit, non admiratione dignus eſt qui ſolœciſmum non facit, ſed riſu dignus qui eum facit: ita etiam in actionibus, non facere talia non eſt laudabile, ſed facere eſt reprehendendum: igitur inquinatum coitu oportere cauſſas inquinamenti abſcondere nec nudare prope focum: nam et focus eſt ara Deorum, et quotidianorum ſacrificiorum libationumque receptaculum. Neque igitur focum, denudantes iſta membra, inquinemus.

XLIV. „Μηδ᾽ ἀπὸ χυτροπόδων ἀνεπιῤῥέκτων." *Neque a pedatis ollis nondum luſtratis.* PLUTARCHUS hoc ſacrificium recte vocavit promtum et quotidianum, quum omnia, de quibus edere volumus, reddamus ſacra dum eorum primitias Diis ſolvimus. Nam ſacrorum in menſas impoſitiones eodem valebant; quippe eas epulabantur poſteaquam de iis primitias tribuiſſent Diis. Oportere igitur et in lavationibus idem facere: lavabantur autem circumfuſa circum caput et humeros aqua: ergo et lavationis aliquam partem ſegregandam Diiſque tribuendam eſſe ut ſacram, tum deinde

A τῆς ἡμετέρας χρήσεως τοῖς ἱεροῖς θεοῖς· καὶ οὕτω τὸ λοιπὸν εἰς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν περιλαμβάνειν.

με΄. "Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι." Ὁ δὲ Πλουταρχος φησιν, ὅτι μὴ δεῖ τὰ νεογνὰ ἀκίνητα ἐᾶν καὶ ἀποτίθεσθαι ἐν ἀκινήτοις· ἀσθενέστερα γὰρ γίνεται· κινεῖν δὲ αὐτὰ ὅτι μάλιστα, κἂν ἐπί τινων αὐτά τις καθιζάνῃ κινουμένων, καθιζάνειν καὶ σαλεύειν διὰ τούτων· οἷα ποσὶν εὐκίνητα κλι-
B νίδια μεμηχάνηται πρὸς τὴν τῶν παιδίων εὐνήν.

μς΄. "Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ." Μὴ δεῖν συναπογυμνοῦσθαι ταῖς γυναιξὶ τοὺς ἄνδρας· πρὸς γὰρ τῷ ἀσχήμονι καὶ ἀπόρροιαί τινες ἐκ τῶν γυναικείων σωμάτων καὶ περιττωμάτων χωροῦσιν, ὧν ἀναπίμπλασθαι τοὺς ἄνδρας μολυσματῶδες ἐστί· καὶ τοῖς εἰς τὸν αὐτὸν ἀέρα εἰσιοῦσι, καὶ τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ ὕδωρ, ἀνάγκη τούτων ἀπολαύειν. Διὸ καὶ ἐπὶ χρόνον τινά
C φασι ποινὴν περιμένειν τοῖς τοῦθ' ὑπομείνασιν· ἐν ᾧ τὸν μολυσμὸν ἀνάγκη μένειν ἐπ' αὐτοῖς.

μζ΄. "Μηδέποτ' ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἅλαδε προρεόντων, Μηδ' "ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξαλέασθαι, Μηδ' ἐναποψύχειν." Ταῦτα διαγράφει Πλουταρχος, ὡς εὐτελῆ καὶ ἀνάξια παιδευτικῆς Μού-

A. 1. τοῖς ἱεροῖς θεοῖς] An? ὡς ἱερὸν θεοῖς.
A. 2. περιλαμβάνειν] Legendum, παραλαμβάνειν.
A. 3. με΄.] Apud Proclum ad verſ. 748, p. 162.
A. 4. δεῖ] Trincav. δεῖν. Igitur fuit varietas, μὴ δεῖν, et ὅτι μὴ δεῖ.
A. 6. καθιζάνειν] Forte, κινεῖν. Vel καθιζάνῃ, ἐπὶ κινουμένων καθιζάνειν κ. μ. δ. τ. quod verti.
B. 2. μς] Apud Proclum ad verſ. 751, p. 163. Plutarcho vindicandum.
C. 3. μζ΄.] Apud Proclum ad verſ. 755, p. 164; unde et Moſchopulus ſumſit.

reliquam partem ad neceſſarium noſtrum uſum adhibendam.

XLV. "Μηδ' ἐπ' ἀκινήτοισι." *Neque ſuper immobilibus—*. Nam Plutarchus dicit; teneros et recens natos infantes non eſſe relinquendos ſine motu, neque deponendos in locis immotis: infirmiores enim ita eos fieri; igitur maxime quidem eos movendos eſſe ipſos ac ſolos, aut ſi aliquo loco ponantur, locum debere eſſe mobilem, ut eos ita moveamus et agitemus: cujuſmodi a quibuſdam excogitati ſunt lectuli mobiles, accommodati ad infantium cubilia.

XLVI. "Μηδὲ γυναικείῳ λουτρῷ." *Neque muliebri in balneo—*. Viri ne denudent corpora ſimul cum mulieribus. Nam præterquam quod res ipſa eſt indecora, defluvia quædam ex muliebribus corporibus et excrementis feruntur, quibus affici replerique viros inquinamentum iis habet: quæ defluvia neceſſario ad eos accidere qui in eumdem aërem idemque balneum ingrediantur. Ergo etiam dici, per aliquod tempus pœnam in iis manere quibus hoc evenit: per quod nimirum tempus neceſſe eſt manere in iis inquinamentum.

XLVII. "Μηδέποτ' ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἅλαδε "προρεόντων, Μηδ' ἐπὶ κρηνάων οὐρεῖν, μάλα δ' ἐξα-"λέασθαι, Μηδ' ἐναποψύχειν." *Neque unquam in alveis fluviorum mare influentium, Neque ſuper fontes mejito: quin valde evitato: neque incacato.* Hæc ſpuria cenſet Plutarchus ut vilia et indigna Heſiodi muſa cui inſtitutio morum officio-

στης μὴ οὐρεῖν ἐν προχοαῖς ποταμῶν ἢ κρηνῶν, μηδ᾽ ἀποπατεῖν, τοῦτο γὰρ A
τὸ ἀποψύχειν.

μη΄. "Ὧδ᾽ ἔρδειν—." Τοῦτο τὸ τέλος ἐστὶ τῶν παραγγελμάτων, ἱκανὸν εἰς τὸ παιδεῦσαι ἡμᾶς τὸ ἑαυτῶν ἦθος, εὐλαβουμένους τὴν φήμην. Οὐ γὰρ ὅσον ἀρετῆς οἱ ἄνθρωποι σφάλλονται, τοσοῦτον καὶ κρίσεως ἀρετῆς, φησὶν ὁ Πλάτων· τὴν οὖν χαλεπὴν φήμην φυλακτέον εἰς δύναμιν. Ἡ γὰρ κακὴ φήμη κούφη μέν ἐστιν ὑπενεγκεῖν, κεντοῦσα τοὺς ὑπ᾽ αὐτῆς B
ἐπονειδίστους γινομένους, ἔτι δὲ καὶ ἀρξαμένην ταύτην παῦσαι χαλεπόν· εἰώθασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι πολλαπλασιάζειν ἃς ἂν παραλάβωσι φήμας καὶ ἐκ σμικρῶν μεγάλας ποιεῖν. Καὶ τέλος προσέθηκε, ὅτι κινδυνεύει καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀληθὴς εἶναι πᾶσα φήμη, ἣν λαοὶ πολλοὶ φημίσωσι, καὶ διὰ τοῦτο ἔχειν τι καὶ αὐτὴν θεῖον· πολλάκις γοῦν ὁ μὲν ἄρξας αὐτῆς οὐκ ἔστιν, εὔστοχος δὲ αὐτὴ δι᾽ αὐτῶν ἀναφαίνεται τῶν ἀποβαινόντων, ὥστε C
εἰκότως δεῖ φυλάττεσθαι τὴν κακὴν φήμην. Καὶ τοῦτο οὖν χρήσιμον τὸ δεῖν καὶ δόξαν ὑφορᾶσθαι τὸν παιδευόμενον. Οὐ γὰρ ἁπλῶς ἀληθὲς ὃ λέγει Γοργίας· ἔλεγε δὲ "Τὸ μὲν εἶναι, ἀφανὲς, μὴ τυχὸν τοῦ δοκεῖν, "τὸ δὲ δοκεῖν, ἀσθενὲς, μὴ τυχὸν τοῦ εἶναι." Παρὰ γὰρ τοῖς πολλοῖς καὶ τὸ δοκοῦν ἰσχὺν ἔχει, καὶ τὰ ἐκ τοῦ δοκεῖν ἀποβαίνοντα δυσχερῆ δείκνυται οὐκ ὄντα ὀλίγα. Μᾶλλον οὖν ὡς Ξενοκράτης ἔλεγε, Τοῦ μὲν οὖν φίλον

A. 3. μη΄.] Apud Proclum ad verſ. 758. p. 165. Plutarcheum eſt.
B. 1. κούφη μέν ἐστιν ὑπενεγκεῖν] Forte, κούφη μέν ἐστιν ἀναδέξασθαι, δυσχερὴς δὲ ὑπενεγκεῖν.
C. 2. τὸ δεῖν καὶ δόξαν] Forte, πρὸς τὸ δεῖν καὶ δόξαν.

rumque propoſita ſit: non mejere in alveis fluviorum, aut fontium neque alvum exonerare, hoc enim eſt ἀποψύχειν.

aquam fluere. Nam ſi meæ res, inquiebat, mihi non ſufficiunt: at ego illis ſufficio, et ſic etiam illæ mihi. Nonne vides Polum hiſtrionem nihilo concinniore voce egiſſe perſonam Œdipi tyranni quam Œdipi Colonei exulis et mendici. Et vir ingenuus Polo deterior erit ut non quamvis a numine ſibi impoſitam perſonam decore agat: neque Ulyſſem imitari poterit, qui laceris pannis indutus non minus decoræ gravitatis præ ſe ferebat, quam ubi criſpam et purpuream lænam geſtabat.

XV. Diſciplina, ſi nullum aliud haberet bonum, hoc quidem certe habet, quod interdiu noctuque perpetua eſt comes; quo fit ut a vitiis ſibi caveant ac ſe ipſos multi haud ſecus verecundentur atque alios.

XVI. Ceterum, prouti præclarum eſt benefacere, ita referenda eſt gratia; nequis non modo ingrati animi crimen ſuſcipiat, ſed etiam auctor exiſtat communis damni, quo ii mactantur qui jam nulla beneficia accipient ab iiſdem qui iſti benefecerunt, quorum erga alios beneficentiam ipſe minuit ac reprimit.

A ## ΙΘ.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ.

XIX.

EX LIBRO DE TRANQUILLITATE.

ΣΟΦΟΝ ἔοικε χρῆμα τὸ τῆς ἡσυχίας, πρός τ' ἄλλα, καὶ εἰς ἐπιστήμην καὶ φρονήσεως μελέτην· λέγω δὲ οὐ τὴν καπηλικὴν καὶ ἀγοραίαν,
B ἀλλὰ τὴν μεγάλην, ἥτις ἐξομοιοῖ θεῷ τὸν αὐτὴν ἀναλαβόντα. Αἱ μὲν γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι καὶ τοῖς τῶν ἀνθρώπων ὄχλοις γινόμεναι μελέται γυμνάζουσι τὴν λεγομένην δριμύτητα, πανουργίαν οὖσαν· ὥστε τοὺς ἐν αὐταῖς ἄκρους οἷον ὑπὸ μαγείρων τῶν ἐν ταῖς πόλεσι χρειῶν διαπεποικιλμένους πόσα δ' οὐχὶ καὶ διακονήματα δεινὰ ἐργάζεσθαι. Ἡ δὲ ἐρημία σοφίας οὖσα γυμνάσιον, ἠθοποιὸς ἀγαθὴ, καὶ πλάττει καὶ μετευθύνει τῶν ἀνδρῶν
C τὰς ψυχάς. Οὐδὲν γὰρ αὐταῖς ἐμπόδιόν ἐστι τῆς αὐξήσεως, οὐδὲ πρὸς πολλὰ καὶ μικρὰ νόμιμα προσπταίουσαι κάμπτονται εὐθὺ, καθάπερ αἱ ταῖς πόλεσιν ἐναπειλημμέναι ψυχαί· ἀλλ' ἐν ἀέρι καθαρῷ, καὶ τὰ πολλὰ ἔξω διαιτώμεναι τῶν ἀνθρώπων, ἀνιᾶσιν ὀρθαὶ καὶ πτεροφυοῦσιν, ἀρ-

A. 2. ΕΚ ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΗΣΥΧΙΑΣ.] Apud Stob. Serm. lvi. p. 375. annotato, *Plutarchi in libro de tranquillitate.* In Trincav. ſimpliciter eſt Πλουτάρχου. In Arſenii Violeto MS. ſub hoc titulo exſtat hic locus uſque ad ἀναλαβόντα: unde edidit Matthæus ad calcem editionis ab ipſo factæ libellorum Plutarchi De Vitioſo Pudore et De Fortuna, Moſcuæ A. 1777.

B. 5. πόσα δ' οὐχὶ] Videtur antecedens quoddam copulatum excidiſſe, πόσα μὲν οὐχί—.

C. 2. εὐθὺ] Geſnerus vertit ac ſi legeret ἀπὸ τοῦ εὐθέως, vel ἀπὸ τῆς εὐθύτητος. Poſſit εὐθὺ accipi pro *ſtatim, continuo, ab initio.*

C. 4. διαιτώμεναι] Ita reponendum duxi pro vulgato διαιτώμενοι.

SAPIENS videtur eſſe Tranquillitatis negotium, cum ad alia, tum ad ſcientiam et prudentiæ exercitationem, non cauponariam ac forenſem dico, ſed magnam illam quæ Deo ſimilem reddit ſui participem. Exercitationes enim quæ in civitatibus et inter hominum turbas fiunt, proferunt facultatem illam quæ dicitur calliditas, nec reipſa aliud quid eſt quam aſtutia; ita ut qui in ipſis excellunt, veluti a coquis farciti et variati, miniſteria quævis abſurda obeant. Solitudo, gymnaſium ſapientiæ, bene inſtituit mores, format ac dirigit virorum animos. Nullum enim eorum incremento obeſt impedimentum, neque ad multa illa et minuta legum inſtituta offendentes a rectitudine deflectuntur, ut animæ civitatibus incluſæ: ſed in aëre puro, et ut plurimum extra hominum

δόμεναι τῷ διαυγεστάτῳ τε καὶ λειοτάτῳ ῥεύματι τῆς ἡσυχίας, ἐν ᾧ τά τε A
μαθήματα τοῦ νοῦ θειοδέστερα, καὶ καθαρώτερον ὁρᾶν. Διὰ τοῦτό τοι καὶ τῶν θεῶν τὰ ἱερὰ, ὅσα ἐκ τοῦ πάλαι ἀρχαίου νενόμισται, τοῖς ἐρημοτάτοις χωρίοις οἱ πρῶτοι, μάλιστα δὲ Μουσῶν τε, καὶ Πανὸς, καὶ Νυμφῶν καὶ Ἀπόλλωνος, καὶ ὅσοι Μουσικῆς ἡγεμόνες θεοί· διακρίναντες, ὡς οἶμαι, τὰς παιδείας κατὰ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι δεινῶν τε καὶ μιαρῶν τινῶν.

A. 2. θειοδέστερα] Sic Geſn. voluit credo θεοειδέστερα: nam vel hoc, vel cum Trincav. θειωδέστερα ſcribendum.
A. 2. ὁρᾶν] Sententiæ abſolutio requirit ὁρᾶν ἐστί.
A. 4. οἱ πρῶτοι] Addendum ἐνίδρυσαν, vel ſimile.
A. 6. κατὰ τῶν] Immo, ἀπὸ τῶν, ut et Geſn. monuit.
A. 6. μιαρῶν τινῶν.] Deſideratur aliquid.

conſuetudinem, degentes, in rectum aſſurgunt ac pennas proferunt, limpidiſſimo et leniſſimo Tranquillitatis flumine irrigati, in quo mentis diſciplinæ diviniores purioreſque conſpiciuntur. Hanc ob cauſſam Deorum quoque delubra antiquitus conſecrata in locis maxime ſolitariis primi homines conſtituerunt, præcipue Muſarum, Panis, Nympharum, Apollinis, et omnium qui Muſicæ præfecti ſunt Deorum; utpote ſegregantes diſciplinas a moleſtis et nefariis rerum urbanarum negotiis.

A

K.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΗΔΟΝΗΣ.

XX.

EX LIBRO CONTRA VOLUPTATEM.

α΄. ΟΤΙ τὰ σώματα ἀνίησιν ἡ ἡδονὴ, καθ᾽ ἡμέραν ἐκμαλάττουσα ταῖς τρυφαῖς· ὧν ἡ συνέχεια παραιρεῖται τὸν τόνον, ἀναχαλῶσα
B τὴν ἰσχὺν αὐτῶν· ἐξ ὧν ῥαστώνη μὲν νόσων, ῥαστώνη δὲ καμάτων, προμελετώμενον δ᾽ ἐν μισότητι γῆρας.

β΄. Θηρίον ἐστὶ δουλαγωγὸν ἡδονὴ, ἀλλ᾽ οὐκ ἄγριον· εἴθε γὰρ ἦν· φανερῶς ἂν πολεμοῦσα, ταχέως ἑάλω. Νῦν δὲ καὶ ταύτῃ μισητότερον, ὅτι κλέπτει τὴν ἔχθραν ὑποδυομένη σχῆμα εὐνοίας· ὥστε διχῇ ἀποτρόπαιον, καὶ ὧν βλάπτει, καὶ ὧν ψεύδεται.

C γ΄. Τὰς μὲν οὖν δικαίας ἡδονὰς, οὐκ ἔτ᾽ ἂν ἡδονὰς οὔτε καλέσαιμεν οὔτε ἴσμεν, ἀλλὰ θεραπείας. Ὅσαι δὴ παρὰ ταύτας πᾶσαι ὕβρεις περιτταί εἰσι, πεπληρωμέναι, βιαζόμεναι, καὶ ταῖς ποικιλίαις κολακεύουσαι, λανθάνουσι βλάπτουσαι. Ὁ δὲ εἰς τὰ ἡμέτερα νόμος, ὁ καὶ τῶν ἀλόγων ζώων,

A. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΗΔΟΝΗΣ.] Quinque hi loci exſtant in Stob. Geſn. Serm. VI, p. 81. ſub hujus auctoritatis nota, *Plutarchi ex libro contra voluptatem.*

B. 2. μισότητι] Forte, νεότητι, quod Geſnerus ad marginem poſuit. Parif. A. μισότητι.

B. 3. εἴθε—φανερῶς—] Ita diſtinxi. Vulgo erant continua.

C. 3. πεπληρωμέναι] Parif. A. πεπηρωμέναι.

C. 4. Ὁ δὲ εἰς—ἡδοναῖς.] Deſideratur quid ad compoſitionis perfectionem.

I. VOLUPTAS corpora reſolvit, quotidie emolliens ea deliciis: quarum aſſiduus uſus, tollit illorum vigorem, relaxatis viribus. Hinc copia morborum, copia languorum, et occupata ſenectute juventus.

II. Beſtia eſt mancipans hominem voluptas: at non immanis: utinam immanis eſſet! ſic enim aperte pugnans, cito caperetur. Nunc autem ideo etiam inviſa eſt magis, quod induens benevolentiæ ſpeciem, inimicitiam celat. Itaque dupliciter averſanda eſt, et quod nocet, et quod fallit.

III. Juſtas igitur voluptates jam non voluptates vel appellemus, vel agnoſcamus, ſed curas et obſequia. Quæcumque vero præter has aliæ ſunt petulantiæ, ſupervacaneæ, ſaturatæ, violentæ, varietate blandientes, hæ clam lædunt. Lex autem eadem nos noſtraque teneat, quæ et bruta animantia, ut, quum repleverimus deſiderium, ni-

μὴ τὸ ἀκέσασθαι τὰς ἐπιθυμίας οὐδενὸς ὄρεξις, ἀλλὰ κόρος τῶν ἐπειγόντων A
ἀβιάστοις ἡδοναῖς.

δ΄. Μή τις προδότας ἐπαινεῖ; τοιοῦτόν ἐστιν ἡδονή· προδίδωσι τὰ τῆς ἀρετῆς. Μή τις βασανιστάς; τοιοῦτόν ἐστι τὸ ἥδεσθαι· βασανίζει τὰ τῆς σωφροσύνης. Μή τις φιλαργυρίαν; ἀπλήρωτόν ἐστιν ἑκάτερον. Τί τηλικούτῳ χαίρομεν θηρίῳ, ὃ κολακεῦον ἡμᾶς ἀναλίσκει;

ε΄. Τί δ᾽ οὐ πάντων ὁρώντων ἀκρατεύεις, ἀλλὰ καὶ σαυτὸν αἰδούμενος B
φεύγεις, νυκτὶ καὶ σκότῳ τοῖς ἀμαρτύροις πιστεύων τὴν ὕβριν. Οὐδεὶς γὰρ τῶν καλῶν ἔργων σκότος παραβάλλει, τὸ φῶς αὐτοῖς μαρτυρεῖν αἰσχυνόμενος· ἀλλὰ ὅλον ἅμα τὸν κόσμον ἥλιον γενέσθαι πρὸς ἃ κατορθοῖ, βούλοιτ᾽ ἄν. Ἅπασα δὲ κακία ὁρᾶσθαι γυμνὴ φυλάττεται, σκέπην προβαλλομένη τὰ πάθη. Ἀποκόψαντες οὖν αὐτὰς, γυμνὰς βλέπωμεν τὰς ἡδονάς· μεθύουσιν εἰς ἀναισθησίαν, λαγνεύουσιν εἰς αἰῶνα, καθεύδουσιν εἰς C
ἔργα, οὐκ ἐπιστρέφονται πόλεων, οὐ φροντίζουσι γονέων, οὐκ αἰσχύνονται νόμους.

B. 3. παραβάλλει] Legendum, προβάλλει, ut Gesnerus monuit.
B. 6. αὐτὰς] Legendum, αὐτὰ, ut Gesnerus monuit.
C. 1. εἰς αἰῶνα] Videtur vitii quid subesse. An, εἰς ἀγῶνας.

hil amplius desideremus, sed satietas sit repletis cupiditatibus iis quibus resisti nequit.

IV. Num quis proditores laudat? talis est voluptas: prodit virtutis officia. Num quis tortores? talis est voluptas; torquet temperantiæ studiosos. Num quis avaritiam? insatiabilis est utraque. Quid hujusmodi oblectamur bestia, quæ blandiendo conficit.

V. Cur non omnibus videntibus luxuriaris? Immo tu te ipsum etiam reveritus fugis, nocti solum ac tenebris sine testibus contumeliam et libidinem committens. Nemo enim honestis actionibus caliginem obtendit, lucem, earum testem, reformidans: immo ad ea quæ recte agit, totum mundum solem fieri optet. At unumquodque vitium nudum conspici cavens, tegumenti instar prætendit affectus. Affectibus ergo amputatis, nudas spectemus voluptates: sunt ebriæ ad stuporem, scortantur perpetuo, dormiunt ad negotia, civitates negligunt, non curam gerunt parentum, non verentur leges.

A

ΚΑ.

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΟΥ.

XXI.

EX LIBRO CONTRA DIVITIAS.

α΄. ΦΥΣΕΙ μὲν γὰρ δυσχάλινωτον ὄρεξις· προσλαβοῦσα δὲ καὶ πλούτου χορηγίαν, ἀχάλινωτον.

B β΄. Ἀλλ᾽ ἀπληςία, καὶ ἄπιςός ἐςιν ἐν αὐτοῖς μανία· τοιούτῳ μὲν ἐνθουσιασμῷ χρῆσθαι περὶ τὴν κτῆσιν, ὡς εἰ κτήσαιντο, μηκέτι καμουμένους· τοσαύτῃ δὲ ἀμελείᾳ περὶ τὰ ληφθέντα, ὡς μὴ γινόμενα. Δυσερωτιῶσι δὲ τῶν ἀπόντων, ὑπερορῶντες ὧν ἔχουσι· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἀγαπῶσιν, ὡς δὲ ἐλπίζουσιν. Οὐκ οἶδα πότερον αὐτοῖς ἄμεινόν ἐςιν ἔχειν ἢ προσδοκᾷν· ἔχοντες γὰρ, οὐ χρῶνται· προσδοκῶντες δὲ κάμνουσι. Τί οὖν ἐπαινοῦμεν
C τοιοῦτον ἀγαθὸν, οὗ πέρας ἐςὶν οὐδὲν, ἀλλὰ τὸ ληφθὲν ἑτέρων ἀρχή.

γ΄. Οὐδέποτε λιμὸς ἐγέννησε μοιχείαν· οὐδέποτε ἀπορία χρημάτων, ἀσωτίαν. Βραχεῖα τίς ἐςι σωφροσύνη τὸ πενιτεύειν· ὀλίγη τις εὐνομία, τὸ ἀπορεῖσθαι.

A. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΠΛΟΥΤΟΥ] Exſtat ap. Stob. Serm. xcii. p. 510. Titulus Latine apud Geſnerum exſtat duobus locis α΄ et γ΄. In Trincav. ſimpliciter eſt Πλουτάρχου. Forte verus libri titulus fuit περὶ πλούτου, quem e Sopatro memorat Photius Biblioth. Cod. clxi.

B. 4. ὡς δὲ ἐλπίζουσιν.] Delendum δὲ.

C. 2. γ΄.] Apud Stob. Serm. xciii. p. 515.

I. SUAPTE natura vix frenari poteſt cupiditas: quod ſi divitiarum etiam copia acceſſerit, plane ſit infrenis.

II. Sed inſatiabilis cupido, et incredibilis quædam iis ineſt inſania: quippe qui tanto furore ad acquirendas opes rapiantur, tamquam illis partis, nil amplius moleſtiæ ſenſuri: neglectu vero tanto in partis verſantur, ac ſi nil ſibi peperiſſent. Inſano abſentium amore capti, præſentia contemnunt. Nil enim ita diligunt ut ſperant. Quare dubito, utrum habere an exſpectare ipſis magis expediat; ſiquidem habentes non utuntur, exſpectantes autem laborant. Quid igitur ejuſmodi bonum laudamus, cujus nullus eſt finis, ſed partum quodque novæ ſit cupiditatis initium.

III. Fames numquam cauſſa exſtitit adulterii; neque pecuniæ inopia, luxuriei. Brevis quædam temperantia eſt paupertas: et compendioſa quædam legum obſervantia, penuria.

δʹ. Ἀρκεσίλαος τὴν πενίαν λυπρὰν μὲν ἔλεγεν εἶναι, ὥσπερ καὶ τὴν A Ἰθάκην, ἀγαθὴν δὲ κουροτρόφον, ἐθίζουσαν συνεῖναι λιτότητι καὶ καρτερίᾳ, καὶ καθόλου γυμνάσιον ἀρετῆς ἔμπρακτον.

A. 1. δʹ.] Hunc locum antecedenti deinceps proximum, item Plutarcho adjudico.

IV. Arcesilaus paupertatem aiebat asperam quidem esse ut Ithacam, sed bonam prolis nutricem, ut quæ assuefaciat frugalitati et abstinentiæ, et omnino efficax virtutis exercitium.

KB. B

ΕΚ ΤΟΥ ΟΤΙ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΑΙΔΕΥΤΕΟΝ.

XXII.

EX LIBRO QUOD MULIERES ETIAM ERUDIENDÆ SINT.

αʹ. ἈΜΑΘΙΑΝ, ὥς φησιν Ἡράκλειτος καὶ ἄλλως κρύπτειν ἔργον· ἐν οἴνῳ δὲ χαλεπώτερον. Καὶ Πλάτων δέ φησιν, ἐν οἴνῳ τὰ ἤθη φανερὰ γίγνεσθαι· ὥσπερ καὶ Ὅμηρος—οὐδὲ τραπέζῃ γνώτην C ἀλλήλων.

βʹ. Σοφοκλῆς ἐμέμφετο Αἰσχύλῳ, ὅτι μεθύων ἔγραφε· καὶ γὰρ εἰ τὰ δέοντα ποιεῖ, ἀλλ' οὐκ εἰδώς γε.

B. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΟΤΙ ΚΑΙ ΓΥΝΑΙΚΑ ΠΑΙΔΕΥΤΕΟΝ.] Ita titulus Græce additur in Trincavelliana Ed.
B. 5. αʹ.] Apud Stob. Gesn. Serm. xvii, p. 165. Trincav. Serm. xvi.
C. 1. ὥσπερ καὶ Ὅμηρος—ἀλλήλων] Absunt in Trincav. In Gesn. pro ἀλλήλων est ἀλλοδαπῇ· cum asterisco nota corruptelæ. In Paris. N. item corruptæ sunt duæ ultimæ voces in γνωτῶν ἀλλ' ἢ δώην. Veram lectionem reposui ex Hom. Od. Φ. 35. Geminus huic est locus Symp. III, 1, initio: nec tamen idem.
C. 3. βʹ.] Ibidem: annotatur in Gesn. *Ejusdem.* Exstat item in Sententiis Maximi et Antonii p. 303. Edit. Stob. Gesn. Wechel.

I. RUDITATEM cum alias celare difficile est, ut ait Heraclitus, tum vero in vino multo maxime. Testatur et Plato, Animi mores in vino apparere: ut etiam Homerus, *Neque ad mensam cogniti sunt sibi invicem.*

II. Sophocles vitio vertebat Æschylo, quod ebrius scriberet: Nam etsi bene scribit, inquiebat, nesciens tamen id facit.

A γʹ. Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς, πῶς ἂν οἰνόφλυξ τοῦ μεθύειν παύσαιτο· Εἰ συνεχῶς, ἔφη, θεωροίη τὰ ὑπ᾽ αὐτοῦ πραττόμενα.

δʹ. Τῷ Διονύσῳ νάρθηκα καὶ λήθην συγκαθιεροῦσι, ὡς μὴ δέον μνημονεύειν τῶν ἐν οἴνῳ πλημμεληθέντων, ἀλλὰ νουθεσίας παιδικῆς δεομένων. Ὧι συνᾴδει καὶ τὸ, Μισῶ μνήμονα συμπόταν. Ὁ δ᾽ Εὐριπίδης τῶν ἀτόπων τὴν λήθην σοφὴν εἴρηκε.

B εʹ. Μὴ παιδὶ μάχαιραν, ἡ παροιμία φησίν· ἐγὼ δ᾽ ἂν φαίην, μὴ παιδὶ πλοῦτον, μηδὲ ἀνδρὶ ἀπαιδεύτῳ δυναστείαν.

ϛʹ. Ἀρχύτας ἀναγνοὺς τὸν Ἐρατοσθένους Ἑρμῆν, τοῦτον ἐπήνεγκε τὸν στίχον

Χρειὼ πάντ᾽ ἐδίδαξε· τί δ᾽ οὐ χρειώ κεν ἀνεύροι·

καὶ τοῦτο

C Ὀρθοῦσι, καὶ μᾶλλον ἐπωδύνουσι μέριμναι.

ζʹ. Τροφώνιος καὶ Ἀγαμήδης ποιήσαντες ἐν Δελφοῖς ναὸν, ᾔτουν παρὰ τοῦ Ἀπόλλωνος τὸν μισθόν· ὁ δὲ αὐτοῖς ἔφη δώσειν τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ· καὶ ταύτῃ ἀπέθανον. Ἔτι δὲ Κλέοβις καὶ Βίτων, Κυδίππης τῆς μητρὸς

A. 1. γʹ.] Proximum deinceps antecedentis: videtur et ipsum Plutarchi esse. Est et in Sent. Maximi et Anton. p. 302.

A. 3. δʹ.] Ibidem, paulo supra exstat, sub nomine auctoris et libri. Conferendus est locus Symp. I, 1.

B. 1. εʹ.] Apud Stob. Serm. xli. p. 270. Ed. Gesn. et Serm. xc. p. 505. In Trincav. sine nomine libri. Item in Sentent. Anton. p. 516. Aliud simile dictum est apud Stob. Serm. xli. p. 246.

B. 3. ϛʹ.] Apud Stob. Serm. xciii, p. 515. In Trincav. sine nomine libri.

C. 1. Ὀρθοῦσι, καὶ μᾶλλον] Forte, Ὀρθοῦσι καὶ ἐπωδύνουσι—.

C. 2. ζʹ.] Apud Stob. Serm. cxix. p. 603. simpliciter addito nomine Plutarchi: at ex MS. Paris. annotavit Grotius librum *De erudiendis mulieribus*. Epigrammatis Latinam interpretationem addidi Grotii ex Dictis Poetar. p. 494.

III. Pythagoras interrogatus, quanam ratione ebriosus ebriositate liberaretur, respondit, Si perpetuo ad ea quæ facit, attendat.

IV. Baccho ferulam et oblivionem consecrant, significantes, non commemoranda ea quæ in potu temere admissa sint, quippe quibus puerilis commonitio sufficiat. Huc et illud facit, *Odi memorem compotorem*. Et Euripides dixit, *Absurdarum rerum oblivionem sapientem esse*.

V. Ne puero gladium, inquit proverbium: at ego dixerim, Ne puero divitias, neque homini imperito imperium.

VI. Archytas, quum Eratosthenis Mercurium legisset, hunc versum accinuit,

Usus cuncta docet: quid non invenerit usus:

et illud,

Ignota inveniunt, emendant cognita curæ.

VII. Trophonius et Agamedes, cum Delphicum templum construxissent, mercedem ab Apolline petebant: quam ille se daturum ipsis quum promisisset septimo post die, eodem mortui sunt. Præterea Cleobis et Biton, quum ipsorum mater

αὐτὴν εὐξαμένης τῇ Ἥρᾳ, δοῦναι τοῖς παισὶν ὅπερ ἂν εἴη κάλλιστον, ὅτι A
ἑαυτοὺς ὑποζεύξαντες τὴν μητέρα εἰς τὸ ἱερὸν ἀνήγαγον, τὸν βίον παρα-
χρῆμα κατέστρεψαν. Εἰς οὓς καὶ τοιόνδε τις ἐπίγραμμα πεποίηκεν·

Οἵδε Βίτων Κλέοβίς τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν
 Ζεύγλαν ζευξάμενοι, μητέρα τὴν ἀγέτην
Ἥρας εἰς ἱερόν· λαοὶ δέ μιν ἐζήλωσαν
 Εὐτεκνίας παίδων. Ἡ δὲ χαρεῖσα, Θεᾷ B
Εὔξατο, παῖδε τυχεῖν τοῦ ἀρίστου δαιμόνος αἴσης,
 Οὕνεκ' ἐτίμησαν μητέρα τὴν σφετέρην.
Αὐτοῦ δ' εὐνηθέντε, λίπον βίον ἐν νεότητι,
 Ὡς τόδ' ἄριστον ἐὸν καὶ μακαριστότατον.

A. 1. εὐξαμένης] Sic Trincav. at Gesneriana male δεξαμένης: itaque non erat quare sibi hujus correctionis laudem vindicaret Davisius ad Cic. Tusc. i. 47. ut vere monet Wesselingius ad Herodot. I, 31.

Cydippe Junonem rogasset ut optimam rem filiis donaret, eo quod jugum ipsimet subiissent matremque ad templum perduxissent, vitam statim finiverunt. De quibus hoc Epigramma quis fecit:

Ad sacra Junonis matrem Cleobisque Bitonque
 Ut traherent, collum supposuere jugo.
Felicem populi natûm pietate parentem
 Concelebrant: gaudens tum rogat illa Deam,
Ut quæ sors esset fortunatissima natis
 Pro matri exhibito redderet obsequio.
Ast illi vitam liquere virentibus annis:
 Non igitur felix sors datur illa magis.

A

ΚΓ.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΒΟΛΗΣ.

XXIII.

EX LIBRO DE CALUMNIA.

α'. ΟΙ νεώνητοι δοῦλοι οὐκ εἰ δεισιδαίμων ἢ φθονερὸς πυνθάνονται ὁ δεσπότης, ἀλλ' εἰ ὀργίλος.

B β'. Τὸν φθόνον ἔνιοι τῷ καπνῷ εἰκάζουσι· πολὺς γὰρ ἐν τοῖς ἀρχομένοις ὤν, ὅταν ἐκλαμφθῶσιν, ἀφανίζεται. Ἥκιστα γοῦν τοῖς πρεσβυτέροις φθονοῦσιν.

γ'. Ἱππίας λέγει δύο εἶναι φθόνους· τὸν μὲν δίκαιον, ὅταν τις τοῖς κακοῖς φθονῇ τιμωμένοις· τὸν δὲ ἄδικον, ὅταν τοῖς ἀγαθοῖς. Καὶ διπλῶ τῶν ἄλλων οἱ φθονεροὶ κακοῦνται· οὐ γὰρ μόνον τοῖς οἰκείοις κακοῖς ἄχ-
C θονται, ὥσπερ ἐκεῖνοι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς.

δ'. Ἱππίας φησὶν, ὅτι δεινόν ἐστιν ἡ διαβολία, οὕτως ὀνομάζων· ὅτι οὐδὲ τιμωρία τις κατ' αὐτῆς γέγραπται ἐν τοῖς νόμοις, ὥσπερ τῶν κλεπτῶν· καί τοι ἄριστον ὂν κτῆμα τὴν φιλίαν κλέπτουσιν· ὥστε ἡ ὕβρις κακοῦργος οὖσα, δικαιοτέρα ἐστὶ τῆς διαβολῆς, διὰ τὸ μὴ ἀφανὴς εἶναι.

A. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΔΙΑΒΟΛΗΣ.] In Stob. Serm. xx. p. 174. præcedente loco cum ſimplici inſcriptione *Plutarchi*, ſumto ex libro περὶ ἀοργησίας p. 458. F. ſequitur hic Οἱ νεώνητοι κ. τ. λ. addito in Geſn. *Ejuſdem in libro de Calumnia.* Valde conſentit locus ex eodem περὶ ἀοργησίας libro p. 462, A.

B. 1. β'.] Apud Stob. Serm. xxxviii. p. 224. annotato, *Plutarchi in libro de Calumnia.* Idem fere eſt uſque ad ἀφανίζεται, in Opp. Moral. p. 787, C.

B. 2. ἐκλαμφθῶσιν] Legendum, ἐκλάμψωσιν, ut loco memorato Opp. Moral.

B. 4. γ'.] Ibidem deinceps, addito in Geſneriana *Ibidem.*

C. 2. δ'.] Apud Stob. Serm. xl. p. 238.

I. SERVI recens emti non quærunt an ſuperſtitioſus aut invidus ſit herus, ſed an iracundus.

II. Invidiam nonnulli fumo comparant. Quum enim ab initio abundet, mox illuſtratis illis, quibus invidetur, evaneſcit. Proinde ſenibus minime invidetur.

III. Hippias duplicem, ait, eſſe invidiam: juſtam quidem, cum quis invidet improbis honoratis: injuſtam, cum bonis. Et invidi duplo magis quam ceteri ſunt calamitoſi; non enim ſolum propriis malis gravantur, ſed et alienis quoque bonis.

IV. Hippias inquit, graviſſimam eſſe rem calumniam, (διαβολίαν eam nominans) quia neque pœna adverſus eam ſancita eſt legibus ut adverſus fures; licet calumnia optimam noſtrarum poſſeſſionum, amicitiam, furentur: itaque contumeliam, quamvis malefica ſit, juſtiorem eſſe calumnia, propterea quod non in occulto lateat.

ΚΔ. A

ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΙΣΧΥΟΣ.

XXIV.

EX LIBRO CONTRA VIRES CORPORIS.

ΤΙ δαί σοι τοιοῦτον ἀγαθὸν εὐτυχεῖται μᾶλλον, ὡς ἕνεκα τούτου μητρυιὰν μὲν τῶν ἀνθρώπων, μητέρα δὲ τῶν ἀλόγων ζώων γεγενῆσθαι τὴν φύσιν, μεγέθους καὶ ὀξύτητος καὶ ὀξυωπίας χάριν; Ἡ δὲ ἀνθρώπων B
ἴδιος ἰσχὺς ὁ ψυχῆς ἐστὶ λογισμὸς, ᾧ καὶ ἐλέφαντας ὑπὸ δρυμὸν εἷλε ποδάγραις, καὶ ἵππους ἐχαλίνωσε, καὶ βόας ἀρότροις ὑπέζευξε, καὶ τὰ ἐναέρια κατέσπασε καλάμοις, καὶ τὰ βύθια δεδυκότα δικτύοις ἀνήγαγε· τοῦτ' ἐστὶν ἰσχύς. Ἡ δ' ἔτι μείζων, ὅταν γῆς περιόδους, καὶ οὐρανοῦ μεγέθη, καὶ ἀστέρων κύκλους διώκουσα, μὴ κάμῃ. Ταῦτ' ἦν Ἡρακλέους ἄξια. Τίς γὰρ οὐκ ἂν βούλοιτο μᾶλλον Ὀδυσσεὺς εἶναι ἢ Κύκλωψ.

A. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΤΗΣ ΤΟΥ ΣΩΜΑΤΟΣ ΙΣΧΥΟΣ.] Apud Stob. Serm. lii. p. 359. addito in Gesn. titulo, *Plutarchi ex libro contra vires corporis*, unde Græcum reddidimus. Fabricius B. G. III. p. 370, titulum libri edidit περὶ κράτους τοῦ σώματος, nescio qua auctoritate.

QUÆNAM tibi præ aliis tanta felicitas obtigit; ut ejus gratia hominibus natura exstiterit noverca, brutis vero mater, quod ad magnitudinem, celeritatem, et aciem visus attinet? At hominum propria vis in animi ratione consistit, qua et elephantes in sylvis artificio pedicarum capit, frenat equos, subjugat boves aratris, volucria dejicit arundinibus, et in profundo submersa retibus extrahit. Hæc est vis. Sed multo etiam major, quum ambitus terræ, cœli magnitudines, et stellarum circulos persequendo non defatigatur. Hæc erant Hercule digna. Quis enim non Ulysses, quam Cyclops, esse malit.

A

ΚΕ.

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.

XXV.

EX LIBRO DE AMORE.

α'. ΤΩΝ Μενάνδρου δραμάτων ὁμαλῶς ἁπάντων ἓν συνεκτικόν ἐστιν ὁ ἔρως, οἷον πνεῦμα κοινὸν διαπεφυκώς. Ὃν οὖν μάλιστα
B θιασώτην τοῦ θεοῦ καὶ ὀργιαστὴν τὸν ἄνδρα συμπεριλαμβάνομεν εἰς τὴν ζήτησιν· ἐπεὶ καὶ λελάληκεν περὶ τοῦ πάθους φιλοσοφώτερον. Ἄξιον γὰρ θαύματος φῆσαι τὸ περὶ τοὺς ἐρῶντας, ὥσπερ ἔνεστιν ἅμα λαλεῖ· εἶτα ἀπορεῖ καὶ ζητεῖ πρὸς ἑαυτὸν,

Τίνι δεδούλωταί ποτε;
Ὄψει; φλύαρος· τῆς γὰρ αὐτῆς πάντες ἂν
C Ἥρων· κρίσιν γὰρ τὸ βλέπειν ἴσην ἔχει.
Ἀλλ' ἡδονή τις τοὺς ἐρῶντας ἐπάγεται
Συνουσίας; πῶς οὖν ἕτερος ταύτην ἔχων
Οὐδὲν πέπονθεν, ἀλλ' ἀπῆλθε καταγελῶν,
Ἕτερος ἀπόλωλε; καιρός ἐστιν ἡ νόσος
Ψυχῆς· ὁ πληγεὶς δ' εἴσω δὴ τιτρώσκεται.

A. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΕΡΩΤΟΣ.] Hunc titulum ſuſcepi ex Latino Geſnerianæ Editionis ad α. et δ. et ε. Nam duobus reliquis locis β et γ alius eſt titulus. Credo hos quinque locos eſſe petitos ex eodem libro πρὸς τοὺς ἐρῶντας, qui memoratur in Catalogo Lampriæ MS. Venet.

A. 5. α'.] Apud Stob. Serm. lxi. p. 393. annotatum in margine *Plutarchi de Amore.*

A. 6. Ὃν οὖν—συμπεριλαμβάνομεν] Forte, Οὐκοῦν—συμπαραλαμβάνοιμεν. In Pariſ. A. deeſt μάλιστα.

B. 3. θαύματος—λαλεῖ] Forte, θαύματος, φησὶ, τὸ περὶ τοῦ ἔρωτος, ὅθεν γένεσιν ἄρα λαμβάνει: itaque verti.

B. 5. Τίνι δὲ δεδούλωται] Hic et proximus verſus, vulgo male diſtincti, ex Bentleii ſententia Emend. in Menandr. p. 83. a nobis exhibentur. Latinam interpretationem Grotii addidi ex Dict. Poetar. p. 258.

C. 6. δ' εἴσω δὴ] Grotius conjicit, ὡς ἔδει: Bentleius, δ' εἰσβολῇ, quod minus etiam placet. Forte legendum, δ' εἰς ὃ δεῖ. Conferatur Notula noſtra ad Opp. Moral. p. 763, B.

I. MENANDRI fabularum ex æquo omnium una eſt vis qua contineantur, Amor, tamquam communis quidam ſpiritus per eas permeans. Quidni igitur virum, ut hujus Dei cultorem et ſacerdotem, noſtræ diſputationis ſocium aſſumamus, præſertim quum ad quamdam philoſophiæ rationem de hoc affectu locutus ſit. *Operæ pretium eſt*, inquit, *mirari Amoris negotium unde tandem ortum capiat:* deinde dubitat et quærit ſecum ipſe,

Nugæ! vultus quomodo
Quemquam ſubigeret? omnes unam, id ſi foret,
Amarent, quando aſpectus judicium eſt idem.
At forte amantem illecebræ conſuetudinis
Trahere putantur? Atqui eadem utentium
Alter nil triſte patitur, quin videns abiit:
Alter diſperiit. Morbus animi occaſio eſt:
Hæc ſi quem, ut oportet, feriit, is vulnus trahit.

Ταῦτα τίνα ἐστὶ σκεψώμεθα· καὶ γὰρ ἔχει τι κρουστικὸν καὶ κινητικὸν αἴτιον· A μήτε τὴν συνουσίαν αἰτίαν εἶναι πιθανόν ἐστι· ἀρχαὶ γὰρ αὐταί τινες ἴσως, ἡ δὲ ἰσχὺς καὶ ῥίζωσις τοῦ πάθους ἐν ἑτέροις. Ἡ δ' ἀπόδειξις ἐλαφρὰ καὶ οὐδ' ἀληθής. Οὐ γὰρ ἔχει κρίσιν τὸ βλέπειν, ὥσπερ οὐδὲ τὸ γεύεσθαι. Καὶ γὰρ ὄψις ὄψεως, καὶ ἀκοῆς ἀκοὴ, φύσει τε μᾶλλον διήρθρωται, καὶ τέχνη συγγεγύμνασται πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ διάγνωσιν· ἐν μὲν ἁρμονίαις καὶ μέλεσιν αἱ τῶν μουσικῶν· ἐν δὲ μορφαῖς καὶ ἰδέαις αἱ τῶν ζώων φρένες· B ὥσπερ εἰπεῖν ποτε Νικόμαχον λέγουσι πρὸς ἄνθρωπον ἰδιώτην, φήσαντα μὴ καλὴν αὐτῷ φανῆναι τὴν Ζεύξιδος Ἑλένην, Λάβε, γάρ ἔφη, τοὺς ἐμοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ θεός σοι φανήσεται. Πολὺ δὲ καὶ μυρεψοὶ περὶ τὰ ὀσφραντὰ, καὶ νὴ Δία ὀψοποιοὶ περὶ τὰ γευστὰ, διὰ τριβὴν καὶ συνήθειαν διαφέρουσιν ἡμῶν κρίσιν ἔχουσι. Πάλιν δὲ τὸ συνουσίᾳ τὸν ἔρωτα μὴ κρατεῖσθαι διὰ τὸ τῇ αὐτῇ συγγενόμενον ἄλλον ἀπαλλαγῆναι καὶ καταφρονῆσαι, C τοιοῦτόν ἐστιν, οἷον εἰ λέγοι τις, μηδὲ χυμῶν ἡδονῇ δεδουλῶσθαι Φιλόξενον τὸν ὀψοφάγον, ὅτι τῶν αὐτῶν Ἀντισθένης γευσάμενος, οὐδὲν ἔπαθε τοιοῦτον· μηδὲ ὑπὸ οἴνου μεθύειν Ἀλκιβιάδην, ὅτι Σωκράτης πίνων τὸν ἴσον οἶνον ἐνήφεν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐάσωμεν· τὰ δ' ἐφεξῆς ἐν

A. 1. καὶ γὰρ ἔχει] Locus mutilus, forte ita supplendus: Μήτε οὖν τὴν γένεσιν τοῦ ἔρωτος μόνῃ τῇ ὄψει ἀποδῶμεν, καίπερ ἔχει τι κρουστικόν. Vulgo est, τινὰ—αἰτίαν, quod mutavi in τι—αἴτιον, ex Parif. A. Vertendo expressimus.

A. 4. ἔχει κρίσιν] Addendum ἴσην, ut monuit Gesnerus.

B. 1. ζώων φρένες] Legendum, ζωγράφων, ut monuit Gesnerus.

B. 3. γὰρ ἔφη] Addidimus ex Parif. A.

B. 4. Πολὺ δὲ] Sic Parif. A. Vulgo, πολλοὶ δέ.

C. 1. ἄλλον ἀπαλλαγῆναι] Forte, ἄλλον μὲν δουλοῦσθαι, ἄλλον δὲ ἀπαλλαγῆναι.—. quod vertendo reddidit Gesnerus.

Hæc, age, cujusmodi sint consideremus. Amoris ortus nec soli visui tribuendus videtur, quamquam habet oculorum sensus nonnihil ad movendum percutiendumque efficaciæ. Neque etiam probabile est, ejus caussam esse coitum. Ambo illa sunt fortasse Amoris quædam initia: at ut radices agat et confirmetur, id vero aliis continetur caussis. Ceterum demonstratio Menandri levis et falsa est. Neque enim visus apud omnes homines æquale habet judicium, ut neque gustus. Nam visus visu, auditus auditu, vel natura perfectior est, vel exercitatior arte, ad discernendum meliora. Hinc est quod Nicomachus ad rudem quemdam, qui sibi Zeuxidis Helenam non pulchram videri dixerat, ita respondit, *Sume*, inquit, *meos oculos, et dea tibi videbitur.* Quin et unguentarii in judicio odorum, coqui in saporum, propter usum et consuetudinem nos multum superant. Jam altera Menandri ratio, qua efficere vult, Amorem non contineri coitu, quoniam ex duobus cum eadem congressis muliere, alter irretiatur, alter liber et contemnens abeat: hoc igitur perinde est ac si dicas Philoxenum heluonem voluptate saporum non fuisse captum, quod Antisthenes iisdem gustatis non similiter affectus fuerit: aut Alcibiadem non ebrium fuisse vino, quia Socrates tantumdem bibens sobrius manserit. Sed hæc missa faciamus, et sequentia perpendamus in quibus jam suam ipse sen-

A οἷς ἤδη τὴν αὑτοῦ δόξαν ἀποφαίνεται, σκοπῶμεν. Καιρός ἐστιν ἡ νόσος ψυχῆς. Εὖ καὶ ὀρθῶς. Δεῖ γὰρ ἅμα τοῦ πάσχοντος εἰς ταυτὸ καὶ τοῦ ποιοῦντος ἀπάντησιν γενέσθαι, πρὸς ἄλληλά πως ἐχόντων· ὡς ἄκυρον εἰς τὴν τοῦ τέλους ἀπεργασίαν ἡ δραστικὴ δύναμις, ἂν μὴ παθητικὴ διάθεσις ᾖ. Τοῦτο δὲ εὐστοχίας ἐστὶ καιροῦ τῷ παθεῖν ὁμοῦ πως συνάπτοντος ἐν ἀκμῇ τὸ ποιεῖν πεφυκός.

B β'. Οἱ μὲν γὰρ νοῦν τὸν ἔρωτα, οἱ δ' ἐπιθυμίαν, οἱ δὲ μανίαν, οἱ δὲ θεῖόν τι κίνημα ψυχῆς καὶ δαιμόνιον, οἱ δὲ ἄντικρυς θεὸν ἀναγορεύουσιν. Ὅθεν ὀρθῶς ἐνίοις ἔδοξε τὸ μὲν ἀρχόμενον ἐπιθυμίαν εἶναι, τὸ δ' ὑπερβάλλον μανίαν, τὸ δὲ ἀντίστροφον φιλίαν, τὸ δὲ ταπεινότερον ἀρρωστίαν, τὸ δ' εὐημεροῦν ἐνθουσιασμόν. Διὸ καὶ πυρφόρον αὐτὸν οἵ τε ποιηταὶ λέγουσιν, οἵ τε πλάσται καὶ γραφεῖς δημιουργοῦσιν· ὅτι καὶ τοῦ πυρὸς τὸ μὲν
C λαμπρὸν ἥδιστόν ἐστιν, τὸ δὲ καυστικὸν ἀλγεινότατον.

γ'. Ὥσπερ γὰρ τοὺς φίλους ὑγιαίνοντας μὲν ἂν πλημμελῶσιν ἐξελέγχειν καὶ νουθετεῖν κράτιστόν ἐστιν, ἐν δὲ ταῖς παρακοπαῖς καὶ τοῖς φρενιτισμοῖς εἰώθαμεν μὴ διαμάχεσθαι μηδὲ ἀντιτείνειν, ἀλλὰ καὶ συμπεριφέρεσθαι καὶ συνεπινεύειν· οὕτω τοὺς δι' ὀργὴν ἢ πλεονεξίαν ἁμαρτάνοντας

A. 5. ἐστὶ καιροῦ] Sic Parif. A. et Trincav. Perperam Gefneriana μὲν καιροῦ.
A. 5. ὁμοῦ πως] Ita correxi vulgatum ἐμοί πως: poffit etiam corrigi ἑτοίμῳ. Parif. A. habet ἐμοί γε πως.
B. 1. β'.] Apud Stob. Serm. lxii. p. 403. Ed. Gefn. cum nota in margine, *Ex Plutarcho, quod Amor non fit judicium.* In Trincav. Ἐκ τῶν Πλουτάρχου ὅτι οὐ κρίσις δ' ἔρως. Exftat etiam in Arfenii Violeto MS. unde hunc locum edidit Matthæi, Vir Cl. ad calcem Plutarch. De Vitiofo Pud. p. 128.
C. 2. γ'.] Apud Stob. antecedenti deinceps fubjectum: addita nota in margine apud Gefn. *Ibidem:* in Trincavelliana, ἐν ταυτῷ.

tentiam aperit. *Tempus, five occafio, hunc animi morbum parit,* inquit. Bene recteque dictum. Oportet enim concurfum et conjunctionem fieri agentis et patientis certa quadam ratione et habitu ad fe invicem affectorum. Nam facultas agendi nullam vim habet ad efficiendum finem, nifi in patiente infit idonea ad patiendum affectio ac difpofitio. Atqui hoc eft opportuni temporis, quod alteri ad patiendum difpofito ac parato, jungit in ipfo articulo et vigore alterum idoneum natumque ad agendum.

II. Alii Amorem prædicant effe mentem, alii cupiditatem, alii infaniam, alii divinum quemdam ac numinis motum, alii plane Deum. Igitur recte nonnullis vifum eft, ejus initium effe cupiditatem; exceffum, infaniam: mutuam remunerationem, amicitiam: humilitatem, ægrotationem: profperum fucceffum, divinum inftinctum, quem enthufiafmum vocant. Quare igniferum eum et poëtæ dicunt, et ftatuarii pictorefque faciunt; quia ignis pars fplendens, fuaviffima eft; urens, moleftiffima.

III. Prouti enim amicos, fanos quidem, fi peccaverint, redarguere et admonere optimum eft, delirio autem aut furore captis non pugnare neque adverfari folemus, fed nos iis accommodare et annuere: ita eos quia per iram aut avaritiam delinquunt, libertate fermonis coercere et inhi-

ἀνακόπτειν τῇ παρρησίᾳ δεῖ καὶ κωλύειν, τοῖς δ' ἐρῶσιν, ὥσπερ νοσοῦσι, A
συγγνώμην ἔχειν. Διὸ κράτιστον μὲν ἐξ ἀρχῆς τοιούτου πάθους σπέρμα
μὴ παραδέχεσθαι μηδὲ ἀρχήν· ἂν δ' ἐγγένηται, ἴθι ἐπὶ ἀποτροπαίων βωμοὺς θεῶν, κατὰ Πλάτωνα, ἴθι ἐπὶ τὰς τῶν σοφῶν ἀνδρῶν συνουσίας· ἐξέλασον αὐτοῦ τὸ θηρίον πρὶν ὄνυχας φῦσαι καὶ ὀδόντας· εἰ δὲ μή, μαχέσῃ τελείῳ κακῷ, τὸ παιδίον τοῦτο καὶ νήπιον ἐναγκαλιζόμενος. Τίνες
δέ εἰσιν οἱ τοῦ ἔρωτος ὄνυχες καὶ ὀδόντες; ὑποψία, ζηλοτυπία. Ἀλλὰ B
ἔχει τι πιθανὸν καὶ ἀνθηρόν; Ἀμέλει καὶ ἡ σφίγξ εἶχεν ἐπαγωγὸν τὸ ποίκιλμα τοῦ πτεροῦ, καὶ

Εἰ μὲν πρὸς αὐγὰς ἡλίου, χρυσωπὸν ἦν
Νώτισμα θηρός· εἰ δὲ πρὸς νέφη βάλοι,
Κυανωπὸν, ὥς τις Ἶρις, ἀνταυγεῖ σέλας.

Οὕτω δὴ καὶ ὁ ἔρως ἔχει τι χάριεν καὶ οὐκ ἄμουσον, ἀλλὰ αἱμύλον καὶ C
ἐπιτερπές· ἁρπάζει δὲ καὶ βίους, καὶ οἴκους, καὶ γάμους, καὶ ἡγεμόνας, οὐκ αἰνίγματα προβάλλων, ἀλλ' αὐτὸς αἴνιγμα δυσεύρετον ὢν καὶ δύσλυτον. Εἰ βούλοιτό τις προτείνειν, τί μισεῖ καὶ φιλεῖ, τί φεύγει καὶ διώκει, καὶ ἀπειλεῖ καὶ ἱκετεύει, τί ὀργίζεται καὶ ἐλεεῖ, βούλεται παύσασθαι καὶ οὐ βούλεται, τί χαίρει τῷ αὐτῷ μάλιστα καὶ ἀνιᾶται, τοῦτο λῦσαι καὶ θεραπεῦσαι. Τῆς

A. 3. παραδέχεσθαι] Sic Paris. A. Vulgo, παρέχεσθαι.
A. 4. ἐξέλασον αὐτοῦ] Forte, ἐξέλασον σαυτοῦ ut Gesnerus etiam monuit.
C. 2. ἡγεμόνας] Forte, ἡγεμονίας.
C. 6. τοῦτο λῦσαι καὶ θεραπεῦσαι.] Et corrupta hæc sunt, et quædam præterea excidisse videntur. Forte reponendum, τὸ αὐτὸ λυμαίνεται καὶ θεραπεύει· τοὺς λύοντας ἀπαγορεύειν ποιήσει. Ita quidem verti.

bere oportet, amantibus vero, tamquam ægris, veniam dare. Igitur statim ab initio optimum fuerit, neque semen neque initium hujus affectus recipere: quod si tamen receptum natumve fuerit, adito Deorum altaria averruncatorum, secundum Platonem, adito sapientium virorum colloquia et consuetudines: expelle bestiam prius quam dentes ei unguesque procreverint: sin minus adulto pugnabis malo, quando jam parvulum et infantem ulnis amplecteris. Sed qui sunt Amoris ungues ac dentes? Suspicio, rivalitas et obtrectatio. At habet Amor aliquid blandum, alliciens, floridum? Profecto etiam Sphinx illecebrosam habuit alarum varietatem, et

Ad solis radios si converteret fera
Dorsum, color erat aureus: quum nubibus
Obtenderet, cæruleus instar Iridis.

Sic etiam Amor, habet quiddam gratiosum nec inelegans, sed blandum et jucundum: rapit autem vitas, familias, nuptias, imperia, non ænigmata proponens, sed ipse ænigma inventu solutuque difficile existens. Si quis enim hujusmodi ænigma proponat, Quid sit quod simul et oderit et amet, fugiat et persequatur, minetur et supplicet, irascatur et misereatur, desinere velit et nolit, eadem re maxime et gaudeat et doleat, eidem et damnum adferat et curam medicinamque adhibeat: is sane aliquid proponat in quo solvendo alii deficiant.

A μὲν γὰρ σφιγγὸς τὸ αἴνιγμα τὰ πλεῖστα καὶ πεπλασμένα ἔχει· οὔτε γὰρ τρίπους ὁ γέρων ἀληθῶς, εἰ προσείληφε τοῖς ποσὶ βοηθεῖν· οὔτε τετράπους ὁ νήπιος, ἐπεὶ ταῖς χερσὶν ὑπερείδει τὴν τῶν βάσεων ὑγρότητα καὶ ἀσθένειαν. Τὰ δὲ τῶν ἐρώντων πάθη ἀληθῆ· στέργουσιν, ἐχθραίνουσι τὸν αὐτὸν ποθοῦσιν ἀπόντα, τρέμουσι παρόντα· κολακεύουσι, λοιδοροῦσι, προαποθνήσκουσι, φονεύουσιν, εὔχονται μὴ φιλεῖν, καὶ παύσασθαι φιλοῦντες οὐ
B θέλουσι· σωφρονίζουσι καὶ πηρῶσι· παιδεύουσι καὶ διαφθείρουσιν· ἄρχειν θέλουσι, καὶ δουλεύειν ὑπομένουσι. Τοῦτο αἴτιον γέγονε μάλιστα τοῦ μανίαν ὑποληφθῆναι τὸ πάθος·

Ἤρων· τὸ μαίνεσθαι δ᾽ ἄρ᾽ ἦν ἔρως βροτοῖς·

ἐρωτικὸς ἀνὴρ Εὐριπίδης φησίν.

δ΄. Ὁ ἔρως, οὔτε τὴν γένεσιν ἐξαίφνης λαμβάνει καὶ ἀθρόαν, ὡς ὁ
C θυμός· οὔτε παρέρχεται ταχέως, καίπερ εἶναι πτηνὸς λεγόμενος· ἀλλ᾽ ἐξάπτεται μαλακῶς, καὶ σχεδὸν οἷον ἐκτήκων ἑαυτόν· ἁψάμενός τε τῆς ψυχῆς παραμένει πολὺν χρόνον, οὐδ᾽ ἐν γηρῶσιν ἐνίοις ἀναπαυόμενος, ἀλλὰ ἐν πολιαῖς ἀκμάζων ἔτι πρόσφατος καὶ νεαρός. Ἂν δὲ καὶ λήξῃ καὶ διαλυθῇ, χρόνῳ μαρανθεὶς, ἢ λόγῳ τινὶ κατασβεσθεὶς, οὔπω παντάπασιν ἐξαπήλλακται τῆς ψυχῆς· ἀλλ᾽ ἐναπολείπει πυρίκαυτον ὕλην, καὶ σημεῖα

A. 2. βοηθεῖν] Forte, βοηθείαν: vel βακτηρίαν, quod ipſum poſt εἰ addendum judicavit Geſnerus.

B. 1. πηρῶσι] Legendum, πειρῶσι.

B. 6. δ΄.] Antecedenti deinceps proximum: ſub titulo *Ejuſdem de Amore* apud Geſn. apud Trincav. τοῦ αὐτοῦ περὶ ἔρωτος.

C. 2. ἐκτήκων] Forte ἐντήκων ut et Geſnerus voluit.

Nam et Sphingis ænigma plurimas partes continet fictas. Neque enim tripes eſt ſenex, ſi baculum aſſumat auxilium pedum: nec infans eſt quadrupes, quia pedum mollitiem et infirmitatem manibus fulcit. At amantum affectus veri ſunt: amant, oderunt: eumdem abſentem deſiderant, præſentem metuunt: adulantur, conviciantur: moriuntur pro amato, eumdem interficiunt: optant non amare, deſinere amare nolunt: caſtum eſſe jubent amatum, ejuſdem pudicitiam tentant: docent eumdem et corrumpunt: imperare volunt, et ſervire ſuſtinent. Hæc maxime eſt cauſſa, cur hic affectus pro inſania habeatur:

Amabam: hominibus ſcilicet furor eſt amor:

inquit amatorius vir Euripides.

IV. Amor neque ſubito ac totus ſimul gignitur, ut ira: neque ſtatim tranſit, quamquam alatus eſſe dicitur: ſed leniter ac ſenſim accenditur, ac veluti ſe ipſe liquefaciens atque ita inſinuans: at quando animum tetigit, diu permanet ita ut ne in ſenibus quidem nonnullis deſinat, adhuc in canis vigens tamquam recens et juvenilis. Quod ſi vero etiam deſierit ac ſolutus fuerit, ſive tempore marceſcens, ſive ratione quadam extinctus, non tamen omnino deſerit animum: ſed exuſtam igne materiam relinquit, et ſigna calida, prouti ful-

θερμὰ, καθάπερ οἱ κεραυνοὶ τυφόμενοι. Λύπης μὲν γὰρ οὐδὲν ἀπαλλαγείσης ἴχνος ἐν τῇ ψυχῇ παραμένει συνοικοῦν, οὐδ' ὀργῆς τραχείας πεσούσης, στέλλεται δὲ καὶ φλεγμονὴ ἐπιθυμίας παρεχούσης τραχὺ κίνημα· τὰ δὲ ἐρωτικὰ δήγματα, κἂν ἀποστῇ τὸ θηρίον, οὐκ ἐξανίησι τὸν ἰόν· ἀλλ' ἐνιδροῖ τὰ ἐντὸς σπαράγματα, καὶ ἀγνοεῖται τί ἦν, πῶς συνέστη, πόθεν εἰς τὴν ψυχὴν ἐνέπεσεν. A

ε'. Καὶ τοὺς καλοὺς ὁρᾶν μὲν ἐπιτερπέστατον, ἅψασθαι δὲ καὶ λαβεῖν οὐκ ἀκίνδυνον· μᾶλλον δὲ, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, τὸ μὲν πῦρ τοὺς ἁψαμένους καίει μόνον, οἱ δὲ καλοὶ καὶ τοὺς μακρὰν ἑστῶτας ὑφάπτουσιν· ἡ γὰρ ὄψις λαβὴ τοῦ πάθους ἐστί. B

B. 1. ε'.] Apud Stob. Serm. lxiv. p. 410. ſub nota apud Geſn. *Plutarchi in libro de Amore:* apud Trincav. ſimpliciter Πλουτάρχου.

mina in fumum ſoluta. Doloris quidem præteriti nullum in animo manet veſtigium, neque iræ quamvis aſperæ ſemel dilapſæ: componitur etiam inflammatæ ardor cupiditatis, quamvis aſperum excitantis motum. At amatorii morſus, licet beſtia diſceſſerit, non remittunt virus: ſed exſudant interna vulnera: et quid rei ſit, quomodo natum, unde in animum illapſum, ignoratur.

V. Formoſos intueri jucundiſſimum eſt, tangere et capere periculoſum: immo, ut ait Xenophon, ignis ſolos tangentes urit: pulchri etiam eos qui procul ſtant inflammant. Viſus enim eſt anſa amoris.

A

Κϛ.

ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΟΥΣ.

XXVI.

PRO PULCHRITUDINE.

α'. ΤΙ γάρ; οὐ σύνθετον φύσις ἀνθρώπων ἐκ σώματος καὶ ψυχῆς; ἢ θάτερον ἀρκοῦν ἡμῖν; καὶ πῶς οἷόν τε; τὸ μὲν γὰρ οὐκ ἂν
B εἴη μὴ χρώμενον ψυχῇ· ψυχὴ δ' οὐκ ἂν εἴη μὴ ἔχουσα τὸ συνερεῖδον. Τί οὖν; ὥσπερ ἐξ ἴσου κοσμεῖται ἑκάτερα τοῖς συγγενέσιν, ἡ μὲν δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ φρονήσει, τὸ δὲ ἰσχύϊ καὶ κάλλει καὶ ὑγιείᾳ· καὶ πῶς οὐ θαυμαστὸν, λέγειν τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ, τὰ τοῦ σώματος ὑπερφρονοῦντα;

β'. Ἡ γοῦν τοῦ σώματος εὐμορφία, ψυχῆς ἐστιν ἔργον σώματι χαριζομένης δόξαν εὐμορφίας. Πεσέτω γοῦν θανάτῳ τὸ σῶμα, καὶ τῆς ψυχῆς
C μετῳκισμένης, οὐ στάσις, οὐ χρῶμα, οὐκ ὀφθαλμὸς, οὐ φωνή· οὐδὲν ἔτι καταλείπεται τῶν ἐρασμίων, προδεδομένον ὑπὸ τῶν ἀρχαίων οἰκητόρων. Ὥστε καὶ τὴν ψυχὴν συνυβρίζεις λανθάνων, ἧς ἐστιν ἀνθρώπου κάλλος.

A. 2. ΥΠΕΡ ΚΑΛΛΟΥΣ.] Apud Stob. Serm. lxiii. cui titulus eſt ὑπὲρ κάλλους, p. 408, hac in margine addita nota *Plutarchi pro Pulchritudine:* quo nomine utrum peculiaris quidam Plutarchi libellus, an argumentum hujus duntaxat loci ex titulo Sermonis Stobæani ſignificetur, incertum eſt. In Trincav. nil additum niſi Πλουτάρχου.

A. 6. καὶ πῶς] Delendum καί, ut loco nexus conſtet.

B. 5. β'.] Apud Stob. ibidem: præcedenti loco deinceps ſubjectum, addito in margine *ibidem.* Item in Violeto Arſen. unde edidit Matthaei ad calcem Plut. Vitioſ. Pud. p. 129. In Trincav. nil additum.

I. QUID enim? Nonne ex animo et corpore compoſita eſt hominis natura? An vero alterutrum nobis ſufficit? At quomodo hoc fieri poſſit? Corpus enim eſſe nequeat, niſi animo utatur: animus item eſſe nequeat, niſi habeat fulcrum quo nitatur. Quid igitur? Quum utrumque ornetur cognatis ſibi dotibus, animus juſtitia, temperantia, prudentia, corpus robore, forma, ſanitate; quomodo non mirum ſit, animi dotes pulchras appellare, corporis dotes contemnere.

II. Corporis pulchritudo eſt opus animi gratificantis corpori opinionem pulchritudinis. Concidat igitur corpus morte, migrante animo; nec ſtatus, nec color, nec oculus, nec vox, nil quidquam amplius relinquitur amabile, deſertum quippe ac proditum a veteribus habitatoribus. Igitur corporis formam culpans, animi ſimul pulchritudini imprudens injuriam facis.

γ΄. Ἀλλὰ μὴν, ὥσπερ ἔφην, οὐδὲν τῶν ἄλλων κινδύνων γένεσίς ἐστιν, A ἀλλὰ μόνου τοῦ σώματος. Τὰ μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς κάλλη, καὶ σωτηρίας ἐλπίδες εἰσί· φρόνησις, εὐσέβεια, δικαιοπραγία, καὶ τὸ παιδείας εὐπρόσωπον κάλλος, οἴκου καὶ πόλεως καὶ ἐθνῶν, ἀθόρυβος εἰρήνη διατελεῖ γινομένη· ἡ δὲ γυναικῶν εὐμορφία ἀφορμὴ τοῖς πάθεσι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις.

A. 1. γ΄.] Apud Stob. Serm. lxiv. cui titulus κατὰ κάλλους, p. 410. Huic loco non niſi *Plutarchi* adſcriptum in Geſn. et Trincav. Ex eodem ac ſuperiores loci, libro ſumtus videtur; igitur illis hunc ſubjecimus.

A. 1. οὐδὲν—σώματος] Deſidero hujuſmodi ſcripturam, οὐδὲν τῶν καλῶν, ἀλλ᾽ ἢ μόνα τὰ τοῦ σώματος, γένεσίς ἐστι κινδύνων. Senſum reddidi.

A. 2. καὶ σωτηρίας] Forte, καὶ σώματι σωτηρίας—.

A. 4. ἰθιῶν] Sic Pariſ. A. Vulgo, ἰθῶν.

III. Atqui, ut dixi, pulchra res nulla, niſi quæ corporis ſunt, periculorum eſt cauſſa. Nam animi pulchritudines, ſimul ſpem ſalutis continent: prudentia, pietas, juſtitia, et doctrinæ decora pulchritudo, ſtabilem ac tranquillam adfert pacem in familias, civitates, populos. At mulierum formoſitas, cauſſam præbet affectibus et cupiditatibus.

ΚΖ. B

ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ.

XXVII.

EX LIBRO DE IRA.

ΟΣΑ δὲ ὀργῇ χρώμενοι πράττουσιν ἄνθρωποι, ταῦτα ἀνάγκη τυφλὰ εἶναι καὶ ἀνόητα καὶ τοῦ παντὸς ἁμαρτάνειν. Οὐ γὰρ οἷόν τε ὀργῇ χρώμενον, λογισμῷ χρῆσθαι· τὸ δὲ ἄνευ λογισμοῦ ποιούμενον πᾶν ἄτεχνόν τε καὶ διεστραμμένον. Λόγον οὖν ἡγεμόνα χρὴ ποιησάμενον, οὕτως ἐπι-

B. 2. ΕΚ ΤΟΥ ΠΕΡΙ ΟΡΓΗΣ.] Apud Stob. Serm. xx. p. 175. ſolo *Plutarchi* addito nomine. At ex Pariſ. A. annotavit Grotius locum ex libro *De Ira* ſumtum eſſe. Vid. Notam noſtram ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 30. Hoc titulo librum Plutarchi memorat Index Lampriæ Num. 92. et Photius e Sopatro, cod. clxi.

QUÆCUMQUE homines per iram faciunt, ea neceſſe eſt, veluti cæca et cogitationis expertia, a tota re aberrare. Neque enim fieri poteſt ut, ubi ira, ibidem et ratione utamur. At quod ſine ratione fit, id omne ab arte alienum ac perverſum eſt. Igitur actionum noſtrarum ducem

A χειρεῖν τοῖς κατὰ τὸν βίον ἔργοις, τὰς ἑκάστοτε προσπιπτούσας ὀργὰς διορθούμενον καὶ διανέοντα ὥσπερ οἱ κυβερνῆται τὰ κύματα τὰ προσφερόμενα. Ἔστι γοῦν οὐκ ἔλαττον τὸ δέος, ὀργῆς ἀντιπρώρου κυλινδουμένης, αὐτὸν καὶ σύμπαντα οἶκον ἄρδην ἀπολέσαι καὶ ἀναστρέψαι μὴ διαπλεύσαντα δεξιῶς. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιμελείας εἰς αὐτὰ δεῖ καὶ μελέτης, ἧ καὶ μάλιστα ἁλίσκονται κατάκρας οἱ παραδεξάμενοι τὸν θυμὸν ὡς σύμμαχον ἀρετῆς,
B ἀπολαύοντες ὅσον αὐτοῦ χρήσιμόν ἐστιν ἔν τε πολέμῳ καὶ νὴ Δία ἐν πολιτείαις, τὸ πολὺ δὲ αὐτοῦ καὶ τὸ ἐπιπόλαιον ἐκκρίνειν καὶ ἐκβάλλειν τῆς ψυχῆς, ὅπερ ὀργή τε καὶ πικρία δι' ὀξυθυμίαν λέγεται, νομίσματα ἥκιστα ταῖς ἀνδρείαις ψυχαῖς πρέποντα. Τίς οὖν ἐν τῇ ἡλικίᾳ τούτων γίγνεται μελέτη; Ἐμοὶ δοκεῖ μάλιστ' ἂν ὧδε γίγνεσθαι, πόῤῥωθεν ἡμῶν προμελετώντων καὶ προαποπλούντων πλεῖστον, οἷον ἐν οἰκέταις τε καὶ πρὸς
C γυναῖκας τὰς γαμετάς. Ὁ γὰρ οἴκοι πρᾶος, καὶ δημοσίᾳ πρᾶος πολὺ μᾶλλον ἔσται, τοιοῦτος ἔνδοθεν καὶ ὑπὸ τοῦ οἴκοι πεποιημένος αὐτῷ τῆς αὐτοῦ ψυχῆς εἶναι ἀγαθός.

A. 1. διορθούμενον] Forte, διαθούμενον.
A. 4. σύμπαντα] Sic Parif. N. Vulgo, σύμπαν.
A. 4. ἀναστρέψαι] Forte, ἀνατρέψαι.
A. 5. μελέτης, ἧ] Forte μελέτης. Ἡ—. ſenſu eo quo vertimus. Sunt quædam omiſſa. Eſt reprehenſio Peripateticorum. Poſt ἐκβάλλειν ſupplendum κελεύοντες. Sed vel ſic aliquid deſideratur.
B. 2. ἐπιπόλαιον] Forte, ἐπιπολάζον.
B. 3. δι' ὀξυθυμίαν] Sententia requirit, καὶ ὀξυθυμία.
B. 3. νομίσματα] Forte ὀνόματα: ut monui ad Ser. Num. Vind. p. 31.
B. 6. καὶ προαποπλεόντων] Forte, ἐν οἷς προσομιλοῦμεν: ut monui ibidem.
C. 3. εἶναι ἀγαθός] Forte, παιδαγωγός. Olim addendum putabam προστάτης. Ruhnkenius vero corrigi volebat, πεποιημένος αὐτοέντης τῆς αὐτοῦ ψυχῆς εἶναι ἀγαθός. Vide ibidem.

debemus conſtituere rationem: atque ita demum ad vitæ negotia tractanda accedere: et iras quaſque nobis accidentes diſpellere ac tranſnatare, prouti gubernatores undas ingruentes. Neque enim minor nobis quam gubernatoribus debet eſſe naufragii metus; ne, irarum fluctibus ex adverſo contra nos ſe volventibus, et ipſi nos et totam familiam noſtram funditus perdamus ac ſubvertamus, niſi ſolerter ac prudenter navigemus. Igitur diligentia et exercitatione ad hanc rem opus eſt. Unde maxime et quaſi per arcem capiuntur, qui iram recipiunt tamquam ſociam et adjutricem virtutis, aſſumentes iræ tantum, quantum utile eſt in bello atque adeo in republica gerenda, quod autem nimium eſt et abundat ſecernere et ejicere ex animo jubentes, quippe quod iracundia acerbitas, proclivitas ad incandeſcendum vocetur, nomina minime decora fortibus animis. Quænam ergo horum tollendorum in adulta ætate exercitatio fieri poteſt? Hæc mihi ita maxime fieri videtur, ſi præmeditemur exerceamuſque nos in iis hominibus quibuſcum plurimum degimus veluti in famulis et uxoribus. Nam qui domi lenis eſt, multo magis publice talis erit; quum intus et in domeſticis ſe ita formet ut ſui ipſe animi bonus fiat moderator.

ΚΗ. A

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΓΕΓΟΝΕΝΑΙ ΚΑΤΑ ΠΛΑΤΩΝΑ ΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ.

XXVIII.

MUNDUM CONDITUM ESSE, STATUI A PLATONE.

ΟΓΕ μὴν οὗτοί τε κοινῇ, καὶ οἱ πλεῖστοι τῶν χρωμένων Πλάτωνι, φοβούμενοι καὶ παραλυπούμενοι, πάντα μηχανῶνται καὶ παραβιάζονται καὶ στρέφουσιν ὥς τι δεινὸν καὶ ἄῤῥητον οἰόμενοι δεῖν περικαλύπτειν καὶ B
ἀρνεῖσθαι τήν τε τοῦ κόσμου τήν τε τῆς ψυχῆς αὐτοῦ γένεσιν καὶ σύστασιν, οὐκ ἐξ ἀϊδίου συνεστώτων, οὐδὲ τὸν ἄπειρον χρόνον οὕτως ἐχόντων, ἰδίᾳ τε λόγου τέτευχε—.

A. 5. Ὅ γε μὴν—τέτευχε] Locus eſt Plutarchi in libro De Animi Procreatione ſecundum Platonis Timæum, p. 1013, D. Refertur ad Diſputationem perditam, cujus titulum præpoſuimus ex Lampriæ Catalogo Num. 64.

QUOD autem et hi communiter, et plerique Platonis ſtudioſorum, timentes et ægre ferentes, omnia moliuntur et vi pervertunt, putantes tamquam flagitioſam et infandam ſententiam debere occultari et negari, quæ Mundum ejuſque Animam non ab æterno conſtitutam fuiſſe, neque ab infinito tempore ita ut nunc eſt ſe habuiſſe, affirmat: id peculiari diſputatione explicitum eſt.—

A

ΚΘ.

ΠΕΡΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ ΠΡΟΣ ΧΡΥΣΙΠΠΟΝ.

XXIX.

DE JUSTITIA ADVERSUS CHRYSIPPUM.

α'. ὍΤΙ μὲν οὖν ἄτοπόν ἐστι τοὺς φιλοσόφους τὸν ἐναντίον λόγον οἰομένους δεῖν τιθέναι, μὴ μετὰ συνηγορίας, ἀλλ' ὁμοίως τοῖς δικολόγοις
B κακοῦντα, ὥσπερ οὐ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀλλὰ περὶ νίκης ἀγωνιζομένους, εἴρηται πρὸς αὐτὸν δι' ἑτέρων.

β'. Ἃ μὲν οὖν ῥητέον ὑπὲρ Πλάτωνος, ἐν ἄλλοις γέγραπται πρὸς αὐτόν.

A. 5. Ὅτι μὲν οὖν—ἑτέρων] Apud Plutarchum De Stoicorum Repugnantiis p. 1036, A. Significatur perditus liber, cujus titulum huic loco præfiximus ex Lampriæ Catalogo Num. 57.
B. 3. β'.] Ibidem p. 1040, D.

I. ENIMVERO abſurdum eſſe, ut philoſophi qui putent contrariam quoque ſententiam eſſe ſtabiliendam, id faciant non patrocinando, ſed labefactando ut cauſſidici, quaſi non veritatis, ſed victoriæ cauſſa, certetur, aliis in libris, contra eum, oſtendimus.

II. Alibi ea ſcripſimus quæ pro Platone dicenda ſunt adverſus Chryſippum.

Λ.

ΠΕΡΙ ΗΜΕΡΩΝ. A

XXX.

DE DIEBUS.

α'. ΠΕΡΙ δ' ἡμερῶν ἀποφράδων, εἴτε χρὴ τίθεσθαί τινας, εἴτε μή, ὀρθῶς Ἡράκλειτος ἐπέπληξεν Ἡσιόδῳ, τὰς μὲν ἀγαθὰς ποιουμένῳ, τὰς δὲ, φαύλας, ὡς ἀγνοοῦντι φύσιν ἡμέρας ἁπάσης μίαν οὖσαν, B ἑτέρωθι διηπόρηται.

β'. Ἀθηναῖοι τὴν περὶ Νάξον ἐνίκων ναυμαχίαν, ἧς Χαβρίας ἐστρατήγει, τοῦ Βοηδρομιῶνος περὶ τὴν πανσέληνον· ἐν δὲ Σαλαμῖνι περὶ τὰς εἰκάδας· ὡς ἡμῖν ἐν τῷ περὶ ἡμερῶν ἀποδέδεικται.

A. 2. ΠΕΡΙ ΗΜΕΡΩΝ.] Memoratur etiam in Lampriæ Catalogo Num. 114. MS. Venet. diſerte περὶ ἡμερῶν. At in vulgato, perperam cum antecedentis libri titulo continuatum legitur Num. 145. Αἰτίαι τῶν περιφερομένων Στωικῶν περὶ ἡμερῶν. Idem liber, ut alius, repetitur et cum ſequente libro confunditur, in vulgato Num. 189, in MS. Venet. Num. 155, περὶ ἡμερῶν μελετῶν φυσικῶν καὶ πανηγυρικῶν: niſi forte ſana eſt lectio, *Declamationes panegyricæ et phyſicæ de Diebus*, diverſus tamen liber ab illo περὶ ἡμερῶν.

A. 5. α', β'.] In Camillo, p. 137, F. 138, B. ubi plura forte ex hoc libro ſunt. Prior locus potius ex eodem libro eſt, quam e Comm. in Heſiod.

I. DE diebus nefaſtis habendi nec ne ſint, et an recte Heraclitus reprehenderit Heſiodum, alios bonos alios malos ſtatuentem et ignorantem cujuſvis diei eamdem eſſe naturam: alio loco diſputavimus.

II. Athenienſes apud Naxum, navali prælio vicerunt, duce Chabria, Boedromionis menſis circa plenilunium: ad Salaminem, vigeſimo: ut in Commentario De Diebus oſtendimus.

A

ΛΑ.

ΠΕΡΙ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΗΣ.

XXXI.

DE VENATIONE.

ΑΥΤΟΒΟΥΛΟΣ. Δέδια δή, ὦ φίλοι, μὴ καὶ τὸ τῆς κυνηγεσίας ἐγκώμιον ἐχθὲς ἀνεγνωσμένον, ἐπάρῃ τοῦ μετρίου πέρα τοὺς φιλο-
B θήρους ἡμῖν νεανίσκους, ὥστε τἄλλα πάρεργα καὶ τὸ μηδὲν ἡγεῖσθαι, πρὸς τοῦτο παντάπασι ῥυέντας· ὅπου δοκῶ μοὶ καὶ αὐτὸς ἐκ νέας αὖθις ἀρχῆς παρ' ἡλικίαν ἐμπαθέστερος γεγονέναι, καὶ ποθεῖν ὥσπερ ἡ Εὐριπίδου Φαῖδρα

κυσὶ θωΰξαι
Βαλίαις ἐλάφοις ἐγχριμπτόμενος.

Οὕτως ἔθιγέ μου πυκνὰ καὶ πιθανὰ τῶν ἐπιχειρημάτων ἐπάγων ὁ λόγος.

C ΣΩΚΛΑΡΟΣ. Ἀληθῆ λέγεις, ὦ Αὐτόβουλε· καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔδοξέ μοι τὸ ῥητορικὸν ἐγεῖραι διὰ χρόνου χαριζόμενος καὶ συνεαρίζων τοῖς μειρακίοις· μάλιστα δὲ ἥσθην τοὺς μονομάχους αὐτοῦ παραθέντος, ὡς οὐχ ἥκιστα τὴν θηρευτικὴν ἄξιον ἐπαινεῖν ὅτι τοῦ πεφυκότος ἐν ἡμῖν ἢ μεμαθηκότος χαίρειν μάχαις ἀνδρῶν πρὸς ἀλλήλους διὰ σιδήρου, τὸ πολὺ δεῦρο

A. 2. ΠΕΡΙ ΚΥΝΗΓΕΤΙΚΗΣ.] Hic libri titulus exſtat in Lampriæ Catalogo Num. 204. ad eumque librum referendus eſt hic locus Plutarchi in Commentario Πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα, τὰ χερσαῖα ἢ τὰ ἔνυδρα, in exordio, Opp. Mor. 959, B.

AUTOBULUS. Vereor ſane, O amici, ne recitata heri venationis laudatio, ultra modum excitet venandi ſtudioſos de noſtris adoleſcentibus; ita ut reliqua omnia obiter tantum et tamquam nullius momenti agenda putent poſthac, et huic uni ſtudio ſe penitus addicant; quando ipſe quoque denuo, idque præter ætatem, animo ad eam rem factus commotior mihi videor et cupere cum Euripidis Phædra

canibus acclamare
Diverſicolores inſectans cervas.

ita me tetigit oratio tam crebris et probabilibus uſa argumentationibus.

Soclarus. Vera dicis, O Autobule. Videtur enim ille artem dicendi longo poſt tempore reſuſcitaſſe in gratiam adoleſcentum, et cum iis quaſi vernæ delectationi indulſiſſe. Maxime autem me affecit commemoratio gladiatorum; cum oſtenderet haud exiguam laudem deberi venationi, quæ vim animi noſtri eam, quæ ſive natura, ſive diſciplina, amat ſpectacula hominum ferro decernentium, hanc igitur vim majore ex parte ad ſe

τρέψασα καθαρὰν παρέχει θέαν, ἅμα τέχνης καὶ τόλμης νοῦν ἐχούσης A
πρὸς ἀνόητον ἰσχὺν καὶ βίαν ἀντιταττομένης καὶ ἐπαινούσης τὸ Εὐριπίδειον

Βραχύ τοι σθένος ἀνέρος·
Ἀλλὰ ποικιλίαις πραπίδων
Δαμᾷ φῦλα πόντου
Χθονίων τ' ἀερίων τε παιδευμάτων.

trahens, purum præbet ſpectaculum artis audaciæque cum prudentia conjunctæ, quæ robori mentis experti opponatur, laudetque illud Euripideum

Vis exigua eſt, quamcumque homini
Natura dedit: ſed conſiliis
Variis artes, quæ nata mari,
Et quæ terra cœloque, domant.

ΛΒ. B

ΜΥΘΩΝ Η ΜΥΘΙΚΩΝ ΔΙΗΓΗΜΑΤΩΝ.

XXXII.

FABULARUM VEL FABULOSARUM NARRATIONUM.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ δὲ εἰ τὰ μυθικὰ διηγήματα τὴν σῶν εἴσω χειρῶν ἀφῖκτο, οὔ ποτ' ἂν ἐλελήθει σε τίνι διαφέρει πλάσαι τε ἐξ ἀρχῆς μῦθον, καὶ τὸν κείμενον ἐφαρμόσαι πράγμασιν οἰκείοις.

B. 5. Πλουτάρχου—οἰκείοις.] Sunt verba Juliani Imp. Orat. vii, p. 227, A. Videtur ſignificari opus Plutarchi quod in Catalogo Lampriæ Num. 44, vulgo mutile, ſed in MS. Veneto integre memoratur. Μύθων βιβλία γ'. Itaque et hunc titulum præpoſui.

QUODSI Plutarchi Fabuloſæ Narrationes in tuas manus veniſſent; non illud ignorares quantum diſtet, fabulam ab initio novam fingere atque invenire, et inventam ab aliis veteremque ad ſuum argumentum accommodare.

A ## ΕΚ ΤΩΝ ΒΙΩΝ.

EX VITIS.

α′.

ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΒΙΟΣ.

α′. ΟΤΙ δὲ Ἡρακλῆς πρῶτος ἀπέδωκε νεκροὺς τοῖς πολεμίοις, ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους γέγραπται.

I.

HERCULIS VITA.

I. PRIMUS omnium Hercules corpora cæſorum hoſtibus reddidit: ut nos in libro de Hercule memoravimus.

B β′. Plutarchus in libro quem de Herculis quali inter homines fuerit animi corporiſque ingenio et virtutibus conſcripſit, " ſcite ſubtiliterque ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit " in reperienda modulandaque ſtatus longitudiniſque ejus præ- " ſtantia. Nam quum fere conſtaret, curriculum ſtadii, quod eſt " Piſæ ad Jovis Olympii, Herculem pedibus ſuis metatum, idque " feciſſe longum pedes ſexcentos; cetera quoque ſtadia in terra
C " Græcia, ab aliis poſtea inſtituta, pedum quidem eſſe numero " ſexcentum, ſed tamen aliquantulum breviora; facile intellexit " modum ſpatiumque plantæ Herculis ratione proportionis ha- " bita, tanto fuiſſe quam aliorum procerius, quanto Olympicum " ſtadium longius eſſet quam cetera. Comprehenſa autem men- " ſura Herculani pedis, quanta longinquitas corporis ei menſuræ " conveniret, ſecundum naturalem membrorum omnium inter ſe " competentiam, modificatus eſt: atque ita id collegit quod erat " conſequens, tanto fuiſſe Herculem corpore excelſiorem quam

A. 5. α′.] Plutarchi ſunt verba in Theſeo p. 14, A. eum de ſuo, nec de alieno, loqui ſcripto, oſtendit dictionis forma quam alibi explicabimus.

B. 1. β′.] Apud Gellium N. A. I, 1. Verba, *quem de Herculis q. i. b. f. a. c. i. et. v. conſcripſit*, reſtituit Gronovius: antea legebatur, quem ſcribit Ὁπόση ψυχῶν καὶ σωμάτων ἀνθρώποις περὶ εὐφυΐαν καὶ ἀρετὴν διαφορά.

" alios, quanto Olympicum ſtadium ceteris pari numero factis A
" anteiret."

γ΄. Chæroneus PLUTARCHUS noſtrarum eſſe partium comprobatur, qui " in Œtæis verticibus Herculem poſt morborum co-
" mitialium ruinas diſſolutum in cinerem," prodidit.

β΄.

ΔΑΙΦΑΝΤΟΥ ΒΙΟΣ. B

Τὸ δὲ τῶν Φωκίδων ἐνδόξου μὲν οὐ τετύχηκε συγγραφέως, οὐδενὸς δὲ τῶν γυναικείων ἔλαττον εἰς ἀρετήν ἐστι· μαρτυρούμενον ἱεροῖς τε μεγάλοις ἃ δρῶσι Φωκεῖς ἔτι νῦν περὶ Ὑάμπολιν καὶ δόγμασι παλαιοῖς, ὧν τὸ μὲν καθ᾽ ἕκαστον τῆς πράξεως ἐν τῷ Δαϊφάντου βίῳ γέγραπται—.

γ΄.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΝΟΥΣ ΒΙΟΣ. C

Ἐκ ταύτης (Ἀνδανίας) Ἀριστομένης ἐγένετο, ἐπιφανέστατος στρατηγός. Τοῦτον οἱ Λακεδαιμόνιοι πολλάκις αὐτοὺς νικήσαντα θαυμάσαντες, ὡς μόλις ἐκράτησαν ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ, ἀνατεμόντες ἐσκόπουν εἰ παρὰ τοὺς λοιπούς ἐστί τι· καὶ εὗρον σπλάγχνον ἐξηλλαγμένον καὶ τὴν καρδίαν δασεῖαν, ὡς Ἡρόδοτος, καὶ Πλούταρχος, καὶ Ῥιανός.

A. 3. γ΄.] Apud Arnobium, Adverſus Gentes, Lib. IV, p. 144. Edit. Lugd. Bat. 4. 1651.

B. 1. ΔΑΙΦΑΝΤΟΥ ΒΙΟΣ.] Memoratur item a Photio e Sopatro Cod. clxi. et Catalogo Lampriæ Num. 37, ubi perperam eſt Κράτητος καὶ Δαΐφαντος: rectius in MS. Venet. Κράτητος βίος. Δαΐφαντος. Ἀριστομένης. Ἄρατος.

B. 2. Τὸ δὲ τῶν—γέγραπται.] Plutarchi ſunt in libello De Virt. Mul. Opp. Mor. p. 244, B. totus ille locus ex Daiphanti Vita repetitus eſſe videtur.

C. 2. Ἐκ ταύτης—Ῥιανός.] Apud Steph. Byzant. Voc. Ἀνδανία: ex Ariſtomenis Vita videntur eſſe quæ memoratur in Indice Lampr. Num. 38. ἐν τῇ Μεσσηνιακῇ forte cum Berkelio mutandum in ἐν τοῖς Μεσσηνιακοῖς. Certe Ἡρόδοτος in Ἡρόδωρος cum Weſſelingio Diſſert. Herodot. p. 23. Polyænus ex hac Vita profeciſſe videtur, II, 31.

II.

DAIPHANTI VITA.

Phocidum facinus nobilem quidem ſcriptorem non eſt nactum: at virtutis laude nulli muliebri facto cedit; quippe celebratum et magnis ſacrificiis quæ Phocenſes hodieque ad Hyampolin peragunt, et vetuſtis etiam decretis: cujus rei ſingulas partes ego in Vita Daiphanti perſcripſi.

III.

ARISTOMENIS VITA.

Andaniam habuit patriam Ariſtomenes, clariſſimus belli dux. Hunc Lacedæmonii, ſæpius ab eo victi, admirantes, poſtquam Meſſenio bello ægre cepiſſent, corpore ſectione aperto luſtrarunt an præ cæteris aliquid peculiare haberet. Itaque deprehenderunt ejus viſcera diverſa eſſe ab aliorum hominum natura, et cor hirſutum: ut proditum eſt ab Herodoto, et Plutarcho, et Rhiano.

A δ΄.

ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΒΙΟΣ.

Ὅσα μὲν οὖν ἄλλα περὶ τούτῳ τολμήματα καὶ ῥήματα τῶν Σπαρτιατῶν παραλέλοιπεν, ἐν τῷ Λεωνίδου βίῳ γραφήσεται· μικρὰ δὲ οὐ χεῖρόν ἐστι καὶ νῦν διελθεῖν. Ἀγῶνα μὲν γὰρ ἐπιτάφιον αὐτοὶ ἠγωνίσαντο περὶ τῆς ἐξόδου, καὶ τοῦτον ἐθεῶντο πατέρες αὐτῶν καὶ μητέρες. Αὐτὸς δὲ
B ὁ Λεωνίδας πρὸς μὲν τὸν εἰπόντα παντελῶς ὀλίγους ἐξάγειν αὐτὸν ἐπὶ τὴν μάχην, Πολλοὺς μὲν, ἔφη, τεθνηξομένους. Πρὸς δὲ τὴν γυναῖκα πυνθανομένην ἐξιόντος εἴ τι λέγει, μεταστραφεὶς εἶπεν, Ἀγαθοῖς γαμεῖσθαι καὶ ἀγαθὰ τίκτειν. Ἐν δὲ Θερμοπύλαις μετὰ τὴν κύκλωσιν, δύο τῶν ἀπὸ γένους ὑπεξελέσθαι βουλόμενος, ἐπιστολὴν ἐδίδου τῷ ἑτέρῳ, καὶ ἔπεμπεν· ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο, φήσας μετ' ὀργῆς, Μαχατάς τοι, οὐκ ἀγ-
C γελιαφόρος εἱπόμαν· τὸν δὲ ἕτερον ἐκέλευεν εἰπεῖν τι πρὸς τὰ τέλη τῶν Σπαρτιατῶν· ὁ δὲ ἀπεκρίνετο τῷ πράγματι, καὶ τὴν ἀσπίδα λαβὼν, εἰς τάξιν κατέστη.

ε΄.

ΕΠΑΜΕΙΝΩΝΔΟΥ ΒΙΟΣ.

Πολλῶν δὲ σημείων μοχθηρῶν γινομένων, ὡς ἐν τῷ περὶ Ἐπαμεινώνδου γέγραπται, καὶ Πρόθου τοῦ Λάκωνος ἐναντιουμένου πρὸς τὴν στρα-

A. 3. Ὅσα μὲν—κατέστη.] Plutarchi ſunt in libro De Herodoti Malignitate, p. 866, B. ita exhibita ut ſuo loco emendanda judicavi. Ex Vita Leonidæ hæc anticipata eſſe, res ipſa oſtendit. Ex eadem Vita petita ſunt Leonidæ dicta factaque quæ referuntur in Apophthegm. Lacon. p. 225.

C. 6. Πολλῶν—παρ' αὐτῶν.] Plutarchi hic eſt locus in Ageſilao p. 611, E. Par Vitarum Epaminondæ et Scipionis memoratur in Lampriæ Catalogo Num. 7. In Fragmentis hujus Vitæ numeranda ſunt Apophthegmata p. 192—194, multaque ex libro De Socratis Genio: et Polyæni II, 2, complura.

IV.

LEONIDÆ VITA.

Quos alios conatus et quæ alia dicta Spartanorum Herodotus prætermiſerit, ſcribemus in Vita Leonidæ: nihil tamen impedit quin et hoc loco quædam ponamus. Certamen funebre Spartani profecturo Leonidæ egerunt, patribus et matribus una proficiſcentium ſpectantibus. Ipſe Leonidas dicenti, *Perpaucos tecum ad pugnam educis*, reſpondit, *Immo multos morituros.* Uxori interroganti proficiſcentem, *ecquid mandaret*, converſus, *Bonis te nubere*, inquit, *et bonos liberos parere*, *te jubeo.* In Thermopylis jam cinctus ab hoſtibus, cupiens duos genere ſibi junctos ſervare, alteri epiſtolam dedit et emiſit, alterum amandavit magiſtratibus Spartæ aliquid nunciaturum: quorum ille literas rejiciens cum ſtomacho, *Pugnator*, inquit, *veni*, *non tabellarius:* hic ipſo reſpondit facto, ſumtoque ſcuto in acie adſtitit.

V.

EPAMINONDÆ VITA.

Quum crebro tetra facta eſſent prodigia, ſicut in Epaminondæ Vita prodidimus, et Prothous Laco huic expeditioni adverſaretur; non quievit

τεῖαν, οὐκ ἀνῆκεν ὁ Ἀγησίλαος, ἀλλ' ἐξέπραξε τὸν πόλεμον, ἐλπίζων A αὐτοῖς μὲν αὐτονόμου τῆς Ἑλλάδος ὅλης ὑπαρχούσης, ἐκσπόνδων δὲ τῶν Θηβαίων γενομένων, καιρὸν εἶναι δίκην λαβεῖν παρ' αὐτῶν.

ϛ'.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΒΙΟΣ.

Ἀννίβας δὲ συμπάντων ἀπέφαινε τῶν στρατηγῶν, πρῶτον μὲν ἐμπειρίᾳ καὶ δεινότητι Πύῤῥον· Σκιπίωνα δὲ, δεύτερον· ἑαυτὸν δὲ τρίτον· ὡς ἐν B τοῖς περὶ Σκιπίωνος γέγραπται.

ζ'.

ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.

α'. Οὐ δεῖ δὲ θαυμάζειν εἰ Νασικᾶν μεμίσηκεν οὕτως ὁ δῆμος· ὅπου καὶ Σκιπίων ὁ Ἀφρικανὸς, οὗ δοκοῦσι Ῥωμαῖοι μηδένα δικαιότερον μηδὲ μᾶλλον ἀγαπῆσαι, παρὰ μικρὸν ἦλθεν ἐκπεσεῖν καὶ στέρεσθαι τῆς πρὸς C τὸν δῆμον εὐνοίας· ὅτι πρῶτον μὲν ἐν Νομαντίᾳ τὴν τελευτὴν τοῦ Τιβερίου πυθόμενος ἀνεφώνησεν ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν

Ὡς ἀπόλοιτο καὶ ἄλλος ὅτις τοιαῦτά γε ῥέζοι·

ἔπειτα τῶν περὶ Γαΐον καὶ Φούλβιον αὐτοῦ δι' ἐκκλησίας πυνθανομένων τί φρονοίη περὶ τῆς Τιβερίου τελευτῆς, οὐκ ἀρεσκομένην τοῖς ὑπ' ἐκείνου πεπολιτευμένοις ἀπόκρισιν ἔδωκεν. Ἐκ τούτου γὰρ ὁ μὲν δῆμος ἀντέκρουσεν

A. 6. Ἀννίβας—γέγραπται.] Plutarchi sunt verba in Pyrrho p. 387, C. Forte ex hoc loco profecit Appianus Syriac. X. In Fragmentis hujus Vitæ censenda sunt Apophthegmata Scipionis Opp. Mor. p. 196. Ceterum, hic est Scipio Africanus Major. Proximus est Minor, Æmilii Pauli filius.

B. 4. ΣΚΙΠΙΩΝΟΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΥ.] Vita hæc memoratur in Catalogo Lampriæ Num. 28.

B. 5. α'.] Locus hic est Plutarchi in Tib. Graccho, p. 834, D.

Agesilaus, sed effecit ut bellum decerneretur: sperans, quum jam tota Græcia immunis ipsis faveret, Thebani autem ex fœdere exemti essent, opportunum esse tempus exigendæ ab iis pœnæ.

VI.

SCIPIONIS VITA.

Annibal vero cunctorum imperatorum censuit peritia et arte primum Pyrrhum, secundum Scipionem, tertium se: ut in Scipionis Vita prodidimus.

VII.

SCIPIONIS AFRICANI.

I. Neque mirum esse debet, infestum adeo Nasicæ fuisse populum; quum Scipio Africanus, quo populus Romanus neminem videtur justioribus de caussis et impensius dilexisse, nihil propius factum sit quam ut excideret ac dejiceretur ejus benivolentia; quod ad Numantiam, primum nunciato Tiberii exitu, exclamasset Homericum illud,

Sic pereat quisquis designet talia facta:

deinde Caio et Fulvio in concione rogantibus eum quid ei de morte Tiberii videretur, ita respondit ut appareret sibi illius acta non placere. Hinc factum est ut ei concionanti populus obstre-

αὐτῷ λέγοντι, μηδέπω τοῦτο ποιήσας πρότερον· αὐτὸς δὲ τὸν δῆμον εἰπεῖν κακῶς προήχθη. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν τῷ Σκιπίωνος βίῳ τὰ καθ' ἕκαστα γέγραπται.

β'. Καὶ ὅτε Σκιπίων Ἀφρικανὸς ἐξ οὐδενὸς αἰτίου προφανοῦς ἐτελεύτησε, καὶ σημεῖά τινα τῷ νεκρῷ πληγῶν καὶ βίας ἐπιδραμεῖν ἔδοξεν, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, τὸ μὲν πλεῖστον ἐπὶ τὸν Φούλβιον ἦλθε
B τῆς διαβολῆς, ἐχθρὸν ὄντα, καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἐπὶ τοῦ βήματος τῷ Σκιπίωνι λελοιδορημένον· ἥψατο δὲ καὶ τοῦ Γαΐου ὑπόνοια. Καὶ δεινὸν οὕτως ἔργον ἐπ' ἀνδρὶ τῷ πρώτῳ καὶ μεγίστῳ Ῥωμαίων τολμηθὲν οὐκ ἔτυχε δίκης, οὐδὲ εἰς ἔλεγχον προῆλθεν· ἐνέστησαν γὰρ οἱ πολλοί, καὶ κατέλυσαν τὴν κρίσιν, ὑπὲρ τοῦ Γαΐου φοβηθέντες, μὴ περιπετὴς τῇ αἰτίᾳ τοῦ φόνου ζητουμένου γένηται.

C η'.

ΜΕΤΕΛΛΟΥ ΒΙΟΣ.

Ἀλλὰ γὰρ ὅσης μὲν ἀπέλαυσεν εὐνοίας παρὰ τὴν φυγὴν καὶ τιμῆς Μέτελλος, ὃν δὲ τρόπον ἐν Ῥόδῳ φιλοσοφῶν διητήθη, βέλτιον ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γραφομένοις εἰρήσεται.

A. 4. β'.] Ejuſdem in C. Graccho, p. 839, C. Ex eadem Vita collecta ſunt Apophthegmata ſub nomine Σκιπίωνος τοῦ Νεωτέρου in Opp. Mor. p. 199—201.

C. 3. Ἀλλὰ γὰρ—εἰρήσεται.] Plutarchus hæc ſcribit in Mario p. 423. Ex eadem Vita Metelli petita ſunt ejus quædam Apophthegmata in Opp. Mor. p. 201, F.

peret, quod ante numquam fecerat: et ille eo eſt provectus ut in populum inveheretur. Verum hæc in Scipionis Vita ſingulatim retulimus.

II. Et quum Scipio Africanus nulla liquida de cauſſa mortuus eſſet, atque notæ in ejus corpore plagarum et impreſſionis apparerent, ut in ejus Vita ſcripſimus, ſuſpicionis maxima pars ad Fulvium ſpectabat, illius hoſtem, qui eodem die Scipioni pro roſtris conviciatus erat. Neque vero Caius expers manſit ejuſdem ſuſpicionis. Atque facinus tam atrox viro primario civitatis ſummoque illatum, impunitum manſit: neque de eo quæſtio habita eſt; ſiquidem cognitionem interpellavit et oppreſſit plebs, Caio metuens; ne, ſi de cæde illius inquireretur, noxæ reperiretur affinis.

VIII.

METELLI VITA.

At enim, quantum ſtudii et honoris in Metellum exulantem collatum ſit, et quomodo Rhodi vacaverit philoſophiæ, opportunius in illius Vita memorabimus.

θ´.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΒΙΟΣ.

Ἀλλὰ καὶ Τιβερίῳ ὄνος, ὡς Πλούταρχος ὁ Χαιρωνεὺς φησιν, ἔτι μειρακίῳ ὄντι, καὶ ἐν Ῥόδῳ ἐπὶ λόγοις ῥητορικοῖς διατρίβοντι, τὴν βασιλείαν διὰ τοῦ αὐτοῦ παθήματος προεμήνυσεν. A

ι´.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΒΙΟΣ.

Ἐντυχὼν δὲ τῷ Χαιρωνείῳ Πλουτάρχῳ τὸν Κράτητος ἀναγράψαντι βίον οὐθὲν ἐκ παρέργου τοῦ μανθάνειν δεήσει τὸν ἄνδρα. Οὗτος ἡγεμὼν ἐγένετο Ζήνωνι τῶν καλῶν δογμάτων· ἐπὶ τούτου φασὶ τοὺς Ἕλληνας ἐπιγράφειν τοῖς ἑαυτῶν οἴκοις ἐπὶ τῶν προπυλαίων, Εἴσοδος Κράτητι Ἀγαθῷ Δαίμονι. B

ια´.

ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΒΙΟΣ.

Τούτου τοῦ βίου λείψανα νομιστέον τὰ ἀναγραφέντα ἐν τοῖς φερομένοις Ἀποφθέγμασι Πλουτάρχου. C

A. 3. Ἀλλὰ καὶ Τιβερίῳ—προεμήνυσεν.] Sic Damascius apud Phot. in Vita Isidori: Cod. ccxlii. p. 1040. Quæ quin ex Vita Tiberii sumta sint, non est quod dubitemus. Ejusdem est mentio in Catal. Lampr. 27.

B. 2. Ἐντυχὼν—Δαίμονι.] Juliani Imp. est hoc dictum in Orat. VI, p. 200, B. Eamdem Vitam memorat Catalogus Lampriæ Num. 37. et Photius e Sopatro, Cod. clxi.

C. 3. Τούτου—Πλουτάρχου.] Hæc mea est sententia. Nam Apophthegmatum pleraque capita ex Vitis Plutarcheis collecta sunt; quod manifesto apparet ex iis earum quæ supersunt.

IX.

TIBERII VITA.

Sed et Tiberio asinus, ut refert Plutarchus Chæronensis, adhuc juveni et in Rhodo oratoriæ arti operam navanti, eodem affectu emissarum e corpore scintillarum, imperium præsagivit.

X.

CRATETIS VITA.

Quodsi Plutarchum Chæronensem legeris, qui Cratetis Vitam conscripsit, nil erit cur obiter hic a nobis, cujusmodi vir ille fuerit, velis cognoscere. Hic ipse præclarorum placitorum Zenoni dux et auctor exstitit. De quo etiam memoriæ proditur, Græcos istud ædium suarum vestibulis vulgo inscripsisse, *Ingressus Crateti Prospero Genio.*

XI.

AUGUSTI VITA.

Hujus Vitæ Fragmenta habenda sunt ea quæ exstant in iis, quæ feruntur, Plutarchi Apophthegmatibus.

A

ΛΕΙΨΑΝΑ
ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΩΝ ΑΔΗΛΩΝ.

ΕΝ ΤΩ ΣΤΟΒΑΙΟΥ ΑΝΘΟΛΟΓΙΩ.

FRAGMENTA
INCERTORUM LIBRORUM.

IN STOBÆI FLORILEGIO.

B α'. Περὶ τῆς καθ' Ὅμηρον ἐχεμυθίας διὰ τούτου σαφῶς δείκνυται· λέγει γάρ,

> Θερσίτ' ἀκριτόμυθε, λιγύς περ ἐὼν ἀγορητής,
> Ἴσχεο, μηδ' ἔθελ' οἶος ἐριζέμεναι βασιλῆϊ.

Καὶ τοῦ Τηλεμάχου εἰπόντος,

> Ἦ μάλα τις θεῶν ἔνδον, οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσιν·

C ἐπιλαμβανόμενος ὁ πατὴρ ἔφη,

> Σίγα καὶ κατὰ σὸν νόον ἴσχανε μηδ' ἐρέεινε·
> Αὕτη τοι δίκη ἐστὶ θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι.

Τοῦτο ἐξήγησιν οἱ Πυθαγορικοὶ καλοῦντες οὐδὲν ἀπεκρίνοντο τοῖς περὶ θεῶν ὅ,τι τύχοιεν ἰταμῶς καὶ εὐχερῶς ἐρωτῶσι.

B. 1. α'.] Apud Stob. Serm. xxxiii. p. 214. ſub nomine *Plutarchi:* in Trincav. Πλουτάρχου. Forte eſt ex opere Ὁμηρικῶν μελετῶν.
C. 4. τοῖς περὶ θεῶν ὅ, τι] Ita correxi ipſe. Vulgo, τῶν περὶ θεῶν ὅτι—.
C. 5. εὐχερῶς] Ita Trincav. At Geſn. male δυσχερῶς. Pariſ. A. εὐχερές.

I. QUANTOPERE Homerus taciturnitatem commendaverit, luculenter oſtenditur his locis:

> Garrule Therſita, quamquam tibi multa loquendi
> Copia ſuppeditet, nec ſis non voce ſuavi:
> Nec tamen hic ſolus reges inceſſere, ueve
> Frivolus eſſe velis—.

Item Telemacho dicente

> Eſt aliquis Deus intus, cœlum qui habitat altum.

Reprehendens pater ſubjicit,

> At tu comprime linguam; fas hoc namque Deorum.

Hoc Pythagorici interpretationem vocantes, nil reſpondebant iis qui de Diis quidquid luberet, proterve ac frivole interrogabant.

β΄. Νέοις δὲ ζηλωτέον τοὺς γέροντας, κατὰ Σιμωνίδην, A

Ἄθηλος ἵππῳ πῶλος ὡς ἅμα τρέχειν.

Καθάπερ φησὶν ὁ Πλάτων ἐπὶ τοῦ μιγνυμένου πρὸς ὕδωρ ἀκράτου, μαινόμενον θεὸν ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι σωφρονίζεσθαι.

γ΄. Καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον, ὡς τὸ συμβολικὸν, οἷον ἐν τελετῇ, μεμιγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος· ὥστε μὴ λέγειν B

Ἀείσω ξυνετοῖς· θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι·

ἀλλ' αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. Ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει, κατὰ τὸν Ἡράκλειτον· οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων, καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστιν, καὶ τὸ κρύπτεσθαι νοούμενον. C

δ΄. Ἀλλὰ μάλιστα διψῶν ἀπέθανε τῆς γυναικὸς, ἐρῶν ἐρώσης ἀπολιπόμενος. Οὐθὲν εἰπεῖν οὔτε ποιῆσαι πρὸς αὐτὴν ἰταμὸν ἐτόλμησαν· ἀλλ' οὕτως ἐνεκαρτέρησαν ἀμφότεροι τῷ πρέποντι, ὥσπερ ἀποδείξασθαι

A. 1. β΄.] Apud Stob. Serm. cxii. p. 586. item ſolo Plutarchi, nullo libri nomine. Simile eſt in Opp. Mor. p. 790, F.

A. 5. γ΄.] Apud Stob. Serm. v. p. 69. apud Trincav. Serm. iii. annotato ad marginem Πυθαγορικά. Ratio et oratio Plutarchea eſt: igitur locum huc retuli.

B. 2. βέβηλοι] Legendum, βεβήλοις.

C. 2. δ΄.] Apud Stob. Serm. lxvii. p. 424. addita nota *Themiſtii in libro de Anima.* In Trincav. abeſt hic locus. Sub hac inſcriptione quatuor exſtant loci apud Stobæum: alius alio certiora Plutarcheæ auctoritatis indicia ferens. Unum ſupra exhibuimus in Fragmentis περὶ ψυχῆς, Numero ϛ΄, antea jam vindicatum Plutarcho ad calcem libri De Ser. Num. Vind. Reliquos tres hac ſectione ponendos judicavi.

C. 3. πρὸς αὐτὴν] Forte, πρὸς ἀλλήλους. Mox malim, Αἱ δὲ ἄλλαι. Proxime omiſi μὲν, cum antea eſſet τοὺς μὲν ἄνδρας.

II. Juvenes æmulari debent ſeniores, ſecundum Simonidis dictum,

Ut lactens pullus curſum comitatur equæ.

Et, ut Plato inquit de mero aquæ miſcendo, furentem Deum a ſobrio Deo temperari.

III. Atqui nil adeo eſt proprium Pythagoricæ philoſophiæ, quam ſymbolicum doctrinæ genus, voce et ſilentio permixtum, velut in ſacra initiatione; ut non opus ſit præmonere,

Cantabo doctis, claudatur porta profanis:

ſed ſtatim per ſe lucem et certam notam familiaribus habeat quævis dictio, cæca autem et ignota ſit imperitis. Quemadmodum enim Apollo Delphicus, ut ait Heraclitus, neque dicit, neque abſcondit, ſed ſignificat: ſic e Pythagoricis ſymbolis, et quod dici videtur, abſconditur, et quod abſcondi intelligitur.

IV. Mortuus eſt quum uxoris amore maxime flagraret, amans amantem relinquens. Nil umquam inter ſe proterve vel dicere vel facere auſi ſunt: ſed ita in decori obſervantia perſeverarunt, tamquam de induſtria declaraturi verecundiæ plu-

A θέλοντες ὅτι πλεῖστον αἰδοῦς ἔρωτι δικαίῳ μέτεστιν. Ὅθεν ἔμοιγε πλεῖστον αὐτῇ φαίνεται χρόνον ἀνὴρ συμβεβιωκέναι. Πάντα γὰρ διόλου τὸν δεκαετῆ χρόνον ὁμαλῶς συνεβίωσεν. Αἱ δὲ ἄλλοις συνοικοῦσιν οὐ συμβιοῦσιν, ὅταν λυπῶσι τοὺς ἄνδρας, ἢ ζηλοτυπῶσιν, ἢ διαφέρωνται περὶ χρημάτων, ἢ κακῶς λέγωσι, ἢ φεύγωσι θρυπτόμεναι τὰς φιλοφροσύνας καὶ συνδιαιτήσεις· ὥστε ἂν τοῦτον ἐξαίρῃς τὸν χρόνον ἐν ᾧ ταῦτα πράττουσιν, ἀπολεί-
B πεται βραχὺς ἐκεῖνος ὁ τῆς συμβιώσεως.

ε΄. Εἰ μὲν οὖν ὀρθῶς ἐπὶ Πλάτωνος εἶπε Διογένης, "Τί ὄφελος "ἡμῖν ἀνδρὸς ὃς πολὺν ἤδη χρόνον φιλοσοφῶν, οὐδένα λελύπηκεν;" ἕτεροι κρίνωσιν. Ἴσως γὰρ ὡς τὸ μέλι δεῖ καὶ τὸν λόγον τοῦ φιλοσόφου τὸ γλυκὺ δηκτικὸν ἔχειν τῶν ἡλκωμένων.

ϛ΄. Καίτοι περί γε τῶν γερόντων ὁ Σοφοκλῆς εἴρηκε χαριέντως,

C Σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.

Καταγωγῇ γὰρ ἔοικεν ὁ γεροντικὸς θάνατος· ἐκβολῇ δὲ καὶ ναυάγιόν ἐστιν ὁ τῶν νέων· ἐκπίπτει γὰρ ἡ ψυχὴ βίᾳ συντριβομένου τοῦ σώματος.

ζ΄. Ὀνείρῳ ἔοικεν ὁ τῶν ἀπαιδεύτων βίος, κενὰς ἔχων φαντασίας.

A. 5. καὶ συνδιαιτήσεις] Ita ſcripſi pro ἢ συνδιαιτήσεις.
B. 2. ε΄.] Serm. xiii. p. 147. Apud Trincav. Serm. xi. Θεμιστίου ἐκ τοῦ περὶ ψυχῆς. Comparetur in Opp. Mor. p. 59, D. et 452, C.
B. 4. τὸ μέλι] Sic correxi vulgatum μέν.
B. 6. ϛ΄.] Apud Stob. Serm. cxii. p. 589. in Geſn. *Themiſtii de Anima*. In Trincav. ſimpliciter Θεμιστίου.
C. 4. ζ΄.—ιβ΄.] Hi ſex loci exſtant ſub Plutarchi nomine in Appendice Jo. Damaſceni Parallel. Sacr. MS. Florent. Equidem neque de his, neque de ſequentibus omnibus ex Maximo et Antonio depromtis, magnopere contendam eos Plutarchum habere auctorem: omittere eos non debui, quando adſcripto Plutarchi nomine exſtant. Alii apud eoſdem compilatores feruntur loci vere Plutarchei ex libris qui ſuperſunt, omiſſo auctoris nomine: quos locos, ut hic non repetendos, ſua quemque ſibi ſede memoravimus. Sed horum αζ΄. ad πα΄. partim apud Stobæum Socratis nomine, partem in Demophili Sententiis, et alibi exſtant: ut notabimus in Animadverſſ.
C. 4. ζ΄.] Item apud Maxim. et Anton. p. 704, ubi Iſidoro tribuitur.

rimum adeſſe legitimo amori. Itaque longo mihi tempore convixiſſe videtur huic uxori maritus. Nam per totum decennii tempus æquabiliter ei convixit. Aliæ autem cohabitant non convivunt, quando aut moleſtiam adferunt maritis, aut rivalitate erga eos laborant, aut propter pecunias diſſident, aut maledicunt, aut per ſuperbiam ac ſimulationem contemtus fugiant virorum blanditias et conſuetudinem. Ut, ſi hoc temporis ſpatium, quo ita ſe gerunt uxores, exemeris, valde exiguum convivendo tempus relinquatur.

V. An recte de Platone dixerit Diogenes, *Quæ tandem nobis utilitas eſſe poteſt ejus viri, qui diu jam philoſophatus nemini moleſtus fuit?* de hoc igitur alii judicent. Fortaſſe enim ita ſe res habet, ut oratio philoſophi, haud ſecus ac mel, dulcedinem debet habere conjunctam cum ejuſmodi vi quæ exulceratos locos mordeat.

VI. Atqui Sophocles de ſenibus eleganter dixit,

Vetuſta parvo corpora momento lapſa quieſcunt.

Mors enim ſenilis diverſorio ſimilis eſt: juvenilis, ejectioni ac naufragio. Excidit enim anima vi, contrito corpore.

VII. Somnio ſimilis eſt indoctorum vita, quippe viſa habens vana.

η'. Οὔτ' ἐν ἰχθῦσι φωνὴν, οὔτε ἐν ἀπαιδεύτοις ἀρετὴν δεῖ ζητεῖν. A

θ'. Δυσάρεστοι ὄντες οἱ ἀπαίδευτοι, καθάπερ ἐξ οἰκιῶν τῶν προαιρέσεων καθ' ἡμέραν μετοικίζονται.

ι'. Οἱ μὲν ξένοι ἐν ταῖς ὁδοῖς, οἱ δὲ ἀπαίδευτοι ἐν τοῖς πράγμασι διαπλανῶνται.

ια'. Μήτε λίαν πολυτελῶς, μήτε ἄγαν εὐτελῶς, πειρῶ τὰ περὶ τὴν ἐσθῆτα καὶ δίαιταν καὶ τὴν ἑτέραν διαγωγὴν τὸ σῶμα διοικεῖν· τὸ μὲν B
γὰρ φθονεῖσθαι ἢ γελᾶσθαι ποιεῖ, τὸ δὲ μισεῖσθαι ἢ ἐλεεῖσθαι.

ιβ'. Καὶ ὁδοῦ καὶ ἀληθείας χαλεπὸν ἀποπλανηθῆναι.

ιγ'. Τῆς ἀγνοουμένης ἀρετῆς, ὥσπερ τοῦ κατωρογυγμένου χρυσίου ἡ λαμπρότης οὐ βλέπεται.

ιδ'. Τὸ μὲν ἴσον ζυγῷ, τὸ δὲ ἀληθὲς τῷ ἐκ φιλοσοφίας λόγῳ κρίνεται.

ιε'. Ἡ μὲν τροφὴ τοῖς γυμναζομένοις, ἡ δὲ ἀρετὴ τοῖς πεπαιδευ- C
μένοις ἡδεῖα φαίνεται.

ις'. Φρόνησις εὐτυχίαν ὡς τὰ πολλὰ χαρίζεται, τύχη δὲ φρόνησιν οὐ ποιεῖ.

ιζ'. Ἐπισκοτεῖ τῷ μὲν ἡλίῳ πολλάκις τὰ νέφη, τῷ δὲ λογισμῷ τὰ πάθη.

A. 1. η'.] Item ap. Max. et Ant. p. 109. ubi Zeno adſcribitur: et p. 706. ubi ſine nomine ſubjicitur Epicuri dictis.
A. 2. θ'.] Item ap. Max. et Ant. p. 706. ſine nomine auctoris ſubjectum Epicureis dictis.
A. 4. ι'.] Item ap. Max. et Ant. p. 706. antecedenti eodem modo ſubjectum.
A. 6. ια'.] Item ap. Max. et Ant. p. 145. ſub nomine Plutarchi. Simile eſt Iſocratis Demonic. p. 13.
B. 3. ιβ'.] Item ap. Anton. p. 235. ſub nomine Plutarchi: certe Plutarcheo ιδ' ſubjectum.
B. 4. ιγ'.] Apud Max. et Anton. p. 34.
B. 6. ιδ'.] Apud Max. et Ant. p. 235. ſub nomine Plutarchi.
C. 1. ιε'.] Apud Max. et Ant. p. 34. proximum illi quod ιζ' retulimus.
C. 3. ις'.] Ibid. p. 73.
C. 5. ιζ'.] Ibid. p. 74. Item ap. Arſenium Violet. MS. Tit. Περὶ λογικοῦ.

VIII. Neque in piſcibus vocem, neque apud indoctos virtutem quærere oportet.

IX. Indocti, quum ſint moroſi, quaſi ex ædibus, ſic de ſuis inſtitutis quotidie migrant.

X. Ut peregrini in viis, ita indocti in rebus agendis, aberrant.

XI. In veſtitu, victu, et reliquo corporis cultu, neque ſumtuoſus nimium neque parcus ſis: illud enim vel in riſum te vel invidiam adducet aliorum, hoc in odium vel commiſerationem.

XII. Et a via, et a veritate aberrare malum eſt.

XIII. Ignotæ virtutis, ut auri defoſſi ſplendor non apparet.

XIV. Æqualitas trutina, veritas ratione philoſophiæ examinatur.

XV. Ut iis qui corpus in gymnaſiis exercent, cibus, ita eruditis virtus, ſuavis videtur.

XVI. Prudentia ut plurimum bonam fortunam donat: fortuna non item prudentiam facit.

XVII. Soli ſæpe officiunt nubes, item rationi perturbationes.

A ιη΄. Ἐκ μὲν τοῦ ποδὸς τὴν ἄκανθαν, ἐκ δὲ τῆς ἀλόγου ψυχῆς τὴν ἄγνοιαν ὑπεξελέσθαι δεῖ.

ιθ΄. Ὁδηγὸν τυφλὸν λαβεῖν, καὶ σύμβουλον ἀνόητον, ἴσον ἐστίν.

κ΄. Οὐχ οὕτω τοῖς ὀρφανοῖς παισὶν, ὡς τοῖς ἀνοήτοις ἀνθρώποις ἐπιτρόπους χρὴ παρεῖναι.

κα΄. Οἱ ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κερδῶν εἰς τὰς καλὰς ἀναλίσκοντες λει-
B τουργίας, ὅμοιόν τι ποιοῦσι τοῖς ἀπὸ ἱεροσυλίας θεοσεβοῦσιν.

κβ΄. Ἔοικεν ὁ τῶν φιλαργύρων βίος νεκροῦ δείπνῳ· πάντα γὰρ ἔχων, τὸν εὐφρανθησόμενον οὐκ ἔχει.

κγ΄. Οὔτε παρὰ νεκροῦ ὁμιλίαν, οὔτε παρὰ φιλαργύρου χάριν δεῖ ἐπιζητεῖν.

κδ΄. Ποτὸν μὲν ἔσβεσεν τὴν ποτοῦ ὄρεξιν, καὶ τροφὴ τὴν τροφῆς ἐπι-
C θυμίαν ἠκέσατο· φιλαργυρίαν δὲ οὐ σβέννυσιν ἀργύριον ἢ χρυσίον.

κε΄. Ἔοικεν ἡ κολακεία γραπτῇ πανοπλίᾳ· διὸ τέρψιν μὲν ἔχει, χρείαν δὲ οὐδεμίαν παρέχει.

κϛ΄. Τὰ μὲν ξύλα τὸ πῦρ αὐξάνοντα, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πυρὸς καταναλίσκεται· ὁ δὲ πλοῦτος τρέφων τοὺς κόλακας, ὑπ' αὐτῶν τούτων διαφθείρεται.

A. 1. ιη΄.] Ibid. antecedenti deinceps ſubjectum.
A. 3. ιθ΄.] Ibid. p. 109.
A. 4. κ΄.] Ibid. antecedenti proximum.
A. 6. κα΄.] Ibid. p. 225.
B. 2. κβ΄.] Apud Anton. p. 227.
B. 4. κγ΄, κδ΄.] Duo hi loci deinceps antecedentem ſequentes, ad eamdem auctoritatem referendi videntur. Poſterior ſumtus eſt ex Plutarcho Περὶ Φιλοπλουτίας p. 523, E.
C. 2. κε΄.—λ΄.] Ibid. p. 247. Horum primo et poſtremo adſcriptum eſt *Plutarchi*, cæteris non item: videbantur ad eandem auctoritatem revocandi.

XVIII. Ut pedi ſpinam, ita irrationali animæ ignorantiam eximere oportet.

XIX. Viæ ducem cæcum, et ſtultum conſultorem, ſumere, idem eſt.

XX. Non ita orbis pueris, quam ſtultis hominibus, tutores adeſſe oportet.

XXI. Qui ex turpibus lucris ad honeſta officia et munera ſumtum convertunt, ſimile quid faciunt atque ii qui ex ſacrilegio Diis rem ſacram faciant.

XXII. Avari vita ſimilis eſt funebri cœnæ; nam quum nihil non habeat, neminem habet qui oblectetur.

XXIII. Nec a mortuo colloquium, nec ab avaro beneficium petendum eſt.

XXIV. Potu reſtinguitur appetitus bibendi, et cibus appetitui cibi medetur: avaritiam nec argentum nec aurum reſtinguit.

XXV. Similis eſt adulatio armaturæ pictæ; quippe quæ oblectationem habet, uſum non præbet.

XXVI. Ligna dum ignem augent, ab ipſo igne conſumuntur: ita divitiæ, dum alunt adulatores, ab ipſis adulatoribus corrumpuntur.

κζ'. Ὥσπερ οἱ κόρακες παρεδρεύοντες ἐξορύσσουσι τοὺς τῶν νεκρῶν A
ὀφθαλμούς, οὕτως οἱ κόλακες τοῖς ἐπαίνοις τοὺς λογισμοὺς διαφθείρουσι τῶν ἀνθρώπων.

κη'. Λαγῷ μὲν κύνα, φίλῳ δὲ κόλακα φύσει πολέμιον ἡγητέον.

κθ'. Χαίρειν χρὴ τοῖς ἐλέγχουσιν, οὐ τοῖς κολακεύουσιν· οἱ μὲν γὰρ ἡμᾶς λυποῦντες διεγείρουσιν, οἱ δὲ χαριζόμενοι ἐκλύουσι καὶ σκελίζουσι.

λ'. Οὔτε τῆς γαμετῆς τὴν ἑταίραν, οὔτε τῆς φιλίας τὴν κολακείαν B
δεῖ προτιμᾶν.

λα'. Οὔτε ἐκ τοῦ κόσμου τὸν ἥλιον, οὔτε ἐκ τῆς ὁμιλίας ἀρτέον τὴν παῤῥησίαν.

λβ'. Θηρεύουσι τοῖς μὲν κυσὶ τοὺς λαγωοὺς οἱ κυνηγοί, τοῖς δὲ ἐπαίνοις τοὺς ἀνοήτους οἱ πολλοί.

λγ'. Τὸν μὲν λιβανωτὸν τοῖς θεοῖς, τὸν δὲ ἔπαινον τοῖς ἀγαθοῖς ἀπο- C
νέμειν δεῖ.

λδ'. Γλῶσσα βλάσφημος, διανοίας κακῆς ἔλεγχος.

λε'. Ὁ τῶν ἀσώτων βίος, ὥσπερ καθ' ἡμέραν ἀποθνήσκων ἐκφέρεται.

λϛ'. Ἡ χάρις, ὥσπερ ἡ σελήνη, ὅταν τελεία γένηται, τότε καλὴ φαίνεται.

B. 3. λα'.] Ibid. p. 252.
B. 5. λβ', λγ'.] Ibid. p. 255. priori adſcriptum eſt Plutarchi nomen, poſteriori nullum; unde eidem auctori tribuimus.
C. 3. λδ'.] Ibid. p. 258, adſcripto Plutarchi nomine. Proximus quidem ibi locus, cui nil nominis annotatum, Plutarchi eſt in Opp. Mor. p. 490. C. Habet et Apoſtolius Proverb. vi. 29.
C. 4. λε'.] Ibid. p. 264.
C. 5. λϛ'.] Ibid. p. 277. diverſa in libris inſcriptione, aliis ut antecedentia Philoni, aliis Plutarcho, tribuentibus.

XXVII. Ut corvi ad mortuos aſſident eorumque oculos effodiunt, ita adulatores laudando hominum mentes corrumpunt.

XXVIII. Lepori canis, amico adulator, natura hoſtis putandus eſt.

XXIX. Gaudere debemus magis reprehenſoribus quam aſſentatoribus: illi enim nos admoto dolore erigunt, illi gratificando ſolvunt ac deficiunt.

XXX. Neque uxori meretricem, neque amicitiæ adulationem, anteponere debemus.

XXXI. Neque Solem ex mundo, neque ex colloquio libertatem dicendi, tollamus.

XXXII. Venatores canibus venantur lepores, vulgus ſtultos capit laudibus.

XXXIII. Diis thus, bonis laudem, tribuere oportet.

XXXIV. Lingua maledica, malæ mentis eſt index.

XXXV. Prodigorum vita, ut quotidie moriens, effertur.

XXXVI. Beneficentia, ſicuti luna, quum plena fuerit, tunc pulchra apparet.

A λζ'. Ἀχάριστον εὐεργετεῖν, καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐν ἴσῳ κεῖται.

λη'. Φθείρεται ὁ μὲν κόσμος πυρὶ καὶ ὕδατι, ὁ δὲ τῶν ἀκολάστων πλοῦτος ἔρωτι καὶ μέθῃ.

λθ'. Ὕβρις καὶ οἶνος ἀποκαλύπτειν εἰώθασι φίλοις τὰ ἤθη τῶν φίλων.

μ'. Οἱ θυμοὶ, καθάπερ αἱ κύνες, τυφλὰ τίκτουσιν ἐγκλήματα.

μα'. Οἱ μὲν τραχεῖς ἵπποι τοῖς χαλινοῖς, οἱ δὲ ὀξεῖς θυμοὶ μετά-
B γονται τοῖς λογισμοῖς.

μβ'. Τὸ μὲν εὔκρατον ὕδωρ τὰς φλεγμονὰς, ὁ δὲ ἐπιεικὴς λόγος τὰς ὀργὰς διαλύει.

μγ'. Ὥσπερ ὄργανον, ἄνεσιν καὶ ἐπίτασιν λαμβάνον, ἡδὺ γίνεται, οὕτω καὶ βίος.

μδ'. Ὅπερ ἂν σιωπᾶσθαι βούλῃ, μηδενὶ εἴπῃς· ἢ πῶς παρά τινος
C ἀπαιτήσεις τὸ πιστὸν τῆς σιωπῆς, ὃ μὴ παρέσχες σεαυτῷ;

με'. Τοῖς μὲν διὰ τοῦ ἡλίου πορευομένοις ἕπεται κατ᾽ ἀνάγκην σκιὰ, τοῖς δὲ διὰ τῆς δόξης βαδίζουσιν ἀκολουθεῖ φθόνος.

A. 1. λζ'.] Ibid. p. 278. Item quadam varietate apud Apoſtolium Proverb. v. 30. ubi eſt, Ἀχάριστον εὐεργετεῖν καὶ νεκρὸν μυρίζειν ἐπὶ σύγκειται. Πλούταρχος.

A. 2. λη', λθ'.] Ibid. p. 302. Priori adſcriptum eſt Plutarchi nomen, poſteriori deinceps ſequenti nullum additum nomen; ut ſub eadem auctoritate proditum videatur. Prius exſtat etiam in Arſenii Violeto MS. Titulo Περὶ Μέθης.

A. 5. μ', μα', μβ'.] Ibid. p. 329. Primo additum eſt Plutarchi nomen (eſtque item in Arſen. Viol. MS. Tit. Περὶ Θυμοῦ.): tria deinceps ſequuntur ſine nomine, quorum ultimum item eſt Plutarchi Opp. Mor. p. 88, D. Ὡς γὰρ ὁ Καικίας τὰ νέφη κ. τ. λ. igitur hic a nobis omiſſum.

B. 4. μγ'.] Ibid. p. 374, addito Plutarchi nomine. Proxima ſub *Niciæ* et *Archimedis* titulis prodita, item ſunt Plutarchi ex Opp. Mor. p. 786, B.

B. 6. μδ'.] Ibid. p. 387. addito nomine Plutarchi: recte, necne, haud dicam: proxima quidem eadem p. 387. deinceps tria ſunt ex Opp. Moral. et ſuis locis notata prodentur: ergo hoc loco a nobis omiſſa ſunt.

C. 2. με', μϛ'.] Ibid. p. 408.

XXXVII. Ingrato benefacere, et mortuum ungere, æqualia ſunt.

XXXVIII. Mundus quidem igne et aqua perit: at luxurioſorum opes amore et ebrietate.

XXXIX. Petulantia et vinum amicis mores amicorum detegere ſolent.

XL. Iræ, ut canes, cæcas pariunt criminationes.

XLI. Equi duri frænis, animi vehementes ratione, ducuntur.

XLII. Aqua bene temperata inflammationes, lenis oratio iras, diſſolvit.

XLIII. Quemadmodum organum intentionem ac remiſſionem accipiens ſuave fit, ſic etiam vita.

XLIV. Nemini dixeris quod taceri vis. Quomodo enim ab alio poſtulabis ſilentii fidem quam tute tibi non præſtiteris?

XLV. Ut eos qui in Sole ambulant, neceſſario ſequitur umbra; ita iis qui in gloria verſantur, comitatur invidia.

μϛʹ. Τὸ τῆς δόξης κάλλος ὥσπερ ὑπὸ νόσου τοῦ φθόνου ταχὺ καταφθείρεται. A

μζʹ. Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ ἰοῦ τὸν σίδηρον, οὕτω τοὺς φθονεροὺς ὑπὸ τοῦ ἰδίου ἤθους κατεσθίεσθαι.

μηʹ. Εἰς κάτοπτρον κύψας, θεώρει· καὶ εἰ μὲν καλὸς φαίνει, ἄξια τούτου πρᾶττε· εἰ δὲ αἰσχρὸς, τὸ τῆς ὄψεως ἐλλειπὲς ὡραΐζε καλοκαγαθίᾳ.

μθʹ. Τὰ μὲν φυτὰ ἀπὸ τῆς ῥίζης, ἡ δὲ δόξα ἀπὸ τῆς πρώτης * λήψεως αὔξει. B

νʹ. Ἵππου μὲν ἀρετὴν ἐν πολέμῳ, φίλου δὲ πίστιν ἐν ἀτυχίᾳ κρίνομεν.

ναʹ. Σκεύη τὰ μὲν καινὰ κρείττονα, φιλία δὲ ἡ παλαιοτέρα.

νβʹ. Φεύγειν δεῖ τὴν φιλίαν ὧν ἀμφίβολος ἡ διάθεσις.

νγʹ. Ἐν πολέμῳ μὲν πρὸς ἀσφάλειαν σίδηρος χρυσοῦ κρείσσων, ἐν δὲ τῷ ζῆν ὁ λόγος τοῦ πλούτου. C

νδʹ. Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ, δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι.

νεʹ. Οὔτε συμπόσιον ἄνευ ὁμιλίας, οὔτε πλοῦτος χωρὶς ἀρετῆς, ἡδονὴν ἔχει.

A. 3. μζʹ.] Ibid. cum varietate inſcriptionis *Clitarchi* et *Plutarchi*.

A. 5. μηʹ.] Ibid. p. 566.

B. 1. μθʹ.] Ibid. p. 569. Videtur corrigendum ἀπὸ τῆς πρώτης ὑπολήψεως, vel ἐκλάμψεως, αὔξεται.

B. 3. νʹ, ναʹ.] Ibid. p. 718. deinceps poſita, adſcripto ad prius nomine Plutarchi, ad poſterius nullo.

B. 5. νβʹ.] Ibid. p. 725.

B. 6. νγʹ, νδʹ, νεʹ.] Apud Maxim. p. 757. primum ſub nomine Plutarchi: quibus deinceps alia ſubjiciuntur ſine nomine: quorum duo proxima νδʹ et νεʹ ad eamdem atque νγʹ, auctoritatem referenda videntur.

XLVI. Gloriæ pulchritudo, ab invidia, quaſi morbo, corrumpitur.

XLVII. Ut ferrugine ferrum, ita invidos ſuis ipſos moribus conſumi.

XLVIII. In ſpeculo te contemplare, et ſi pulcher appareas, ea fac quæ decent pulchrum: ſin deformis, id quod faciei deeſt, honeſtate morum ſupple.

XLIX. Ut plantæ a radice, ita gloria a prima exiſtimatione creſcit.

L. Equi bonitatem in bello, amici fidem in adverſa fortuna judicamus.

LI. Vaſa quidem nova, at amicitia vetuſtior, meliora ſunt.

LII. Fugienda eſt amicitia eorum quorum animus incertus eſt.

LIII. In bello quidem ad corporis tutelam plus auro valet ferrum, item ad vitam bene gerendam ratio præſtantior eſt divitiis.

LIV. Neque equo ſine fræno, neque divitiis ſine ratione, tuto uti poſſumus.

LV. Neque convivium ſine ſermone, neque divitiæ ſine virtute, voluptatem habent.

A νϛʹ. Αἱ μὲν ποδήρεις ἐσθῆτες τὰ σώματα, αἱ δὲ ὑπέρμετροι περιουσίαι τὰς ψυχὰς ἐμποδίζουσιν.

νζʹ. Οὔτε ἵππος εὐγενὴς κρίνοιτ' ἂν πολυτελῆ σκευὴν ἔχων, ἀλλ' ὁ τῇ φύσει λαμπρός· οὔτε ἀνὴρ σπουδαῖος ὁ πολύτιμον οὐσίαν κεκτημένος, ἀλλ' ὁ τὴν ψυχὴν γενναῖος.

νηʹ. Ὁδὸν μὲν τὴν λειοτάτην ἐκλέγεσθαι χρή, βίον δὲ τὸν ἀλυπότατον.

B νθʹ. Ἐπενδύεσθαι δεῖ τῷ μὲν θώρακι χιτῶνα, τῇ δὲ λύπῃ νοῦν.

ξʹ. Οὔτε τὸν ἀῤῥωστοῦντα ἡ χρυσόπους ὠφελεῖ κλίνη, οὔτε τὸν ἀνόητον ἡ ἐπίσημος εὐτυχία.

ξαʹ. Τοῖς μὲν νοσοῦσιν ἰατρούς, τοῖς δὲ ἀτυχοῦσι φίλους δεῖ συμπαρεῖναι.

ξβʹ. Αἱ ἐπιφανεῖς τύχαι, καθάπερ οἱ σφοδροὶ τῶν ἀνέμων, μεγάλα ποιοῦσι ναυάγια.

C ξγʹ. Ὥσπερ οἱ ἐν εὐδίᾳ πλέοντες, καὶ τὰ πρὸς τὸν χειμῶνα ἔχουσιν ἕτοιμα· οὕτως οἱ ἐν εὐτυχίᾳ φρονοῦντες εὖ, καὶ τὰ πρὸς τὴν ἀτυχίαν ἡτοιμάκασι βοηθήματα.

ξδʹ. Ἔοικεν ἡ τύχη φαύλῳ ἀγωνοθέτῃ· πολλάκις γὰρ τοὺς μὴ νικήσαντας στεφανοῖ.

ξεʹ. Ἀτυχίαν κρύπτε, ἵνα μὴ τοὺς ἐχθροὺς σου εὐφράνῃς.

A. 1. νϛʹ, νζʹ.] Apud Anton. p. 762. adſcripto ad prius dictum nomine Plutarchi, ad alterum nullo; ut illius inſcriptio cum hoc etiam communicari videatur.

A. 6. νηʹ, νθʹ.] Apud Maxim. et Anton. p. 790. eadem, qua priora duo, tituli ſignificatione: νθʹ eſt etiam ap. Arſen. Violet. MS. Tit. Περὶ Λύπης.

B. 2. ξʹ.—ξβʹ.] Ibid. p. 818. ad primam ſententiam adſcripto Plutarchi nomine: quod cum proximis deinceps communicari videtur: nec ſtilus aut color repugnat.

LVI. Ut veſtes talares corpora, ſic immodicæ opes, animos impediunt.

LVII. Neque equus judicatur generoſus pretioſo ornatu, ſed naturæ excellentia: neque vir bonus cenſetur opum magnitudine, ſed animi præſtantia et robore.

LVIII. Ut via planiſſima, ita vita tranquilliſſima, eligenda eſt.

LIX. Thoraci ſuper induenda eſt tunica, ita triſtitiæ mens.

LX. Nec ægrotantem juvat lectus aureis ſuffultus pedibus, neque ſtultum illuſtris fortuna.

LXI. Ægrotantibus medicos, infortunatis amicos, adeſſe oportet.

LXII. Splendidæ fortunæ, ut venti vehementes, magna efficiunt naufragia.

LXIII. Ut qui cœlo ſereno navigant, inſtrumenta etiam adverſus tempeſtates parata habent; ita qui in læta fortuna recte ſapiunt, præſidia quoque adverſus adverſam ſibi comparant.

LXIV. Fortuna ſimilis eſt malo certaminum præſidi: ſæpe quippe eos etiam, qui non vicerunt, tamen coronat.

LXV. Infortunium cela; ne gaudium parias inimicis tuis.

ξϛʹ. Ἐν μὲν ταῖς μέθαις παροινοῦσιν, ἐν δὲ ταῖς ἀτυχίαις παρανοοῦσιν οἱ πλεῖστοι. A

ξζʹ. Ἀῤῥωστοῦντι φορτίον ἐπιθεῖναι, ἢ ἀπαιδεύτῳ ψυχῇ εὐτυχίαν, ταυτόν ἐστιν.

ξηʹ. Νοσοῦντος δίαιτα, καὶ ἄφρονος εὐτυχία, τὸ δυσάρεστον.

ξθʹ. Ἡ τύχη καθάπερ τοξότης, ποτὲ μὲν ἐπιτυγχάνει βάλλουσα ἐφ' ἡμᾶς ὥσπερ ἐπί τινα σκοπὸν, ποτὲ δὲ ἐπὶ τὰ σύνεγγυς παρακείμενα ἡμῖν. B

οʹ. Οὔτε ναῦν ἐξ ἑνὸς ἀγκυρίου, οὔτε βίον ἐκ μιᾶς ἐλπίδος ὁρμιστέον.

οαʹ. Στάσιμοι εἰσὶν αἱ τῶν πεπαιδευμένων ἐλπίδες, ὡς ἐν λιμένι τῷ λογισμῷ ὁρμοῦσαι.

οβʹ. Αἱ μὲν τῆς ἀρετῆς ἐλπίδες ἴδιαι εἰσι τῆς ψυχῆς, αἱ δὲ τῆς κακίας νόθοι.

ογʹ. Ταυτόν ἐστιν ἐξ ἀσθενοῦς ἀγκυρίου σκάφος ὁρμεῖν, καὶ ἐκ φαύλης γνώμης ἐλπίδα. C

οδʹ. Αἱ πονηραὶ ἐλπίδες, ὥσπερ οἱ κακοὶ ὁδηγοὶ, ἐπὶ τὰ ἁμαρτήματα ἄγουσιν.

οεʹ. Οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἐλπὶς ἀγαθὴ χωρὶς πόνου γεννᾷ τι χρήσιμον.

οϛʹ. Ἡδύ ἐστιν ὥσπερ φίλῳ σπουδαίῳ, οὕτω καὶ λόγῳ καλῷ συγγηράσκειν. D

A. 1. ξϛʹ.] Forte ἀτυχίαις mutandum in εὐτυχίαις.
B. 2. οʹ.—οεʹ.] Apud Maxim. p. 852. Ad οʹ adſcriptum eſt *Plutarchi,* ad οδʹ *Socratis:* eſt tamen et hoc proximum ejuſdem coloris atque antecedentia.
B. 5. οβʹ.] Item apud Arſenium in Violeto MS. Titulo Περὶ Ἀρετῆς.
D. 1. οϛʹ.] Apud Maxim. p. 855. Duplici titulo hoc, *Socratis,* al. *Plutarchi.*

LXVI. Plurimi, ut in ebrietate delirant, ita in ſecunda fortuna deſipiunt.

LXVII. Infirmo onus imponere, et animo indocto ſecundam fortunam, idem eſt.

LXVIII. Et ægrotantis victus, et ſtulti proſper ſucceſſus, moroſi ſunt.

LXIX. Fortuna ut ſagittarius, nonnumquam collineat, petens nos veluti ſcopum: nonnumquam ferit proxima nobis et adjacentia.

LXX. Nec navis una anchora, nec vita una ſpe, firmanda eſt.

LXXI. Stabiles ſunt eruditorum ſpes, ut quæ in rationis portu contineantur.

LXXII. Virtutis ſpes, ſunt propriæ animi: at pravitatis ſpes ſunt ſpuriæ.

LXXIII. Idem eſt infirma navem anchora continere, et ſpem in pravo conſilio ponere.

LXXIV. Improbæ ſpes, quemadmodum pravi viæ duces, in errores inducunt.

LXXV. Nec mulier ſine viro, nec bona ſpes ſine labore, quidquam parit utile.

LXXVI. Jucundum eſt ut cum bono amico, ſic bona cum ratione ſeneſcere.

A οζ΄. Παρεκελεύετο τοῖς νέοις τρία ταῦτα ἔχειν· ἐπὶ μὲν τῆς γνώμης σωφροσύνην, ἐπὶ δὲ τῆς γλώσσης σιγὴν, ἐπὶ δὲ τοῦ προσώπου αἰδῶ.

οη΄. Ὁ μὲν χειμὼν σκέπης, τὸ δὲ γῆρας ἀλυπίας δεῖται.

οθ΄. Γέρων ἀνόητος, ὥσπερ τρίβων παλαιὸς, εἰς οὐδὲν ἐστιν εὔθετος.

π΄. Οὔτε πῦρ ἱματίῳ περιστεῖλαι δυνατὸν, οὔτε ἁμάρτημα χρόνῳ.

πα΄. Ὁ ὑπὲρ μικρῶν ἁμαρτημάτων ἀνυπερβλήτως ὀργιζόμενος, οὐκ
B ἐᾷ διαγνῶναι τὸν ἁμαρτάνοντα, πότε ἔλαττον καὶ πότε μεῖζον ἠδίκησεν.

ΤΑ ΠΑΡΑ ΔΙΑΦΟΡΟΙΣ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

πβ΄. Plutarchus refert Arcesilaum Philosophum vehementi verbo usum esse de quodam nimis delicato divite; qui incorruptus tamen et castus et perinteger dicebatur. Nam, quum vocem ejus infractam capillumque arte compositum et oculos ludibun-
C dos atque illecebræ voluptatisque plenos videret: *Nihil interest*, inquit, *quibus membris cinædi sitis, posterioribus an prioribus.*

πγ΄. Ἦτε γὰρ αἴγειρος, ὥς φασιν ἄλλοι τε καὶ Πλούταρχος, φιλοπενθὴς καὶ ἀτελὴς πρὸς καρπογονίαν. Διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἔν τισι φησίν·

A. 1. οζ΄.] Ibid. antecedenti deinceps subjectum: et apud Anton. p. 857. ubi disertius ad ipsum refertur Plutarchum; hac formula, Πλούταρχος παρεκελεύσατο τοῖς νέοις κ. τ. λ.

A. 3. οη΄. Ibidem ex Antonio p. 860.

A. 4. οθ΄.] Ibidem ex Antonio p. 875.

A. 5. π΄.] Ibid. ex Maximo et Antonio p. 839.

A. 6. πα΄.] In Arsenii Violeto MS. unde edidit Matthæus ad calcem libelli De Vitioso Pudore, exstat sub nomine Plutarchi: at apud Stob. Serm. xx. p. 173. et in Sententiis Maximi et Antonii 329, adscribitur Apollonio.

B. 3. Plutarchus] Apud Gellium III, 5. qui ex incerto et nunc perdito Plutarchi libro sumsisse videtur. Dictum Arcesilai breviter memoratur a Plutarcho Opp. Mor. p. 126. A. et Symp. V, 5.

C. 3. Ἦτε] Porphyrius de Styge, ap. Stob. Serm. ciii, p. 563. Sophoclea item e Plutarcho sumta videntur: exhibui ea secundum Brunckium Fragm. p. 38, 1. qui ex cod. reg. duo verba mutavit, ἀποβλέπειν et ἰσαμόριος.

LXXVII. Hortabatur juvenes, tria hæc habere: in animo temperantiam, in lingua silentium, in vultu verecundiam.

LXXVIII. Hyems tegumentum, senectus vacuitatem doloris requirit.

LXXIX. Senex stultus, ut vetus pallium, nulli negotio aptus est.

LXXX. Nec ignis vestimento; nec turpe peccatum tempore tegi potest.

LXXXI. Qui ob levia peccata vehementissime succenset, non sinit discernere peccantem quando minus et quando majus admiserit peccatum.

LXXXIII. Nam populus arbor, ut aiunt cum alii, tum Plutarchus, luctui est dedita et inefficax ad fructus perferendos. Quare etiam Sophocles alicubi dicit:

Οὐ χρὴ ποτ' ἀνθρώπων A
Μεγαν ὄλβον ἀποβλέψαι.
Τανυφλοίου γὰρ ἰσαμέριος
Ὅστις αἰγείρου βιοτὰν ἀποβάλλει.

πδ'. Ὅτι δὲ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέν τοι τῶν Θεσμοφορείων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, εἰς τας Ἀθήνας ἐκόμισεν, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀφικόμενος τὰ τῆς Ἴσιδος καὶ B
τοῦ Ὀσίριδος εἰς τὰ τῆς Δηοῦς καὶ τοῦ Διονύσου μετατέθεικεν ὄργια, διδάσκει μὲν Πλουταρχος ὁ ἐκ Χαιρωνείας τῆς Βοιωτίας.

πε'. Πλουταρχος δὲ ὁ Χαιρωνεὺς τὴν γῆν προσηγόρευσεν Ἥραν· Λητὼ δὲ τὴν λήθην, ἢ τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οἷόν τινα λήθην ἡ διάνοια δέχεται.

πϛ'. Ὅτι πρώτους θεοὺς ἐνόμισαν καὶ Αἰγύπτιοι καὶ Φοίνικες, καὶ μέν C
τοι καὶ Ἕλληνες, ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, καὶ τἄλλα στοιχεῖα· τοῦτο γὰρ δὴ καὶ ὁ Πλάτων, καὶ ὁ Σικελιώτης Διόδωρος, καὶ ὁ Χαιρωνεὺς ἐδίδαξε Πλουταρχος.

πζ'. Καὶ δεῖ μεμνῆσθαι καὶ ὧν ὁ Χερωνευς εἶπε περὶ τῆς προνοίας ὀνόματος, ὡς Πλάτωνος οὕτω περὶ τῆς θείαν κελεύσαντος.

A. 5. πδ'.] Theodoretus Græc. Affect. Curat. i. p. 468, A. Alia etiam prodidimus in Præfat. pag. l.
B. 4. πε'.] Ibidem iii. p. 515, C.
C. 1. πϛ'.] Ibidem iii. p. 510, B.
C. 5. πζ'.] Proclus in Plat. Tim. ii. p. 127. Corrigendum—Χαιρωνεὺς—Πλάτωνος οὕτω πρώτου τὴν θείαν καλέσαντος. Vid. Bentlei Addend. in Diff. Phalarid. p. 293. et Lennep. ad Phalarid. Epist. p. 149.

Non decet ad hominum
Magnas reſpicere divitias:
Quæ uno die, paſſis inſtar foliis
Populi, exſtinguuntur.

LXXXIV. Feſta initiationeſque, Bacchi, Panathenæa, Cereris, Eleuſinia, Orpheus, gente Odryſius Athenas attulit: et in Ægyptum profectus, Iſidis et Oſiridis ſacra, in Cereris et Bacchi cultum transformavit. Auctor eſt Plutarchus Chæronenſis e Bœotia.

LXXXV. Plutarchus Chæronenſis Terram vocat Junonem: Latonam oblivionem vel Noctem, qua mens quaſi lethen, id eſt, oblivionem ſuſcipit.

LXXXVI. Ægyptii, Phœnices, atque adeo Græci, primos pro Diis habuerunt Solem, Lunam, Cœlum, Terram, et reliqua elementa. Hoc docuit et Plato, et Siculus Diodorus, et Chæronenſis Plutarchus.

LXXXVII. Et meminiſſe oportet quæ Chæronensis dixit de nomine *Pronœa*, id eſt, *Providentia:* Platonem primum ita Divinam Providentiam nominaſſe.

A πη'. Ποσότητα δὲ λέγουσιν αὐτὴν (τὴν γωνίαν) ὅσοι φασὶ τὸ πρῶτον διάστημα ὑπὸ τὸ σημεῖον εἶναι τὴν γωνίαν· ὧν καὶ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ἐστιν, εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν συνωθῶν καὶ τὸν Ἀπολλώνιον. "Δεῖ γὰρ εἶναί τι, φησί, "διάστημα πρῶτον ὑπὸ τὴν κλάσιν τῶν περιεχουσῶν γραμμῶν, ἢ ἐπι-"φανειῶν." Καίτοιγε συνεχοῦς ὄντος τοῦ ὑπὸ τὸ σημεῖον διαστήματος, ἀδύνατον τὸ πρῶτον λαβεῖν· ἐπ' ἄπειρον γὰρ πᾶν διάστημα διαιρετόν,
B πρὸς τῷ καὶ ἐὰν ὁπωσοῦν ἀφορίσωμεν τὸ πρῶτον καὶ δι' ἐκείνου γωνίαν ἀγάγωμεν, γίγνεσθαι τρίγωνον, ἀλλ' οὐ μίαν γωνίαν.

πθ'. ΠΛΟΥΤΑΡΧῼ δὲ δοκεῖ τὸ σαφὲς καὶ λεῖον γνήσιον εἶναι Ἀττικισμόν· οὕτω γάρ, φησίν, ἐλάλησαν οἱ Ῥήτορες.

ϟ'. Οὗτος καὶ τὸν Ἰούλιον Κάνον ἕνα τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων ἀνεῖλεν· περὶ οὗ παράδοξον Ἕλλησιν, ὡς δοκῶ, πέπλασται. Ἀπαγόμενος γὰρ πρὸς
C τὸ θανεῖν ἀταράχως, λέγεταί τινι τῶν ἑταίρων Ἀντιόχῳ τοὔνομα Σελευκεῖ συνεπομένῳ προσειπεῖν, ὡς ἐντεύξεται αὐτῷ κατὰ τὴν αὐτὴν νύκτα μετὰ τὴν ἔξοδον, καὶ διαπορήσει τι τῶν σπουδῆς ἀξίων, καὶ ὅτι μετὰ τρεῖς ἡμέρας Ῥέκτος εἷς τῶν ἑταίρων ὑπὸ Γαΐου φονευθήσεται. Ἃ καὶ γέγονεν· τοῦ μὲν

A. 1. πη'.] Proclus in Euclid. ii. p. 35.
B. 1. γωνίαν ἀγάγωμεν] Forte, γραμμὴν ἀγ.
B. 3. πθ'.] Isidorus Pelus. Epist. ii. 42. Ruhnkenius corrigit λιτὸν pro λεῖον. Vid. Præfat. p. li.
B. 5. Syncellus Chronogr. A. C. 37. p. 330. Ed. Goar.
B. 5. Οὗτος] Is est C. Cæsar Caligula. Vel ex hujus Vita, vel ex libris de Anima, hunc locum sumtum dicam. De Julio Cano pauca habet Fabricius B. G. Vol. ii. p. 405.
C. 2. προσειπεῖν] Forte, προειπεῖν.

LXXXVIII. Angulum in quantitatibus censent, quicumque eum esse dicunt primum a puncto intervallum. E quorum numero est PLUTARCHUS in eamdem sententiam interpretans ac trahens Apollonium: "Oportet enim quoddam, "inquit, primum intervallum esse sub inclinatione "linearum aut superficierum quæ angulum am-"plectuntur." Atqui, quum intervallum sub inclinatione linearum sit continuum; fieri nequit ut primum intervallum capiamus. Omne enim intervallum est dividuum sine fine. Præterea quod, etiamsi quomodocumque determinaverimus primum intervallum, et per illud angulum ducat; triangulum oriatur, non unicus angulus.

LXXXIX. PLUTARCHO autem videtur perspicuitas ac tenuitas germana esse Attica oratio: ita enim, inquit, Oratores locuti sunt.

XC. Hic etiam Julium Canum, unum e Stoicis philosophis interfecit: de quo Græci incredibile quid, ut puto, finxerunt. Dicitur enim hic ad supplicium ductus tranquillo animo, prædixisse cuidam familiari ipsum comitanti, Antiocho Seleuciensi, se proxima post obitum nocte ad eum venturum ac de quæstione tractatu digna disputaturum: tertio die Rectum, unum e familiaribus a Caio interfectum iri. Quæ et evenerunt: Recto

ἀναιρεθέντος τριταίου· τοῦ δὲ Ἀντιόχου τὴν ἐπόψιαν εἰπόντος τῆς νυκτὸς, A
ὅτι φανεὶς Ἰούλιος Κανὸς τὰ περὶ διαμονῆς τῆς ψυχῆς καὶ καθαρωτέρου φωτὸς μετὰ τὴν ἔξοδον διηγήσαιτο. Ταῦτα ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ ὁ Χαιρωνεὺς ἱστορεῖ.

ϟα'. Ἐν τῷ συνδείπνῳ τοῦ Μαικήνα τράπεζα ἐγγώνιος ἦν ὑπὸ τῇ κλισίᾳ, τὸ μέγεθος μεγίστη, καὶ κάλλος ἄμαχος, καὶ οἷα εἰκὸς, ἐπῄνουν ἄλλοι ἄλλως αὐτήν· ὁ δὲ Ἰόρτιος, οὐκ ἔχων ὅτι παρ' ἑαυτοῦ τερατεύσαιτο, σιγῆς γενομένης εἶπεν, Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐννοεῖτε, ὦ φίλοι συμπόται, B
ὡς στρογγύλη ἐστὶ καὶ ἄγαν περιφερής. Ἐπὶ τοίνυν τῇ ἀκράτῳ κολακείᾳ, ὡς τὸ εἰκὸς, γέλως κατερράγη. Ἐγγώνιος γὰρ ἦν, καὶ οὐ στρογγύλη, ἡ τοῦ Μαικήνα τράπεζα. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ.

ϟβ'. ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ λεπτοκάρυον περιάπτει τοῖς κλινοπόσιν, εἰς τὸ μὴ προσιέναι τὸν σκορπίον αὐτοῖς.

ϟγ'. —οἱ δὲ ἐκ μαχομένων αὐτὰ συναρμόζοντες, ὥσπερ οἱ περὶ C
Ἀττικὸν καὶ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΝ.

ϟδ'. Καὶ τηροῦσι μὲν αὐτὴν ἐπὶ τῆς οἰκείας τάξεως ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ, καὶ Πορφύριος, καὶ οἱ παλαιότεροι.

A. 4. ϟα.] Suidas in Ἐγγώνιος, ab initio ad κατερράγη: inde ad finem, in Ἰόρτιος: ab initio ad ἐγγώνιος ἦν, in Μαικήνας

B. 5. ϟβ'.] Geoponica, xiii. 9.

C. 1. ϟγ'.] Jamblichus ap. Stob. Eclog. Phyſ. p. 112. Ed. Canter. p. 894. Ed. Heren. αὐτὰ, accipiendum et antecedentibus τὰ εἴδη καὶ τὰ μόρια τῆς ζωῆς καὶ τὰ ἐνεργήματα.

C. 3. ϟδ'.] Idem ibid. p. 144, Cant. p. 1064, Heren. αὐτὴν, i. e. animam in remuneratione poſt hanc vitam.

poſt tertiam diem interfecto: Antiocho autem referente, Julium Canum ipſi apparuiſſe, ac de immortalitate animæ et puriore in qua degat luce, poſt obitum expoſuiſſe. Hæc PLUTARCHUS Chæronenſis memoriæ prodit.

XCI. In convivio Mæcenatis menſa ſub tentorio poſita erat, angulos habens magnitudinis et pulchritudinis eximiæ: quam, ut par eſt, alii aliter laudabant. Iortius vero cum nihil novum et inſolitum proferre poſſet, facto ſilentio, Illud vero, inquit, non animadvertitis, chari compotatores, menſam hanc eſſe apprime rotundam. Hanc igitur immodicam aſſentationem omnes effuſo riſu exceperunt. Angularis enim, non rotunda, erat illa Mæcenatis menſa. PLUTARCHUS.

XCII. PLUTARCHUS nucem avellanam lectulorum pedibus alligat, ut ſcorpius ad ipſos non accedat.

XCIII. —alii ex contrariis ea componentes, ut Atticus et PLUTARCHUS.

XCIV. Et PLUTARCHUS quidem et Porphyrius, ac vetuſtiores, animam ſuo in loco et ordine manere ſtatuunt.

A ϛε'. α'. Ἀρχὴν δὲ, ὡς καὶ Πλουταρχος φησιν, οὐκ ἐπεὶ δεῖταί τινων ἡμῶν ἡ φύσις, καὶ χρώμεθα τούτοις, ἤδη ἐπὶ πᾶν προακτέον καὶ πρὸς πάντα τὴν ἀδικίαν. Δίδωσι μὲν γὰρ καὶ παρέχει τοῖς ἀναγκαίοις τὴν ἄχρι τινὸς βλάβην· εἴγε βλάβη τὸ λαμβάνειν τι παρὰ τῶν φυτῶν, καίτοι ζώων μενόντων· τὸ δ' ἐκ περιουσίας καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀπολαύειν ἕτερα καὶ φθείρειν, τῆς παντελοῦς ἦν ἀγριότητος καὶ ἀδικίας· καὶ ἡ τούτων B ἀποχὴ οὔτε πρὸς τὸ ζῆν, οὔτε πρὸς τὸ εὖ ζῆν ἡμᾶς ἠλάττου. Εἰ μὲν γὰρ ὡς ἀέρος καὶ ὕδατος φυτῶν τε καὶ καρπῶν, ὧν ἄνευ ζῆν ἀδύνατόν ἐστιν, οὕτω φόνου ζώων καὶ βρώσεως σαρκῶν ἐτυγχάνομεν δεόμενοι πρὸς τὸν βίον, ἀναγκαίαν ἡ φύσις συμπλοκὴν εἶχεν ἂν πρὸς ταύτην τὴν ἀδικίαν. Εἰ δὲ πολλοὶ μὲν ἱερεῖς θεῶν, πολλοὶ δὲ βασιλεῖς βαρβάρων ἁγνεύοντες, ἄπειρα δὲ γένη ζώων, τὸ παράπαν οὐ θιγγάνοντα τῆς τοιαύτης τροφῆς, C ζῶσιν καὶ τυγχάνουσι τοῦ κατὰ φύσιν τέλους, πῶς οὐκ ἔστιν ἄτοπος ὁ κελεύων, εἴ τισιν ἀναγκαζοίμεθα πολεμεῖν, μηδὲ οἷς ἔξεστιν εἰρηνικῶς ὁμιλεῖν, ἀλλὰ ἢ πρὸς μηδὲν τῇ δικαιοσύνῃ χρωμένους ζῆν, ἢ πρὸς πάντα χρωμένους μὴ ζῆν; Ὥσπερ οὖν ἐπ' ἀνθρώπων, ὁ μὲν αὐτοῦ σωτηρίας ἕνεκα καὶ παίδων ἢ πατρίδος, ἢ χρήματά τινων παραιρούμενος ἢ χώραν ἐπιτρίβων

A. 1. ϛε'.] Porphyrius De Abftin. iii. 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, rationes ex Plutarcho refert, addens in fine §. 24. τὰ μὲν δὴ τοῦ Πλουτάρχου ἐν πολλοῖς βιβλίοις πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς καὶ τοῦ Περιπάτου εἰς ἀπάντησιν εἰρημένα, ἐστὶ τοιαῦτα. Inde a v. 20 Ἐξ ὧν δὴ ad finem exftant in Plutarchi fcriptis Moralibus: priora non exftant: ergo in perditis cenfenda, cum ftili fimilitudine, tum Porphyrii hoc indicio.

A. 5. ἀπολαύειν] Forte, ἀπολλύειν, ut Reifkius conjecit.

XCV. 1. Omnino autem, ut Plutarchus dicit, non propterea, quia natura noftra quibufdam indiget et utitur, continuo in omnia proferenda eft injuria. Dat enim hoc et concedit nobis natura, ut pro neceffitate quadamtenus ad damnum aliis inferendum progrediamur; fiquidem et plantæ damnum patiuntur fi quid ab iis fumimus, licet vivæ maneant: at ex abundantia et voluptatis cauffa perdere ac deftruere alia, fummæ erat immanitatis et injuftitiæ: eorum abftinentia non impediebat quominus et viveremus, et bene viveremus. Nam fi quemadmodum aëre, plantis, fructibus, fine quibus vivere non poffumus, fic animalium cæde et efu carnium indigeremus ad vivendum; neceffarium cum injuftitia nexum et vinculum noftra haberet natura. At fi multi et Deorum facerdotes, et barbarorum reges, per caftimoniam et religionem, infinita porro animalium genera, talem cibum numquam tangunt et tamen naturali fine ac bono non fruftrantur; quomodo non abfurdus ille fit, qui, fi cum quibufdam bellum gerere cogamur, nos jubeat ne cum reliquis quidem, quibufcum licet, pacem agere, et vel non vivere juftitia erga omnia genera obfervanda, vel vivere ea erga nullum genus obfervanda. Quemadmodum igitur in actionibus erga homines, is qui aut fuæ aut natorum aut patriæ falutis cauffa, aliorum vel pecunias rapit, vel urbem et agros

καὶ πόλιν, ἔχει πρόσχημα τῆς ἀδικίας τὴν ἀνάγκην· ὅστις δὲ ταῦτα δρᾷ A διὰ πλοῦτον ἢ κόρον ἢ ἡδονὰς τρυφώσας, καὶ ἀποπληρώσεις οὐκ ἀναγκαίων πορίζόμενος ἐπιθυμιῶν, ἄμικτος εἶναι δοκεῖ καὶ ἀκρατὴς καὶ πονηρός· οὕτω τὰς μὲν εἰς φυτὰ βλάβας, καὶ πυρὸς καὶ ναμάτων ἀναλώσεις, κουράς τε προβάτων καὶ γάλα, βοῶν τε ἐξημέρωσιν καὶ κατάζευξιν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ διαμονῇ, τοῖς χρωμένοις ὁ θεὸς δίδωσι συγγνώμην· ζῶα δὲ ὑπάγειν σφαγαῖς καὶ μαγειρεύειν ἀναπιμπλαμένους φόνου, μὴ τροφῆς ἢ πληρώσεως B χάριν, ἀλλ' ἡδονῆς καὶ λαιμαργίας, ποιουμένους τέλος, ὑπερφυὲς ὡς ἄνομον καὶ δεινόν. Ἀρκεῖ γὰρ ὅτι μηδὲν πονεῖν δεομένοις χρώμεθα προσκάμνουσι, καὶ

Μόχθους ἵππων ὄνων τε ὀχείαν καὶ ταύρων
Γονάς,

ὡς Αἰσχύλος φησιν,

—ἀν δοῦλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα C

χειρωσάμενοι καὶ καταζεύξαντες.

β΄. Ὁ δὲ ἀξιῶν ἡμᾶς ὄψῳ μὴ χρῆσθαι βοΐ, μηδὲ πνεῦμα καὶ ζωὴν διολλύντας καὶ διαφθείροντας, ἡδύσματα πλησμονῆς καὶ καλλωπίσματα προστίθεσθαι τραπέζης, τίνος ἀναγκαίου πρὸς σωτηρίαν ἢ καλοῦ πρὸς ἀρετὴν ἀφαιρεῖται τὸν βίον; Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ζώοις τὰ φυτὰ

A. 1. ἔχει πρόσχημα] Sic Valent. Vulgo, ἔχειν πρόσχημα.
A. 4. τὰς μὲν—βλάβας] Subaudiendum κατά.
B. 6. Αἰσχύλος] Rectius, quamquam diverſe, locus exſtat in Plutarchi Morr. p. 98, C. et 964, F. Ubi videndæ Animadverſſ. Forte hoc loco ſcriptum fuerit antiquitus, μόχθους ὄνων ἵππων τ' ὀχεῖα καὶ γονὰς ταύρων—ἀντίδουλα κ. π. ἐκδ.

vexat, habet prætextum injuſtitiæ neceſſitatem: qui vero hæc facit divitiarum profuſione, voluptatum luxurie ac ſatietate, quærens quomodo cupiditates minime neceſſarias expleat, is videtur abhorrens ab humanæ communione ſocietatis, incontinens, improbus: ita Deus ignoſcit iis qui ſuæ ipſi ſalutis cauſſa plantis damna inferunt, ignem et fontes conſumunt, oves tondent et mulgent, boves manſuefaciunt ac ſubjugant: at vero animalia cædibus ſubjicere, dilaniare, cruore inquinari, non ut cibi appetitum expleamus, ſed gulæ libidini ſatisfaciamus: ſupra omnem naturæ modum, dirum et injuſtum eſt. Satis enim eſt, quod ea laboris ipſa non indigentia convertimus eum ad uſum ut pro nobis laborent, et

Labores equorum, aſinorum vecturam, et taurorum
Generationes,

ut Æſchylus inquit,

—ſervorum vicarios, laborumque ſucceſſores.

2. At qui nos vetat, bove pro obſonio uti, pernicie et interitu ſpiritus vitæque parata confectaque ſatietatis condimenta menſæque ornamenta apponere, quo tandem is vitam humanam privat bono, vel neceſſario ad ſalutem vel honeſto ad virtutem? Ceterum animalia plantis comparare,

A παραβάλλειν, κομιδῇ βίαιον. Τὰ μὲν γὰρ αἰσθάνεσθαι πέφυκε καὶ ἀλγεῖν καὶ φοβεῖσθαι καὶ βλάπτεσθαι, διὸ καὶ ἀδικεῖσθαι· τοῖς δ' οὐθέν ἐστιν αἰσθητὸν, οὕτως δὲ οὐδὲ ἀλλότριον, οὐδὲ κακὸν, οὐδὲ βλάβη τις, οὐδὲ ἀδικία. Καὶ οἰκειώσεως πάσης καὶ ἀλλοτριώσεως ἀρχὴ τὸ αἰσθάνεσθαι· τὴν δὲ οἰκείωσιν ἀρχὴν τίθενται δικαιοσύνης οἱ ἀπὸ Ζήνωνος. Πῶς δὲ οὐκ ἄλογον πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων ἐπ' αἰσθήσει μόνον ζῶντας ὁρῶντας νοῦν δὲ
B καὶ λόγον οὐκ ἔχοντας, πολλοὺς δὲ πάλιν ὠμότητι καὶ θυμῷ καὶ πλεονεξίᾳ τὰ φοβερώτατα τῶν θηρίων ὑπερβεβληκότας, παιδοφόνους καὶ πατροκτόνους, τυράννους καὶ βασιλέων ὑπουργούς· πρὸς μὲν τούτους οἴεσθαι εἶναι ἡμῖν· πρὸς δὲ τὸν ἀροτῆρα βοῦν, καὶ τὸν σύντροφον κύνα, καὶ τὰ γάλακτι μὲν τρέφοντα κουρᾷ δὲ κοσμοῦντα θρέμματα, μηδὲν εἶναι, πῶς οὐ παραλογώτατόν ἐστι;

C γ'. Ἀλλ' ἐκεῖνο νὴ Δία τοῦ Χρυσίππου πιθανὸν ἦν, ὡς ἡμᾶς αὑτῶν καὶ ἀλλήλων οἱ θεοὶ χάριν ἐποιήσαντο, ἡμῶν δὲ τὰ ζῶα, συμπολεμεῖν μὲν ἵππους, καὶ συνθηρεύειν κύνας, ἀνδρείας δὲ γυμνάσια παρδάλεις καὶ ἄρκτους καὶ λέοντας· ἡ δὲ ὗς, ἐνταῦθα γὰρ τῶν χαρίτων τὸ ἥδιστον, οὐ δι' ἄλλο τι πλὴν θύεσθαι ἐγεγόνει, καὶ τῇ σαρκὶ τὴν ψυχὴν ὁ θεὸς οἷον ἅλας ἐνέμιξεν, εὐοψίαν ἡμῖν μηχανώμενος· ὅπως δὲ ζωμοὺς καὶ παρα-

B. 3. βασιλέων ὑπουργούς] Forte, βασάνων ὑπουργούς.
B. 3. οἴεσθαι εἶναι] Forte, οἴεσθαί τι εἶναι· subaudi, κοινόν.
C. 4. χαρίτων τὸ ἥδιστον] Sanum est: vertendo expedivi.

valde absurdum est; quandoquidem animalium ea est natura ut sentiant, doleant, timeant, damno lædantur: plantarum ea, ut nil sentiant, itaque nihil iis alienum, nihil malum, nihil damnum, nihil injustum sit. Nam conciliationis omnis et alienationis principium sensus est: conciliationem autem principium Justitiæ statuunt Zeno et qui eum sequuntur. Quomodo igitur non est ab omni ratione alienum, quum videamus multos homines sensu tantum vivere, mentem rationemque non habere; multos etiam sævitia, ira, habendi cupiditate, feras vel maxime horribiles superare, natorum parentumque parricidas, tyrannos, tormentorum opifices; cum istis jus et communionem nobis esse putare; cum bove aratore, cum cane domestico convictus socio, cum pecudibus et lacte nos suo nutrientibus et tonsura ornantibus, nullum nobis esse jus putare, quomodo non ab omni ratione prorsus alienum est?

3. At nimirum illud Chrysippi probabile est decretum: Deos nos et ipsorum, et nostrorum invicem caussa, animalia nostrorum caussa fecisse, equos ad belli societatem, canes ad venationis adjumentum, ad fortitudinis exercitationem pardos, ursos, leones: sus vero, hoc enim est festivissimum Chrysippi commentum, et veluti in suilla carne et sale suavitas et gratia: sus igitur, ut ait Chrysippus, nullum alium in finem facta est nisi ut juguletur et comedatur: ejusque carni animam veluti salem admiscuit Deus, ut nobis obsonii de-

δείπνων ἀφθονίαν ἔχωμεν, ὄστρεά τε παντοδαπὰ καὶ πορφύρας καὶ ἀκα- A
λήφας καὶ γένη πτηνῶν ποικίλα παρεσκεύασεν, οὐκ ἀλλαχόθεν, ἀλλ' ὡς αὐτοῦ μέγα μέρος ἐνταῦθα τρέψας εἰς γλυκυθυμίας, τὰς τιτθὰς ὑπερβαλλόμενος καὶ καταπυκνώσας ταῖς ἡδοναῖς καὶ ἀπολαύσεσι τὸν περίγειον τόπον. Ὅτῳ δὲ δοκεῖ ταῦτά τι τοῦ πιθανοῦ καὶ θεῷ πρέποντος μετέχειν, σκοπείτω τί πρὸς ἐκεῖνον ἐρεῖ τὸν λόγον ὃν Καρνεάδης ἔλεγεν, ἕκαστον τῶν φύσει γεγονότων, ὅταν τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε καὶ γέγονε τυγχάνῃ τέλους, ὠφε- B
λεῖται· κοινότερον δὲ τῆς ὠφελείας, ἣν εὐχρηστίαν οὗτοι λέγουσιν, ἀκουστέον· ἡ δὲ ὗς φύσει γέγονε πρὸς τὸ σφαγῆναι καὶ καταβρωθῆναι· καὶ τοῦτο πάσχουσα, τυγχάνει τοῦ πρὸς ὃ πέφυκε, καὶ ὠφελεῖται. Καὶ μὴν εἰ πρὸς ἀνθρώπων χρῆσιν ὁ θεὸς μεμηχάνηται τὰ ζῷα, τί χρησόμεθα μυίαις, ἐμπίσι, νυκτερίσι, κανθάροις, σκορπίοις, ἐχίδναις; ὧν τὰ μὲν ὁρᾶν εἰδεχθῆ, καὶ θιγγάνειν μιαρά, καὶ κατ' ὀδμὰς δυσανάσχετα, καὶ φθέγγεται δεινὸν C
καὶ ἀτερπές· τὰ δ' ἄντικρυς ὀλέθρια τοῖς ἐντυγχάνουσιν· φαλαίνας τε καὶ πρίστεις καὶ τὰ ἄλλα κήτη, ἃ μυρία βόσκειν Ὅμηρός φησιν ἀγάστονον Ἀμφιτρίτην, τί οὐκ ἐδίδαξεν ἡμᾶς ὁ δημιουργὸς, ὅπῃ χρήσιμα τῇ φύσει γέγονε; Εἰ δὲ οὐ πάντα φασὶν ἡμῖν καὶ πρὸς ἡμᾶς γεγονέναι, πρὸς τῷ σύγχυσιν ἔχειν πολλὴν καὶ ἀσάφειαν τὸν διορισμὸν, οὐδὲ ἐκφεύγομεν τὸ ἀδικεῖν, ἐπιτιθέμενοι καὶ χρώμενοι βλαβερῶς τοῖς οὐ δι' ἡμᾶς, ἀλλ' ὥσπερ

C. 2. τοῖς ἐντυγχάνουσιν] Scripsi cum Reiskio, pro vulgato τοῖς τυγχάνουσι.

licias pararet. Qui quidem etiam ut jusculi et cupediarum copiam haberemus, varia ostrearum genera, purpuras, urticas, diversas volucrum species produxit, neque id aliunde et extrinsecus, sed ex se ipse, magnam sui partem ad nos convertens tamquam nutricis mammas, eamque adeo superans, totumque hunc circum terram locum voluptatibus, suavitatibus, earumque perceptionibus condensavit. Si cui hæc probabilia nec a divina natura abhorrere videantur, cogitet quid Carneadi respondeat, statuenti unumquodque eorum, quæ natura exstiterunt, utilitatem consequi, si finem consequatur eum ad quem a natura factum sit: laxiori autem sensu accipienda est utilitas pro bono usu quem isti appellant: suem vero natura factam esse ut juguletur et comedatur: idque quando ei evenit, finem consequitur suum et utilitate afficitur. At si Deus animalia in hominum usum fabricatus est, cui usui nobis futuræ sunt muscæ, culices, vespertiliones, scarabei, scorpii, viperæ? quorum alia sunt et visu odiosa, et tactu immunda, et odore intolerabilia, et voce injucunda et horrenda: alia perniciosa omnino occurrentibus. Balænæ, pistrices, et alia cete, *quæ innumera*, ut inquit Homerus, *alit circumsonans Amphitrite*, ad quem naturæ usum factæ sint, quare nos earum opifex non docuit? Sin vero dicunt, non omnia nobis in nostrumque usum procreata esse; præterquam quod confusa admodum et obscura distinctio est, nihilo magis effugiemus injustitiam, si illis vim inferamus et noxie utamur quæ non propter nos, sed prouti nos secundum

A ἡμεῖς κατὰ φύσιν γεγενημένοις. Ἐῶ λέγειν ὅτι χρείᾳ τὸ πρὸς ἡμᾶς ὁρί-
ζοντες, οὐκ ἂν φθάνοιμεν ἑαυτοὺς ἕνεκα τῶν ὀλεθριωτάτων ζώων, οἷα κρο-
κόδειλοι καὶ φάλαιναι καὶ δράκοντες, γεγονέναι συγχωροῦντες. Ἡμῖν μὲν
γὰρ οὐθὲν ἀπ' ἐκείνων ὑπάρχει τοπαράπαν ὠφελεῖσθαι· τὰ δὲ ἁρπάζοντα
καὶ διαφθείροντα τοὺς περιπίπτοντας ἀνθρώπους βορᾷ χρῆται, μηδὲν ἡμῶν
κατὰ τοῦτο δρῶντα χαλεπώτερον, πλὴν ὅτι τὰ μὲν ἔνδεια καὶ λιμὸς ἐπὶ
B ταύτην ἄγει τὴν ἀδικίαν, ἡμεῖς δὲ ὕβρει καὶ τρυφῆς ἕνεκα, παίζοντες πολ-
λάκις ἐν θεάτροις καὶ κυνηγεσίοις, τὰ πλεῖστα τῶν ζώων φονεύομεν.

ϟϛʹ. Διὰ τί μὴ συνίσταται νέφη ἐν τῷ πολὺ τῆς γῆς ὑπερανεστηκότι
τόπῳ; ὅτι γὰρ οὐ συνίσταται ἐκ τῆς μακρᾶς ἱστορίας ἐστὶ δῆλον. Τὰ γὰρ
ὑψηλότατα τῶν ὀρῶν ὑπερνεφῆ τέ ἐστι καὶ ὑπερήνεμα. Τέφραν γὰρ ἔν τισι
τούτων ἀποθέμενοί τινες, ἢ καὶ ἐκ θυσιῶν τῶν ἐν ἐκείνοις γινομένων ἀπολε-
C λοιπότες, μετὰ πλείστους ἐνιαυτοὺς περιεργασάμενοι, κειμένην εὗρον αὐτὴν
οὕτως ὡς ἔθεσαν. Καὶ ἐν Κυλλήνῃ δέ φασιν, Ἀρκαδίας δ' ὄρει, βλη-
θεῖσαν, μήτε ὑπὸ πνευμάτων διεσκεδασμένην. Ἱστορεῖ δὲ ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΣ
καὶ γράμματα μεῖναι εἰς ἑτέραν τῶν ἱερείων ἀνάβασιν ἐκ τῆς προτέρας ἐν
τῷ Ὀλύμπῳ τῷ Μακεδονικῷ. Ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ τοιαῦτα τῶν ὀρῶν διοδεύ-
οντες, ὡς καὶ ἐμοί τις τὸν Ὄλυμπον διοδεύσας ἔλεγε, κατωτέρω τῆς πορείας

A. 1. τὸ πρὸς ἡμᾶς] Forte, τὸ δι' ἡμᾶς. Itaque verti.
B. 3. ϟϛʹ.] Philoponus in Ariſtot. Meteor. αʹ. p. 82, α. Hoc aut totum aut longe maximam partem, Plutarchi eſſe, præſtare auſim.

naturam facta ſunt. Et nil dico de iſta repugnantiæ conſequentia, qua, ſimulac illud, quod *propter nos* vocamus, ſolo uſu metiri voluerimus, continuo concedere debeamus nos factos eſſe propter pernicioſiſſimas beſtias, quales ſunt crocodili, balænæ, dracones. Nos enim ab iſtis nullam omnino utilitatem percipimus: iſta vero homines obvios rapiunt ac vorant; nil quidquam illa ſævius quam nos agentia: ſiquidem illa per famem et inopiam ad injuſtitiam impelluntur; nos per contumeliam, luſum, luxumque in theatris et venationibus pleraque animalia interficimus.

XCVI. Quare non conſiſtunt nubes in regione multum ſupra terram edita? Non enim conſiſtere, teſtis eſt inde a longinquis temporibus repetita hiſtoria. Nam altiſſimi montes altiores ſunt quam nubes et venti. In ejuſmodi enim montibus quidam cinerem vel depoſuerunt, vel e ſacrificiis peractis reliquerunt, deinde præterlapſis compluribus annis repetentes inviſerunt et ita jacentem repererunt prouti eum reliquerant. Etiam in Cyllene, Arcadiæ monte, ferunt, cinerem projectum nec a ventis diſperſum eſſe. Et memoriæ prodidit PLUTARCHUS, in Macedoniæ monte Olympo, inde a priore uſque ad alterum ſacrificiorum adſcenſum literas cineri inſcriptas permanſiſſe. Quinetiam ii qui tales montes eundo peragrarunt, ut et mihi quidam narravit qui in Olympo fuerat, teſtantur infra ipſorum viam de-

αὐτῆς τὰς τῶν νεφῶν γινομένας συστάσεις καὶ ὑετὸν συνιστάμενον ἀστραπῶν τε A
ἔλλαμψιν, καὶ κτύπου βροντῆς ἦχον φερόμενον κάτωθεν· καὶ ἁπλῶς ὅσα συμβαίνουσιν ἐκ τῆς τῶν νεφῶν συγκρίσεως καὶ ἡμῖν ἄνω γινόμενα φαίνεται, ἐκείνων κατωτέρω συνίσταται. Καίτοιγε οὐδὲ πολύ τι τῆς γῆς τὰ ὑψηλότατα τῶν ὀρῶν ὑπερῆρται. Οἱ γὰρ τῆς μηχανικῆς ἐπιστήμονες τέχνης, διὰ τῶν ὀργάνων, δι' ὧν τὰ ὄρη μετρεῖν εἰώθασιν, εὑρόντες τούτων τὰ ὕψη, τὰ μέγιστά φασι τῶν ὀρῶν δέκα καὶ δύο σταδίων ἔχειν τὴν κάθετον. B

ιζ'. Ψυχροί τινες τὴν φύσιν οἱ τέττιγες· διὸ μετὰ θερινὰς τροπὰς ἀπάρχονται τῆς ᾠδῆς· καὶ ἡλίου ἀπερχομένου τὸν ἑαυτῶν μετίασι κέλαδον· ὥστε μεσημβρίας εἰσὶν ᾠδικώτεροι. Τέττιξ γοῦν θῆλυς κατὰ πολὺ ψυχροτέρα τοῦ ἄῤῥενος, καὶ φύσις αὐτῇ τὴν σιωπὴν ἐγκελεύεται, ἐπίτασιν ἐντεθεῖσα ψυχρότητος· διὸ κωτίλος τέττιξ οὐκ ἔστι θῆλυς· ἀλλ' οἷά τις Θεανὼ σιωπῶσα τὰ ἄῤῥητα. Πλουτάρχου. C

B. 2. ιζ'.] Apostolius Proverb. xviii. 39. Referendum erat, propter additum nomen Plutarchi. Apostolius sumsit ex Theophylacto Simocato Quæst. Nat. xiii. ubi iisdem verbis exstat. Nomen Plutarchi vel Apostolius addidit: sive quod sciret, sive quod suspicaretur Theophylactum hoc a Plutarcho sumsisse; vel ortum est nomen ex sequentis partis verbo πειθαρχεῖν: quam partem forte in codice suo mutilam et corruptam habuerit Apostolius: ita enim hic locus continuatur apud Theophylactum—τὰ ἄῤῥητα· ὥσπερ Ὁμήρῳ δοκεῖ πειθαρχεῖν, ὁ μῦθος ἄνδρεσσι μελήσει, διδάσκοντι: quod refertur ad Odyss. α'. 358. Stilus quidem non est Plutarcheus: res a perdito Plutarchi loco depromi potuisse, non negem. Ceterum Theophylactus Ælianum imitatus est, Natur. Animal. i. 20. et iii. 38.

B. 3. τὸν ἑαυτῶν μετίασι κέλαδον] Theoph. τὸν ἡδυμελῆ μεθίασι κέλαδον. Ælian. i. 20. τὸν ἐξ αὐτῶν μετιᾶσι κέλαδον. Probo, μεθιᾶσι.

B. 4. ὥστε μεσημβρίας] Theoph. ὥρᾳ τε μεσημβρίας.

B. 4. θῆλυς—θῆλυς·] Theoph. utroque loco θήλεια.

mum nubes consistere, pluviam colligi, fulgura lucere; et tonitrus fragorem inferius ferri audiverunt. Et prorsus omnia quæ ex nubium concretione oriuntur, nobisque superne fieri videntur, infra illos consistunt. Quamquam altissimi montes non magno quodam spatio supra terram elati sunt. Nam mechanicæ artis periti, qui instrumentis, quibus montes metiri solent, eorum altitudinem invenerunt, dicunt altissimos montes perpendiculum duodecim stadiorum habere.

XCVII. Cicadæ natura frigidæ sunt. Quo fit ut post solstitium æstivum canere incipiant, et Sole occidente cantum intermittant suum, sub meridiem autem vocaliores sint. Fœmina igitur cicada masculo longe frigidior est; unde natura ipsi silentium imperat per intentionem frigidi temperamenti. Ergo fœmina cicada non est loquax, sed veluti quædam Theano tacens ea quæ non sunt dicenda. Plutarchi.

A ## XCVIII.

INSTITUTIO TRAJANI.

Epistola ad Trajanum.

I. PLUTARCHUS Trajano Salutem Dicit. Modeſtiam tuam
noveram non appetere principatum, quem tamen ſemper
morum elegantia mereri ſtuduiſti. Quo quidem tanto dignior
judicaris, quanto a crimine ambitionis videris eſſe remotior.
B Tuæ itaque virtuti congratulor, et fortunæ meæ; ſi tamen recte
geſſeris quem probe meruiſti. Alioquin te periculis, et me de-
trahentium linguis ſubjectum iri non dubito; cum et ignaviam
Imperatorum Roma non ferat, et ſermo publicus delicta diſcipu-
lorum refundere ſoleat in præceptores. Sic Seneca Neronis ſui
merito detrahentium carpitur linguis, adoleſcentium ſuorum te-
meritas in Quintilianum refunditur, et Socrates in pupillum
C ſuum clementior criminatur. Tu vero quidvis rectiſſime geres,
ſi non receſſeris a te ipſo. Si primum te compoſueris, ſi tua om-
nia diſpoſueris ad virtutem, recte tibi procedent univerſa. Poli-
ticæ conſtitutionis majorum vires tibi expreſſi. Cui ſi obtem-
peras, Plutarchum vivendi habes auctorem. Alioquin præſentem
epiſtolam teſtem invoco; quia in perniciem imperii non pergis
auctore Plutarcho.

D II. Eſt ergo primum omnium, ut princeps ſe totum metiatur,
et quod in toto corpore reipublicæ, cujus vice fruatur, diligenter
advertat. Eſt autem reſpublica, (ſicut Plutarcho placet) corpus
quoddam, quod divini muneris beneficio animatur, et ſummæ

A. 2. INSTITUTIO TRAJANI.] Refert Joannes Sariſberienſis in Policratico Lib. v. vi. vii. viii. Conjecturam de hoc libello univerſe prodidi in Præfat. p. lxviii. ſeq. uberius prodam in Animadv. In his locis quid emendare, non erat operæ pretium. In fine ii. *ope* mutem in *more.*

A. 3. I.] Eſt præfatio libri ad Trajanum ap. Jo. Sariſb. Policrat. v, 1.

D. 1. II.] Ibidem, v. 2. Huic loco ſuum judicium præmittit Sariſberienſis his verbis: *Sequuntur ejuſdem politicæ conſtitutionis capitula in libello qui inſcribitur Inſtitutio Trajani*; *quæ, pro parte, præſenti opuſculo curavi inſerere, ita tamen ut ſententiarum veſtigia potius imitarer quam paſſus verborum.* Subjungit judicium hoc: *Ponit in hunc modum, more ſuo, quam plurima, quæ diligentius diffuſiore tractatu proſequitur ad informationem reipublicæ et magiſtratuum eruditionem. Quæ omnia ſyllabatim exſequi ſervilis interpretationis eſt: quæ potius affectat ſpeciem, quam vires auctoris exprimit.* Cet.

æquitatis agitur nutu, et regitur quodam moderamine rationis. A
Ea vero, quæ cultum religionis in nobis inſtituunt et informant, et Dei (ne ſecundum Plutarchum *Deorum* dicam) cæremonias tradunt, vicem animæ in corpore reipublicæ obtinent. Illos vero, qui religionis cultui præſunt, quaſi animam corporis ſuſpicere et venerari oportet. Quis enim ſanctitatis miniſtros, Dei ipſius vicarios eſſe ambigit? Porro, ſicut anima totius habet corporis principatum; ita et hi, quos ille religionis præfectos vocat, toti B
corpori præſunt. Auguſtus Cæſar eouſque ſacrorum Pontificibus ſubjectus fuit, donec et ipſe, ne cui omnino ſubeſſet, Veſtalis creatus eſt Pontifex, et paulo poſt ad Deos relatus eſt vivus. Princeps vero capitis in republica obtinet locum, uni ſubjectus Deo, et his qui vices illius agunt in terris; quoniam et in humano corpore ab anima vegetatur caput et regitur. Cordis locum ſenatus obtinet, a quo bonorum operum et malorum proce- C
dunt initia. Oculorum, aurium, et linguæ officia ſibi vindicant judices et præſides provinciarum. Officiales et milites manibus coaptantur. Qui ſemper adſiſtunt principi, lateribus aſſimilantur. Quæſtores et commentarienſes, non illos dico qui carceribus præſunt, ſed comites rerum privatarum, ad ventris et inteſtinorum refert imaginem: quæ ſi immenſa aviditate congeſſerint, et congeſta tenacius reſervaverint, innumerabiles et incurabiles ge- D
nerant morbos, ut vitiis eorum totius corporis ruina immineat. Pedibus vero ſolo jugiter inhærentibus, agricolæ coaptantur: quibus capitis providentia tanto magis neceſſaria eſt, quo plura inveniunt diverticula, dum in obſequio corporis in terra gradiuntur, eiſque juſtius tegumentorum debetur ſuffragium, qui totius corporis erigunt, ſuſtinent, et promovent molem. Pedum adminicula robuſtiſſimo corpore tolle, ſuis viribus non procedet: E
ſed aut turpiter, inutiliter, et moleſte manibus repet, aut brutorum animalium ope movebitur.

III. In ſumma ergo quatuor ſunt, quæ nititur reipublicæ principibus inculcare: reverentiam Dei, cultum ſui, diſciplinam officialium et poteſtatum, affectum et protectionem ſubditorum.

E. 4. III.] Ibidem, v. 4.

A Deum ergo in primis aſſerit honorandum: deinde ſe ipſum colendum unicuique: poſt, ut doctrinam præpoſiti totius diſciplina domus redoleat: et tandem univerſitas ſubjectorum de capitis præpoſitorum ſibi incolumitate lætetur. Magnorum quoque virorum ſtrategematibus et ſtrategematicis utitur.

IV. Ego et in hoc, ſicut et in plurimis, Plutarchum cenſeo audiendum, qui Deam cæcam colendam eſſe negat, aſſerens eam
B niſi a cæcis coli non poſſe. Multa quoque proponit exempla, quibus liquet omnes cæcæ Deæ cultores cæcatos et præcipitatos tandem in foveam exterminii. Teſtatur hoc Galba; qui totam ætatem luculenter producens in ſenium hujus Deæ familiaritate et cultu in brevi elatus, et in breviori præcipitatus eſt. Qualiter autem apud Suetonium quære. Queritur tamen præfatus philoſophus, et in aure jam dicti principis lachrymabiliter ingemiſcit,
C et quod hæc vitio cæcitatis et temeritatis probroſa Dea, et omnibus ignominioſa numinibus, omnium Deorum templa fœdaverit, et Deorum omnium præripuerit cultum; ut præter ædes privatas, quas in orbe et urbe paſſim habet, rupem etiam Tarpeiam occupaverit, ſupremo Jovi coæquata, et publicæ fortunæ imago aurea in Capitolio ab advenis, convenis, et indigenis, publice adoretur, et tantam præ ceteris habet auctoritatem, quod in
D tota ratione mortalium, ut dici ſolet, ſola utramque paginam videtur implere. Videas eam ibi rotam verſare volubilem: quodque magis mirere, ejuſdem rotæ impulſu de pectore Jovis ſororum penſa præcipitat et conculcat. Quiſquis enim Fortunam ſtatuit, fata præcipitat et convellit. Fortuna ſemper conſiſtit in his quæ improviſa emergunt. Eam uſquequaque nititur evacuare Plutarchus: et ex præmiſſis quatuor locis, naturæ, officii,
E morum, conditionis, totius reverentiæ manare credit originem. Ille quidem in cultu Deorum eos præcipue aſſerit venerandos,

A. 5. utitur—.] Sequentia de Numa fortaſſe ſunt ex eodem libello. Sed ejus pleroſque locos ita ſuis commiſcuit et contexuit Sariſberienſis ut ſatis certo a ſe invicem diſcerni ac probabiliter excerpi nequeant. Itaque et hoc libro V. et proximis, multa reliquimus intacta.

A. 6. IV.] Ibidem, V. 4.

D. 5. convellit.—Fortuna] Interjecta his, quippe loca Latinorum poetarum, et his proxima non videbantur Plutarchei libelli eſſe.

E. 1. originem.—Ille quidem—] Sariſberienſis hæc interponit: *Superſtitioſius tamen hoc, infidelium more, exſequitur. Unde nonnullas ſententias ejus ſe ſuo et ſermone catholico curavi inſerere.*

qui ei familiarius et vicinius accedunt: aut natura, ut Liber Indorum domitor, Hercules qui eo ipſo in ſe Jovem proteſtatus eſt quod angues jugulavit in cunis: aut officio, ut Pontifices præfectique ſacrorum: aut moribus, ut philoſophi, qui mentis divinæ hauſtum inveſtigatione et diſpenſatione ſapientiæ indicant: aut conditione, ut quos favor numinis extulit, ut aliis præeſſent, ex cauſſa potius familiari, quam officio publico. A

V. Nam præcedentia Plutarchi in Inſtitutione Trajani, et Julii Frontini in libro Strategematum ſunt. B

VI. Quid de continentia dicam rerumque contemtu, quandoquidem Plutarchi Strategematica nonnulla promiſi. M. Catonem eodem vino quo remiges contentum fuiſſe traditur. Nunc autem, ut in Trajano Plutarchi Strategematicis imponatur modus, tantæ fortitudinis et civilitatis fuit, ut Romani imperii fines, quod poſt Auguſtum defenſum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, longe lateque diffunderet. C

VII. Cordis locum, auctore Plutarcho, Senatus obtinet. Senatus vero, ſicut majoribus placuit, officii nomen eſt, et habet ætatis notam. Cet.

VIII. Dum Plutarchi veſtigia in Trajani inſtitutione familiarius ſequor, me ipſum arbitror hac imagine compellari: eroque ludibrio omnium, niſi diligentius perſequar quod incepi. Me D enim in præſenti clientem ejus profeſſus ſum. Sequor ergo eum et a capite reipublicæ cum eo uſque ad pedes deſcendam; ea tamen conditione, ut, ſi his, quibus jura permittitur ignorare, mordacior in hac parte apparuero, id non mihi, ſed Plutarcho, adſcribant: aut ſibi potius qui regulam quam profitentur, et qua vivendum eſt eis, diſcere noluerunt.

IX. Manus itaque reipublicæ aut armata eſt, aut inermis. E

B. 1. V.] Ibidem, V. 8. Exempla Alexandri, Scipionis, Camilli, ſunt ex Frontino ſumta, II. 11, 5, 6. IV. 4, 1. IV. 6, 3. Ergo non exhibenda fuerunt.

B. 3. VI.] Ibidem, V. 8, et 9. initio. Tali exordio et epilogo quæ interjecta ſunt, quis non putet ex Plutarcheo illo ſumta eſſe libello? Atqui aliena ſunt omnia. Frontini ſunt IV. 3, exceptis duobus; quorum id de Auguſto eſt Suetonii Aug. 76. alterum de Trajano, Eutropii viii. 2. et ſeq.

C. 3. VII.] Ibid. V. 9. initio. Forte ſequentia deinceps tribuenda ſunt libello uſque ad, *Ecce, inquit beatus Tab.* nec tamen pro certo affirmare poſſim. Igitur repetere ea nolui.

C. 6. VIII.] Ibid. Lib. vi. Prologo. Locum exhibui, ut alii ſuſpicari inde poſſint, quatenus quantumque Plutarchei libelli et veſtigia ſecutus ſit, et materiam aſſumſerit Sariſberienſis.

E. 1. IX.] Ibid. vi. 1. Forte omnia ab initio uſque ad verba, *pœna feriendum eſt graviore* ſunt ex Plutarcheo libello. Quamquam habet res dubitationem. Locus certe de Pericle coloris eſt Plutarchei.

A Oportet, inquit Pericles, collegam Sophoclem arguens, prætorem non modo manus, ſed oculos habere continentes.

X. Poetarum doctiſſimus Maro, ad quem Plutarchus ſuum deſtinat Trajanum ut civilem vitam ab apibus mutuetur, *Admiranda canit levium ſpectacula rerum.* Cet.—

XI. Quocirca qui miles eſſe voluerit, prædiſcat artem, eamque uſu et exercitio firmet, ut cum electus fuerit et militiæ ſa-
B cramento adſtrictus, reipublicæ et ſibi utiliter vivat, et non ſit, prout Plutarchus ait, manus manca. His enim verbis in Inſtitutione Trajani noviſſime uſus eſt. Sequamur ergo eum, et, ſicut ipſe ait, quaſi ſoccos pedibus faciamus, ut non offendantur ad lapidem obicemve alium, quem multiplex ingerit caſus.

XII. Unde Plutarchus ea dicit in omnibus exſequenda, quæ humilioribus, id eſt multitudini, proſint.

C XIII. Rem politicam legitur Socrates inſtituiſſe, et in eam dediſſe præcepta, quæ a ſinceritate ſapientiæ, quaſi quodam fonte naturæ manare dicuntur. Hoc autem in ſumma colligitur, ut quæ in republica humiliora ſunt, majorum officio diligentius conſerventur. Inſtitutionem Trajani, cujus mentio ſuperius facta eſt, diligentius relege, et hæc latius conſcripta invenies.

XIV. Sed poterunt de his, quæ ſunt ab Inſtitutione Trajani
D ſuperius dicta ſufficere.

XV. In quo princeps differat a tyranno, dum revolveretur auctore Plutarcho Inſtitutio Trajani, ſuperius dictum eſt, et quæ principis ſint officia, aut reipublicæ membra, diligenter expoſitum.

XVI. —ut Plutarchi verbo utar, præfecti regionum impugnantes legem domini.

A. 3. X.] Ibid. vi. 21. Hinc, et aliis ex locis quis ſuſpicetur, compilatorem libelli Plutarchei fuiſſe hominem Latinum.
A. 6. XI.] Ibid. vi. 19.
B. 6. XII.] Ibid. vi. 20.
C. 1. XIII.] Ibid. vi. 25.
C. 7. XIV.] Ibid. vii. 17.
D. 2. XV.] Ibid. viii. 17. Proxima fortaſſe uſque ad mentionem *Auguſtini* ex eodem ſint libello. Quod ait *ſuperius dictum eſt*, ſignificat vi. 1. Sed ut in ſcriptione incerta auctoris, et obſcuris ejuſdem veſtigiis, propria nec ab alienis dignoſci neque excerpta exhiberi potuerunt.
D. 6. XVI.] Ibid.

XCIX. A

ARCHIGRAMMATON.

De magiſtratuum moderatione librum fertur ſcripſiſſe Plutarchus, qui inſcribitur *Archigrammaton*, et magiſtratum ſuæ urbis, ad patientiam et juſtitiæ cultum, verbis inſtituiſſe dicitur et exemplis.

A. 2. ARCHIGRAMMATON.] Ibid. iv. 8. Hic non multo magis germanæ auctoritatis libellus, quam prior, fuiſſe videtur. Sariſberienſis eum non ipſe vidit, ſed ex aliorum fama memorat. Si germanus ille fuit Plutarchi liber; fuerit fortaſſe is qui hodieque exſtat inſcriptus Πολιτικὰ παραγγέλματα; aut is qui periit, in Lampriæ Catal. 148, Ὑποθετικὸν, ἢ περὶ ἀρχῆς. Locus qui apud Sariſberienſem proxime ſequitur, de Plutarcho ſervum caſtigante, eſt Gellii i. 26.

ΥΠΕΡ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ.

A

ΥΠΕΡ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ.

DE NOBILITATE.

α΄. ΑΠΙΣΤΟΣ ἡ τῶν σοφιστῶν συκοφαντία κατὰ τῆς εὐγενείας, οἱ μηδὲ καὶ τὰ ἐν μέσῳ καὶ πᾶσι γνώριμα σκοποῦσιν, ὅτι πρὸς τὰς ὀχείας τοὺς εὐγενεῖς ἵππους καὶ κύνας ὠνοῦνται καὶ κιχρῶνται, καὶ ἀμπέλων εὐγενῆ σπέρματα καὶ ἐλαιῶν, καὶ τῶν ἄλλων δένδρων· ἀνθρώπων
B δὲ οὐδὲν ὄφελος νομίζουσιν εὐγένειαν εἰς τὰς μελλούσας διαδοχάς· ἀλλ' αὐτὸ πείθονται βάρβαρον εἶναι καὶ ἑλληνικὸν σπέρμα, καὶ οὐκ οἴονται λεληθυίας τινὰς ἀρχὰς καὶ σπέρματα ἀρετῆς συγκαταβάλλεσθαι τοῖς γεν-

A. 1. ΥΠΕΡ ΕΥΓΕΝΕΙΑΣ.] Hæc eſt inſcriptio, addito tamen Plutarchi nomine, in codice Grammii, ex quo hunc libellum edidit Jo. Chriſtoph. Wolfius Anecdot. Græc. T. iv. p. 173. unde nos eum repetivimus. Apud Stobæum exſtant Plutarchei de Nobilitate loci germani. At hic ſpurius eſt fœtus, Byzantinæ ætatis extremæ, compilatus ex Stobæo. Wytt.

A. 3. Ἄπιστος—] Iſta quidem uſque ad verba συῤῥεόντων ἀγαθῶν a Stobæo afferuntur, tamquam ex Plutarchi libro de Nobilitate, Sermone lxxxvi. p. 498. Wolf. Germanus eſt Plutarchi hic locus apud Stobæum, unde eum hujus libelli compilator ſumſit. Wytt.

A. 3. οἱ μηδὲ καὶ] MS. εἰ μὴ καί. Stobæus οἱ μηδὲ ſine καί. Ex utriuſque lectione genuinam me puto exſculpſiſſe. Wolf. Non opus erat. Utravis vetus lectio æque eſt probabilis ac nova hæc inde exſculpta. Wytt.

A. 5. καὶ κιχρῶνται] Omiſit hoc verbum Interpres noſter, nec minus ille, qui Stobæum latinum fecit. Idem vero infert, quod *mutuo ſumere.* Notandum eſt hoc exemplum et addendum Lexicis. Wolf.

A. 6. ἀνθρώπων] MS. ἄνθρωπον mendoſe. Interpres legit ἀνθρώπου, nec minus Stobæus. Nihil refert, utrum amplectaris. Wolf.

B. 1. ἀλλ' αὐτὸ] Rectius ſit ἀλλὰ ταυτό. Wytt.

I. NIHIL eſt minus probabile, quam ea calumnia Sophiſtarum, qua utuntur in nobilitatem, quippe qui res propoſitas omnium oculis et pervagatas non vident, nec expendunt. Ad initus equarum equi nobiles, ad canum congreſſus quæ catuliunt, generoſi canes emuntur, ad vites oleas ceteraſque arbores propagandas optimæ viviradices deliguntur: hominis tamen nobilitatem nihil momenti ad ſpem poſteritatis moreſque filiorum afferre exiſtimant. Neque intereſſe quicquam ſibi perſuadent, utrum Barbaris an Græcis Parentibus vitam debeas: neque cenſent arcana quædam primordia virtutis et igniculos in ortu cujuſque ſpargi, ut Telemacho virtus im-

νωμένοις, ὥσπερ τῷ Τηλεμάχῳ τοῦ Ὀδυσσέως, ἐφ' οὗ καὶ πάνυ τῷ ὀνόματι ποιητὴς εἴρηκεν· A

— Πατρὸς ἐνέστακται μένος ἠΰ·

ὡς ἂν ἐν ταῖς σπερμάτων ὀλίγαις σταγόσι καὶ τῶν ἀρετῆς συῤῥεόντων ἀγαθῶν. Ἐπαινεῖται μὲν ὑφ' Ὁμήρου Νέστωρ πολλαχῶς, ἐκεῖνο δὲ τὰ πρῶτα φέρει·

— Νηλείῳ υἷι ἐοικὼς, B

Νέστορι.

Καὶ προσαγορεύων Ἀγαμέμνων Ὀδυσσέα,

Διογενὲς Λαερτιάδη πολυμήχαν' Ὀδυσσεῦ·

φησὶ δὲ καὶ ἄλλον μὲν ἄκρου Μένεω, ἄλλον δὲ Στροφίου, καὶ ἄλλον μεγάλου Δολοπίωνος, καὶ πολλάκις Δαρδανίδας εὐγενεῖς, καὶ Δηϊκόωντα

A. 1. ὥσπερ] Quæ ſequuntur uſque ad vocem ἠΰ, ea deerant in MS. et ſuppleta a me ſunt ex Stobæo. Wolf.

A. 1. πάνυ τῷ ὀνόματι] Interpres Stobæi vertit: *clariſſimo vocabulo utens.* Similiter fere Ferronus. Fortaſſe rectius id ad Homerum tamquam *nomine clariſſimum* retuleris, ſicut alias quivis virtute et meritis inſignis ὁ πάνυ dicitur. Confer de hac phraſi Lamb. Bos de Ellipſi Gr. L. p. 153. et Leopardum Emendat. lib. xvii. c. 16. Wolf. ἐφ' οὗ εὖ πάνυ τῷ ὀνόματι ὁ ποιητὴς, correxi ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 85. Wytt.

A. 2. ποιητὴς] Homerus Odyſſ. β'. v. 271. Wolf.

A. 5. Ἐπαινεῖται] Jam deſertus a vero Plutarcho falſus balbutit. Wytt.

A. 5. πολλαχῶς] MS. πεμαχῶς, pro quo eruditiſſimus Fabricius noſter in Volumine xii. Biblioth. Græcæ p. 269. ubi partem hujus Opuſculi exhibet, recte legit πολλαχῶς. Wolf.

A. 5. ἐκεῖνο δὲ τ. π. φέρει] Nullam habet ſententiam. Si voluit dicere, *in Neſtoris laudibus hic eſt præcipuus locus*, ſcribendum erat φέρεται. Sed neque hæc ſententia vera eſt. Forte ſcripſit *φέρε, age*, ſcilicet *videamus*. Wytt.

B. 1. Νηλείῳ] Iliad β'. 20. Wolf.

B. 4. Διογενὲς] Iliad. β'. 173. Wolf.

B. 5. ἄκρου Μένεω] MS. ἄκρυν μένεω, quod ex verſione et re ipſa ita reſtitui. Sed non exſtat Meneus in Homeri carminibus, ad quæ hic noſter provocat. Itaque amplius cogitandum. Laudatiſſimus Fabricius legit Ἄκτορος, et intelligit Μενοίτιον ex Iliad. λ'. 784. π'. 14. Wolf.

B. 5. Στροφίου] Il. ε'. 49. ubi de Scamandrio. Wolf.

B. 6. Δολοπίωνος] Il. ε'. 77. ubi de Hyſenore. Wolf.

B. 6. Δαρδανίδας] Il. υ'. 215. Wolf.

B. 6. Δηϊκόωντα] Iliad. ε'. 534. Δηϊκόωντα Περγασίδην. Pro Deicoonta Interpres ſcripſerat Docoona quod et MS. habebat. Wolf.

preſſa fuit Ulyſſis, quod inſigni admodum verbo Poëta deſignavit:

Infuſum nobile Patris Robur;

nempe indicans, una cum vitæ ſeminariis, quorum quaſi ſtillæ non ita multæ influxerint, virtutis emolumenta et incitamenta delabi. Laudatur ab Homero Neſtor multis nominibus, et tamen prior hæc illius laus:

——Neleio ſanguine creti.

Et Agamemnon Ulyſſem compellans:

Dive Jovis Laertiada ſate ſanguine magni.

Narrat idem alium ab alto Meneo genitum, et alium Strophio genitum, et alium magno Dolopione ſatum. Et ſæpe Dardanidas vocat claro e ſanguine natos, Deicoonta potenti Pergaſo geni-

A κρατεροῦ Περγάσου υἱὸν, καὶ ἄλλους ἐκ πατρὸς Διοκλέους,

—— γένος δ' ἦν ἐκ ποταμοῖο
Ἀλφειοῦ, ὅς τ' εὐρὺ ῥέει Πυλίων διὰ γαίης·

καὶ ἄλλον Ἀμύντορος, ἔπι δὲ καὶ Σελάγου, καὶ θείου Μέντορος, καὶ Τρυνταίου, καὶ Ἀγήνορος. Τὸν δὲ Ἰδομενέα πρὸς Δηΐφοβον λέγοντα ποιεῖ τάδε,

B Μίνως δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Δευκαλίωνα.

Τὸν δ' Ἀχιλλέα Πηλείδην καλεῖ, καὶ τὸν Αἰνείαν Πριάμου ἐξ αἵματος εὐχόμενον εἶναι· οὕτως γὰρ πρὸς τὸν Ἀχιλλέα λέγοντα ποιεῖ,

Ἴδμεν δ' ἀλλήλων γενεὴν, ἴδμεν δὲ τοκῆας,
Πρόκλυτ' ἀκούοντες ἔπεα θνητῶν ἀνθρώπων·
Φασί σε μὲν Πηλῆος ἀμύμονος ἔκγονον εἶναι,
C Μητρὸς δ' ἐκ Θέτιδος καλλιπλοκάμου ἁλοσύδνης.
Αὐτὰρ ἐγὼν υἱὸς μεγαλήτορος Ἀγχίσαο.

Καὶ αὖθις, τί γὰρ βλάψειέν ποι πλείω χορηγεῖν;

Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεύς.

A. 1. Διοκλέους] Il. ι'. 542. Wolf.
A. 2. —γένος δ' ἦν] Il. ε'. 544. Wolf.
A. 4. Ἀμύντορος] MS. Ἀμύντου, cum quo et Interpres, ut paſſim alibi, etiam in mendoſa lectione, conſentit. Malim cum Fabricio l. c. Ἀμύντορος, cujus filius Phœnix memoratur Il. ι'. 448. Neque enim ullus Amyntas apud Homerum occurrit. Wolf.
A. 4. Σελάγου] Il. ε'. 612. Amphium. Wolf.
A. 4. Μέντορος] Il. ν'. 171. Imbrium. Wolf.
A. 4. Τρυνταίου] Ita MS. et Interpres. Sed fruſtra hunc apud Homerum requiras. Itaque Fabricius legit Τειτρυδόνος, de quo Iliad. β'. 756. Forte ſcribendum Τυνδαρέου de quo Odyſſ. λ'. 296, 297. tamquam ex quo uxor fortes pepererit filius. Wolf.
A. 5. Ἀγήνορος] Il. υ'. 474. Totus locus aberat a MS. ut alias. Wolf.
B. 1. Μίνως] Il. ν'. 451. Wolf.
B. 4. Ἴδμεν] Il. υ'. 203. Wolf. Repoſui εὐχόμενον, pro αὐχόμενον quod in Wolfiana editione forte mendum typographi fuit. Wytt.
C. 4. Δάρδανον] Il. υ'. 215. Wolf.

tum, et alios natos genitore Diocleo,

Cui genus Alpheo, Pylios qui gurgite campos
Influit :

alium Amynto genitum, rurſus alium a Selago, alium divino Mentore, alium ſanguine natum Tryntæi, alium Agenore natum. Idomenæum vero ad Deiphobum hæc facit loquentem :

Unde ſatus Minos, qui Deucaliona parentem
Edidit illuſtrem.

Suum quoque Achillem ſanguine ſatum Pelei dicit, et Æneam ſanguine ſatum Priami, quem ſic facit alloquentem Achillem :

Unde tuum genus, unde meum, primique Parentes,
Scimus ab antiquis: neque enim cognovimus illos.
Te perhibent Pelei claro de ſanguine natum.
Diva Parens Thetis eſt : ſed nobis inclyta ſurgit
Magnanimi Anchiſæ, et Veneris materna propago.

Eodem quoque loco : quid enim nocuerit plura referre ?

A Jove progenies nobis, Jove Dardanus ortus,

Κτίσσε δὲ Δαρδανίην, ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ, A
Ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων.
Ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκεον πολυπιδάκου Ἴδης.
Δάρδανος αὖ τέκεθ' υἱὸν Ἐριχθόνιον βασιλῆα,
Ὃς δὴ ἀφνειότατος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
Τοῦ τρισχίλιαι ἵπποι ἕλος κατὰ βουκολέοντο
Θήλειαι πώλοισιν ἀγαλλόμεναι ἀταλῇσι.
Τάων καὶ Βορέης ἠράσσατο βοσκομενάων· B
Ἵππῳ δ' εἰσάμενος παρελέξατο κυανοχαίτῃ·
Αἱ δ' ὑποκυσάμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλους.
Αἱ δ' ὅτε μὲν σκιρτῷεν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν,
Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων·
Ἀλλ' ὅτε δὴ σκιρτῷεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης,
Ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνος ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον.
Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα· C
Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο·
Ἶλός τ' Ἀσσάρακός τε, καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης,
Ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων·
Τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν,
Κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη.
Ἶλος δ' αὖ τέκεθ' υἱὸν ἀμύμονα Λαομέδοντα·
Λαομέδων δ' ἄρα Τιθωνὸν τέκετο, Πρίαμόν τε, D
Λάμπόν τε Κλυτίον θ', Ἱκετάονα τ' ὄζον Ἄρηος·
Ἀσσάρακος δὲ Κάπιν· ὁ δ' ἄρ' Ἀγχίσην τέκε παῖδα.
Αὐτὰρ ἔμ' Ἀγχίσης, Πρίαμος δ' ἔτεχ' Ἕκτορα δῖον.

Καὶ πρὸς ἄλλον αὐτὸς ὁ Πρίαμος,

D. 4. Ἕκτορα δῖον] Quæ post hæc in Latina versione exstant pauca, in Græco exemplo deerant. Sed illa quidem ex Homero, cujus versus citantur, facile suppleri possunt. Wolf.

D. 5. πρὸς ἄλλον] Ad Mercurium Il. ώ. 377. Wytt.

Urbem Dardaniam qui condidit: Ilion ingens
Nondum erat, in magnis habitabant vallibus Idæ.
Venit Erichthonius post te tua, Dardane, proles,
Ante alios præstans opibus: ter mille vagantes
Qui pascebat equas, lambentesque ubera pullos.
Concupit has Boreas, faciemque imitatus equinam,
Nigricomas sectatur equas, votoque potitur,
Vernat ubi tellus, et florida pascua: nati
Bis sex alipedes Boreæ de semine, quorum
Quilibet intactæ segetis per summa volasset
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas:
Vel mare per medium fluctu suspensus in ipso,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.
Tros ab Erichthonio satus est: de sanguine Trois
Ilus, et Assaracus, similisque Deo Ganymedes
Egregius forma, raptus sublimis in auras,
A superis cœlo positus divum inter honores.
Pulcher ut ante Jovem misceret pocula mensis.
Laomedonta Ilus genuit, Priamum Laomedon,
Tithonum, Lampum, Clytium, fortem Hicetaonta,
Assaracus Capin, Anchisen Capis: hinc ego natus.
Hinc mihi nobilitas, hinc surgunt nomina gentis.
Hectora Rex Priamus genuit mortalibus istis.

Et ereptum sibi videns illum Achilles ait:

Incassum nec se Veneris de sanguine natum
Jactabat.

Priamus quoque alium:

Credo equidem sanctos, qui te genuere, Parentes.

A Οὐκ ἂν ἐποίησεν, οἶμαι, τοσάκις ὁ φρονιμώτατος ποιητῶν γονέων, γένους, εὐγενείας μνήμην, εἰ ταῦτα τοῖς αἰνετοῖς οὐκ ἠξίωσεν ἀριθμητέα.

β΄. Ὁ δὲ Τυρταῖος τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας εἰς πόλεμον παρακαλούμενος "γενεὰς Ἡρακλέους ἀνικήτου" φησὶν αὐτούς. Ποσάκις παρὰ Σιμωνίδῃ, Πινδάρῳ, Ἀλκαίῳ, Ἰβύκῳ, Στησιχόρῳ, ἡ εὐγένεια ἐν λόγου καὶ τιμῆς μέρει ἐστι; Ἔτι δ᾽ ὁ Πλάτων ὅταν τὴν τῶν γονέων δόξαν θησαυρὸν

B εἶναι μέγαν φησὶν, οὐ καταφρονεῖν ἑαυτὴν διδάσκει τὴν εὐγένειαν. "Τῶν εὐγενῶν οἰκεῖον, ὁ Φιλήμων λέγει, πρὸς τὸν πόλεμον καὶ θάνατον ὀρούειν, ὡς ἱερεῖα." Καί τοι οὐκ οἶδα πῶς τὰς ἀκροτάτας τῶν πολιτειῶν ταπεινώσεις ἐκεῖθεν ὁρῶμεν ἀποβεβηκυίας, ὅταν ἀγενεῖς καταλάβωσι τοῦ πολιτεύειν. Ἐν τῇ πολυκηδεστάτῃ ἐκείνῃ Χαιῤῥωναίᾳ μάχῃ γενόμενος ὑπὸ

A. 2. ἀριθμητία] Ita rectiſſime Cl. Fabricius l. c. pro quo MS. δρισητία. Forte tamen addendum eſt ἐν. Wolf. Legendum ἐναριθμητία. Antecedens vox ἐν abſumſit. Wytt.

A. 3. Τυρταῖος] Dux Spartanis ab Athenienſibus miſſus, cujus elegis ad virtutem bellicam excitati victoriam reportarunt, quod veterum non unus tradidit. Vide Cl. Fabricium in Biblioth. Græc. lib. ii. c. xi. p. 442. Eum alibi quoque memorat Plutarchus, et fragmenta ejus exſtant apud Fulvium Urſinum poſt carmina ix. illuſtrium Feminarum, Antwerp. 1568. edita, Ceterum MS. mendoſe: Τυρταῖς. Wolf. Locus Tyrtæi exſtat in Elegia quam ſervavit Stobæus Serm. xlix. p. 352. Wytt.

A. 4. γενεὰς] Sic ſcripſi pro γεναὶ quod erat in MS. quod itidem paulo poſt vitioſe legebat ποραχαλούμενος et πορά. Wolf.

A. 4. Σιμωνίδῃ—Στησιχόρῳ] Exſtant horum carmina ab Æmilio Porto et aliis edita. Wolf.

A. 5. Ἰβύκῳ] Ita lego pro Ἰβίῳ. Wolf.

A. 6. Πλάτων] Vide eum in Menex. p. 369. Wolf.

B. 1. τὴν εὐγένειαν] MS. mendoſe: τὴν αἰγόνειαν. Wolf.

B. 2. Φιλήμων] Alludit forte noſter ad illud, quod Stobæus in Eclogis Ethicis Tit. liii. nobis reliquit:

Στρατιῶτα κ᾽ οὐκ ἄνθρωπε, καὶ σιτούμενε.
Ὡς τὰ ἱερεῖα, ἵν᾽, ὅταν ᾖ καιρὸς, τυθῇς.

Conf. Fragmenta ejus a Cl. Clerico cum Menandri illis edita p. 347. Wolf. Potuit ſane hunc a Wolfio allatum locum, quamvis alienum a propoſito, tamen pro ſtupore ſuo compilator ſignificaſſe. Wytt.

B. 3. ἱερεῖα] MS. mendoſe ἱερείας. Ἱερεῖα paſſim pro animalibus ſaginatis et victimis. Vide Lamb. Bos Animadverſ. ad Scriptores Græcos p. 199. Caſaub. ad Athenæum lib. l. c. 11. Interpretes ad Longinum περὶ ὕψους ſect. xlii. n. 5. et Canterum Novar. Lect. ii. 25. Wolf.

B. 4. καταλάβωσι] Error vel librarii, vel auctoris. Scribendum erat μεταλάβωσι Wytt.

B. 5. Χαιῤῥωναίᾳ μάχῃ—Οἶδα ἐ. ἂν] Neutrum ſatis Græcum. Rectius apud Stob. p. 365. ex quo pleraque habet compilator, κατὰ Χαιρωνείαν μάχῃ—Ἔγνως ἂν ἔφη—. Wytt.

Non opinor toties Parentes, genus, nobilitatem Vates prudentiſſimus commemoraret, niſi ea inter res laude dignas numerandas exiſtimaſſet.

II. Tyrtæus hortaturus in prælium ſuos, Herculis invicti progeniem dixit eos eſſe. Quoties apud Simonidem, Pindarum, Alcæum, Ibycum, Steſichorum, nobilitas majorum commendatur? Quin et Plato gloriam Parentum cum magnum theſaurum ait eſſe, non ſe contemnere docet nobilitatem. Horum eſſe proprium ait Philemon, ut in mortem ruant et bellum, non aliter atque victimæ. Quin neſcio quo pacto in ſummis Rerum publicarum inclinationibus id accidiſſe videas, ut hæ, ignobilibus Rempublicam occupantibus, occiderent. Ita Demades a Philippo captus funeſta illa ad Chæroneam pugna, rogante

Φιλίππου Δημάδης αἰχμάλωτος ἐρωτῶντι αὐτῷ, "Ποῦ τῶν Ἀθηναίων A
"εὐγένεια; ποῦ τῶν Κεκροπιδῶν γένος; ποῦ ῥώμη;" "Οἶδα," φησίν,
"ἄν, ὦ βασιλεῦ, εἰ τῶν μὲν Ἀθηναίων ὁ Φίλιππος, τῶν δὲ Μακεδόνων
"ἦρχεν ὁ Χάρης." Ἔτυχε δ' ὁ Χάρης τότε στρατηγήσας. Τί οὖν
Ἀλέξιδος ἀναιδέστερον; ὅς, τῆς στρατηγίας τὴν γεωργίαν προτιμῶν, οὐκ
ἐν νῷ εἶχεν, ὅσον τοῦ τῶν κεκτημένων τὸ δουλωτικὸν πρᾶγμα διαφερόμενον
τυγχάνει· "Καὶ ἡμεῖς," φησίν, "ἀγενεῖς οὐχ ἧττον στρατευόμεθα." Ἀλλὰ B
μὲν οὐχ ἡ αὐτὴ τιμὴ ἑκατέροις, οὐχ ὁ αὐτὸς θυμός, οὐθ' ὁρμή. Εἰ δὲ
τὴν ἀλήθειαν ἐκθλίψεις, οὐχ ἡ αὐτὴ προθυμία τῷ τε ἀγενεῖ καὶ τῷ
εὐγενεῖ ὑπακούουσιν.

γ'. Ἀνακαλεῖς με πρὸς τοὺς πάλαι χρόνους· ἆρα εἰς Δευκαλίωνος;
ἢ τὰ παρὰ Χαλδαίοις καὶ Αἰγυπτίοις ἐκδεδομένα; Ἀλλὰ τοῦτ' ἦν πρὸς
τὸν ἄρρυθμον ἐκεῖνον καὶ ἄτακτον ὄγκον, πρός τε τὰς ἀρχὰς ἀναθέλλοντος C

A. 1. Δημάδης] Idem Demadis dictum refert Stobæus in Florilegio Serm. lii. p. 365. quo comparato patebit, nonnulla ex Græcis hic excidisse, quæ tamen Interpres habet.

A. 3. ὦ βασιλεῦ] MS. ὦ βασιλεύς.

A. 3. εἰ τῶν] MS. εἰ τῦν cum nota compendii scriptionis super literam τ, ut videri posset legendum: εἰ τῶν νῦν. Cum vero τὸ νῦν superfluum sit, et Stobæus quoque simpliciter scribat: εἰ Ἀθηναίων—ἐστρατήγει, ita puto legendum, ut expressi, nisi forte malis: εἰ τὰ νῦν. Wolf.

A. 4. Ἔτυχε] Ita rectissime Cl. Fabricius l. c. pro ἔξωχε quod est in MS. Verbum τυγχάνω participiis aliorum verborum hoc modo jungi solere tralatitium est. Idem vero est, ac si scripsisset noster ἐστρατήγησε. Unde nec in versione τῷ *forte* opus erat. Ita noster paulo post: διαφερόμενον τυγχάνει, pro διαφέρει, et inferius §. 5. κτώμενος τυγχάνῃ. Wolf.

A. 5. Ἀλέξιδος] Alexidem Thurium, Comicum, hic innui puto. Sententiam tamen hanc apud illos frustra quæsivi, quos Comicorum veterum dicta collegisse constat. Fortasse est fragmentum ex Στρατιώτῃ ejus, quo nomine Comœdiam quandam ejus appellat Athenæus. Wolf.

A. 6. τῶν κεκτημένων] κεκτημένοι dicuntur *Domini*, seu *heri*. Vide Ill. Ezech. Spanhemium ad Juliani Orationes p. 29. et ad Aristophan. Plutum v. 4. Wolf.

A. 6. διαφερόμενον] Rectius scripsisset, διάφορον ὄν. Wytt.

B. 3. ἐκθλίψεις] Non satis Græcum. Totus hic locus Ἀλλὰ—ὑπακου. Latini exempli redolet imitationem. Wytt.

B. 3. οὐχ ἡ αὐτὴ προθ.] Legendum, οὐ τῇ αὐτῇ προθ. Wytt.

B. 5. Ἀνακαλεῖς] Respondet reprehensori nobilitatis, quem a Plutarcho disputantem inductum fuisse, ex iis quæ supersunt germanis indiciis constat. Wytt.

B. 6. παρὰ] MS. παρὰ Χαλδαίους καὶ Αἰγυπτίους. Wolf.

Philippo, *Ubi esset nobilitas Atheniensium, ubi Cecropidarum illud genus, ubi robur? Tu quidem*, ait, *agnosceres, Rex, urbis robur, si Philippus Atheniensibus, Chares Macedonibus imperaret.* Forte enim tum Chares præfuerat. Quid igitur impudentius Alexide, qui cum agricolam nobili militanti præferat, non agnoscit, quantum servile opus ab herili differat. *At nos quoque ignobiles*, inquit, *militamus.* Sed certe non eadem præmia utrisque, non idem semper animus, idem ardor; quin si verum excutias, non eadem alacritate parent ignobili, qua, nobili.

III. Revocas me ad vetusta tempora? An ad Deucalionis? et si quæ a Chaldæis aut Ægyptiis vetustiora prodita sunt? At hoc fuerit, ad rudem illam indigestamque molem et primordia nascen-

A αἰῶνος ἡμᾶς ἀνακαλεῖν. Αὐξηθείσας πόλεις, ἀγροὺς φυτευομένους, ἀμπελώνων ἐργασίαν οὐκ ἀνακτέον εἰς ταύτην παλαιὰν ἀταξίαν, οὔτ' εἰκὸς ἀγενὲς αἷμα ἐπὶ τὰ τοῦ διακεκοσμημένου παντὸς ἀναφέρειν στοιχεῖα. Βούλει γοῦν ἀναχωρῶμεν εἰς χρόνους ἐν οἷς ἐκεῖνός φησι·

> Δήεις τόν γε σύεσσι παρήμενον· αἱ δὲ νέμονται
> Πὰρ Κόρακος πέτρην, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

B Ἀλλὰ τότε καταλήψῃ ἂν μὴ στερηθεῖσαν τῆς οἰκείας τιμῆς τὴν εὐγένειαν. Ἐν ποιμέσι τραφεὶς ὁ Ῥωμύλος ὁρᾷς ὡς Ἄρεος αἷμα πνεῖ, ὡς βασιλικῶν ἤδη προθεσμιῶν ἀντιποιούμενος. Τὸ δ' αὐτὸ καὶ τὸν Κῦρον λέγουσι πεπονθέναι. Ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν τοῦ Ἀμάσιδος λεκάνην ἀνακαλεῖς, ἄγε δὴ τί ποτε φησιν Ἡρόδοτος, ἢ καὶ μᾶλλον ὡς αὐτὸν Ἄμασιν κακουργήσαντα καὶ στρεβλώσαντα τὸ ἄκρον τῆς δόξης τῆς βασιλικῆς. Ἀκούωμεν
C οὖν αὐτὸν, ἐπειδὴ θέλης. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα κατώνοντο τὸν Ἄμασιν Αἰγύπτιοι, καὶ ἐν οὐδεμιῇ μοίρῃ μεγάλῃ ἦγον, ἅτε δὴ δημότην τὸ πρὶν ἐόντα, καὶ οἰκίης οὐκ ἐπιφανέος· μετὰ δὲ, σοφίῃ αὐτοὺς ὁ Ἄμασις οὐκ εὐγνωμοσύνῃ προσηγάγετο. Ἦν οἱ ἄλλα τε ἀγαθὰ μυρία, ἐν δὲ καὶ

A. 3. ἀγενὲς αἷμα] Immo, εὐγενὲς αἷμα. Wytt.
A. 4. φησι] Od. ν'. 407. Wolf.
B. 1. καταλήψῃ] MS. καταλήψῃς. Wolf.
B. 5. ἄγε] MS. mendose ἄτε. Wolf.
B. 5. ἢ καὶ μᾶλλον] Malim totam hanc ſententiam ita convertere: *Audiamus quid referat Herodotus, vel potius, quomodo teſtetur, Amaſin regium faſtigium depravaſſe et contaminaſſe.* Scilicet verbum φησὶ repetendum eſt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Certe τὸ forte nec Græco μᾶλλον reſpondet, nec inſtituto Plutarchi. Wolf. In hoc ſcriptore feram: in diligentiore requiram, ἢ καὶ μᾶλλον πῶς δείκνυσι αὐτὸν τ' A. Wytt.
B. 5. κακουργήσαντα καὶ στρεβλώσαντα] In margine MS. eadem manu ſcriptum erat: στρεβλώσαντα καὶ λυμαίνοντα. Wolf.
C. 1. θέλης] Immo θέλεις. Wytt.
C. 1. Τὰ μὲν δὴ] Vide Herodotum lib. ii. c. 172. Wolf.

tis ſeculi nos revocare. Auctas urbes, conſitos agros, exculta vineta, nolis revocare ad vetuſtatem illam inconditam, ita nec generoſum illum ſanguinem par fuerit revocare ad initia exornati mundi. Viſne igitur ad ea redeamus tempora, quibus, ut ille ait:

> Sectantem videas, qui errant per paſcua porcos;
> Ad Coracis ſaxum, juxta fontemque Arethuſam.

Sed eo tempore deprehendes ſuum honorem delatum nobilitati. Inter paſtores educatus Romulus, vides, quo pacto Martium ſanguinem ſpirarit, velut inſignia regni inter paſtores quoque affectans. Cyro quoque idem accidiſſe proditum eſt. Quando vero ad Amaſis pelvim me revocas: age vero loquentem Herodotum audiamus, aut forte depravantem Amaſin et contaminantem regium faſtigium. Sed quando ita vis, audiamus Herodotum. Ille quidem ſic: *Principio quidem regni Amaſin Ægyptii contempſerunt, nec in ulla magna et illuſtri parte duxerunt: quippe qui de plebe non illuſtri loco natus eſſet. Poſt vero calliditate quadam non benignitate eos ad ſe pellexit. Erant ei cum aliæ divitiæ innumeræ, tum pelvis aurea, in qua*

ποδανιπτὴρ χρύσεος, ἐν τῷ αὐτός τε ὁ Ἄμασις, καὶ οἱ δαιτυμόνες οἱ πάν- A
τες τοὺς πόδας ἑκάστοτε ἐναπενίζεατο. Τοῦτον κατ' ὦν κόψας ἄγαλμα δαίμονος ἐξ αὐτοῦ ἐποιήσατο, καὶ ἵδρυσε τῆς πόλεως ὅκου ἦν ἐπιτηδεώτατον. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι φοιτέοντες πρὸς τὤγαλμα ἐσέβοντο μεγάλως. Μαθὼν δὲ ὁ Ἄμασις τὸ ἐκ τῶν ἀστῶν ποιεύμενον, συγκαλέσας Αἰγυπτίους ἐξέφηνε, φὰς ἐκ τοῦ ποδανιπτῆρος τὤγαλμα γεγονέναι, ἐς τὸν πρότερον μὲν
τοὺς Αἰγυπτίους ἐνεμεῖν τε καὶ ἐνουρέειν, καὶ πόδας ἐναπονίζεσθαι, τότε δὲ B
μεγάλως σέβεσθαι. Ἤδη ὦν, ἔφη λέγων, ὁμοίως αὐτὸς τῷ ποδανιπτῆρι πεπρηγέναι· εἰ γὰρ πρότερον ἦεν δημότης, ἀλλ' ἐν τῷ παρεόντι εἶναι αὐτέων βασιλεύς, καὶ τιμᾶν τε καὶ προμηθέεσθαι ἑωυτοῦ ἐκέλευε. Τοιούτῳ μὲν τρόπῳ προσηγάγετο τοὺς Αἰγυπτίους, ὥστε δικαιοῦν δουλεύειν. Εἰ ταῦτα ψεύδεται ὁ Ἡρόδοτος, οἷα δέον παρ' αὐτῷ μηδαμῶς, οὐδέν ἐστιν
ὅπερ πράγματα παρέχοι τῇ εὐγενείᾳ· ἐὰν οὕτως μὲν, οὐκ ἐξ ἑνὸς Ἀμά- C
σιδος προσποιήσεως καὶ εἰς τοὺς θεοὺς ἀθεμίτου ἀσελγείας ἀντιληπτέος ὁ λόγος, πρὸς τὸ τῆς εὐγενείας καταφρονεῖν. Ἀλλὰ νὴ Δία μᾶλλον ἐκεῖνος ἔοικεν ὑπὲρ τῆς εὐγενείας ἀπολογούμενος, ὁ τὸν Ἄμασιν ὑπὸ τῶν περὶ αὐτὸν ἀτιμηθέντα διδάσκων, ὡς οὐκ ἐπισήμου γένους ὑπάρχοντα. Ἀλλ' εὑρὼν ἄρα τὴν ἄρρητον σκῆψιν ὡς ἐν Θεοῦ λόγῳ προσκυνῆσθαι, ἐκ τοῦ

B. 6. ψεύδεται] Pungit hic noster Herodotum, cujus fidem alias singulari libro, quem de malignitate Herodoti scripsit, suspectam reddidit. Wolf.
B. 6. οἷα δέον] Corruptum videtur. Forte scripsit, οἷα ἐνδεῖ, *qualia non desunt*. Wytt.
B. 6. οὐδὲν ἐστιν—εὐγενείᾳ] Est Latinismus. Wytt.
C. 1. οὕτως μὲν] Forte, οὕτως ἔχει. Wytt.
C. 5. εὑρὼν] MS. vitiose: ἀρῶν. Wolf. Forte, ἀξιῶν. Wytt.
C. 6. ὡς] In MS. erat ὡς. Forte legendum ὥστ' vel ἴσως, quod posterius suspicatur præstantissimus Grammius. Wolf. Equidem nil mutem. Wytt.

ipse omnesque convivæ semper pedes lavabant. Ex ea statuam Dei fecit, quam in clarissimo urbis loco statuit. Ægyptii vero ad signum concurrentes, maxima id religione venerabantur. Quod cum Amasis ex civibus et oppidanis comperisset, Ægyptios convocavit, eisque exposuit, simulacrum illud, quod tum colerent, ex ea pelvi, in quam prius et vomerent et mejerent, et in qua pedes lavarent, esse factum. Similis, inquit, *mei, quæ pelvis ratio est. Si enim antebac de plebe fui, at nunc certe, inquit, Rex sum vester. Atque iis, ut se et colerent, et vererentur, imperavit. Hac quidam ratione Ægyptios conciliavit, ut æquo animo servitutem ferrent.* Si falso hæc prodidit Herodotus, qualia utinam nulla essent apud eum auctorem, nihil est, quod inde facessamus negotium nobilitati. Si vere, nec ex Amasis quidem unius simulatione et nefario in Deos facinore aucupanda ratio, qua contemnamus nobilitatem. Imo per Jovem videtur ille nobilitatis defensor, qui contemtum docuerit Amasin a suis, quod illustri loco natus non esset: quin per simulationem nefariam modum cum invenit, qui se colendum exhiberet ob plebeios natales Rex contemtus: satis indicavit, si adfuisset

A φαύλου τοῦ γενετῆς ὑπερφρονηθείς, ἐδείκνυσεν ἱκανῶς, ὅτι, ἂν ὑπῆρχεν ἡ
εὐγένεια, οὐκ ἔδει τινὸς ὑποκρίσεως, καὶ τῆς ἀπὸ λεκάνης παραβολῆς.

δ΄. Σὺ δ᾽ ἐπεί με πρὸς τὰς τῶν βασιλειῶν ἀρχὰς καὶ τὸν Δηϊόκην
τὸν Μῆδον ἀνακαλεῖς καὶ πάντοθεν ὥσπερ ὀμφαλὸν τὸν σὸν ἐκεῖνον Ἡρό-
δοτον προβάλλεις, καὶ τὰ περὶ Δηϊόκην παρ᾽ αὐτοῦ ἐκδοθέντα διακρίνω-
μεν. Ἐκεῖνος γὰρ οὕτως·

B Ἀνὴρ ἐν τοῖσι Μήδοισι σοφὸς, τῷ οὔνομα ἦν Δηϊόκης, παῖς δ᾽ ἦν
Φραόρτεω· οὗτος ὁ Δηϊόκης ἐρασθεὶς τυραννίδος, ἐποίεε τάδε. Κατοικη-
μένων τῶν Μήδων κατὰ κώμας, ἐν γῇ ἑωϋτοῦ ἐὼν καὶ πρότερον δόκιμος,
καὶ μᾶλλόν τε καὶ προθυμότερον δικαιοσύνην ἐπιθέμενος ἤσκεε· καὶ ταῦτα
μέντοι, ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν Μηδικήν, ἐποίει, ἐπιστά-
μενος, ὅτι τῷ δικαίῳ τὸ ἄδικον πολέμιόν ἐστι. Οἱ δὲ ἐκ τῆς αὐτῆς κώ-
C μης Μῆδοι ὁρῶντες αὐτοῦ τοὺς τρόπους, δικαστήν μιν ἑωϋτῶν αἱρέοντο. Ὁ
δὲ δὴ, οἷα μνεώμενος ἀρχήν, ἰθύς τε καὶ δίκαιος ἦν, ποιέων τε ταῦτα,
ἔπαινον εἶχε οὐκ ὀλίγον πρὸς τῶν πολιτέων, οὕτω ὥστε πυνθανόμενοι ἐν
τῇσι ἄλλῃσι κώμῃσι, ὡς Δηιόκης εἴη ἀνὴρ μοῦνος κατὰ τὸ ὀρθὸν δικάζων,
πρότερον περιπίπτοντες ἀδίκοισι γνώμῃσι, τότε ἐπεί τε ἤκουσαν, ἄσμενοι
ἐφοίτεον παρὰ τὸν Δηιόκεα, καὶ αὐτοὶ δικασόμενοι· τέλος δὲ οὐδενὶ ἄλλῳ
ἐπετράποντο. Πλεῦνος δὲ αἰεὶ γινομένου τοῦ ἐπιφοιτέοντος, οἷα πυνθα-

A. 3. Σὺ δ᾽ κ.τ.λ.] Hæc habenda eſt potius continua ipſius ſcriptoris diſputatio, quam interpellatio adverſarii. Wytt.

A. 5. αὐτοῦ] MS. mendoſe αὐτῶν. Wolf. Rectius fuerat αὐτῷ. Wytt.

B. 1. Ἀνὴρ] Herodot. l. c. c. 96. Wolf.

nobilitas, nihil opus fuiſſe vana ea ſeductione et comparatione ex pelvi ducta.

IV. Sed quando me quoque revocas ad exordia regnorum, et Deiocem Medum rurſuſque illum Herodotum veluti umbonem undique opponis, excutiamus quoque de Deioce illius ſcripta. Enimvero ille ſic:

Vir erat apud Medos ſapiens, cui nomen erat Deioces, Phraortei filius. Hic Deioces, cum tyrannidem affectaret, hæc gerebat. Cum Medi in vicis habitarent, apud ſuos cum antea in honore erat, tum ſtudioſe juſtitiam æquitatemque excolebat, eaque faciebat, cum magnæ injuriæ in agro Medorum magnaque vis oriretur, quod ſciret, jus injuſtitiæ repugnare. Medi autem, qui eamdem viciniam incolebant, perſpecta Deiocis ſapientia et juſtitia, ad eum de jure referebant. Is autem, qui imperium affectaret, æquum ſe præbuit, ex quo ab omnibus civibus magnam eſt laudem conſecutus, ut in aliis vicis, cum Deiocem intelligerent unum eſſe, qui æquitatem in judicando ſervaret, ii, qui prius ſententiis iniquis condemnarentur, ultro ad eum de controverſiis ſuis et cauſſis referrent: poſtremo eo uno erant contenti nulli alii id permittentes. Ubi autem

νομιζομένων τὰς δίκας ἀποβαίνειν κατὰ τὸ ἐόν, γνοὺς ὁ Δηϊόκης ἐς ἑωϋτὸν πᾶν A
ἀνακείμενον, οὔτε κατίζειν ἔτι ἤθελε, ἔνθαπερ πρότερον προκατίζων ἐδίκαζε, οὔτ' ἔφη δικᾶν ἔτι· οὐ γὰρ οἱ λυσιτελέειν τῶν ἑωϋτοῦ ἐξημεληκότα, τοῖσι πέλας δι' ἡμέρης δικάζειν. Ἐούσης ὦν ἁρπαγῆς καὶ ἀνομίης ἔτι πολλῷ μᾶλλον ἀνὰ τὰς κώμας ἢ πρότερον ἦν, συνελέχθησαν οἱ Μῆδοι ἐς τωὐτὸ, καὶ ἐδίδοσάν σφισι λόγον, λέγοντες περὶ τῶν κατηκόντων. Ὡς δ' ἐγὼ δοκέω, μάλιστα ἔλεγον οἱ τοῦ Δηϊόκεω φίλοι· "οὐ γὰρ δὴ τρόπῳ B
"τῷ παρέοντι χρεώμενοι δυνατοί ἐσμεν οἰκέειν τὴν χώρην, φέρε, στήσωμεν ἡμέων αὐτῶν βασιλέα, καὶ οὕτω ἥ τε χώρη εὐνομήσεται, καὶ αὐτοὶ πρὸς ἔργα τρεψόμεθα, οὐδὲ ὑπ' ἀνομίας ἀνάστατοι ἐσόμεθα." Ταῦτα κη λέγοντες πείθουσι ἑωϋτοὺς βασιλεύεσθαι. Αὐτίκα δὲ προβαλλομένων ὅντινα στήσονται βασιλέα, ὁ Δηϊόκης ἦν πολλὸς ὑπὸ παντὸς ἀνδρὸς καὶ προβαλλόμενος καὶ αἰνεόμενος, ἐς ὃ τοῦτον καταινέουσι βασιλέα σφίσιν εἶναι. C

Ἆρα τί διασύρει τῆς εὐγενείας ὁ σὸς ἐκεῖνος Δηϊόκης; ποία γὰρ τῇ εὐγενείᾳ τιμὴ μείζων, ἢ ἀπὸ τοῦ περὶ τὴν ἐπιείκειαν ἐκείνου διαλογισμοῦ, καὶ τὴν ἰσότητα καὶ τὴν δικαιοσύνην τὴν αὐτῆς ἀρχὴν ἀποκεκεῖσθαι· ἵνα μή σε πείθω εἰς τοῦτό με προσελθόντα, ὥστε τὴν ἀρετὴν σὺν μόνης

χλευάζουσιν, quamvis et Interpres ſingularem numerum retinuerit. Accedit, Plutarchum in ſuperioribus non contra unum aliquem Stoicorum, ſed contra ἐνοίκους τῆς στοᾶς diſputare. WOLF.

A. 1. ὅτι] Malim legere ὅτε vel ὅταν. WOLF. Credam potius ante hanc particulam excidiſſe ἀνατιθέντες αὐτοῖς, *tribuentes illis*. WYTT.

A. 2. ὑποβρυομένους] Sententia magis poſtulabat ἀβρυνομένους, vel ὑποβαρυνομένους quod Latinus interpres ſecutus videtur. WYTT.

A. 5. Μῆνιν] Homer. Iliad. α'. 1. WOLF.

B. 6. γὰρ] MS. mendoſe ὀόξ. οὐκοῦν legendum Grammius ſuſpicatur. WOLF.

B. 6. ὅταν] MS. ὅζαρ. WOLF.

C. 1. Οὐ] Iliad. ρ'. 446. WOLF.

C. 3. περὶ εὐγενοῦς] Fortaſſe excidit: ἢ ἀγενοῦς, quod Interpres expreſſit, niſi hunc ad ſenſum reſpexiſſe putes. WOLF.

humani denique juris contemtum, ſi quando obruti his ſunt nobiliſſimi aut Reges, aut Proceres, non agnoſcit, in pleroſque ignobiles hæſiſſe eoſdem quoque, quos ſatellites nobilitatis procaci nomine vocat. Illorum hanc eſſe iram ait:

Innumeris quæ ſæva malis afflixit Achivos
Heroumque animos tot fortes impulit orco,
Membra minutatim quorum laniata moloſſis
Alitibuſque dedit.

Sed an ſolius Achillis talem ille iram putavit? An non fuit deterior aut Phalaridis, aut Agathoclis, aut Dionyſii, quos ignobiles fuiſſe legimus? Neque vero vates ille doctiſſimus cum ait:

Nil magis eſt hominis natura infirmius omni,
E numero ſpirant quæcunque animalia terris,

potius de nobili quam ignobili agit. Utcunque omnium ſit infirma natura, non tamen generoſus nihil ab ignobili differt. Quin potius naturæ commoda veluti a deo collata admiratur:

A Οὕτως οὐ πάντεσσι θεὸς χαρίεντα δίδωσιν
Ἀνδράσιν, οὔτε φυὴν, οὔτ' ἂρ φρένας, οὔτ' ἀγορητύν.
Ἄλλος μὲν γάρ τ' εἶδος ἀκιδνότερος πέλει ἀνὴρ,
Ἀλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεσι στέφει, οἱ δέ τ' ἐς αὐτὸν
Τερπόμενοι λεύσσουσιν.

Οὐδ' ἂν ἴδῃς εἰς τὰς ἀρχὰς, προστασίας, βασιλείας εἰσβάλλοντά τινα τῶν
B ἀγεννῶν, τοὺς δὲ εὐγενεστάτους καταβαλλομένους, διὰ τοῦτο διώξεις τὴν εὐγένειαν. Ἐκεῖνο γὰρ οὐ μᾶλλον τῶν εὐγενῶν ἢ τῶν δημοτικῶν ἅπτεται,

Εἰ γὰρ ἐγένου σὺ, Τρόφιμε, τῶν πάντων μόνος,
Ὅν τ' ἔτικτεν ἡ μήτηρ ἐφ' ᾧ γε διατελεῖν
Πράσσων ἃ βούλει, καὶ διευτυχεῖν ἀεὶ,
Καὶ τοῦτο τῶν θεῶν τις ὡμολόγησέ σοι,
C Ὀρθῶς ἀγανακτεῖς· ἔστι γάρ σ' ἐψευσμένος,
Ἄτοπόν τε πεποίηκ'. Εἰ δ' ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς νόμοις
Ἐφ' οἷσπερ ἡμεῖς, ἔσπασας τὸν ἀέρα
Τὸν κοινὸν, ἵνα σοί τι τραγικώτερον λαλῶ,
Οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον.

Λέλεκται γὰρ τοιαῦτα καὶ τῷ δήμῳ, καὶ τοῖς ἐν τέλει, οἷς οὔτε δόξα, οὔτε
D ἀδοξία πρὸς ταῦτα συμφέρειν δύναται. Ἐξ ἴσου τὰ παρὰ Θεοῖς εἱμαρμένα ἑκατέροις ἀγνοεῖται· ἐπεὶ

Σύμβολον δ' οὔπω τις ἐπιχθονίων
Πιστὸν ἀμφὶ πράξιος ἐσσομένας εὗρεν θεόθεν.

A. 1. Οὕτως] Od. θ'. 167. Wolf.
B. 3. Εἰ γὰρ ἐγ.] Sunt hæc Menandri, inter cujus fragmenta a Cl. Clerico edita afferuntur p. 259. ex Plutarchi Confolat. ad Apollon. Tom. ii. p. 203. Wolf. Hæc a Wolfio ex editis Menandri Fragmentis repetita, plenius exhibita in Plut. Confol. ad Ap. ibique a nobis recenfita, operarum tamen aliquo adfperfo vitio: nam et in ipfo Contextu legendum γὰρ σ' ἐψευσμένος· et in Notula Οἰστέον ἄμεινον ταῦτα καὶ λογιστέον Τόδε κεφάλαιον τῶν λόγων, ἄνθρωπος εἶ. Wytt.
D. 3. Σύμβολον] Habet hæc Pindarus Olymp. Od. xii. in fine. Wolf.

Haud uni dat cuncta Deus, formofus ut idem
Sit, pariter prudens, ac multa laude difertus.
Qui fpecie caruit, Deus hunc venerabilis ornat
Viribus eloquii, quo fit, mirentur ut unum.

Neque vero, fi ignobiles magiftratus, præfecturas, regna invadere videas, fi his dejici nobiliffimos, jure ideo inceffenda nobilitas. Non minus enim illud ad nobiles, quam ad plebeios pertinet.

Si lege natus, Trophime, tu fores ea,
Ut omnia ad votum tibi, quæ velles, fluerent:
Et id Deorum aliquis recepiffet tibi:
Recte doleas quidem, fefellit enim fidem,
Ac fecit abfurde. Sed iifdem legibus
Commune quoniam tu quoque quibus nos alii
Cœlum haufèris, ut audentius tecum loquar,
Ferenda funt hæc fortius.

Talia, inquam, dicta funt et plebeiis et nobilibus, quibus hac in parte neque nobilitas prodeffe poteft, neque natales obfcuri. Ex æquo utrifque Deorum fata ignota, quandoquidem

Nemo venturam potuit Deorum
Noffe fortunam, quoniam futuri

Τῶν δὲ μελλόντων τετύφλωνται φραδαί· A
Πολλὰ δ' ἀνθρώποις παρὰ γνώμαν ἔπεσεν,
Ἔμπαλιν μὲν τέρψιος· οἱ δ' ἀνιαραῖς
Ἀντικύρσαντες ζάλαις
Ἐσθλὸν βαθὺ πήματος ἐν μι-
κρῷ πεδάμειψαν χρόνῳ.

ιγ'. Πάλιν πρὸς Χρύσιππον ἀναχωρῶ, ὃς κατὰ τῆς εὐγενείας ὑπὸ τοῦ B
ξυνετωτάτου ποιητοῦ πεποιῆσθαι γράφει τάδε,

Ὃν κεν ἐγὼ δήσας ἀγάγω, ἢ ἄλλος Ἀχαιῶν·

ὡσπερανεὶ χρέων ἢ Θερσίτου τοῦ ἀσελγεστάτου καὶ ἀτιμωτάτου λόγους τοὺς ἀσχημονεστάτους εἰς τὸν ἄριστον βασιλέα πρὸς ταῦτα μεταφέρειν. Ἀλλὰ μᾶλλον Ὀδυσσέα τινὰ ζητεῖν τοῦ ἀβελτέρου ἀποπλήξοντα τὴν αὐθάδειαν. Πάλιν ὑλακτεῖ, λέγων, ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ ποιητοῦ τὰ τῶν εὐγενῶν κακῶς πε- C
πραγμένα δηλωθέντα, ὅταν τὴν Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης μοιχείαν ὁ Ἥφαιστος κατείληφε,

Ζεῦ, πάτερ, ἠδ' ἄλλοι μάκαρες θεοὶ αἰὲν ἐόντες,
Δεῦθ', ἵνα ἔργα γελαστὰ καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ ἴδησθε.

Ὡς ἐμὲ χωλὸν ἐόντα Διὸς θυγάτηρ Ἀφροδίτη
Αἰὲν ἀτιμάζει, φιλέει δ' ἀΐδηλον Ἄρηα· D
Οὕνεχ' ὁ μὲν καλός τε καὶ ἄρτιπος, αὐτὰρ ἔγωγε
Ἠπεδανὸς γενόμην· ἀτὰρ ἔτι μοι αἴτιος ἄλλος,

B. 3. Ὃν κεν] Il. β'. 231.
C. 4. Ζεῦ, πάτερ] Odyss. θ'. 306.
C. 5. ἴδησθε] Post hos versus quæ in versione sequuntur, ea in contextu Græco deerant. Wolf.
C. 6. Ὡς ἐμὲ] Odyss. θ'. 308. Wolf.

Cæca mens nobis: hominique multa
Præter optatum tulit ipse casus
Tristia, et rursus miseris subactum
Extulit rebus propere voluptas.

XIII. Redeo ad Chrysippum, qui scribit hæc a vate prudentissimo perscripta in nobilitatem:

Quicquid ego vinctum porto, vel alter Achivum,
Tu rapis.

Quasi vero Thersitæ improbissimi sordidissimique in præstantissimum Regum sordidissima verba huc transferenda sint. An non potius quærendus Ulysses aliquis, qui nebulonis contundat procacitatem? Rursus oblatrat: ab eodem poeta nobilium facta patefacta ait, dum Vulcanus adulterium Martis et Veneris deprehendit:

Jupiter atque alii, quorum immortalia divi
Numina, turpe deis facinus, dignissima risu
Crimina spectatum huc concedite protinus omnes.

Sed enim non peculiaria talia crimina nobilibus, quia flagrare iis videas ignobilissimos etiam: quibus si neque caruere Homerici illi Heroes, minus graviter ferendum, si nobiles in hæc impingant. Nam quid queritur Vulcanus?

Dedignata suum, ac dudum pertæsa maritum,
Loripedem Jove nata Venus Martem ecce cruentum
Deperit insignem, formaque et cruribus altis
Conspicuum. Sed enim claudo mihi nascier olim
Contigit. At non est vitium hoc a crimine nostro
Ingens, amborum potius sed culpa Parentum est,

A Ἀλλὰ τοκῆε δύω· τὼ μὴ γείνασθαι ὄφελλον.

Εἰ μὲν οὖν ἡ ἐκ Διὸς ἐκγεγαυῖα ἐγκαλεῖται Ἀφροδίτη, ἀλλὰ μὲν καὶ ὁ ἐγκαλῶν οὐχ ἧττον ἐξ αὐτοῦ τοῦ Διός· οὐδ' ὠνείδιζε δικαίως Ἀφροδίτη τῷ Ἡφαίστῳ τὴν χωλότητα· ἀπαρνεῖται γὰρ ἑαυτὸν αἴτιον τῆς πηρώσεως· οὐδ' ὠνείδισεν αὐτὸς τὴν δυσγένειαν Ἀφροδίτῃ. Ἆρα τί λέγει;

Ἀλλ' ὄψεσθ', ἵνα τώγε καθεύδετον ἐν φιλότητι,
B Εἰς ἐμὰ δέμνια βάντες· ἐγὼ δ' ὁρόων ἀκάχημαι.
Οὐ μέν σφας ἔτ' ἔολπα μίνυνθά γε κείεμεν οὕτω,
Καὶ μάλα περ φιλέοντε· τάχ' οὐκ ἐθελήσετον ἄμφω
Εὕδειν, ἀλλά σφωε δόλος καὶ δεσμὸς ἐρύξει
Εἰσόκε μοι μάλα πάντα πατὴρ ἀποδώσει ἔεδνα,
Ὅσσα οἱ ἐγγυάλιξα κυνώπιδος οὕνεκα κούρης,
C Οὕνεκά οἱ καλὴ θυγάτηρ, ἀτὰρ οὐκ ἐχέθυμος.

Ταῦτα μᾶλλον πρὸς τὴν εὐγενῆ Ἀφροδίτην ἢ πρὸς τὴν δημοτικὴν Λαΐδα, ἢ δυοῖν ὀβόλοιν ἑταιρίδιον; ἢ ἐκεῖνοι τοῦ Ἡφαίστου δεσμοὶ τοῦ μὲν καταλειφθέντος καὶ προσεχομένου Ἄρεος καθάπτονται, τοῦ δὲ ἐκ τοῦ δήμου τυχόντος οὔ; Ἥφαιστος μὲν

— κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων·
D Ἐν δ' ἔθετ' ἀκμοθέτῳ μέγαν ἄκμονα, κόπτε δὲ δεσμοὺς
Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ τεῦξε δόλον κεχολωμένος Ἄρει,

A. 6. Ἀλλ' ὄψεσθ'] Ibid. 313.
C. 6. κακὰ φρεσὶ] Ibid. 273.

Qui ſine defectis ſobolem producere membris
Debuerant. Verum huc convertite lumina cuncti.

Si Jove nata Venus culpatur, et qui culpat, etiam Jove natus. Nec vero recte exprobrare potuit Venus claudicare Vulcanum: hoc enim negat vitium ſuum fuiſſe. Nec ille Veneri nobilitatem exprobravit. Quid igitur ait?

Cernite, ut optatis foveant amplexibus ignes,
Noſtraque ad hæc ambo petiere cubilia: verum
Hanc poſtquam vidi, magno mihi viſa dolori
Res fuit. Atque illos ſpero non tempore parvo
Tali concubitu fruituros, quamlibet acri
Conjunctos in amore quidem, fortaſſis uterque
Concupiiſſe diu nolit, ſed dura tenebunt
Vinculaque inſidiæque meæ, tantiſper ad unum
Munera connubii donec pater ipſe remittat,
Inque verecunda pro conjuge cuncta regente
Præmia quæ dedimus, nobis dotalia reddat.
Quandoquidem ante alios forma præſtantior omnes
Nota ſibi eſt, ſed mente carens et pectore caſto.

Quid hæc pertinent potius ad nobilem Venerem quam ignobilem Laidem, aut ſcortum diobolare? An enim vincula illa Vulcani minus pertinent ad deprehenſum et hærentem Martem, quam alium quemvis plebeium? Vulcanus quidem:

——Inſidias imo jam pectore verſans
Huic admoliri ac prægrandem imponere trunco
Incudem parat, at ſubito duriſſima format
Vincula, non ulli textumque ſolubile cudit,
Quo ſimul impliciti graviter vinctique jacerent.
Ac poſtquam fabricaſſet opus caſſeſque Gradivo

Βῆ ῥ' ἴμεν ἐς θάλαμον, ὅθι οἱ φίλα δέμνι' ἔκειτο. A
Ἀμφὶ δ' ἄρ' ἑρμῖσιν χέε δέσματα κύκλῳ ἁπάντῃ·
Πολλὰ δὲ καὶ καθύπερθε μελαθρόφιν ἐξεκέχυντο
Ἠΰτ' ἀράχνια λεπτὰ, τά γ' οὔ κέ τις οὐδὲ ἴδοιτο,
Οὐδὲ θεῶν μακάρων· πέρι γὰρ δολόεντα τέτυκτο.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα δόλον περὶ δέμνια χεῦεν,
Εἴσατ' ἴμεν ἐς Λῆμνον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον. B

Οὗτοι οἱ δεσμοὶ ἐξ ἴσου μάλα τείνουσιν εἰς ἅπαντας τοὺς ἀνεχομένους ἑαυτοὺς τοῖς ἐρωτικοῖς ἁλίσκεσθαι δελέασι. Εἰς τοιαύτας τὰς πέδας ἐκείνους ἀνάγκη πίπτειν, τὰ δ' ἁμαρτήματα οὐχ οὕτως στέγεσθαι καὶ καλύπτεσθαι, ὥστε μὴ ἐμφαίνεσθαι. Οὐκ ἀγνοεῖς τοῦτο ὅπερ εἷς λέγει τῶν Θεῶν·

Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα κιχάνει τοι βραδὺς ὠκὺν,
Ὡς καὶ νῦν Ἥφαιστος ἐὼν βραδὺς εἷλεν Ἄρηα, C
Ὠκύτατόν περ ἐόντα θεῶν οἳ Ὄλυμπον ἔχουσι,
Χωλὸς ἐὼν, τέχνῃσι· τὸ καὶ μοιχάγρι' ὀφέλλει.

Ἡ δ' ὑμετέρα ἐκείνη στοὰ, ὦ Στωϊκοὶ, μηδένα πώποτε μοιχὸν ἑώρακε περιπατοῦντα; ἢ δ' ἐν προσώπῳ κηλὶς εἰ μᾶλλον βλέπεται, ὅτι μᾶλλον ἐπίδηλος, οὕτως εἰκότως καὶ τῶν εὐγενῶν τὰ πλάσματα ἐκδηλότερα ὄντα, θᾶττον διώκεσθαι. Εἰ δὲ μὴ τὴν στοὰν καταβάλλετε, τὰ πάντα ἁμαρ- D τήματα φάσκοντες ἴσα τυγχάνειν, τί τὰ τῶν εὐγενῶν ἀκριβέστερον ἐπιτηρεῖτε; θυγατρὸς ἀποκεχρῆσθαι τὸν ἐκ δήμου, καὶ τὸν βασιλέα μηδὲν

B. 2. ἀνεχομένους κ.τ.λ.] Manifestus Latinismus. WYTT.
B. 6. Οὐκ ἀρετᾷ] Odyss. θ'. 329. WOLF.
C. 6. οὕτως εἰκότως &c.] Malim ista quidem ita vertere: *ita manifestum est, nobilium vitia, magis quippe cognita, magis incessi.* WOLF.

Infensus, subito petit alta cubilia gressu,
Gratus ibi stabat thorus, et jam vincula circum
Fulcra locat, mirumque simul concinnat in orbem:
Plurima quin etiam tectum diffusa per altum
Tenuia, ceu lepidas suspendit aranea telas,
Ut quæ non hominum, non ipso lumine Divum
Cernere erat, mire abstrusis composta dolorum
Nexibus. Hæc postquam per summ acubilia sparsit,
In Lemnon simulata via est.

Vincula plane ea pertinent ex æquo ad omnes, qui se patiuntur amorum illecebris rapi: in hos plane compedes necesse est illi incidant. Neque plane peccata tegi aut velari, quin ea pateant, posse. Agnoscis enim, quid dicat unus e Diis:

Ut nihil officiunt virtuti crimina, claudus
Assequitur celerem, veluti nunc Mulciber acrem
Gradivum obtinuit, quamvis præ cœlitibus diis
Cursibus ille pedes habiles agit ocyor unus.
Claudus enim ipse dolis usus, qui sic quoque multas
Auxit adulterii et fœdo pro crimine pœnas.

Porticus illa vestra, Stoici, nullosne deambulantes adulteros vidit? Nam si nævum in facie magis inspici dicitis, quo loco magis pateat; ita plane nec e re fuit, vitia nobilium magis incessi, magis patere. Attamen nisi plane vestram illam porticum dejicitis, qui peccata omnia paria alibi jactatis, cur hic nobilium magis animadvertitis? Plebeii quis abusus sit filiola aut regis, negatis inter-

A διαφέρειν λέγετε· ὅμως πολλὰ φλυαροῦντες εἰς τὸν τῶν εὐγενῶν τῦφον, ἀλαζόνειαν, ἔρωτας, ἀθεμίστους συνουσίας, ὠμότητα, ἀντιδίκων ἐπιθυμητικοὺς καλεῖτε, καὶ τῶν μὲν εὐεργεσιῶν ἀμνήμονας, ἀδικουμένους δὲ δριμυτάτους πρὸς τὸ ἀποτίειν. Ταῦτα μὲν οὖν εἰ μόνους εἰς τούτους προσήκει, δικαίως ἴσως ἂν ἡμῖν οὕτω ῥητορεύειν συνεχωροῦμεν. Νυνὶ δὲ μηδ᾽ ὑμᾶς αὐτοὺς τούτων τῶν παθημάτων ἐλευθέρους ἐποίησεν ἐκείνη ὑμετέρα

B πρόνοια χρησμολόγος γραῦς. Διὸ γοῦν ἐφ᾽ οἷς τοὺς ἄλλους σωφρονίζετε, ταῦτα ἀφ᾽ ὑμῶν ἀφαιρεῖτε.

ιδ΄. Φανερὸν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, περὶ ὧν πάλαι διηπορήσαμεν, διὰ τί ποτε οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ οἱ ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγενέστεροι δοκοῦσιν εἶναι μᾶλλον τῶν συνεγγὺς τἀγαθὰ κεκτημένων. Αὐτὸς γὰρ ἐγγύτερος σπουδαῖος ὤν, ἢ πάππου σπουδαίου τετυχηκώς, ὥστ᾽ εἴη ἂν εὐγενὴς ὁ

C ἀγαθὸς ἀνήρ. Καί τινες εἰρήκασιν, οὕτως ἐκ τοῦ διελέγχειν προσποιούμενοι τὸν συλλογισμὸν τῆς εὐγενείας, ὥσπερ φησὶ καὶ Εὐριπίδης, οὐχὶ τὴν ἐκ πάλαι σπουδαίων εὐγένειαν φάμενος εἶναι, ἀλλ᾽ ὅστις ἀνὴρ ἀγαθὸς ἁπλῶς. Τὸ δὲ οὐκ ἔστιν· ἀλλ᾽ ὀρθῶς ζητοῦσιν οἱ τὴν ἀρχαίαν ἀρετὴν προστιθέντες.

A. 5. μηδ᾽] MS. κινδ. Wolf.

B. 2. ἀφαιρεῖτε] Post hæc iterum lacuna in Græco, quam versio Lat. commode supplet. Itaque et totus Aristotelis locus bene longus deest in MS. quod cum prioribus illis ταῦτα ἀφ᾽ ὑμῶν ἀφαιρεῖτε statim conjungit ista: Ταῦτα μὲν Θεόγνιδος περιφέρεται, κ. τ. λ. Habet tamen illum Aristotelis locum Stobæus pag. 498. ex quo eum repræsentavi. Wolf.

B. 3. διηπορήσαμεν] Stobæus habet vocem nihili, διησαρήπομεν, pro qua alteram illam ex Codice, quem a Grotio supra collatum diximus, exhibemus. Id vero de editione Aurel. Allobrog. 1609. accipiendum est. Veneta enim et Antwerp. recte habent διηπορήσαμεν. Wolf.

esse: et tamen multa deblateratis in nobilium superbiam, arrogantiam, amorem, incestos amores, crudelitatem, vindictæ avidos animos, quos beneficii immemores facitis, levissimæ autem contumeliæ acerrimos insectatores. Quæ si in hos solum quadrarent, jure forte declamandi in hos unos esset locus. Nunc cum ne vos ipsos quidem Pronœa illa vestra, fatidica anus, his liberos perturbationibus reddat, quæ in iis castigatis, prius evellite a vobis.

XIV. At nulla, ait, ratio reddi potest, cur nobiliorem alio alium judicemus. Immo non leves videmur initio hujus disputationis attulisse, nisi mavis Aristotelem illo ipso libro, de Nobilitate conscripto, audire: *Perspicuum igitur est, inquam, quid sentiendum de eo sit, quod agitavimus jam dudum: nempe, quid causæ sit, quod ii nobiliores ceteris judicantur, quorum opes a longinquo generis primordio repetuntur, aut quorum majores longo intervallo fuerunt boni, quam illi, qui propius absunt a nobilitatis suæ principio. Porro abest propius, qui sua sponte virtutem colit, quam cui avum contigerit hujusmodi habuisse. Quo fit, ut nobilis demum ille sit, qui fuerit vir bonus. Inventi sunt etiam, qui specie quadam reprehensionis id convincere studeant, perinde quasi pertexerent justam ratiocinationem contra nobilitatem. Quemadmodum sane asserit Euripides: Non antiquitate majorum æstimandam esse nobilitatem, sed virtute: nec alium quenquam nobilem omnino esse, nisi virum bonum. Qua tamen opinione nihil minus verum est. Imo recte ponunt ea de re quæstionem, qui laudem virtutis, longa ve-*

Τὰ δ' αἴτια εἴπομεν, τουτέστιν, ὅτι ἡ μὲν εὐγένεια ἐστὶν ἀρετὴ γένους, ἡ A δ' ἀρετὴ σπουδαῖον· σπουδαῖον δ' ἐστὶ γένος, ἐν ᾧ πολλοὶ σπουδαῖοι πεφύκασιν ἐγγίνεσθαι. Συμβαίνει δὲ τὸ τοιοῦτον, ὅταν ἐγγένηται ἀρχὴ σπουδαία ἐν τῷ γένει· ἡ γὰρ ἀρχὴ τοιαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, πολλὰ παρασκευάζειν, οἷά περ αὐτή. Τοῦτο γάρ ἐστιν ἀρχῆς ἔργον, ποιῆσαι οἷον αὐτὴ ἕτερα πολλά. Ὅταν οὖν ἐγγένηται τοιοῦτος εἷς τις ἐν τῷ γένει, καὶ οὕτω σπουδαῖος, ὥστ' ἔχειν τὸ ἀπ' ἐκείνου ἀγαθὸν πολλὰς γενεάς, τοῦτο B σπουδαῖον ἀνάγκη εἶναι τὸ γένος. Πολλοὶ γὰρ ἔσονται σπουδαῖοι ἄνθρωποι, ἄντε ἀνθρώπων ᾖ τὸ γένος, ἄντε ἵππων, ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων. Ὥστ' εὐλόγως οὐχ οἱ πλούσιοι, οὐδ' οἱ ἀγαθοί, ἀλλ' οἱ ἐκ πάλαι πλουσίων, ἢ ἐκ πάλαι ἀγαθῶν εὐγενεῖς εἶεν ἄν. Ζητεῖ γὰρ ὁ λόγος τ' ἀγαθά. Ἀρχὴ γὰρ ἄνωθεν πάντων. Οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' οἱ ἐκ προγόνων ἀγαθῶν, εὐγενεῖς πάντως, ἀλλ' ὅσοι τυγχάνουσιν ἀρχηγοὶ τῶν προγόνων C ὄντες. Ὅταν μὲν οὖν αὐτὸς ἀγαθὸς, μὴ ἔχει δὲ τοιαύτην δύναμιν τῆς φύσεως, ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίως, οὐκ ἔχει ἀρχὴν τοιαύτην δύναμιν ἐν τούτοις Ἀρχὴ τοῦ γένους καὶ εὐγενεῖς, οἱ ἀπὸ τούτου τοῦ γένους ὄντες, οὐκ

A. 5. οἷον αὐτὴ] Codex MS. A. Stobæi, quem a Grotio collatum dixi, legit οἷον αὐτὴ, ἅπερ αὐτῇ. Sed posteriores duas voces natas puto ex proxime antecedentibus οἷά περ. Wolf.

B. 5. ὁ λόγος τ' ἀγαθά] Hoc per Wolfii aut typographi errorem invectum videtur. Nam Stobæi ipsa hæc editio habet ὁ λόγος τ' ἀληθῆ, idque et Gesnerus et Ferronus expresserunt. Wytt.

C. 4. Ἀρχὴ τοῦ γένους] Locus procul dubio in Stobæo corruptus, ubi nihil juvat collatio Grotiana. Interpres Stobæi legi pro ἀρχὴν vult ἀρχή. Ferronus videtur legisse οὐκ ἔχει ἀρχὴν τοῦ γένους. Voces τοιαύτην δύναμιν ex superioribus perperam hic videntur repetitæ. Wolf. Credo hæc primum leviter corrupta, postea ab aliis deinceps correctoribus interpolata, ita resecando esse purganda—ὡς τίκτειν πολλοὺς ὁμοίους, οὐκ ἔχει ἀρετὴν τοῦ γένους. Καὶ εὐγενεῖς οἱ ἀπὸ τ. τ. γ. Wytt.

tustate confirmatam, huic sententiæ adhibent. Quid esset causæ, diximus. Id autem in causa erat, quod nobilitas est virtus continuata gentis alicujus. Virtus bonum est: illa bona familia est, in qua complures suis posteris virtutem quasi per manus tradiderunt. Quod tum demum usu venit, cum ea fluxerit a primordio nobili, bonoque. Namque principio vis ea tributa est, uti multa ejusmodi procreet, cujusmodi fuerit ipsum. Hoc munus et opus principii, alia multa sui similia gignere. Cum igitur in gente aliqua exstiterit quispiam in hunc modum affectus adeo bene moratus, ut ejus bonitas ad alios ejusdem familiæ per ætates multas pervenire possit, eam gentem esse optimam necessarium. Etenim in ea multi erunt homines egregii, si hominum propago fuerit: sin equorum, equi, et in ceteris animalibus ad eundem modum. Quamobrem consentaneum sit, haud esse nobiles, qui divites aut virtutis laude præstantes fuerint; sed eos, quorum majores in ultima vetustatis memoria, vel divites aliquando vel boni viri exstiterint. Hac enim disputatione verum indagatur. Quod autem initium est, omnium caput, si retro agas, reperietur. Neque vero nobiles continuo sunt, quorum egregii majores, sed ii tantum ex majoribus, qui principes in edenda familia fuerunt. Quod si bonus quispiam sua sponte non habet eam vim naturæ, ut sui similes procreare multos queat, non potest ab eo duci principium gentis. Igitur his rebus æstimandum est cujusque gentis principium et ii demum nobiles, qui nati in ejusmodi familia sunt: id-

A ἐὰν ὁ πατὴρ εὐγενὴς ᾖ, ἀλλ' ἐὰν ὁ ἀρχηγὸς τοῦ γένους· οὐ γὰρ δι' αὐτὸν ὁ πατὴρ ἐγέννησεν ἀγαθὸν, ἀλλ' ὅτι ἐκ τοιούτου γένους ἦν.

ιε'. Ταῦτα μὲν Θεόγνιδος περιφέρεται, ὡς ὁ Μεγαρεὺς Ξενοφῶν λέγει· οὗτος ὁ ποιητὴς περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας λόγους ποιεῖται, καὶ εἰκότως περὶ ἀνθρώπων βίου ἀπομνημόνευμα καλεῖσθαι δύναται, παραπλησίως εἰ τῆς ἱππικῆς ἐπιστήμων τις, περὶ αὐτῆς ἐγεγράφει. Τούτου τοῦ ποιήματος,
B ὡς οἶμαι, συνισταμένη ἐστὶν ἀρχὴ, ὅταν ἀπὸ τοῦ καλοῦ τοῦ γένους προοιμιάζει. Οὕτω γὰρ ἐδόκει, οὔτ' ἄνθρωπον, οὔτ' ἄλλο τι τῶν φυομένων μέλλειν ἔσεσθαι καλὸν, εἰ μὴ καὶ αὐτὰ τὰ αὐτὸν γεννήσοντα καλὰ ᾖ. Διὰ τοῦτο κάλλιον ᾠήθη τῶν ἄλλων ζώων παραδείγμασι χρῆσθαι, ἅπερ οὐκ εἰκῆ ἀλλὰ σπουδαιοτέρως τρέφεται, ὧν περὶ τὴν κηδείαν καὶ τὴν θεραπείαν οὐ μικροῦ ποιοῦνται, οὐκ ἄνευ τέχνης τινὸς, ὡς γενναιότατα τυγχάνωσι. ὅπερ
C καὶ δηλοῖ διὰ τὰ ἔπη τάδε·

> Κριοὺς μὲν καὶ ὄνους διζήμεθα, Κύρνε, καὶ ἵππους
> Εὐγενέας, καί τις βούλεται ἐξ ἀγαθῶν
> Κτήσασθαι, γῆμαι δὲ κακὴν κακοῦ οὐ μελεδαίνει
> Ἐσθλὸς ἀνὴρ, ἤν τις χρήματα πολλὰ διδῷ.

A. 3. Ταῦτα μὲν Θεόγνιδος] Pro his hæc habet Stobæus ed. Colon. Allobr. Θεόγνιδός ἐστιν ἐπὶ τοῦ Μεγαρέως. Lege ἔπη pro ἐπί. Hinc vero pro Μεγαρεὺς apud noſtrum omnino legendum eſt Μεγαρέως, et ponendum proxime ad Θεόγνιδος. Hic enim erat Megarenſis. Deinde verba: ὡς ὁ Ξενοφῶν λέγει collocanda videntur poſt οὗτος ὁ ποιητής. Wolf. Progreditur noſter compilator in Stobæo, ac proximum arripit locum qui ſub Xenophontis nomine exſtat. Legendum, περιφέρεται, τοῦ Μεγαρέως, ὡς Ξενοφῶν λέγει. Wytt.

A. 6. Τούτου τοῦ ποιήματος—προοιμιάζει] Prava et ſolœca compoſitio, Latinam conſuetudinem redolens. Voluit dicere, *Hujus Carminis commendatum eſt exordium, quia orditur ab boneſtate generis.* Pro ὅταν legam ὅτι. Wytt.

C. 2. Κριοὺς] Exſtant ea hodienum inter ſententias Theognidis v. 173. ſqq. Wolf. Verſus hos cum toto Xenophontis loco, ex Stobæi codice ſcripto Pariſienſi, emendatius refert Brunckius in Poet. Gnom. Gr. p. 280. Wytt.

que ea lege, ſi auctor primus ita ſit, non autem tuus pater proximus. Etenim, qui eſt pater, non edit in lucem duntaxat virum bonum, qua eſt pater, ſed qua genitus ipſe eſt in hujus familia.

XV. Atque equidem, ut ait Xenophon Megarenſis, Theognidis carmina feruntur. Hic poeta de virtute vitiiſque hominum, nec alia re ulla ſermonem inſtituit: nec injuria dici poteſt commentarius de hominum vita: haud aliter quam ſi peritus rei equeſtris ea de re ſcriptum aliquod edat. Hujus poëmatis, meo judicio, certe inſtitutum eſt principium, cum orditur a bonitate generis. Nam ita ſentiebat, nec hominem, nec aliud quidquam, quod procreatur, fore bonum, niſi, quæ illud procreatura ſunt, bona ſint. Quare viſum eſt ei, ceterorum animantium exemplis uti, quæ non temere, ſed accuratius, aluntur, quæque curantur et comuntur quadam arte, ut nobiliſſima evadant. Id quod his verſibus facit perſpicuum:

> Fortis equus firmuſque aries, non vilis aſellus,
> Egregio qui ſit ſanguine, Cyrne, volunt;
> Et ſatagunt omnes ſibi habere. At fœdera jungit
> Vilia, ſi dederit vir generoſus opes.

Οὐδὲ γυνὴ κακοῦ ἀνδρὸς ἀναίνεται εἶναι ἄκοιτις A
Πλουσίου, ἀλλ' ἀφνεὸν βούλεται ἀντ' ἀγαθοῦ.
Χρήματα γὰρ τιμῶσι, καὶ ἐκ κακοῦ ἐσθλὸς ἔγημε,
Καὶ κακὸς ἐξ ἀγαθοῦ, πλοῦτος ἔμιξε γένος.

Ὅσον καθήκει τὴν τῶν ὑῶν γένεσιν, ἐν τούτοις τοῖς ἔπεσιν ἡ τῶν ἀνθρώπων ἄγνοια δηλοῦται· καὶ διὰ τοῦτο συμβαίνειν τοὺς ἐνδόξους οἴκους ἀμαυροῦσθαι, τῷ τοὺς εὐγενεῖς τοῖς ἀγενέσι συζυγνύσθαι. Οἴονται μέντοι πολλοὶ τὴν B
ἀνθρωπίνην ἐπιθυμίαν καὶ φιλοχρηματίαν ἐν τούτοις κατηγορεῖσθαι, διότι οὐδεὶς παραιτεῖται βουλόμενος χρηματίζεσθαι τῇ ἀγενὴς καὶ ἄδοξος, τῇ δὲ κακὸς καὶ αἰσχρὸς γίνεσθαι. Οὐ μὴν ἀλλ' ὡς ἐγῷμαι τὴν τῶν ἀνθρώπων ἄγνοιαν μᾶλλον αἰτιάσαι τῶν διὰ φιλοχρηματίαν τὴν εὐγένειαν ἀνεχομένων κατὰ σχολὴν ἐξίτηλον γίνεσθαι.

ιϛʹ. Ἀλλ' ἐπεὶ ὁ Χρύσιππος ἐξ ἐραστοῦ Εὐριπίδου πρὸς ἡμᾶς ἀνα- C
μάχεται, φέρε δή, προσφέρωμεν ἅπερ ἐκεῖνος τῆς εὐγενείας κῆρυξ ᾖδε περὶ αὐτῆς. Οὕτω γὰρ αὐτός·

Εἰ τοῖς ἐν οἴκῳ χρήμασιν λελείμμεθα,
Ἡ δ' εὐγένεια καὶ τὸ γενναῖον μένει.
Φεῦ, φεῦ τὸ φῦναι πατρὸς εὐγενοῦς ἄπο
Ὅσην ἔχει φρόνησιν, ἀξίωμά τε·
Κἂν γὰρ πένης ὢν τυγχάνῃ χρηστὸς γεγώς,

A. 5. Ὅσον κ.τ.λ.] Longe aliter hæc exhibet Stobæus p. 499. Confentit tamen MS. noftrum cum verfione Ferroni. Wolf.
B. 3. τῇ ἀγενὴς] Legendum, τῇ μὲν ἀγενής. Wytt.
B. 4. ἀλλ' ὡς ἐγῷμαι—αἰτιάσαι] Rectius fuerat, ἀλλ' ἐγῷμαι—αἰτιᾶσθαι. Wytt.
C. 1. ἐξ ἐραστοῦ Εὐριπίδου] Latinifmus. *Ex Euripidis amatore, nofter fit denuo adverfarius.* Non cepit Latinus interpres. Wytt.
C. 3. Οὕτω γὰρ αὐτὸς] Ifta Euripidis effata affert et Stobæus p. 497. Wolf.
C. 4. Εἰ τοῖς ἐν] Exftant hæc in Temen. inter Fragmenta apud Barnefium Part. ii. p. 497. Wolf.

Fœmina nulla thoros, quamvis generofa, recufat
Divitis, hunc forti præferet illa viro.
Gazæ amor eft fummus, vilem fibi nobilis aptat,
Vilis et egregiam, turbat et arca genus.

His verfibus declaratur hominum infcitia, quod attinet ad procreationem fobolis; atque ob eam rem evenire, ut familiæ cujufque bonitas fenfim minuatur, quod degeneres tam fæpe nobilibus copulantur. Non pauci tamen his verfibus accufari hominum cupiditatem et fordes a poëta exiftimabunt, eo nomine, quod eorum nemo recufet, modo fe poffet locupletare, tam degener et ignobilis, quam vitiofus et turpis evadere. Ceterum, mea quidem fententia, hominum infcitiam in vita degenda potius accufat, qui nobilitatem tam præclarum thefaurum opum amore fenfim delabi patiantur.

XVI. Sed quando Chryfippus ex amatore fuo Euripide nos oppugnat, age vero, proferamus, quæ et ille nobilitatis præco pro nobilitate cecinit. Sic autem ille:

Quamvis familiæ haud fuppetant nobis opes,
Generofus animus, prifca nobilitas manent.
(Proh fancta Divum numina!) patris nobilis
Quos addit animos, quod decus fiducia.
Quamvis egeftas nobilem oppugnet virum,

A Τιμὴν ἔχει τίν', ἀναμετρούμενος δέ πως
Τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον ὠφελεῖ τρόπῳ.
Ἡμῶν τί δῆτα τυγχάνεις χρείαν ἔχων;
Πατέρων γὰρ ἐσθλῶν ἐλπίδας δίδως γεγώς.
Πένης γὰρ οὐκ ἐκεῖν' ἀπώλεσεν τὸ τοῦ πατρὸς γενναῖον·
Φέρει δὲ καὶ τοῦτ' οὐ μικρὸν εὐγενής
B Ἀνὴρ στρατηγῶν, εὐκλεᾶ τ' ἔχων φάτιν,
Ἐν τοῖς τέκνοις γὰρ ἡ ἀρετὴ τῶν εὐγενῶν
Ἐνέλαβε· κρείσσων τ' ἐστὶ πλουσίου γάμου.
Δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς
Ἐσθλῶν γενέσθαι κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται
Τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖσιν ἀξίοις.

C Ταῦτα μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἀνθρώπου διαμαχομένου καὶ καταβαλλομένου τὴν εὐγένειαν, μᾶλλον δὲ ἐπαινοῦντος καὶ ὑπεραίροντος. Τί δ' ἐκεῖνα τοῦ αὐτοῦ;

Οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Γαμεῖν τ' ἀπ' ἐσθλῶν· ὃς δὲ νικηθεὶς πόθῳ
D Κακοῖς ἐκοινώνησεν, οὐκ ἐπαινέσω,
Τέκνοις ὄνειδος οὕνεχ' ἡδονῆς λιπεῖν.
Τὸ δυστυχὲς γὰρ ἡ εὐγένει' ἀμύνεται
Τῆς δυσγενείας μᾶλλον· ἡμεῖς γὰρ κακῶν
Εἰς τοὔσχατον πεσόντες εὕρομεν φίλους.
Τοσὸν δὲ παῖδα σωφρονοῦντ' ἐπίσταμαι

A. 3. Ἡμῶν τ. δ.] Vide Fragmenta Euripidis ex Archelao p. 457. Wolf. Ex Stobæo ſumtum, proximum deinceps antecedenti p. 497. Wytt.
A. 6. Φέρει δὲ] Vide hæc l. c. Wolf. Item e Stobæo, proximum antecedenti. Wytt.
B. 4. Δεινὸς χ.] Exſtat in Hecuba v. 379. Wolf. At noſter compilator e Stobæo habuit, ubi priori deinceps ſubjectum legitur p. 498. Wytt.
C. 1. καταβαλλομένου] Rectius dixiſſet καταβάλλοντος. Wytt.
C. 4. Οὐκ ἔστι] Heraclid. v. 298. Wolf. Sumtum ex Stobæo ubi prioribus continuatum legitur. Wytt.
D. 6. Τοσὸν δὲ] Iſta quoque ſunt Euripidis apud Stobæum p. 498. Wolf.

Cunctis verendus tamen erit, necnon patris
Secum ipſe reputans facta, creſcet moribus.
Quid noſtri egentem caſus huc te detulit?
Sperare de quo multa nobilitas jubet.
Quæ cetera aufert inopia, generis decus
Auferre neſcit.
Id vero multum retulit, proſapia
Sitne imperator nobili, fama bona:
Generoſa patrum filiis virtus ineſt,
Unaque crevit, melior opulentis thoris.
Illuſtre et ingens ſpecimen in mortalibus
Stirps clara generis nomen augeſcit, cui
Decus exprobrari familiæ jure haud poteſt.

Hæc quidem non ſunt hominis oppugnantis et dejicientis nobilitatem, potius vero laudantis et efferentis. Quid illa ejuſdem?

Non præmium ullum liberis præſtantius,
Ac noſſe patrem nobilem fortem, probum:
Sociamque lecti nobilem. Sin quis mala
Libidine amens jungit obſcuras faces,
Non laudo. Tanti num voluptas, liberis
Probrum ut relinquas generis, et turpem notam?
Generoſus animus vincit adverſa, et domat,
Ignavus illis cedit. Et nos ultimo
Merſi periclo, ſenſimus amicam fidem.
Uſque adeo puerum, ſat ſcio, inceſſit pudor,

Χρηστοῖς θ' ὁμιλοῦντ' εὐσεβεῖν ἠσκηκότα. A
Πῶς οὖν ἂν ἐκ τοιοῦδε σώματος κακὸς
Γένοιτ' ἄν; οὐδεὶς τοῦτο μ' ἂν πίθοι ποτέ.
—— Τότ' εὐγενὲς
Πολλὴν δίδωσ' ἐλπίδ', ὡς ἄρξουσι γῆς.
Τὴν εὐγένειαν, κἂν ἄμορφος ᾖ γάμος,
Τιμῶσι πολλοὶ πρὸς τέκνων χάριν λαβεῖν, B
Τό τ' ἀξίωμα μᾶλλον ἢ τὰ χρήματα.
Ἀλλ' εἴπερ εἶ γενναῖος, ὡς αὐτὸς λέγεις,
Σήμαιν', ὅτου τ' εἶ καὶ πόθεν· τὸ γὰρ καλῶς
Πεφυκὸς οὐδεὶς ἂν μιάνειεν λόγος.

ιζʹ. Ἀλλὰ τὸν Χρύσιππον ἀφῶμεν, οὐχ ἅπαξ ἐναντιούμενον ἑαυτῷ,
ὥσπερ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ ἀγαθῶν καὶ ἐν τῷ περὶ Ῥητορικῆς, ὑγίειαν C
ἐάν τις τοῖς ἀγαθοῖς ἐναριθμῇ οὐκ ἀντιμάχεσθαι, καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν
καθ' αὑτὰ αἱρετῶν οὐδὲ μανίας ἀποστερεῖ τοὺς τούτων καταφρονοῦντας.
Καὶ τῷ ὄντι οὔτ' ἐκεῖνοι οὔθ' οἱ Στωϊκοὶ δέονται τῆς εὐγενείας, ὅσοι τοι-
αύτης ἐφάπτονται φιλοσοφίας, ἣ τὰ πάνθ' ὡς ἀπὸ θείας μηχανῆς ἑαυτοῖς
συντόμως χορηγεῖσθαι μεγαλαυχοῦνται· αὑτοὺς πλουσίους, εὐγενεῖς, καλοὺς,
βασιλέας εἶναι· τοὺς ἀλλ' εἰ μὴν οὗτοι οἱ πλούσιοι, τοὺς ἄλλους τὴν τροφὴν D

A. 4. Τότ' εὐγενὲς] Euripidis Ino in Fragment. apud Barnesium p. 472. Wolf. At noster ex eodem habet Stobæo p. 498. Wytt.

B. 3. Ἀλλ' εἴπερ] Locus hic a Stobæo p. 498. acceptus, refertur Sophocli in Aleite. Wolf.

C. 1. περὶ ἀγαθῶν] Forte hic est liber, quem Laertius vii. 202. περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν σύνταξιν πρώτην vocat. Wolf.

C. 1. περὶ Ῥητορ.] Laertius l. c. libros ejus 4. περὶ ῥητορικῆς memorat. Wolf. Memorat item Plutarchus Stoic. Repugn. p. 1034, B. 1047, A. Wytt.

C. 2. περὶ τῶν καθ' αὑτὰ αἱρετῶν] Hujus libri non meminit Laertius. Wolf. At meminit Plutarchus Stoic. Repugn. p. 1048, A. Sententiam hoc loco memoratam, item ex Chrysippo refert Plutarchus, nullo tamen addito libri nomine p. 1047, E.

C. 5. μηχανῆς] In margine MS. exstat ῥάβδου. Atque ita legit Interpres, et hoc videtur rectius. Wolf.

D. 1. τοὺς ἄλλους] Ita MS. Sed puto hæc delenda tamquam nata apud oscitantem librarium ex sequentibus proxime vocibus τοὺς ἄλλους. Wolf. Recte Wolfius: sed et in εἰ μὴν vitium latet, nisi forte plura ex-

Celebrare cœtus qui bonorum assueverit,
Sanctosque mores didicit. Hunc ergo malum?
Istone natum genere vitiosum putas?
Hoc mihi probabit nemo, nec persuaserit.
Hos magna generis claritudo spem facit
Illo superba sceptra fixuros solo.
Conjux vetusta gente, quamvis fœda sit,
Appetitur: hanc spes liberûm gratam facit,
Opibusque potior dignitas multis placet.
Si, ut prædicas te nobilem, ita se res habet,
Nomen parentum et patriæ narra: ex bonis
Quicquid creatum, pollui dictis nequit.

XVII. Sed mittamus Chrysippum, non uno loco contraria scribentem: nam et in libro primo de bonis, et libro de Arte dicendi, opes, nobilitatem, pulchritudinem, sanitatem, bonis si quis adscribat, non se repugnare ait. Libro quoque de iis, quæ per se eligantur, ne ab insania quidem liberat eos, qui hæc nihili faciant. Ac revera nihil illi, nihil Stoicis nobilitate opus, qui id genus philosophandi secuti sunt, quo sibi virgula velut divina omnia suppetere jactitant: se divites, nobiles, formosos, reges esse. Divites autem sint, sed qui ab aliis cibum emendicent: sint Reges,

A προστάττουσι, τούτοις τοὺς βασιλέας οὐδεὶς ὑπακούει. Αὐτοὶ πᾶσιν ἔνοχοι τὰ πάντα κέκτηνται, μόλις ἐπήλυδες τὸν οἶκον μὲν εἰς τρεῖς μνᾶς μισθωσάμενοι, τὸν δὲ μισθὸν οὐκ ἀποτελοῦντες.

ιη΄. Ὁ δὴ Φίλων οὐχ ὥσπερ σοὶ δοκεῖ, ὄντως ἄδικος διάκειται πρὸς τὴν εὐγένειαν, οὔτε τὴν τοῦ Λυκόφρονος γνώμην δοκιμάζει, καίπερ αὐτὴν ἀναφέρων. Οὕτω γὰρ ἐκεῖνος·

B Ὅλως δὴ περὶ εὐγενείας ἐγὼ ἀπορῶ, τίνας χρὴ καλεῖν τοὺς εὐγενεῖς. Εἰκότως γὰρ, ἔφην, τοῦτο εὖ διαπορῶν· καὶ γὰρ παρὰ τῶν πολλῶν καὶ παρὰ τῶν σοφῶν τὰ μὲν ἀμφισβητεῖται, τὰ δὲ οὐ λέγεται σαφῶς εὐθὺς τὰ περὶ τῆς δυνάμεως. Λέγω δὲ τοῦτο, πότερον τῶν τιμίων ἐστὶ καὶ σπουδαίων· ἢ καθάπερ Λυκόφρων ὁ Σοφιστὴς ἔγραψε κενόν τι πάμπαν.

ciderunt. Ut nunc eſt, ſententiam certe juvabimus legendo εἶτα. Ceterum hæc ex Plutarchi vel integro tunc libello, vel ſuperſtite libelli compendio inſcripti *Stoicos abſurdiora dicere quam poetas* pag. 1058, C. temere tranſlata ac perverſa ſunt. Wytt.

A. 4. Φίλων] Quis ille ſit Philo, non dixerim. Plures eorum in antiquitate memorari, diligenter more ſuo, oſtendit amiciſſimus Fabricius noſter in Biblioth. Græca lib. ii. p. 118. ſq. Fortaſſe eſt is, qui ut Ariſtotelis ſervus memoratur Laertio v. 15. et ejuſdem γνώριμος vocatur ab Athenæo xiii. p. 610. de quo Jonſius lib. i. c. 17. Alias a Plutarcho laudatur Philo-Academicus in Opp. Tom. i. p. 861. et 862. item Philo-Thebanus p. 691. a. Exſtat Philonis Judæi liber ſingularis de Nobilitate, ſed qui omnino huc non pertinet. Si Stobæum p. 494. ſequemur, verba, quæ hic tamquam a Philone prolata afferuntur, ex Ariſtotelis libro de Nobilitate petita credere debebimus. At non eſt veriſimile, Plutarchum Ariſtotelem hic denuo advocaturum fuiſſe, quem ſupra aliquoties in hac cauſa ad partes vocaverat. Ut taceam, Codicem noſtrum cum verſione Ferroni hic ex aſſe conſentire. Solet alioquin Ariſtoteles citare Lycophronem Sophiſtam, quod mox videbimus. Ceterum Ferronus hic in margine Ariſtodemi nomen ponit, ut indicet, novam hic eſſe Ariſtodemi exceptionem. Wolf. Compilator noſter, more ſuo, Stobæum ſpolians, huic loco Philonis nomen vel appoſitum invenit, vel ipſe adjecit ut plagium diſſimularet. Utcumque ſit, potius Ariſtotelis quam Philonis cenſendus eſt hic locus. Philo, quem compilator noſter vult, eſt nobilis ille Academicus, Ciceronis magiſter. De quo alibi dicemus. Wytt.

A. 5. αὐτὴν ἀναφέρων.] MS. in margine: αὐτῆς χρώμενος. Interpres lectionem illam alteram expreſſit. Wolf.

B. 1. Ὅλως δὴ &c.] Habet hæc Stobæus p. 494. Wolf.

B. 2. τοῦτο εὖ διαπορῶν] Interpres videtur legiſſe εἶ διαπορῶν, vertens: *ſcite quæſtionem ponis*, tamquam ad alium hic loquatur Philo. Et videtur hæc lectio contextui magis quadrare: quamvis Stobæus cum noſtro faciat Codice. Quid enim εἰκότως ſibi vult ſequenti εὖ junctum? Wolf. Legendum, τοῦτο σὺ διαπορῶν. Dicendi formulam expoſui olim in Epiſt. Crit. ad D. Ruhnken. p. 22. Wytt.

B. 2. παρὰ τῶν πολλῶν] Inſerui hæc ex Stobæo, tamquam quæ ex ſuo quoque Codice exprimit Interpres. Wolf.

B. 5. Λυκόφρων ὁ Σοφιστὴς] Laudatur ille ab Ariſtotele iii. 6. Politic. et alias. Vide Cl. Fabricii Biblioth.

ſed quibus nemo pareat, ipſi omnibus ſint obnoxii: ſoli omnia poſſideant, ſed qui vix inquilini trimeſtrem mercedem pro domo locata perſolvere poſſint.

XVIII. Philo autem nobilitati non tam iniquus fuit, quam putas: neque vero probavit Lycophronis ſententiam, tametſi retulerit. Sic enim ille:

Plane dubito, quod attinet ad nobilitatem, qui tandem illi ſint, quos appellare nobiles æquum eſſe videatur. Nec injuria, inquam, ſuper ea re quæſtionem ſcite ponis. Etenim tam imperiti homines, quam ſapientes, aut ea de re non idem ſentiunt, aut non explicant ſatis dilucide. Verbi cauſa: quæ demum vis hujus ſit, utrum nobilitas quiddam honoratum et præſtabile ſit: an potius, quod Lycophron

Ἐκεῖνος γὰρ ἀντιπαραβάλλων ἑτέροις ἀγαθοῖς αὐτὴν εὐγένειαν μὲν οὖν, A ἧς ἀφανὲς τὸ κάλλος, ἐν λόγῳ δὲ τὸ σεμνόν, ὡς πρὸς δόξαν οὖσαν τὴν αἵρεσιν αὐτῆς, κατὰ δὲ ἀλήθειαν οὐδὲν διαφέροντας τοὺς ἀγενεῖς τῶν εὐγενῶν.

Ταῦτα δὲ οὐ θαυμαστὸν ὑπὸ ἀγενοῦς γεγράφθαι σοφιστοῦ. Ἄρα τίνα τούτῳ ἀντιθῶμεν; Ποσειδώνιον, οἶμαι, σεμνὸν μάλα φιλόσοφον ταῦτα πρὸς Τουβέρωνα διαλεγόμενον· B

Ἀμφισβητεῖται δὲ καθάπερ καὶ περὶ τοῦ πηλίκον ἀγαθόν ἐστι, οὕτω καὶ τίνας δεῖ καλεῖν εὐγενεῖς; Οἱ μὲν γὰρ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν γονέων εὐγενεῖς εἶναι νομίζουσι, καθάπερ καὶ Σωκράτης· διὰ γὰρ τὴν Ἀριστείδου ἀρετὴν, καὶ τὴν θυγατέρα αὐτοῦ γενναίαν εἶναι. Σιμωνίδην δέ φασι ἀποκρίνασθαι διερωτώμενον, τίνες εὐγενεῖς, τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων φᾶναι·

Græc. lib. iii. p. 424. Sophiftæ nomen hic omittit Codex MS. unus Stobæi, quem a Grotio collatum femel iterumque monuimus. WOLF.

A. 1. αὐτὴν εὐγένειαν] Hiulca eft oratio, et procul dubio corrupta: fenfum tamen recte expreffit Interpres. Forte legendum: εὐγενείας μὲν ἀφανὲς τὸ κάλλος, κ.τ.λ. WOLF. Ita et Stobæus, ex quo jam tunc corrupto hunc locum fumfit compilator. Scriptum fuit—αὐτὴν, οὕτως λέγει, " Εὐγένειαν μὲν οὖν—σεμνόν," his deinceps plura fubjecta Lycophronis verba exciderunt. WYTT.

A. 6. Ποσειδώνιον] Eft ille Syrus Apameenfis, quem a Cicerone frequentatum tradit Plutarchus Tom. i. p. 862. Varia ejus fcripta a veteribus memorantur, quæ præter alios Meurfius lib. ii. de Rhodo c. xii. et Fabricius lib. ii. Biblioth. Græc. p. 409. fq. recenfent. Notandum vero hoc eft fragmentum, quod alibi memorari non memini. WOLF. Atqui exftat apud Stobæum p. 494. ut ipfe Wolfius monuit. WYTT.

B. 1. Τουβέρωνα] Q. Ælium Tuberonem innuit a Cicerone in Orat. pro Muræna laudatum. De eo vide Scipion. Gentilem in Parergis l. 9. et Bertrandum in Vitis ICtorum p. 193. Voffium item de Hiftoric. Lat. c. 12. et Jo. Mollerum in Homonymofcopia p. 410. WOLF. Compilator nofter, homo Latinus, norat, quædam a Panætio ad Q. Tuberonem, ftoicum, fcripta fuiffe, ex Cicerone Tufc. iv, 2. Fin. iv, 9. Hinc finxit librum Pofidonii ad Tuberonem: qui non Q. ille, fed L. Ælius, Academicus, Ciceronis familiaris, effe debebat. WYTT.

B. 2. Ἀμφισβητεῖται &c.] Habet hunc locum iterum Stobæus p. 494. fq. fed ita, ac fi in Ariftotelis libro de Nobilitate legeretur, quod fieri omnino non poteft, cum Pofidonius, quod ex dictis conftat, Ariftotelis ætate longe inferior fuerit. WOLF. Atqui ipfa ratio manifefte oftendit, hunc locum ejufdem effe auctoris cujus antecedentes loci, qui fub Ariftotelis nomine exftant apud Stobæum. At nofter ifte tenebrio, ut fumum objiceret aliis, materiam apud Stobæum repertam, in aliorum celebrium virorum nomina tranftulit. WYTT.

Sophifta prodidit memoriæ de ea, prorfus novo exemplo, verum judicabimus? Nam is contendens hanc cum aliis bonis ignotam effe in vulgus ait ejus pulchritudinem, verboque folum, non re, ejus dignitatem niti. Quippe quam opinio vana faciat optabilem, re autem vera nihil inter ignobiles et nobiles intereffe.

Sed hæc non mirum fcripta ab ignobili Sophifta. Quem igitur huic opponemus? Pofidonium, opinor, gravem inprimis Philofophum, hæc cum Tuberone difputantem:

Ambigi folet, non modo, quantum in nobilitate fit boni, fed etiam, qui demum id nominis mereantur. Alii nobiles illos cenfent, quorum parentes bonitate præftiterint: quod facit Socrates. Qui, quoniam Ariftides fumma virtute fuit, generofam ejus putat filiam effe. Simonidem ferunt, ecqui nobiles forent, aliquando interrogatum, Eos refpondiffe, quorum ma-

A καί τοι κατὰ τοῦτον τὸν λόγον οὐκ ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι. Θέογνις δὲ ὁ ποιητὴς ὁ ποιήσας,

Ὡς τὴν μὲν εὐγένειαν αἰνοῦσι βροτοί,
Μᾶλλον δὲ κηδεύουσι τοῖσι πλουσίοις.

Ἦ, πρὸς Διός, οὐχ αἱρετώτερος ὁ πλουτῶν αὐτός, ἢ οὗ ὁ πρόπαππος, ἢ τῶν προγόνων τις πλούσιος ἦν, αὐτὸς δὲ πένης; Πῶς γὰρ οὐκ, εἶπε. Καὶ
B δέοι τ' ἂν κηδεύειν τοῖς πλουσίοις μᾶλλον, ἢ τοῖς εὐγενέσιν; εὐγενεῖς γὰρ οἱ παλαιοί, κρείττους δὲ οἱ νῦν· οὐκοῦν ὁμοίως κἂν τις ὑπολαμβάνῃ οὐ τοὺς εὐγενεῖς εἶναι τοὺς ἐκ πάλαι πλουσίων, ἀλλὰ τοὺς ἐξ ἀγαθῶν πάλαι· κρείττων γὰρ ἂν δόξειεν ἀρχαίας ἀρετῆς πρόσφατος· καὶ μετέχειν μᾶλλον ἕκαστον πατρὸς ἢ προπάππου· αἱρετώτερον δὴ αὐτοῦ εἶναι σπουδαῖον, ἀλλ' οὐ τὸν πρόπαππον ἢ τινα τῶν ἄλλων προγόνων. Ὀρθῶς, ἔφη, λέ-
C γειν. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐπεὶ ἐν μηδετέρῳ τούτων ὁρῶμεν τὴν εὐγένειαν, σκεπτέον ἄλλον τρόπον; Τίνα τοῦτον; Ἐνίοτε σκεπτέον δή, ἔφη. Τὸ εὖ

A. 1. καί τοι—ἐπιτιμῶσι.] Loci nexus postulare videtur καί τοι καὶ τοῦτον τὸν λόγον ὀρθῶς ἐπιτιμῶσι. Wytt.

A. 1. Θέογνις] Consentiunt in Theognide appellando MS. nostrum, Interpres Latinus et Stobæus. At versus ipsi, qui allegantur, sunt Euripidis in Thyeste edit. Barnesian. Tom. ii. p. 470. Wolf.

A. 1. δὲ ὁ] MS. Stobæi unum, quod Grotius contulit, mendose legit οὐδὲ ὁ. Wolf.

A. 4. τοῖσι πλουσίοις.] Barnesius l. c. habet: τοῖς εὐδαίμοσι. Wolf.

A. 6. Πῶς γὰρ οὐκ, εἶπε.] Formam dialogi ac partes colloquentium interpunctione restitui, et hic et deinceps. Καὶ δέοι—ἄλλων προγόνων, est continua interrogatio docentis. Wytt.

B. 3. ἀλλὰ] Stobæus l. c. ἢ ἀλλά. In MS. voci ἀλλὰ præmissus erat asteriscus, quasi aliquid deesset. Forte exemplum, ex quo hoc descriptum est, idem illud ἢ habuit. Wolf.

B. 5. αὐτοῦ] Ita MS. et Stobæus: sed ibi Editor legendum censuit αὐτὸν, quod etiam Ferronus hic expressit. Wolf.

C. 2. Ἐνίοτε] Sensum hic turbat ista vox, nec cum sequente δὴ probe stare potest. Itaque nec expressit Interpres, et Stobæi Editor monuit in aliis Codd. non legi. Wolf. Τίνα—ἔφη· est una dictio discentis: corrigam, Τίνα τοῦτον μέντοι; σκεπτέον δή, ἔφη. Wytt.

jores inde usque a multo tempore opulenti fuerint. Tamen sunt, qui dictum hoc vituperent, at minus recte. Theognis autem poëta hos edidit versus:

Generositatem vulgus apprime probat:
Sed conjugem omnes opulentam ducere expetunt.

An non, quæso, est optabilius te divitem esse, quam proavum tuum, aut majorum tuorum quempiam fuisse divitem aliquando, ceterum nunc esse pauperem? Quidni? inquit: ac censeo, affinitatem potius cum pecuniosis, quam nobilibus esse contrahendam. Nobiles illi antiqui sunt, at præstabiliores multo, qui nunc vivunt. Quare eadem opera existimes, non magis eos nobiles haud esse, quorum majores opibus maximis multo ante floruerunt, quam qui longo intervallo repetunt sui generis primordium a viris præstantibus virtute. Virtus enim recentis memoriæ longe melior, quam illa prisca et obsoleta: propiusque attingit quemque conjunctio patris, quam proavi: necnon satius est, virum te bonum esse, quam proavum, aut majorum tuorum quempiam. Est ita ut dicis, inquit. Cum ergo, inquam, neque in hoc, neque illo sit nobilitas ponenda, uti apparet, an non alio modo investiganda est? Quo tandem? Age, inquit, dispiciamus. Particula εὖ, quæ prima est hujus vocabuli εὐγένεια, laudabile quid et præstans

σημαίνει τι δήπου τῶν ἐπαινετῶν καὶ σπουδαίων, οἷον τὸ εὐπρόσωπον καὶ τὸ A
εὐόφθαλμον· ἀγαθὸν γάρ τι καλὸν σημαίνει κατὰ τοῦτον τὸν λόγον. Πάνυ γοῦν εἶπεν. Οὐκοῦν εὐπρόσωπον μέν ἐστι τὸ ἔχον ἀρετὴν προσώπου, εὐόφθαλμον δὲ τὸ ὀφθαλμοῦ ἀρετήν. Οὕτως, εἶπεν. Ἀλλὰ μὴν ἔστι γένος τὸ μὲν σπουδαῖον, τὸ δὲ φαῦλον, ἀλλ᾽ οὐ σπουδαῖον. Πάνυ γε, εἶπε. Σπουδαῖον δέ γε φαμὲν ἕκαστον, κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀρετὴν ὅταν ᾖ, ὥστε καὶ γένος σπουδαῖον ὡσαύτως. Οὕτως, εἶπε. Δῆλον ἄρ᾽, ἔφην, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐ- B
γένεια ἀρετὴ γένους.

ιθʹ. Ταῦτα, φημί, οὔτε διαφημοῦσι τὴν εὐγένειαν, οὔθ᾽ ὑπὸ τῶν ποιητῶν πεπλασμένα δύναται πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας στερεὰν ταμιεύεσθαι μαρτυρίαν. Ἐκεῖνοι γὰρ καὶ εἰς τοὺς θεοὺς αὐτοὺς ἀναφέρουσιν, ἅπερ οὐδ᾽ εἰς σώφρονας ἄνδρας ἄνευ αἰσχύνης μεταθετέα. Οὐδ᾽ εἴ τινος ἀμφισβητούμενον γένος ἐστὶ, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ διαδοχὴ τῆς εὐγενείας τύχῃ, διὰ C

A. 2. ἀγαθὸν γάρ τι] Excidit hic particula ἢ vel καί. Illud habet Stobæus, hoc exprimit Ferronus. Wolf.

A. 4. Ἀλλὰ μὴν &c.] Hæc Stobæo ita restitui, cum quibus Latina versio consentit. MS. hic per oscitantiam librarii mutilum erat, ita legens: ἀλλὰ μὴν ἐστι γένος σπουδαῖον ὡσαύτως· οὕτως, εἶπε. Δῆλον γοῦν, ἔφην, ὅτι ἐστὶν ἡ εὐγένεια ἀρετὴ γένους. Wolf. Verba, τὸ δὲ φαῦλον ἀλλ᾽ οὐ σπουδαῖον omissa in Wolfii editione, addidi ex Stobæo. Wytt.

B. 2. ἀρετὴ γένους] Hic definit Stobæus. Atque hic etiam definere illum Posidonii locum manifestum est: in sequentibus pergit Plutarchus ipse contra Lycophronem disputare, cui hactenus opposuerat Posidonium. Wolf. Quid de hoc Wolfii judicio ipse judicem, non est opus repetere: judicent acutiores. Wytt.

Lat. Vers. col. 1. l. 13. Proinde] Quæ hinc usque ad: *Ægyptii veteres*, in versione exstant, in MS. frustra quæsivi. Wolf.

Ibid. col. 2. l. 8. noxæ—nobilitatis] Ita corrigendum duxi: in Wolfii editione est *notæ—nobilitis*. Wytt.

B. 3. διαφημοῦσι] Forte, δυσφημοῦσι. Wytt.

B. 6. μεταθετέα] MS. eadem manu superscriptum referebat: μεταθείη τις. Wolf.

suoque in genere perfectum declarat, ut εὐπρόσωπον, *honesta facie,* εὐόφθαλμον, *perspicaci oculo. Nam boni pulchrive quidpiam his verbis denotatur. Maxime vero, inquit: Igitur* εὐπρόσωπον *est quod faciei præditum est virtute,* εὐόφθαλμον, *quod oculi. Est ita, inquit. Jam vero, aliane est egregia laude familia, quædam turpis, nec laudabilis? Maxime vero, inquit. Præstans et egregium quidquam dicimus pro natura suæ virtutis, ac proinde idem sentiendum de bonitate generis. Est ita, inquit. Perspicuum ergo est, inquam, Nobilitatem, esse virtutem generis.*

XIX. Proinde quid Lycophron conatur ostendere, si repetamus, aut Jovem, aut Herculem, aut ejus liberos et posteros, aut Theseum, aut Bacchum, aut Apollinem, Perseum, Jasonem, Cyrum, et ex Heroibus majorem numerum, quorum se nobilitate deinceps multum jactavere, horum originem fœdam fuisse et spuriam, etiam si excutiamus altius de Rhea, quæ prodiderint Ægyptii veteres. Hæc, inquam, neque noxæ esse possunt nobilitatis, neque a Poëtis conficta in certum testimonium veritatis promenda. Illi quidem diis etiam ea tribuere, quæ pudet in moderatos homines transferre. Neque si, qui parum certis natalibus prodiere, nobilitatis nomen pro-

A τοῦτο τῆς εὐγενείας ἀρχὴ μιαίνεται. Τούτων γὰρ οἱ πάλαι πρόγονοι καὶ ἐπιφανεῖς, καὶ πᾶσιν ὑπῆρξαν ἔνδοξοι, καὶ ἀπὸ τῶν εὐγενῶν εὐγενεῖς. Ὅθεν δῆλον, εἰ τῆς εὐγενείας γονὴ περικεχυμένη εἰς ἔρωτας τοὺς ἀκολάστους ἔφυσεν ἀπαραιτήτους ἐπιγόνους· δικαιότερον ἂν ἦν τοὺς κατὰ νόμους ἐξ εὐγενῶν πεφυκότας ὡς ἐπαινετοὺς εὐδοκιμεῖσθαι. Εἰ δ' ἐξ εὐγενοῦς ἐπιθυμίας, εἰς δημοτικὸν πεπτωκυίας, ἀνὴρ εὔσημος ἐγένετο, ὅσῳ εὐσημότερος
B ἔσεται ὁ ἐκ τοῦ καθαροῦ θαλάμου; Οὐδ' ἐκ τῶν παρὰ τοὺς εὐγενεῖς πλημμελημάτων ἡ εὐγένεια τεύξεταί ποτε ἀκλεής· οὐ μᾶλλον ἢ διὰ τὴν φιλαργύρων πλεονεξίαν ἡ τῶν χρημάτων αὐγή. Καὶ εἰ μὲν ἐκ τοιούτων ῥυπαρῶν συνουσιῶν προσεπεγένοντο εὐκλεεῖς, σπουδαῖοι δὲ γεγενημένοι τὴν τοῦ ὀνόματος ἀθανασίαν εἰς τὰ πόρρω παρέδοσαν τοῖς ὑστέροις· τί κωλύει, τὴν εὐγένειαν ἀπὸ τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ἀρχήν τε καὶ αὔξησιν εἰληφέναι;
C Καὶ ὁ ὑβριστικῶς ἐρωτηθεὶς, τίς ποτ' ἐτύγχανεν ὢν ὁ τοῦ Πηλέως πατὴρ, ἠρώτησε καὶ αὐτὸς τὸν Πτολεμαῖον βασιλέα, τίς ἦν ὁ τοῦ Λάγου πατήρ; ἢ ὕβριν ὕβρει ἀπέτρεψεν, ἢ τοὺς ῥυπαροὺς ἀνθρώπους ἐμιμήσατο, ὧν ἔθος ἦν ἀεὶ τῇ εὐγενείᾳ φθονεῖν. Ἀξιῶ δὲ, τῇ εὐγενείᾳ οὕτω τὴν οἰκείαν αὐτονομίαν διατηρεῖσθαι, ὡς μὴ καταπατεῖν τὰς ἄλλας ἐν τῇ πολιτείᾳ

A. 1. Τούτων γὰρ κ.τ.λ.] Dubium est utrum quædam exciderint, an auctor ita scripserit. Certe sensus in verbis non exstat; forte nec fuit in auctoris cerebro. Wytt.
A. 3. ἔρωτας τοὺς] Scribendum, ἐρωτάς τους, i. e. ἐρωτάς τινας. Wytt.
A. 6. δημοτικὸν] Requiro γάμον. Balbuties, εὐγενὴς ἐπιθυμία, *amor generosus*. Wytt.
B. 1. ἐκ τῶν—πλημμελημάτων] Scribendum fuerat Græce παρὰ τὰ ἐκ τῶν (vel omisso ἐκ) εὐγενῶν πλημμελήματα. Wytt.
B. 2. ἀκλεής·] Si auctorem solœcismi crimine liberare volumus, corrigamus ἀκλείας. Wytt.
B. 3. ἡ τ. χρ. αὐγή.] Hoc librario tribuamus, auctori restituamus ἡ τ. χρ. αὔξη. Wytt.
C. 2. Πτολεμαῖον] Sumtum ex Plutarcho De Ira Cohib. p. 458, A. Wytt.
C. 3. ῥυπαροὺς] MS. in margine scholii instar: εὐτελεῖς. Wolf.

pagavere, ideo origo fœda nobilitatis. Hi enim antea clari, et in vulgus noti fuere nobilium sati sanguine. Ex quo apparet, si nobilitatis semen effusum in amores parum pudicos, inde tamen ortos posteritati commendare potuerit: multo magis æquum esse, legitimis ortos nobilibusque parentibus claros laudabilesque censeri. Lapsa est libido nobilis in plebeiam, aut sui similem. Prodiit inde vir clarus? Quanto clarior, qui prodiit e puro thalamo? Neque unquam nobilium vitia nobilitatem infamaverint, non minus quidem, quam avarorum sordes opum splendorem. Quod si ex sordidis hisce complexibus nati clari evasere, si virtutem amplexi nominis immortalitatem undique propagavere: quid vetat, quin virtus eorum nobilitati principium incrementumque tribuere potuerit? Nam ille quidem, qui rogatus per contumeliam, quis fuisset Pelei pater, rogavit regem Ptolemæum, prius responderet, quis esset Lagi pater, vel contumeliam contumelia repulit, vel sordidorum hominum morem imitatus est, quorum semper proprium fuit, obtrectare nobilitati. Volo enim ita nobilitas jus suum retineat, ne sibi tamen permissum putet conculcare, et in ordinem

καταστάσεις, καὶ αὐτὰς ἔχειν ἐν ὄχλου τάξει. Ἰνδικοὺς κύνας δῶρον πεμ- A
φθέντας Ἀλεξάνδρῳ φησὶν Ἀριστόβουλος, πρὸς μὲν τοὺς ἀγρίους ταύρους
καὶ ὀρεῖς ἀδμήτους προβαλλομένους, ἀκινήτους κατακεῖσθαι, πρὸς δὲ τὸν
εἰσηγμένον λέοντα ἐκθορήσαντας εἰς μάχην ἐπερρίφθαι. Τὸν αὐτὸν τρό-
πον ἐὰν μὲν δημοτικοί ποτε τὴν εὐγένειαν ζηλοτυπῶσιν, ἐὰν δὲ σοφισταὶ εἰς
αὐτὴν φλυαρῶσιν, οὐ θέμις αὐτοὺς εἰσορθύειν, βοᾶν, κράζειν, ἀλλὰ σιγῇ
τὴν αὐτῶν στωμυλίαν καταχοῦν. Ἔστω αὐτοῖς ἐν παραδείγματος λόγῳ B
τὸ τοῦ Καίσαρος ἀπόφθεγμα· λέγοντι γάρ τινι ὡς κακολογεῖται, ἀλλὰ
μὴν ἀρκεῖ μοι, φησὶν, ὡς τοιοῦτός εἰμι, ὥστε μὴ παρ᾽ ἐκείνων κακουργεῖ-
σθαι. Οὐδ᾽ ἐξεῖναι βούλομαι τοῖς εὐγενέσι, τοῖς ἐν τέλει, τοῖς ἄρχουσι,
παρέχειν ὦτα ταύταις ταῖς ἔρισιν, ἐκπεπληγμένους· ἀλλὰ μᾶλλον τὰς
αὐτῶν μεταφέρειν μελετὰς, πρὸς ἃ ἡ εὐγένεια συνεγείρει, ἵνα περὶ τῶν
ἄλλων σωτηρίας σπουδὴν ποιούμενοι πολλὴν, περὶ τῆς αὐτῶν οὐ πολλὴν C
ἄγαν ἔχωσι φροντίδα, μεθ᾽ ἑαυτῶν ἀναπολοῦντες τὸ παλαιὸν ἐκεῖνο τοῦ
Ἀλεξάνδρου· εὖ ποιήσαντα κακῶς ἀκούειν εἶναι βασιλικόν.

A. 1. Ἰνδικοὺς κύνας] Idem habet Plutarchus Solert. Animal. p. 970, F. Ælianus Nat. Anim. viii, 1. aliique ad hos locos laudati. Wytt.

B. 1. καταχοῦν.] *Obruere.* Latinifmi veftigium. Wytt.

Verf. Lat. col. 2. l. 4. ad id] Excidit hic particula, *ad*, quam ftructura fermonis requirit. Wolf.

C. 3. Ἀλεξάνδρου] Sumtum ex Plutarchi Apophthegm. p. 181, E. Wytt.

Verf. Lat. col. 2. l. 9. Menander] Defunt hæc in MS. ufque ad voces: *in animalia,* et in MS. afterifcus indicio eft, hic defiderari nonnulla. Ferronus in margine verfionis fuæ monet, Ariftodemi hæc verba effe. Wolf. Ita enim hanc difputationem inftituit compilator nofter, ut qui refponderet difputationi contra Nobilitatem habitæ ab Ariftodemo in alio libro. Et fane hac ratione confentit cum Stobæo, qui locos ex Plutarchi libro *pro Nobilitate* et *contra Nobilitatem* retulit. Duplex fuerit an fingularis Plutarchi liber, non ftatuo. Singularem vult Wolfius nulla fatis idonea de cauffa. Minus etiam recte colloquentium partes defcripfit et cum Ariftodemo communicavit Fabricius Bibl. Gr. Vol. xii. p. 268, ubi partem hujus libelli edidit. Compilator ipfe margini fubinde nomen Ariftodemi adfcripfiffe videtur. Menander Heracleota, Epigenes Rhodius, Diophanes, rei rufticæ auctores, compilatori innotuerant ex Latinis, Varrone RR i, 1. Columella i, 1. Plinio H. N. pluribus locis: fententias illis tributas unde habeat, non ftatuo. Wytt.

reliquos omnes ordines redigere. Canes Indicos dono Alexandro datos refert Ariftobulus, dum objicerentur tauri ferocientes mulique, indomitos jacuiffe, at mox, exhibito leone, excitatos in pugnam ruiffe. Ita fi plebeii interdum obtrectant nobilitati, fi Sophiftæ in eam deblaterant, nolo irruant, clament, vociferentur: potius filentio obruant eorum loquacitatem, imitentur Cæfaris illius factum: cui cum narraretur, effe, qui ei detraherent, fatis effe, refpondit, fi id poffet, ne illi facere aut moliri in eum quidpiam poffint. Neque enim tantum volo effe otii nobilibus, proceribus, principibus, ut aures aperiant tricis hifce occupati. Potius cogitationes traducant ad id, quod eos excitat nobilitas: ut aliorum faluti profpicientes de fua parum fint foliciti. Repetantque vetus id Alexandri: *Cum bene feceris, male audire Regium effe.*

XX. Menander, inquis, Heracleotes, Agricolas ipfos unos effe reliquias ex ftirpe Saturni

nas expetiverit. Unde constat, Homerum nobis in Iliade quidem corporis robur expressisse, in Odyssea vero animi generositatem.

V. Quod vero non solum virtutes, sed et animi vitia tristitiam, gaudia, metus, et concupiscentias, in hisce poematibus exhibet, poeta non est accusandus. Poeta enim si quis sit, is et bonos et malos mores imitari debet; eo quod sine his admiranda facta non constent; quae dum quis audit, optima quaeque inde eligenda sunt. Nam quod Deos cum hominibus commercium habentes introducit, non solum delectationis et admirationis caussa ab illo factum est, sed etiam ut ita significaret, Deos curam gerere hominum, et illorum minime negligentes esse.

VI. Et, ut summatim dicam, admirabili et fabulosa rerum narratione ideo utitur, quo sollicitudinem et admirationem lectoribus incutiat, et auditioni terrorem addat. Quo fit, ut quaedam praeter verisimilitudinem dixisse videatur. Atqui probabilitas semper ex admirandis et eximiis rebus propositis sequitur. Quapropter non solum res, sed etiam verba, extollit, et a communi consuetudine transfert. Quod vero nova, et non omnibus obvia identidem suscipiat, et auditoris studium captet, nemini obscurum est. Praeterea ex fabulosis istis orationibus, si quis non negligenter, sed accurate singula dicta legat, apparebit, eum scien-

ἐπιστήμης καὶ τέχνης ἐντὸς γενόμενος, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς καὶ οἱονεὶ A
σπέρματα καὶ λόγων καὶ πράξεων παντοδαπῶν τοῖς μετ' αὐτὸν παρεχό-
μενος· καὶ οὐ τοῖς ποιηταῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πεζῶν λόγων συνθέταις,
ἱστορικῶν τε καὶ θεωρηματικῶν. Ἴδωμεν γὰρ πρότερον τὴν τῆς λέξεως
αὐτοῦ πολυφωνίαν, ἔπειτα καὶ τὴν ἐν τῇ πραγματείᾳ πολυμάθειαν.
Πᾶσα μὲν οὖν ποίησις, τάξει τινὶ τῶν λέξεων συντιθεμένων, ῥυθμῷ καὶ
μέτρῳ περαίνεται· ἐπεὶ τὸ λεῖον καὶ εὐεπὲς, σεμνὸν ἅμα καὶ ἡδὺ γενόμενον, B
διὰ τοῦ τέρπειν εἰς τὸ προσέχειν ἐπάγεται. Ὅθεν συμβαίνει κατὰ τὸ
αὐτὸ, μὴ μόνον τοῖς ἐκπλήττουσι καὶ θέλγουσι τέρπεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς
πρὸς ἀρετὴν ὠφελοῦσι πείθεσθαι ῥᾳδίως.

ζ'. Τὰ δὲ Ὁμήρου ἔπη τὸ τελειότατον ἔχει μέτρον, τουτέστι τὸ ἑξά-
μετρον, ὃ καὶ ἡρῷον καλεῖται. Ἑξάμετρον μὲν, ὅτι εἷς ἕκαστος στίχος ἔχει
πόδας ἕξ· ὧν ὁ μὲν ἐστὶν ἐκ δύο συλλαβῶν μακρῶν, σπονδεῖος καλού- C
μενος· ὁ δὲ, ἐκ τριῶν, μιᾶς μὲν μακρᾶς, δύο δὲ βραχειῶν, ὃς λέγεται
δάκτυλος· καὶ εἰσὶν ἀλλήλοις ἰσόχρονοι, αἱ γὰρ δύο βραχεῖαι μιᾶς μακρᾶς
χρόνον ἐπέχουσιν· οὗτοι δὲ, παρ' ἀλλήλοις συντιθέμενοι, πληροῦσι τὸ ἑξά-
μετρον ἔπος. Ἡρῷον δὲ λέγεται ὅτι διὰ τούτου τὰς τῶν ἡρώων πράξεις
διηγεῖται.

η'. Λέξει δὲ ποικίλῃ κεχρημένος, τοὺς ἀπὸ πάσης διαλέκτου τῆς Ἑλλη-

B. 1. περαίνεται—τέρπειν] Amst. παραλαμβάνεται ἐπὶ τὸ λεῖον καὶ εὐεπὲς, σ. ἅ. κ. ἡ. γ. διὰ δὲ τοῦ τέρπειν—.

tiæ artiſque omnem rationem animo perceptam habuiſſe, multaſque copias et tamquam ſemina cum dictionum tum actionum omnigenarum, poſteris ſuppeditaſſe, idque non ſolum poetis, ſed et ſolutæ orationis ſcriptoribus; ut ſunt Hiſtorici, Oratores, et Philoſophi. Videamus igitur in eo primum multiplicem dictionis uſum, deinde multijugam quoque rerum cognitionem. Omnis itaque poeſis quadam dictionum ſerie inter ſe conjunctarum, rhythmo videlicet ac metro conficitur. Quandoquidem ſi id, quod planum et blandum eſt, gravitate et ſuavitate ſimul condiatur, animos delectando attentos reddit. Quo fit, ut eadem opera, non ſolum percutientibus et demulcentibus carminis partibus oblectentur, verum etiam ad virtutem fructuoſis facilius obtemperent.

VII. Jam Homerici verſus perfectiſſimo metro conſtant, hoc eſt, hexametro, quod et Heroicum appellatur. Et hexametrum quidem dicitur, quod unuſquiſque verſus ſex pedes complectitur. Quorum unus ex duabus longis ſyllabis, nomine *ſpondeus*, conſtat. Alter vero ex tribus, priore quidem longa, poſterioribus vero duabus brevibus, qui *dactylus* vocatur. Paribus autem inter ſe temporibus uterque eſt. Duæ namque breves ſyllabæ, unius longæ inſtar ſunt. Atque hi duo pedes invicem poſiti, hexametrum verſum conſtituunt. Heroicum autem ideo appellatur, quod hoc carminis genere Heroum facta celebrantur.

VIII. Varia autem dictione idcirco uſus eſt, quod ex omni Græcorum dialecto loquendi for-

A νων χαρακτῆρας ἐγκατέμιξεν. Ἐξ ὧν δῆλός ἐστι πᾶσαν μὲν Ἑλλάδα ἐπελθὼν, καὶ πᾶν ἔθνος.

θ΄. Καὶ Δωριέων μὲν τῇ συνήθει τῆς βραχυλογίας ἐλλείψει κέχρηται, τὸ ΔΩΜΑ λέγων ΔΩ,

— αἶψα δέ οἱ δῶ
Ἀφνειὸν πέλεται·

καὶ τὸ ΟΤΙ, Ο,

— ὅ μοι αἰετὸς ἔκτανε χῆνας·

B καὶ τὸ ΟΠΙΣΩ, ΑΨ, μεταβαλὼν τὸ μὲν Ο εἰς τὸ Α, τὸ δὲ Π καὶ τὸ Σ εἰς τὸ συγγενὲς αὐτοῖς· καὶ τὸ ΑΛΛΟΤΕ, ΑΛΛΟ,

Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή·

καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ μέσα συντεμὼν, λέγει, τοὺς ΟΜΟΤΡΙΧΑΣ, καὶ ΟΜΟΕΤΕΙΣ, ΟΤΡΙΧΑΣ, καὶ ΟΙΕΤΕΑΣ· καὶ τὸν ΟΜΟΠΑΤΡΙΟΝ, ΟΠΑΤΡΙΟΝ· καὶ τὸ ΤΡΕΜΕΙΝ, ΤΡΕΙΝ· καὶ τὸ ΤΙΜΩ, ΤΙΩ. Τῶν αὐτῶν δέ ἐστι καὶ τὸ ὑπερβιβάζειν τὰ στοιχεῖα· ὡς ἐν τῷ ΚΑΡΤΙΣΤΟΙ, ἀντὶ τοῦ ΚΡΑΤΙΣΤΟΙ.

C ι΄. Αἰολέων δὲ χρῆται ἐν τοῖς συνθέτοις τῇ συγκοπῇ, ΚΑΔΔΡΑΘΕΤΗΝ λέγων, ἀντὶ τοῦ ΚΑΤΕΔΡΑΘΕΤΗΝ· καὶ ΥΒΒΑΛΛΕΙΝ ἀντὶ τοῦ ΥΠΟΒΑΛΛΕΙΝ. Καὶ ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ χρόνου, τὰ τρίτα πρόσωπα λήγοντα παρὰ τοῖς ἄλλοις εἰς τὴν ΕΙ δίφθογγον, διὰ τοῦ Η παρὰ τοῖς Αἰολεῦσιν ἐκφέρεται, ὡς ἐν τῷ ΕΦΙΛΗ, ΕΝΟΗ· οὕτω δὲ καὶ Ὅμηρος ἐποίησεν,

—— δίδη μόσχοισι λύγοισιν,

mas suis poematis interseruit. Unde et constat, eum totam Graeciam, et cunctas illius nationes peragrasse.

IX. Nam Doriensium defectu, qui perquam familiaris est brevitati studentibus, usus est: pro dictione δῶμα, id est, *domus*, dicens, δῶ: ut, *Statim autem ei domus* (δῶ) *magnifica obtingit.* Et pro ὅτι, id est, *quod*, ὅ; ut, *Quod* (ὅ) *aquila mihi anseres interfecit.* Et pro ὀπίσω, id est, *retro*, ἄψ: ο quidem in α, π vero et σ, in cognatam ipsis literam, nempe ψ, mutando. Denique pro ἄλλοτε, id est, *alibi*, ἄλλο, ut,

Jamque alibi (ἄλλο) praecepta tua me fecere modestum.

Et hujusmodi. Ad eumdem modum et medias concidendo dictiones, ait pro ὁμότριχας, id est, *ejusdem capilli*, ὄτριχας. Et pro ὁμοετεῖς, id est, *eorumdem annorum*, οἰετέας. Et pro ὁμοπάτριον, id est, *ejusdem patris*, ὀπάτριον: pro τρέμειν, id est, *tremere*, τρεῖν: pro τιμῶ, id est, *honoro*, τίω. Eorumdem Doriensium est, et literas transponere, ut quum dicunt pro κράτιστοι, id est, *optimi*, κάρτιστοι.

X. Æolum vero syncopa in compositis dictionibus utitur, καδδραθέτην dicens, pro κατεδραθέτην, id est, *obdormiverunt*. Et ὑββάλλειν, pro ὑποβάλλειν, id est, *subjicere*. Deinde tertias Imperfecti personas apud alios in ει diphongum desinentes, Æoles per η efferunt, ut quum pro ἐφίλει, id est, *amabat*; ἐφίλη, et pro ἐνόει, id est, *cogitabat*, ἐνόη dicunt. Quem morem et Homerus secutus, ait, *Teneris*

ἀντὶ τοῦ ΕΔΕΙ, ὅ ἐστιν, ΕΔΕΣΜΕΙ· καί, A

Τοὺς μὲν ἄρ' οὔτ' ἀνέμων διάει μένος ὑγρὸν ἀέντων.

Καὶ τὸ ἐναλλάσσειν τὸ Σ εἰς τὸ Δ, ὡς ἐν τῷ λέγειν ΟΔΜΗ, καὶ ΙΔΜΕΝ. Καὶ τὸ πλεονάζειν ἔν τισιν, ὡς τὸ ΕΥΚΗΛΟΣ ἀντὶ τοῦ ΕΚΗΛΟΣ, καὶ ΑΥΤΑΡ ἀντὶ τοῦ ΑΤΑΡ, καὶ ΚΕΚΛΗΓΟΝΤΕΣ ἀντὶ τοῦ ΚΕΚΛΗΓΟΤΕΣ. Καὶ τὸ προστιθέναι τῷ δευτέρῳ προσώπῳ τῶν ῥημάτων τὸ ΘΑ, ὡς τὸ ΕΦΗΣΘΑ, καὶ ΕΙΠΗΣΘΑ. Τὸν δὲ διπλασιασμὸν τῶν συμφώνων οἱ μὲν Δωριεῦσιν, οἱ B
δὲ Αἰολεῦσι προσνέμουσιν· οἷόν ἐστιν,

Ἔλλαβε πορφύρεος θάνατος,

καί,

Ὁππότερος τάδε ἔργα.

ια'. Ἰώνων δὲ ἴδιον ἔχει τὸ ἀφαιρέσει χρῆσθαι ἐν τοῖς παρῳχηκόσι χρόνοις τῶν ῥημάτων, ὡς τὸ ΒΗ, καὶ τὸ ΔΩΚΕΝ· ἔθος γὰρ ἔχουσι καὶ ἐπὶ τῶν C
παρῳχημένων χρόνων ἀπὸ τῶν αὐτῶν στοιχείων ἄρχεσθαι, ἀφ' ὧν ἐστι καὶ ἐνεστώς. Καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ Ε ἐν τῷ ΙΡΕΥΣ, καὶ ΙΡΗΞ. Καὶ τὸ προστιθέναι τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν ὑποτακτικῶν τὸ ΣΙ· οἷόν ἐστι τὸ ΕΛΘῌΣΙ, καὶ τὸ ΛΑΒῌΣΙ· καὶ ταῖς δοτικαῖς, ΘΥΡῌΣΙ, ΥΛῌΣΙ· καὶ τὸ λέγειν ΟΥΝΟΜΑ καὶ ΝΟΥΣΟΝ, τὸ ΟΝΟΜΑ καὶ τὴν ΝΟΣΟΝ· καὶ ΚΕΙΝΟΝ καὶ ΜΕΙΛΑΝ, ἀντὶ τοῦ ΚΕΝΟΝ καὶ ΜΕΛΑΝ. Τὸ μεταβάλλειν τὸ Α, ἐπειδὰν ἐκτείνηται, εἰς τὸ Η, ὡς τὸ ΗΡΗ, ΑΘΗΝΗ· ἔστι δ' ὅτε ἐκ τοῦ ἐναντίου τὸ Η εἰς τὸ Α, ὡς τὸ

virgultis (δίδῃ) *vinciebat*, pro ἔδει. Et,

Humida quos neque permeat (διάει) ulla potentia venti.

Ad hæc quum mutant σ in δ, ac dicunt ὀδμή, pro ὀσμή, id eſt, *odor:* et ἴδμεν, pro ἴσμεν, id eſt, *novimus.* Præterea pleonaſmo in quibuſdam dictionibus utentes, ut quum pro ἕκηλος, id eſt, *tranquillus*, εὔκηλος: et pro ἀτάρ, id eſt, *ſed*, αὐτάρ dicunt. Et quum ſecundæ Verborum perſonæ θα particulam adjiciunt, pro ἔφης, id eſt, *fatus es*, ἔφησθα: et pro εἴπῃς, id eſt, *dixeris*, εἴπησθα. Porro conſonantium duplicationem alii Dorienſibus, alii Æolibus, tribuunt. Cujuſmodi illud eſt, *Corripuit* (ἔλλαβε) *mors atra*, pro ἔλαβε: et ὁππότερος pro ὁπότερος *Uter iſta opera edidit.*

XI. Ionum autem proprietatem obſervat, dum aphæreſi in Præteritis Verborum Temporibus utitur, velut quum βῆ dicit, pro ἔβη, hoc eſt, *ivit:* et δῶκεν, id eſt, *dedit*, pro ἔδωκε. Siquidem in more habent, Præterita Tempora ab iiſdem literis inchoare, quibus et Præſens: et auferre ε in voce ἱρεύς, id eſt, *ſacerdos*, et ἴρηξ, id eſt, *accipiter.* Præterea Tertiis Subjunctivi Modi perſonis σι addunt; ut quum pro ἔλθῃ, id eſt, *venerit*, ἔλθῃσι: et pro λάβῃ, id eſt, *acceperit*, λάβῃσι dicunt. Quam particulam et Dativis adjiciunt, θύρῃσι, ὕλῃσι, id eſt, *janui*s, *ſilvis*, dicentes. Ad hæc quum οὔνομα, id eſt, *nomen*, pro ὄνομα, et νοῦσον, pro νόσον, id eſt, *morbum:* et κεινὸν pro κενὸν, id eſt, *vacuum*; et μεῖλαν pro μέλαν, hoc eſt, *nigrum*, efferunt. Denique et α cum productum fuerit, in η mutant; pro Ἥρα, id eſt, *Juno*, Ἥρη, et pro Ἀθηνᾶ, id eſt, *Minerva*, Ἀθήνη, efferentes. Et accidit, ut contra η in α mutantes, dicant pro λελησμένος, id eſt,

A ΛΕΛΑΣΜΕΝΟΣ, ἀντὶ τοῦ ΛΕΛΗΣΜΕΝΟΣ. Καὶ τὸ διαιρεῖν τὰ περισπώμενα ῥήματα, ΦΡΟΝΕΩΝ καὶ ΝΟΕΩΝ· καὶ τὰς γενικὰς τὰς εἰς ΟΥΣ ληγούσας, ὡς τὸ ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ, ΣΑΠΦΟΟΣ· καὶ τὰς περισπωμένας γενικὰς τῶν πληθυντικῶν, ὡς τὸ ΠΥΛΕΩΝ, ΠΕΡΣΕΩΝ· καὶ τῶν οὐδετέρων τὰς πληθυντικὰς εὐθείας, τὰς εἰς τὸ Η ληγούσας, ὡς τὸ ΣΤΗΘΕΑ, ΜΕΛΕΑ· καὶ τὰς γενικὰς αὐτῶν ὁμοίως. Ἰδίως δὲ λέγουσι καὶ τὸ ΤΕΤΡΑΦΑΤΑΙ, καὶ τὰ
B τοιαῦτα.

ιβʹ. Μάλιστα δὲ τῇ Ἀτθίδι διαλέκτῳ κέχρηται· καὶ γὰρ ἐπίμικτος ἦν. Καὶ ἐπεὶ λέγεται παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ΛΕΩΣ ὁ ΛΑΟΣ, κατὰ ταύτην τὴν συνήθειαν ἐστι παρ᾽ αὐτῷ ὁ ΠΗΝΕΛΕΩΣ, καὶ τὸ ΧΡΕΩΣ. Ἔστι δ᾽ αὐτοῖς συνήθες καὶ τὸ συναλείφειν ἐνίοτε, καὶ ἀντὶ δύο ποιεῖν μίαν συλλαβήν· ΤΟ ΕΠΟΣ, ΤΟΥΠΟΣ· τὸ ΙΜΑΤΙΟΝ, ΘΟΙΜΑΤΙΟΝ, οἷς ἐστιν ὅμοιον,

C Τρῶες δὲ προὔκυψαν ἀολλέες·

καὶ,

Πεδία λωτεῦντα,

ἀντὶ τοῦ λωτεύοντα. Καὶ τὸ ὑφαιρεῖν τὸ Η τῶν εὐκτικῶν τῶν τοιούτων, ΔΟΚΟΙΗΣ, ΔΟΚΟΙΣ· ΤΙΜΩΗΣ, ΤΙΜΩΣ, ἔστιν Ἀττικόν· ᾧ ἀκολούθως εἴρηται,

— ἄλλοι δὲ διακρινθῆτε τάχιστα.

Ὁμοίως δὲ καὶ τοῦτο Ἀττικὸν,

Οἱ πλέονες κακίους, παῦροι δέ τε πατρὸς ἀρείους·

oblitus, λελασμένος. Inſuper et circumflexa ita per diæreſim efferunt, pro φρονῶν, id eſt, *intelligens*, φρονέων; et pro νοῶν, id eſt, *cogitans*, νοέων dicentes. Eodem modo et Genitivos Singulares in ους deſinentes proferunt, ut Διομήδεος, Σαπφόος, id eſt, *Diomedis*, et *Sapphonis*. Et circumflexos Genitivos Plurales, ut πυλέων, περσέων. Denique et Plurales Nominum Neutrius Generis Rectos, in η deſinentes, ut στήθεα, μέλεα, id eſt, *pectora*, *membra*. Atque idem de ejuſdem Numeri Genitivis judicium. Ceterum hoc eis præ aliis Græcis familiare eſt, ut pro τετραμμένοι ἦσαν, id eſt, *verſi ſunt*, τετράφαται, et ſimilia dicant.

XII. Maxime vero Attica dialecto uſus eſt; quod cum aliis miſta eſſet. Nam quemadmodum Attici pro λαὸς, id eſt, *populus*, λεὼς dicunt, ſic et ipſe Πηνέλεως, et χρέως, id eſt, *debitum*. Eſt autem eis familiare, contractionibus nonnumquam uti, et pro duabus unam ſyllabam facere, ut pro τὸ ἔπος, id eſt, *verbum*, τοὔπος, et pro τὸ ἱμάτιον, id eſt, *veſtimentum*, θοιμάτιον. Quibus illud Homericum affine eſt, *Trojani autem* (προὔκυψαν) *inclinaverunt frequentes*. Et illud, *Campos lotum ferentes*, λωτεῦντα pro λωτεύοντα. Adhæc η ex hujuſmodi Optativis tollunt, dicentes pro δοκοίης, id eſt, *utinam videretur tibi*, δοκοῖς: pro τιμώης, *utinam honorares*, τιμῷς. Eſt quoque Atticiſmus, διακρινθῆτε pro διακρινθείητε, in hoc, *Alii vero dijudicaveritis celerrime*. Et quum dicunt, *Plures deteriores* (κακίους), *pauci vero patre meliores* (ἀρείους.)

ἃ λέγομεν χακίονες καὶ ἀρείονες. Καὶ τὰς αἰτιατικὰς τῶν τοιούτων μὴ διαιρεῖν, τὰς ΒΟΥΣ, τὰς ΙΧΘΥΣ, A

Βοῦς περιπεμνομένους·

καὶ,

Ἰχθῦς, ὄρνιθάς τε.

Κἀκεῖνο δὲ εἴρηται Ἀττικῶς,

Οὐδέ τί μιν σθένεϊ ῥήγνυσι ῥέοντες,

ὡς ΖΕΥΓΝΥΣΙ, ΟΜΝΥΣΙ. Καὶ τὸ ἐξαιρεῖν τὰ βραχέα, τῶν Ἀττικῶν· ΛΟΥ- B
ΕΤΑΙ, ΛΟΥΤΑΙ· ΟΙΟΜΑΙ, ΟΙΜΑΙ· οὕτως οὖν καὶ τὸ ΛΥΤΟ ἀντὶ τοῦ ΕΛΥΕΤΟ. Τῶν αὐτῶν ἐστὶ καὶ τὸ ΕΩΡΩΝ, καὶ ΕΩΝΗΣΑΜΗΝ, ἐκ περισσοῦ προστιθέντων τὸ Ε· ὅθεν ἐστὶ καὶ τὸ ΕΩΝΟΧΟΕΙ. Καὶ τὸ συναιρεῖν τὸ Ι, ἐπὶ τῶν τοιούτων, ΗΙΟΝΕΣ, ΝΗΡΗΙΔΕΣ· οὕτω καὶ τὸ, σφῶ δὲ μάλ' ἠθέλετον· καὶ ἐπὶ τῆς εἰς Ι καθαρὸν ληγούσης δοτικῆς παρατελευτῶντος τοῦ Α, ΚΕΡΑΪ,
ΓΕΡΑΪ, ΣΕΛΑΪ. Ἔστι δὲ καὶ τοῦτο Ἀττικὸν, τὸ λέγειν ΕΣΤΩΝ, καὶ ΕΠΕ- C
ΣΘΩΝ, ἀντὶ τοῦ ΕΣΤΩΣΑΝ, καὶ ΕΠΕΣΘΩΣΑΝ. Ἔστι δὲ καὶ ἡ τῶν εὐκτικῶν χρῆσις ἀντὶ τῶν παρεληλυθότων τῶν ὁριστικῶν, τῆς αὐτῆς συνηθείας, ᾗ καὶ Ὅμηρος χρῆται συνεχῶς. Καὶ τοῖς θηλυκοῖς ἀρσενικὰ ἄρθρα, ἢ μετοχὰς, ἢ ἐπίθετα συντάσσειν, ὡς ΤΩ ΧΕΙΡΕ, ΤΩ ΓΥΝΑΙΚΕ· καὶ παρὰ Πλάτωνι δὲ, ΑΓΟΝΤΕ ΚΑΙ ΦΕΡΟΝΤΕ· καὶ, Η ΣΟΦΟΣ ΓΥΝΗ, καὶ, Η ΔΙΚΑΙΟΣ· οὕτως οὖν καὶ Ὅμηρος ἐπὶ Ἥρας, καὶ Ἀθηνᾶς ἔφη,

Quandoquidem in communi lingua dicimus, χακίονες et ἀρειόνες. Solent quoque hujusmodi Accusativos non per diæresim efferre, boves, pisces, βοῦς videlicet pro βόας circumflectentes, et ἰχθῦς pro ἰχθύας: ut quum Homerus dicit, *Pisces avesque.* Et illud Attice dictum est, *Neque ipsum robore rumpunt* (ῥήγνυσι pro ῥηγνύουσι) *fluentes.* Sicut ζεύγνυσι pro ζευγνύουσι, ὄμνυσι pro ὀμνύουσι. Præterea et breves vocales Attici ex Verbis abjiciunt, ut λούεται mutant in λοῦται *lavatur:* οἴομαι in οἶμαι *existimo:* ad quem modum et pro ἐλύετο, id est, *solvebatur*, λῦτο dicunt. Eorumdem est dicere, ἑώρων, ἑωνησάμην, ita ut ε præter necessitatem addant. Unde est etiam, ἑωνοχόει, *Vinum infundebat.* I quoque in hujusmodi dictionibus contrahunt, ut pro ἠίονες, id est, *littora*, ἠόνες, et pro Νηρηΐδες *Nereides*, Νηρῇδες dicant. Sic et illud habet σφῶ *vos* pro σφῶϊ, *Vos autem duo admodum volebatis.* Denique in Dativis in ι purum desinentibus quorum penultima α obtinet, idem fit, ut κέραϊ *cornu*, γήραϊ *senectuti*, σέλαϊ *jubari.* Est et hoc Atticum ubi dicitur ἔστων, *sint*; et ἐπέσθων, *sequantur*, pro ἔστωσαν et ἐπέσθωσαν. Ejusdem consuetudinis est, quod Optativos pro Præteritis Indicativis usurpant, qua et Homerus identidem utitur. Præterea quum Nominibus Fœmininis Articulos, Participia, et Adjectiva Masculina conjungunt; ut τὼ χεῖρε, τὼ γυναῖκε, *manus, mulieres.* Id quod et Platoni familiare est, ut quum dicit ἄγοντε καὶ φέροντε, *agentes et ferentes:* ἡ σοφὸς γυνὴ, et ἡ δίκαιος, *sapiens*, et *justus mulier.* Sic igitur et Homerus de Junone ac Minerva loquens, ait, *Nequaquam in nostris*

A Οὐκ ἂν ἐφ' ἡμετέρων ὀχέων πληγέντε κεραυνῷ·

καὶ,

Ἤτοι Ἀθηναίη ἀκέων ἦν·

καὶ,

— κλυτὸς Ἱπποδάμεια.

ιγ'. Καὶ περὶ τὴν Σύνταξιν δὲ πολλὰ ἰδιώματα ἐχουσῶν τῶν διαλέκτων, ὅταν εἴπῃ ὁ ποιητὴς,

B Ἀλλ' ἄγ' ὀΐστευσον Μενελάου κυδαλίμοιο,

Ἀττικὴν δείκνυσι τὴν συνήθειαν. Ὅταν δὲ εἴπῃ,

Δέξατό οἱ σκῆπτρον,

καὶ,

——Θέμιστι δὲ καλλιπαρῄῳ
Δέκτο δέπας,

C ἐν τούτοις δωρίζει.

ιδ'. Ὅπως μὲν οὖν τὰς πάντων Ἑλλήνων φωνὰς ἀθροίζων, ποικίλον ἀπεργάζεται τὸν λόγον, καὶ χρῆται ποτὲ μὲν ταῖς ξέναις, ὥσπερ εἰσὶν αἱ προειρημέναι· ποτὲ δὲ ταῖς ἀρχαίαις, ὡς ὅταν λέγῃ ΑΟΡ, καὶ ΣΑΚΟΣ· ποτὲ δὲ ταῖς κοιναῖς καὶ συνήθεσιν, ὡς ὅταν λέγῃ, ΞΙΦΟΣ καὶ ΑΣΠΙΔΑ, δῆλον. Καὶ θαυμάσειέ τις, ὅτι καὶ κοιναὶ λέξεις παρ' αὐτῷ σώζουσι τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου.

D ιε'. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐγκατάσκευος λόγος φιλεῖ τι τῆς συνήθους ἐξαλλαγὴν, ὑφ' ἧς ἐναργέστερος, ἢ σεμνότερος, ἢ πάντα τερπνότερος γίνεται, καὶ ἡ μὲν τῶν λέξεων ἐκτροπὴ καλεῖται Τρόπος, ἡ δὲ τῆς συνθέσεως Σχῆμα,

B. 6. διορίζει] Puto legendum δωρίζει: hoc in Verſione reddidi. Et jam, ut video, reddiderat Xylander: ab eoque, puto, acceptum, in Notis memorat ac probat Stephanus.

curribus perculſi fuerint. Et, *Sane Minerva invitus erat.* Et, *Inclytus Hippodamea.*

XIII. Porro quum Dialecti multam quoque in Conſtructionibus proprietatem habeant, quando Poeta dicit, *Aſt age divini jaculis pete tu Menelai*, pro, *divinum Menelaum*, Atticam conſtructionem refert. At quando ait, *Accepit illi ſceptrum*, et *Themidi pulchrigenæ acceperat pateram*, pro *ab illo*, et *a Themide*, Dores ſequitur.

XIV. Igitur apparet, quomodo omnium Græcorum voces congerendo variam orationem efficiat: dum utitur nonnumquam peregrinis, ut ſunt prædictæ; aliquando vero priſcis, ut quum dicit, *enſis*, *ſcutum*, ἄορ, σάκος; nonnumquam vero communibus et aſſuetis, ut quando ait, *gladius*, *clypeus*, ξίφος, ἀσπίδα. Et admiratione dignum eſt, quod vulgares voces apud eum orationis gravitatem retinent.

XV. Ceterum quoniam ornata oratio a communi conſuetudine diſcedit, unde et evidentior, gravior, ac modis omnibus jucundior fit; atque dictionis immutatio, *Tropus*; Conſtructionis au-

καὶ ἔστι τὰ εἴδη τούτων ἐν τῇ Τεχνολογίᾳ ἀναγεγραμμένα, θεασώμεθα τί A
τούτων Ὁμήρῳ παραλέλειπται, ἢ τί ἕτερον ὑπὸ τῶν μετ' αὐτὸν εὕρηται, ὃ ἐκεῖνος οὐκ εἶπε πρῶτος.

ιϛʹ. Τῶν τοίνυν Τρόπων, Ὀνοματοποιΐα καὶ πάνυ συνήθης ἐστὶν αὐτῷ. Εἶδε γὰρ καὶ τὴν παλαιὰν ἀρχὴν τῶν ὀνομάτων, ὅτι οἱ πρῶτοι τὰ πράγματα ὀνομάσαντες, πολλὰ ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος προσηγόρευσαν, καὶ τὰς ἀνάρθρους φωνὰς τοῖς ἐγγραμμάτοις ἐξετύπωσαν· ὡς τὸ ΦΥΣΑΝ, καὶ τὸ B
ΠΡΙΖΕΙΝ, καὶ τὸ ΜΥΚΑΣΘΑΙ, καὶ τὸ ΒΡΟΝΤΑΝ, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια. Ὅθεν καὶ αὐτὸς ἐποίησέ τινα ὀνόματα οὐκ ὄντα πρότερον, πρὸς τὰ σημαινόμενα τυπώσας, οἷον τὸν ΔΟΥΠΟΝ, καὶ τὸν ΑΡΑΒΟΝ, καὶ τὸν ΒΟΜΒΟΝ, καὶ τὸ ΡΟΧΘΕΙ, καὶ τὸ ΑΝΕΒΡΥΧΕ, καὶ τὸ ΣΙΖΕ, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν οὐκ ἂν εὕροι τις εὐσημότερα. Καὶ πάλιν ἄλλας τινὰς λέξεις ἐπ' ἄλλων πραγμάτων κειμένας ἐπ' ἄλλα μετατέθεικεν, οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο, C

Φλέγμα κακὸν φορέουσα·

ὃ σημαίνει τὴν κατὰ τὸ φλέγειν ἐνέργειαν. Καὶ τὸν ΠΥΡΕΤΟΝ, ἀντὶ τοῦ πυρός. Οἷς ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ

— χαλκοτύπους ὠτειλάς·

βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὰς ὑπὸ τοῦ χαλκοῦ τετυπωμένας. Καὶ ὅλως πολλῇ τῇ καινότητι κέχρηται, μετὰ πολλῆς τῆς ἐξουσίας, τὰ μὲν ἐξαλλάσσων παρὰ τὴν συνήθειαν, τὰ δὲ, εὐσημότερα καθιστὰς, ἕνεκα τοῦ κάλλος καὶ μέγεθος ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις.

tem, *Schema* vocatur, horum denique ſpecies in Arte Dicendi perſcriptæ ſunt, videamus num horum aliquid ab Homero prætermiſſum ſit, numve aliud quiddam a poſteris inventum ſit, quod ille non prius dixerit.

XVI. Inter Tropos itaque Onomatopœia admodum illi familiaris eſt. Noverat enim priſcam nominum originem, quod hi, qui primitus nomina rebus indiderant, pleraque ab eventu appellaſſent, et inarticulatas voces in ſcripta retuliſſent, ut quum dicerent φυσᾶν, *inflare:* πρίζειν, *ſecare:* μυκᾶσθαι, *mugire:* βροντᾶν, *tonare:* et his ſimilia. Unde et ipſe quædam nomina quæ ante ipſum non erant, ita finxit, ut conformia eſſent rebus per ipſa ſignificatis, cujuſmodi eſt, δοῦπος, *ſonitus:* et alia item ſonos notantia, ἄραβος, βόμβος, ῥόχθει, ἀνέβρυχε, σίζε; aliaque iſtiuſmodi, quibus nemo magis ſignificantia invenerit. Et rurſus ubi alias voces ad alias res pertinentes, aliis tribuit, ut quum dicit, *Malum incendium ferens*, efficaciam in conflagrando ſignificans. Et dum *febrem* pro *igne* ponit. Quibus et hoc affine eſt, χαλκοτύπους ὠτειλάς· *Vulnera ferro percuſſa*; ferro namque inflicta ſignificare vult. Denique ut ſummatim omnia complectar, multa verborum novitate, multa cum licentia uſus eſt, alia quidem præter conſuetudinem immutans, alia vero eam ob cauſſam ſignificantia magis reddens, ut orationi decus et magnificentiam adderet.

A ιζ'. Πολλὴ δέ ἐστιν αὐτῷ καὶ ἡ τῶν Ἐπιθέτων εὐπορία, ἅπερ οἰκείως καὶ προσφυῶς τοῖς ὑποκειμένοις ἡρμοσμένα, δύναμιν ἴσην ἔχει τοῖς κυρίοις ὀνόμασιν· ὥσπερ τῶν θεῶν ἑκάστῳ ἰδίαν τινὰ προσηγορίαν προστίθησι· τὸν Δία, ΜΗΤΙΕΤΗΝ, καὶ ΥΨΙΒΡΕΜΕΤΗΝ· καὶ τὸν Ἥλιον, ΥΠΕΡΙΟΝΑ· καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, ΦΟΙΒΟΝ καλῶν. Μετὰ δὲ τὴν Ὀνοματοποιίαν ἴδωμεν καὶ τοὺς ἄλλους Τρόπους.

B ιη'. Κατάχρησις μὲν δή· ἥπερ ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου μεταφέρει τὴν χρῆσιν, καὶ ἐφ' ἕτερον οὐκ ἔχον ὄνομα κύριον· ἔστι παρὰ τῷ ποιητῇ, ὅταν λέγῃ ΣΕΙΡΗΝ ΧΡΥΣΕΙΗΝ· σειρὰ γὰρ κυρίως ἐπὶ τοῦ σχοινίου τάσσεται. Καὶ ὅταν εἴπῃ ΑΙΓΕΙΗΝ ΚΥΝΕΗΝ· ἡ μὲν γὰρ περικεφαλαία κέκληται ΚΥΝΕΗ παρ' αὐτῷ, ἐπεὶ ἐκ δέρματος κυνὸς γίνεσθαι αὐτὴν ἔθος ἦν· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἐξ αἰγὸς δέρματος γινομένην κυνέην καλεῖ.

C ιθ'. Μεταφορὰ δέ· ἥπερ ἐστὶν ἀπὸ τοῦ κυρίως δηλουμένου πράγματος ἐφ' ἕτερον μετενηνεγμένη, μετὰ τῆς ἀμφοῖν ἀναλόγου ὁμοιότητος· καὶ πολλή ἐστι, καὶ ποικίλη παρ' αὐτῷ· οἷόν ἐστιν,

Ἧκεν ἀπορρήξας κορυφὴν ὄρεος μεγάλοιο·

καὶ,

Νῆσος τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται·

ὃν γὰρ λόγον ἔχει κορυφὴ πρὸς ἄνθρωπον, τοῦτον καὶ ἡ ἀκρώρεια πρὸς τὸ ὄρος· καὶ ὃν ὁ στέφανος πρὸς τοῦτον ὃν περίκειται, τὸν αὐτὸν θάλασσα πρὸς

A. 3. ὥσπερ τῶν θεῶν] Nexum defidero. Forte legendum, οἷσπερ τῶν θεῶν: ita ut priora ἅπερ οἰκείως—ὀνόμασιν, in parenthefi accipiantur.

XVII. Præterea Epithetorum copia illi eft, quæ proprie, et rei naturæ convenienter fubjectis accommodata, vim propriis nominibus æquipollentem habent, ut quum fingulis Diis fingulas appellationes attribuit, Jovem *confultum*, *altitonantem*; et Solem ὑπερίονα, id eft, *fuper nos gradientem*; et Apollinem, φοῖβον, *phœbum*, id eft, *fplendidum* vocans. Ceterum poft Onomatopœiam alios quoque tropos videamus.

XVIII. Abufio quidem (quæ ufum ex eo, in quo aliquid proprie fignificatur, in aliud, proprium nomen non habens, transfert) apud poetam eft, ubi ait, σειρὴν χρυσείην, *catenam auream*: σειρὰ namque *funiculum* proprie denotat. Et ubi dicit αἰγείην κυνέην, *caprinam galeam*, fiquidem *galea* ideo apud eum κυνέη appellatur, quod ea olim ex *canina pelle* conficeretur. Ibi vero et eam galeam *caprinam* vocat, quæ ex caprina pelle facta erat.

XIX. Tranflatio autem (quæ inde nomen fortita eft, quod rem a propria fignificatione in aliam, cum conveniente utriufque rei fimilitudine tranfferat) et multa, et varia apud illum eft, ut illud,

Contulit huc fracto fe magni vertice montis.

Et,

Infula, quam pontus circumluit, atque coronat.

Quam enim rationem vertex habet ad hominem, eam et cacumen ad montem: et quam corona ad eum cui imponitur, eamdem et mare ad infulam

νῆσον. Ἀλλὰ τὸ χρήσασθαι τοῖς ὁμοίοις ἀντὶ τῶν κυρίων ὀνόμασιν, εὐει- A
δέστερον καὶ ἐναργέστερον ποιεῖ τὸν λόγον.

κ΄. Εἰσὶ δὲ παρ' αὐτῷ Μεταφοραὶ ποικίλαι. Αἱ μὲν, ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἔμψυχα, οἷον,

Φθέγξατο δ' ἡνίοχος νηὸς κυανοπρῴροιο,

ἀντὶ τοῦ ναύτης· καὶ,

Βῆ δὲ μετ' Ἀτρείδην Ἀγαμέμνονα ποιμένα λαῶν·

ἀντὶ τοῦ βασιλέα. Αἱ δὲ, ἀπὸ ἐμψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον, B

— ὑπαὶ πόδα νείατον Ἴδης,

τὴν ὑπώρειαν· καὶ,

Οὖθαρ ἀρούρης,

τὸ γόνιμον. Ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἔμψυχα, οἷον,

— σιδήρειόν νύ τοι ἦτορ,

ἀντὶ τοῦ σκληρόν. Ἀπὸ δὲ ἀψύχων ἐπὶ ἄψυχα, οἷον,

Σπέρμα πυρὸς σώζων,

ἀντὶ τοῦ γόνιμον ἀρχήν. Ὥσπερ δὲ ὀνομάτων, οὕτω καὶ ῥημάτων εἰσὶ παρ' C
αὐτῷ μεταφοραί· οἷον,

Ἠϊόνες βοάουσιν ἐρευγομένης ἁλὸς ἔξω,

ἀντὶ τοῦ ἠχοῦσιν.

κα΄. Ἕτερος Τρόπος ἐστὶν ἡ καλουμένη Μετάληψις, κατὰ συνωνυμίαν σημαίνουσα πρᾶγμα διάφορον· οἷον,

Ἔνθεν δ' αὖ νήσοισιν ἐπιπροέηκε θοῇσι·

βούλεται γὰρ σημῆναι τὰς κυρίως ὀξείας λεγομένας νήσους· ἐπεὶ συνω-

habet. Porro affinibus pro propriis nominibus utens, orationem non ſolum ſpecioſiorem, verum etiam evidentiorem facit.

XX. Sunt autem variæ apud eum Metaphoræ, quædam ab animatis ad animata; ut, *Cæruleæ navis ſic eſt auriga locutus:* pro eo quod eſt, *navita.* Item, *Ivit ad Atriden paſtorem mox populorum*; pro eo quod eſt, *regem.* Aliæ autem ab animatis ad inanimata; ut, *Sub extremum Idæ pedem*, hoc eſt, *radices.* Item, *uber agri*, id eſt, *fertilitas.* Aliæ contra ab inanimatis ad animata; veluti, *ferreum profecto pectus:* id eſt, *durum.* Poſtremo ab inanimatis ad inanimata, ut *ſemen ignis ſervans:* hoc eſt, *generationi idoneam originem.* Porro ſicuti Nominum, ita et Verborum tranſlationes apud eum ſunt, ut, *Littora namque boant, feriente ſalo, atque procellis*: pro *ſonant.*

XXI. Alius deinde Tropus, quæ Tranſumptio vocatur, fit, quando per cognominationem res diverſa ſignificatur: ut, *Inde velocibus* (θοῇσι) *inſulis immiſit abunde:* inſulas enim, quæ proprie appellantur acutæ, ſignificare vult. Ejuſdem namque

A νυμεῖ τὸ ΘΟΟΝ τῷ ὀξεῖ· ὀξὺ γὰρ οὐ μόνον τὸ κατὰ κίνησιν ταχύ ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ σχῆμα προηγούμενον εἰς λεπτότητα. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό,

— ἐγὼ δὲ θοῶσα παρέστας.

κβʹ. Ἄλλος Τρόπος, Συνεκδοχὴ λεγομένη, ἀπὸ τοῦ κυρίως σημαινομένου ἕτερόν τι τῶν ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος ὄντων παριστῶσα. Καί ἐστιν ὁμοίως ὁ τρόπος οὗτος ποικίλος. Ἐκδεχόμεθα γὰρ ἤτοι ἀπὸ τοῦ ὅλου τὸ μέρος, οἷον,

—— πρὸς τεῖχος εὔδμητον βόας αὔας·

B ἀπὸ γὰρ τῶν βοῶν, τὰς βύρσας, ἐξ ὧν ἀσπίδες, δηλοῦν βούλεται. Ἢ ἀπὸ μέρους τὸ ὅλον, οἷον,

Τοίην δ' αὖ κεφαλὴν ποθέω·

ἀπὸ γὰρ τῆς κεφαλῆς τὸν ἄνδρα σημαίνει· καὶ ὅταν λέγῃ ΛΕΥΚΩΛΕΝΟΝ τὴν καλήν, καὶ ΕΫΚΝΗΜΙΔΑΣ τοὺς εὐόπλους. Ἢ ἀπὸ ἑνὸς τὰ πολλά, ὡς ὅταν εἴπῃ ἐπὶ τοῦ Ὀδυσσέως,

— ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσεν·

C οὐ γὰρ μόνος, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι τὴν Τροίαν ἐπόρθησεν. Ἀπὸ δὲ τῶν πολλῶν, τὸ ἕν· οἷον,

—— στήθεά θ' ἱμερόεντα,

τουτέστι τὸ στῆθος. Ἀπὸ δὲ εἴδους γένος,

A. 2. προηγούμενον] Nescio quomodo, displicet. Credam, ab auctore, in verbis quidem non ineptiante, aliter scriptum fuisse: vel, κατὰ σχῆμα προηγέμενον εἰς λεπτότητα ἀπολῆγον, i. e. *præcipua sua figura, ea figura quæ maxime in ipso est, in acutum desinens:* vel simpliciter ἀπολῆγον, aut ἀπομηκυνόμενον, loco veteris προηγούμενον. Vide Heraclidem Allegor. p. 471. Ed. Gal.

significantiæ utraque vox Græcis est. Acutum namque illis non solum velocitatem motus significat, sed etiam figurate id, quod subtiliter factum est. Istiusmodi et hoc est, *Ego autem* (θόωσα) *festinans astiti.*

XXII. Alius Tropus Intellectio vocatur, quando ex eo, quod proprie significatur, aliud quiddam ejusdem generis intelligitur: estque simili modo varius. Aut enim ex toto partem intelligimus; ut, *ad murum bene structum boves torridos.* Boum namque appellatione, corium, ex quo scuta fieri solent, notare vult. Aut ex parte totum; ut, *hujusmodi autem caput desidero:* siquidem voce *capitis*, totum hominem significat. Et quando pro pulchra, *candidis ulnis præditam:* et pro bene armatis, *bene ocreatos* dicit. Aut ab uno multa; ut quando ita de solo Ulysse dicit, *Postquam sacrum Trojæ oppidum devastavit:* neque enim ille solus, sed una cum aliis Græcis Trojam evertit. Contra ex multis unum; ut *pectora jucunda*, pro *pectus.*

Μαρμάρῳ ὀκρυόεντι βαλών· A

εἶδος γὰρ λίθου ὁ μάρμαρος. Ἀπὸ δὲ γένους τὸ εἶδος, οἷον,

Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι·

καὶ γὰρ οὐ πάντας, ἀλλὰ τοὺς μαντικοὺς ὄρνιθας εἰπεῖν βούλεται. Ἀπὸ δὲ τῶν παρεπομένων τὴν πρᾶξιν, οἷον,

Πάνδαρος, ᾧ καὶ τόξον Ἀπόλλων αὐτὸς ἔδωκεν·

ἀπὸ γὰρ τοῦ τόξου τὴν περὶ τὸ τόξον ἐμπειρίαν δηλοῖ. Καὶ, B

Ἑζόμενοι λεύκαινον ὕδωρ.

Καὶ,

Οἱ δὲ πανημέριοι σεῖον ζυγόν·

ἀπὸ γὰρ τοῦ συμβαίνοντος, ἐπὶ μὲν τοῦ προτέρου, τὸ ΗΛΑΥΝΟΝ, ἐπὶ δὲ τοῦ δευτέρου, τὸ ΕΤΡΕΧΟΝ δηλοῖ. Ἀπὸ δὲ τοῦ προηγουμένου τὸ ἀκόλουθον,

Λῦσε δὲ παρθενίην ζώνην·

ἀκολουθεῖ γὰρ τούτῳ τὸ διεκόρευσεν. Ἀπὸ δὲ τοῦ ἀκολούθου τὸ προηγούμενον· ὡς ὅταν ΕΝΑΡΙΖΕΙΝ λέγῃ τὸ φονεύειν, ἀντὶ τοῦ σκυλεύειν. C

κγ΄. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Τρόπος ἡ Μετωνυμία, λέξις ἐπ᾽ ἄλλου κυρίως κειμένη, ἄλλο δὲ κατὰ ἀναφορὰν σημαίνουσα· οἷόν ἐστι παρ᾽ αὐτῷ,

Ἦμος ὅτ᾽ αἰζηοὶ Δημήτερα βωλοτομεῦσι·

τὸν γὰρ πύρινον καρπὸν δηλοῖ, ἀπὸ τῆς εὑρούσης Δήμητρος ὀνομάσας. Καὶ ὅταν εἴπῃ,

Σπλάγχνα δ᾽ ἄρ᾽ ἐμπείραντες, ὑπείρεχον Ἡφαίστοιο·

Præterea ex ſpecie genus; ut, *marmore aſpero jacto:* nam marmor ſaxi ſpecies eſt. Aut contra ex genere ſpecies; ut, *Noſcere aves et idonea dicere multa roganti:* ſiquidem non quaſvis, ſed augurales tantum aves dicere vult. Ad hæc ex adjunctis effectum rei: ut, *Pandarus, huic dono dedit arcum Phœbus Apollo:* nam *Arcus* nomine ſagittandi peritiam notat: et, *Sedentes candidam reddebant aquam:* et, *Alii vero tota die ſandalii lorum movebant:* ex accidenti namque in priori exemplo, *remigabant*; in poſteriori autem, *currebant*, intelligi debet. Inſuper ex præcedenti conſequens; ut, *Virgineam ſolvit zonam:* ex eo namque ſequitur, quod *vitiaverit.* Contra ex conſequenti præcedens; ut quando pro *occidere* dicit, *exarmare*, id eſt, *ſpoliare.*

XXIII. Eſt autem et alius Tropus, Denominatio, quæ fit, quando vox de alia re poſita, aliud quiddam ſecundum relationem ſignificat; ut eſt apud eum, *Aſt juvenes terræ Cererem concredere pergunt.* Nam *triticeum fructum* deſignat, quem ſic ab inventrice *Cerere* denominavit. Et ubi ait, *Viſ-*

A ἐν γὰρ τῷ τοῦ Ἡφαίστου ὀνόματι, τὸ πῦρ λέγει. Ὅμοιον δέ ἐστι τοῖς εἰρημένοις καὶ τοῦτο,

—ὅς κεν ἐμῆς γε
Χοίνικος ἅπτηται.

λέγει γὰρ τὰ ἐμπεριεχόμενα ἐν τῇ χοίνικι.

κδ΄. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Τρόπος ἡ Ἀντωνομασία, λέξις δι᾽ ἐπιθέτων, ἢ συσσήμων, ὄνομα ἴδιον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ,

Πηλείδης δ᾽ ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσσιν
Ἀτρείδην προσέειπε·

B δηλοῖ γὰρ διὰ τούτων τόν τε Ἀχιλλέα, καὶ τὸν Ἀγαμέμνονα. Καὶ πάλιν,

Θάρσει Τριτογένεια, φίλον τέκος.

Καὶ ἐν ἄλλοις,

Φοῖβος ἀκερσεκόμης·

τὸ μὲν γὰρ, τὴν Ἀθηνᾶν· τὸ δὲ, τὸν Ἀπόλλωνα δηλοῖ.

κε΄. Ἔστι καὶ ἡ Ἀντίφρασις, λέξις τὸ ἐναντίον ἢ τὸ παρακείμενον σημαίνουσα· ὡς ἐν τούτῳ,

C Οὐδ᾽ ἄρα τώγε ἰδὼν γήθησεν Ἀχιλλεύς·

βούλεται γὰρ εἰπεῖν τὸ ἐναντίον, ὅτι ἰδὼν αὐτοὺς ἐλυπήθη.

κϛ΄. Ἔστι καὶ ἡ Ἔμφασις, ἥπερ δι᾽ ὑπονοίας ἐπίτασιν τοῦ λεγομένου παρίστησιν· οἷον,

Αὐτὰρ ὅτ᾽ εἰς ἵππον κατεβαίνομεν, ὃν κάμ᾽ Ἐπειός·

ἐν γὰρ τῷ κατεβαίνομεν τὸ μέγεθος τοῦ ἵππου ἐμφαίνει. Ὅμοιον δὲ κἀκεῖνο,

cera Vulcanum ſuper, at transfixa tenebant. Vulcani namque voce *ignem* declarat. Porro affine jam dictis et hoc eſt; *Qui meam chœnicem attigerit*: ea namque quæ in *chœnice* continentur, ſignificat.

XXIV. Præterea et alius Tropus, Pronominatio vocatur, et fit, quum epithetum, aut conſignificativum, pro proprio nomine accipitur; ut, *Æacides Atriden rurſus voce petulca Increpuit:* per hæc enim *Achillem*, et *Agamemnonem* intelligit. Et rurſus, *Sis animo fidens Tritonia, filia cara.* Et in aliis, *Phœbus intonſus*; illic enim *Minervam*, hic vero *Apollinem* denotat.

XXV. Eſt et Antiphraſis, vox quæ contrarium, quam præ ſe fert, ſignificat; ut in hoc, *Hos ubi conſpexit, non eſt lætatus Achilles.* Contrarium enim dicere vult; nempe, quod his conſpectis *indoluerit*.

XXVI. Eſt et Emphaſis, quæ animi cogitatione vehementiam dicto addit; ut, *Aſt in equum deſcendentes, quem ſtruxerat Epeus.* Dum enim inquit, *deſcendentes*, equi magnitudinem declarat. Simile autem et illud eſt, *Totus vero gladius ſan-*

Πᾶν δ' ὑπεθερμάνθη ξίφος αἵματι· A

καὶ γὰρ ἐν τούτῳ παρέχει μείζονα ἔμφασιν, ὡς βαφθέντος οὕτω τοῦ ξίφους, ὥς τε θερμανθῆναι. Τοιοίδε μὲν οἱ τῶν λεγομένων Τρόποι ὑπὸ Ὁμήρου πεποιημένοι.

κζ΄. Ἴδωμεν δὲ καὶ τὰς τῆς Συντάξεως ἐκτροπὰς, τὰ καλούμενα Σχήματα, εἰ καὶ ταῦτα πρῶτος Ὅμηρος ὑπέδειξε. Τὸ δὲ Σχῆμα, ἐστὶ λόγος ἐξηλλαγμένος τοῦ ἐν ἔθει, κατά τινα πλάσιν, κόσμου ἢ χρείας B χάριν. Κάλλος μὲν γὰρ τοῖς λόγοις περιτίθησι διὰ τῆς ποικιλίας, καὶ μεταβολῆς τοῦ λόγου, καὶ σεμνοτέραν ἀπεργάζεται τὴν φράσιν· χρείαν δὲ εἰς τὸ ἐξᾶραι, καὶ ἐπιτεῖναι τὰς ποιότητας καὶ δυνάμεις τῶν πραγμάτων.

κη΄. Τῶν δὲ Σχημάτων, τὰ μὲν κατὰ πλεονασμὸν ποιεῖ· ἐνίοτε μὲν διὰ τὸ μέτρον, ὡς ἐν τούτῳ, C

Χρυσοῦ δὲ στήσας Ὀδυσεὺς δέκα πάντα τάλαντα·

τὸ γὰρ πάντα μηδὲν συντελοῦν ἔγκειται. Ἔστι δὲ ὅτε κόσμου χάριν,

Ἦ μάλα δὴ τέθνηκε Μενοιτίου ἄλκιμος υἱός·

τὸ γὰρ ΜΑΛΑ πλεονάζει κατὰ συνήθειαν Ἀττικήν.

κθ΄. Ἄλλοτε δὲ διὰ πλειόνων λέξεων τὸ σημαινόμενον ἀποδίδωσιν, ὃ καλεῖται Περίφρασις· ὡς ὅταν λέγῃ, ΥΙΑΣ ΑΧΑΙΩΝ τοὺς Ἀχαιούς· καὶ ΒΙΗΝ ΗΡΑΚΛΕΙΗΝ, τὸν Ἡρακλέα.

λ΄. Καὶ τὰ τοιαῦτα δὲ κατὰ Ἐναλλαγὴν σχηματίζει, τὴν εἰθισμένην

guine incaluit: per hoc enim majorem emphaſin oſtendit, quod ait enſem adeo ſanguine tinctum fuiſſe, ut *incaluerit.* Hujuſmodi quidem Tropi (qui ſic vocantur) ab Homero ficti ſunt.

XXVII. Videamus autem et conſtructionis mutationes, quæ Figuræ appellantur, num et has Homerus primitus invenerit. Porro Figura eſt ſermo a communi conſuetudine recedens, ornatus, ſeu utilitatis gratia, ſecundum quamdam fictionem mutatus. Dicendi namque varietas, orationem non ſolum venuſtiorem, ſed etiam ſtylum graviorem efficit: utilis etiam eſt, quod rerum et qualitatem et vim extollit intenditque.

XXVIII. Inter Schemata autem Pleonaſmo nonnumquam metri cauſſa utitur; ut in hoc, *Auri autem appendens Ulyſſes decem tota talenta*; nam vox *tota* nihil ad ſenſum faciens, adjicitur. Eſt etiam quando ornatus cauſſa fit; ut, *Certe admodum mortuus eſt Menœtii ſtrenuus filius:* dictio namque *admodum* Attica conſuetudine abundat.

XXIX. Nonnumquam vero pluribus dictionibus ſignificatum refert; quæ Figura Circuitio appellatur; ut, quum dicit, *Filios Achivorum*, pro *Achivos*; et *vim Herculeam*, id eſt, *Herculem.*

XXX. Talia vero per mutationem figurate dicit, dum conſuetam ſtructuram invertit. Et qui-

A τάξιν ἀναστρέφων· καὶ ἤτοι ἐν μέσῳ λέξιν ἐντιθεὶς, ὃ καλεῖται Ὑπερβατόν· ὡς ἐν τούτῳ,

> Αἱματόεις, ὥς τίς τε λέων κατὰ ταῦρον ἐδηδώς·

ἀντὶ τοῦ, λέων ταῦρον κατεδηδώς· καὶ λέξιν μὲν οὕτως ὑπερβιβάζει. Ἐνίοτε δὲ καὶ ὅλον λόγον· ὡς ἐν τούτῳ,

> —Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον· ἀμφὶ δὲ νῆες
> Σμερδαλέον κονάβισαν ἀϋσάντων ὑπ' Ἀχαιῶν,
> Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο·

B τὸ δὲ ἑξῆς ἐστιν,---Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο.

λα΄. Τοῦ δ' αὐτοῦ εἴδους ἔχεται καὶ ἡ καλουμένη Παρεμβολὴ, ὅταν ἔξωθέν τινα μηδὲν προσήκοντα τοῖς προκειμένοις ἐμβάληται, ἃ κἂν ἐξέλῃ τις, οὐδὲν τῆς συντάξεως ἀφαιρεῖ· οἷόν ἐστι,

> Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους
> Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
> Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε,

C καὶ τὰ ἑξῆς, ὅσα περὶ τοῦ σκήπτρου λέγει· εἶτα ἐπιφέρει τὸ ἀκόλουθον τῇ ἀρχῇ,

> Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν.

λβ΄. Ἔστι παρ' αὐτῷ καὶ ἡ Παλιλλογία, ἐπανάληψις οὖσα μέρους τινὸς λόγου, ἢ πλειόνων λέξεων ἐπαναλαμβανομένων, ὃ καὶ Ἀναδίπλωσις καλεῖται· οἷόν ἐστι,

C. 4. Παλιλλογία] Gal. et priores editiones vitiose Παλλιλογία.

dem dictionem in medio interponit, quæ figura Transgressio vocatur, ut in hoc, *Haud secus atque leo de taurum pascit obesum:* pro eo quod est, *leo taurum depascit.* Ac dictionem quidem sic transgreditur. Aliquando vero totam orationem; ut in hoc, *Filii Achivorum clamant, ac personat omne Navigium, vocem dum tollit Achiva juventus, Applaudens verbis, quæ fecit divus Ulysses.* Ordo namque est, *Achivi multum clamabant, divini Ulyssis orationem commendantes.*

XXXI. Ejusdem speciei Figura est, quæ Interpositio vocatur; et fit, quando extrinsecus quædam nihil ad institutum pertinentia interferuntur, quæ et si quis eximat, tamen Constructioni nihil decedit, ut est illud, *Juro per hoc sceptrum, quod nec folia ulla, nec ullos Ramos producet, postquam trunco illud ademptum, Florescet neque enim, quod ferrum rasit acutum,* et cetera, quæ de sceptro dicit: tandem principio quadrans, infert, *Certe olim cupiet Peliden turba Pelasga.*

XXXII. Est autem apud eum et Palillogia, hoc est, repetitio alicujus partis orationis, aut plurium dictionum, quæ repetuntur, quæ figura et Reduplicatio vocatur, ut est, *Huic adversus ero,*

Τοῦ δ' ἐγὼ ἀντίος εἶμι, καὶ εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικεν· A
Εἰ πυρὶ χεῖρας ἔοικε, μένος δ' αἴθωνι σιδήρῳ.

Ποτὲ δὲ παρεντιθεμένων ἄλλων τινῶν, καὶ τῆς αὐτῆς πάλιν ἀντιλαμβανομένων, ὡς ἐν τῷ

Ἀλλ' ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθ' ἐόντας,
Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἄλλων.

Ἔστι δὲ τὸ σχῆμα κίνησιν ἐμφαῖνον τοῦ λέγοντος, καὶ ἅμα κινοῦν τὸν ἀκροατήν.

λγ'. Τοῦ αὐτοῦ γένους ἐστὶ καὶ ἡ Ἐπαναφορὰ, ὅταν ἐν ἀρχῇ πλειόνων B
κώλων ταυτὸν μόριον ἐπαναλαμβάνηται· τούτου δὲ παράδειγμα παρὰ τῷ ποιητῇ,

Νιρεὺς δ' αὖ Σύμηθεν ἄγε τρεῖς νῆας ἐΐσας,
Νιρεὺς Ἀγλαΐης υἱὸς, Χαρόποιό τ' ἄνακτος,
Νιρεὺς ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν.

Καὶ ἔστιν ὁμοίως τὸ σχῆμα οἰκειότατον κινήσεως καὶ εὐεπείας.

λδ'. Ἔστι παρ' αὐτῷ καὶ ἡ Ἐπάνοδος, ἥπερ ἐστὶν ὅταν δύο πράγματα,
καὶ ὀνόματα προθείς τις, μήπω τοῦ νοῦ πέρας ἔχοντος, ἐπανίῃ ἐφ' ἑκάτερον C
τῶν ὀνομάτων, ἀποδιδοὺς τὸ τῆς διανοίας ἐλλιπές· ὡς ἐν ἐκείνῳ,

Ἄρης τε βροτολοιγὸς, Ἔρις τ' ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἡ μὲν ἔχουσα κυδοιμὸν ἀναιδέα δηϊοτῆτος·
Ἄρης δ' ἐν παλάμῃσι πελώριον ἔγχος ἐνώμα.

Ἔργον δὲ τοῦ σχήματος, ποικιλία καὶ σαφήνεια.

λε'. Ὑπάρχει δὲ Ὁμοιοτέλευτον σχῆμα παρ' αὐτῷ, ἐν ᾧ τὰ κῶλα εἰς ὁμοίας τῶν ἤχων λέξεις τελευτᾷ, τὰς αὐτὰς συλλαβὰς ἐν τοῖς πέρασιν

quamvis sit flammea dextra, *Flammea dextra siet*, *vis ignea*, *denique ferri*. Aliquando vero interseruntur alia quædam, et eadem rursus repetuntur, ut in hoc, *Ille quidem Æthiopas adiit*, *procul inde colentes*, *Æthiopas didicit postremos hic populorum*. Porro Figura hæc non solum dicentis affectum declarat, sed etiam auditorem movet.

XXXIII. Ejusdem generis est et Relatio, cum ab initio plurium membrorum eadem particula repetitur, cujus exemplum apud poetam hoc est, *Nireus deinde rates ex Syma tres agit æquas*, *Nireus Aglaiæ natus*, *Charopique potentis*, *Nireus*, *ad Trojam quo non formosior alter*. Estque similiter et hæc Figura affectui movendo, et suaviloquentiæ perquam familiaris.

XXXIV. Est præterea apud eum et Regressio, quæ fit, quando duas res et nomina proponens aliquis, sensu nondum finito, ad utrumque nominum redit, ac sententiæ defectum complet, ut in illo, *Mars homicida*, *dea et Contentio litigiosa*, *Hæc etiam turbas ciet*, *ac hostilia multa*, *Ille autem manibus prægrandem concutit hastam*. Officium autem Schematis istius est, orationem variegatam et perspicuam reddere.

XXXV. Ad hæc Schema apud illum est, Similiter Desinens, in quo membra in dictiones sono

A ἔχοντα, οἷόν ἐστι,

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν·

καὶ ἐν ἐκείνῳ,

Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ
Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτέ ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται· ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀννέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

B Ὅταν δὲ εἰς ὀνόματα ὁμοίως κλινόμενα λήγωσιν αἱ περίοδοι, ἢ τὰ κῶλα, καὶ ταῦτα εἰς πτώσεις ὁμοίας, Ὁμοιόπτωτον τοῦτο ἰδίως ὀνομάζεται· οἷόν ἐστιν,

Ἠΰτ' ἔθνεα εἶσι μελισσάων ἀδινάων,
Πέτρης ἐκ γλαφυρῆς αἰεὶ νέον ἐρχομενάων.

Τὰ δὲ εἰρημένα, καὶ τὰ τοιαῦτα μάλιστα, προστίθησι τῷ λόγῳ χάριν καὶ ἡδονήν.

λς'. Δεῖγμα δὲ τῆς περὶ σύνθεσιν φιλοτεχνίας, ὅτι καὶ πολλάκις καὶ
C δυσὶ σχήμασιν ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔπεσι κέχρηται, τῇ τε Ἐπαναφορᾷ καὶ τῷ Ὁμοιοτελεύτῳ, ὡς ἐν ἐκείνῳ,

Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω,
Εὖ δέ τις ἵπποισι δεῖπνον δότω ὠκυπόδεσσι.

λζ'. Τούτων ἔχεται κἀκεῖνο τὸ σχῆμα τὸ καλούμενον Πάρισον, ὃ γίνεται ἐκ δυοῖν, ἢ πλειόνων κώλων, ἴσας ἀλλήλαις τὰς λέξεις ἐχόντων. Καὶ τοῦτο δὲ πρῶτος Ὅμηρος ἐποίησεν, εἰπὼν,

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι·

καὶ πάλιν,

similes desinunt, easdemque in fine syllabas habent, ut est, *Præsentem hospitio accipies, mittes abeuntem.* Et in illo, *Fertur Olympus, ubi sedes siet alta deorum, Nec vento, pluviæque siet penetrabilis unquam, Quem super alta cadat nec nix, sed lucidus aër Panditur, hunc itidem splendor super emicat albus.* Quando vero in Nomina, quæ similiter declinantur, periodi seu membra desinunt, idque in eodem casu fit, Similiter Cadens proprie appellatur, ut est, *Gens ut apum si quando frequens venit, atque cavernis Egreditur, semper veniente examine magno.* Prædicta vero, et his similia, multum gratiæ et voluptatis orationi addunt.

XXXVI. Ceterum Homerus specimen industriæ suæ circa compositionem dedit, quod sæpenumero duabus etiam Figuris in iisdem versibus est usus, nempe Epanaphora, et Similiter desinente, ut in illo, *Belle quisque acuat telum, belle et sibi scutum Ponat, et inde suis det pabula grata caballis.*

XXXVII. Sub his illud Schema continetur, quod Compar appellatur, fitque ex duobus, aut pluribus membris, pares inter se dictiones habentibus. Hujus vero Homerum primum auctorem esse constat, dicit enim inter cetera, *Veriti quidem sunt abnuere, timuerunt autem suscipere.* Quod ve-

Μηνιθμὸν μὲν ἀποῤῥίψαι, φιλότητα δ' ἑλέσθαι. A

Καὶ τοῦτο δὲ ὅτι πολὺν ἔχει τῆς φράσεως κόσμον, εὔδηλον.

λη'. Τῆς δὲ ὁμοίας χάριτος ἔχεται καὶ ἡ Παρονομασία, ὅταν παρὰ τὸ προκείμενον ἕτερον ὄνομα ἐμφερὲς τεθῇ εὐθὺς κατὰ σύμμετρον διάστημα· οἷόν ἐστιν,

Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ Δρύαντος παῖς, κρατερὸς Λυκόοργος·

καὶ ἐν ἄλλῳ, B

Τῶν ἦτοι Πρόθοος θοὸς ἡγεμόνευεν.

λθ'. Καὶ τὰ μὲν προειρημένα, ἤτοι κατὰ Πλεονασμὸν, ἢ κατά τινα ποιὰν πλάσιν σχηματίζεται· ἄλλα δὲ κατὰ ἔνδειαν λέξεως, ὧν ἐστιν ἡ καλουμένη Ἔλλειψις, ὅταν καὶ ἄνευ τοῦ ῥηθῆναί τινα λέξιν, ἐκ τῶν προειρημένων ἡ διάνοια φαίνηται· οἷόν ἐστι,

Δώδεκα δὲ σὺν νηυσὶ πόλεις ἀλάπαξ' ἀνθρώπων,
Πεζὸς δ' ἕνδεκά φημί·

λείπει γὰρ τὸ ΑΛΑΠΑΞΑΙ, νοεῖται δὲ ἐκ τῶν προειρημένων. Κἀκεῖνο δὲ λέγεται κατὰ Ἔλλειψιν, C

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης·

ἐνδεῖ γὰρ τὸ ΕΣΤΙ. Καὶ,

Ὢ πόποι, ἦ μοι ἄχος μεγαλήτορος Αἰνείαο·

λείπει γὰρ τὸ ΠΑΡΕΣΤΙΝ, ἢ ΣΥΜΒΕΒΗΚΕΝ, ἤ τι τοιοῦτον.

μ'. Τοιοῦτόν ἐστι καὶ τὸ Ἀσύνδετον, ὁπόταν ἐξαίρωνται οἱ σύνδεσμοι οἱ συνδέοντες τὴν φράσιν· ὅπερ οὐ μόνον τάχους, ἀλλὰ καὶ ἐμφάσεως πα-

ro et hæc Figura multum ornatus in dicendo habeat, nemini obſcurum eſt.

XXXVIII. Porro eamdem gratiam et Agnominatio habet, quando præter nomen de quo agitur, aliud ei ſimile, ſtatim modico ſpatio ſubjungitur, ut eſt, *Non ſiquidem hoc valuit validus rex ille Lycurgus.* Et in alio, *Queis celer Accelerans ductorem præbet amicum.*

XXXIX. Ceterum prædicta aut per Pleonaſmum, aut per aliam quampiam formationem figurantur, alia vero juxta dictionis abſentiam. Quorum e numero et hæc Figura eſt, quæ Defectus appellatur, quando, etiam omiſſa aliqua dictione, ſenſus ex prædictis patet, ut eſt, *Navibus excidiſſe urbes hominum duodenas, Undenas ſed enim affirmo cum Marte pedeſtri:* deeſt enim *excidiſſe*, intelligitur autem ex prædictis. Illud etiam per Defectum dicitur, *Una avis, auſpicium, patriam defendere caram.* Deeſt enim verbum, *eſt*, et, *Eheu magnanimi dolor Æneæ mihi certe*, ſubauditur enim, *adeſt*, ſeu *accidit*, aut ſimile quiddam.

XL. Hujuſmodi eſt et Diſſolutio, quando conjunctiones locutionem conjungentes, tolluntur. Quod non ſolum celeritatis, ſed etiam emphaſeos

A θητικῆς χάριν γίνεται· οἷόν ἐστι καὶ τοῦτο,

Ἴομεν ὡς ἐκέλευες ἀνὰ δρυμὰ φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Εὕρομεν ἐν βήσσῃσι τετυγμένα δώματα Κίρκης.

Ἐν τούτοις γὰρ ὁ ΚΑΙ σύνδεσμος ἐξῄρηται, τὸν τάχιστον τρόπον τῆς ἀπαγγελίας ζητοῦντος τοῦ λέγοντος.

μα'. Ἔστιν ἐν τοῖς Σχήμασι καὶ τὸ καλούμενον Ἀσύντακτον, ὃ καὶ Ἀλλοίωσις καλεῖται, ἐπειδὰν ἡ συνήθης τάξις ἀλλοία γένηται· καὶ ἔστι ποικίλη ἕνεκα τοῦ κόσμον ἢ χάριν ἐμποιεῖν τοῖς λόγοις, τῆς μὲν συνήθους B τάξεως οὐ δοκούσης ἀκολουθεῖν, ἐπί τι δὲ ἴδιον ἀναφορᾶς ἐχούσης ἀκολουθίαν.

μβ'. Συμβαίνει δὲ πολλαχῶς ἐπὶ τὰ γένη τῶν ὀνομάτων ἐναλλασσομένων, οἷόν ἐστι τὸ, ΚΛΥΤΟΣ ΙΠΠΟΔΑΜΕΙΑ, ἀντὶ τοῦ ΚΛΥΤΗ· καὶ, ΘΗΛΥΣ ΕΕΡΣΗ, ἀντὶ τοῦ ΘΗΛΕΙΑ. Σύνηθες γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, χρῆσθαι τοῖς ἀρσενικοῖς καὶ ἀντὶ τῶν θηλυκῶν, ὡς κρείττοσι καὶ δυνατωτέροις· οὐκ ἀμέ- C τρως μέντοι, οὐδ' ἀλόγως, ἀλλ' ὅταν δέῃ χρῆσθαι ὀνόματι ἐπιθέτῳ, ἐκτὸς ὄντι τοῦ σώματος περὶ οὗ ἐστιν ὁ λόγος. Ἐκεῖνο μὲν γάρ ἐστι περὶ τὸ σῶμα, Ο ΜΕΓΑΣ, Η ΜΕΓΑΛΗ, Ο ΚΑΛΟΣ, Η ΚΑΛΗ, καὶ τὰ τοιαῦτα· ἐκτὸς δὲ, οἷον ΕΝΔΟΞΟΣ, ΕΥΤΥΧΗΣ. Καὶ ἔτι ταῦτα διὰ τὸ σύνθετον ἐπαμφοτερίζει· καὶ γὰρ καθολικῶς πάντα τὰ σύνθετα κοινά ἐστιν ἑκατέρου

A. 8. κόσμον] κόσμου, Steph. et priores. Perperam.
B. 3. πολλαχῶς—ἐναλλασσομένων] Legendum, πολλαχῶς· ἐστί τι τῶν τὰ γένη ἐναλλασσομένων. Refertur ad sequentis Sectionis xliii. initium, Τινὰ δὲ καὶ—. Itaque Latina correxi.

affectu plenæ gratia fit, quemadmodum illud, *Ivimus in querceta velut modo ivit Ulysses, Ædiculas Circæ deprendimus hic fabrefactas.* In his enim, et, conjunctio sublata est, dum is qui dicit, brevissimum enunciationis modum quærit.

XLI. Est inter Schemata etiam id, quod Incongruum, seu Variatio appellatur, et fit, dum consueta structura mutatur, et varia redditur: ut oratio a vulgari Constructione discedens, eo majorem gratiam et elegantiam habeat, ita tamen ut illius ordo quiddam proprium habeat, ad quod referatur.

XLII. Contingit autem id sæpenumero. Velut ubi nominum genera commutentur, ut est illud, *Inclytus Hippodamia*, pro *inclyta*. Et, *fœmininus Eersa*, pro fœminea. Veteribus namque familiare fuit, Masculinis pro Fœmininis, tamquam potioribus et efficacioribus, uti. Nec vero inconcinne, citraque rationem hoc fecerunt: sed quando Adjectivo Nomine utendum fuit, quod extra corpus erat, de quo mentio fiebat. Illa namque circa corporis dotes versantur, *magnus*, *magna*, *pulcher*, *pulchra*, et istiusmodi. Hæc autem ad animi bona pertinent, ut *gloriosus*, *fortunatus*. Atque hæc etiam propter compositionem ambigua sunt. Etenim in universum omnia composita utrique

γένους. Καὶ ὅταν κοινῶς ἀρρενικῷ, καὶ θηλυκῷ ὀνόματι ἐπιφέρηται ῥῆμα, ἢ μετοχή, τὸ ἀρρενικὸν ἐπικρατεῖ, ὡς ἐν τούτῳ, A

Παρθενικαί τε καὶ ἠΐθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.

μγ΄. Τινὰ δὲ καὶ παρὰ τὴν τῶν διαλέκτων ἰδιότητα, ἢ τὴν τότε συνήθειαν, λέγεται διαφόρως· οἷόν ἐστιν,

— ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς
Μακράς.

μδ΄. Πολλάκις δὲ καὶ μέτρου χάριν ἐναλλάσσει τὰ γένη· ὡς ἐν τούτῳ, B

Δῶρόν τοι καὶ ἐγὼ τέκνον φίλε τοῦτο δίδωμι·

τὸ μὲν γὰρ ΤΕΚΝΟΝ, οὐδέτερον ὄνομα, ἐπήνεγκε δὲ ἀρσενικὸν τὸ ΦΙΛΕ, πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποτείνας τὸν λόγον. Ὅμοιόν ἐστι καὶ τὸ ἀπὸ τῆς Διώνης πρὸς τὴν Ἀφροδίτην εἰρημένον,

Τέτλαθι τέκνον ἐμόν, καὶ ἀνάσχεο κηδομένη περ.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἀναλογίας κἀκεῖνο ἔχεται,

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο C
Σκῆπτρον ἔχων·

τὸ γὰρ ΕΧΩΝ, οὐ πρὸς τὴν ψυχήν, ἀλλὰ πρὸς τὸ γένος τοῦ σώματος, τουτέστι πρὸς τὸν Τειρεσίαν, ἥρμοσε. Πολλάκις γὰρ οὐ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὸ σημαινόμενον ποιεῖται τὴν ἀπάντησιν· ὡς ἐν τούτῳ,

Πᾶσιν ὀρίνθη θυμός, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
Ἐλπόμενοι παρὰ ναῦφιν ἀμύμονα Πηλείωνα·

τὸ γὰρ ΕΛΠΟΜΕΝΟΙ οὐχ αἱ φάλαγγες, ἀλλ' οἱ ἄνδρες, ἐξ ὧν αἱ φάλαγγες συνιστᾶσι.

generi communia sunt. Ad hæc quando simul Masculino et Fœminino Nomini Verbum, seu Participium infertur, ibi tum Masculinum prævalet, ut in hoc, *Virgineum decus, et juvenes puerilia curant.*

XLIII. Quædam etiam propter dialectorum proprietatem, seu morem tum consuetum, diversimode ab eo dicuntur, ut est, *Ipse habet egregias valde, longasque columnas.*

XLIV. Sæpenumero autem et metri caussa, genera commutat, sicuti in hoc, *Dono tibi hoc donum, mi quam carissime natum.* Siquidem τέκνον, id est, fili, nomen Neutrius Generis est, cui Adjectivum Masculinum, *care*, intulit, dum vocem ad personam refert. Simile est et illud, quod a Dione ad Venerem dicitur, *Natum jam tolerato meum, ac perferto dolores.* Ejusdem autem proportionis et illud est, *Tiresiæ advenit Thebani vatis imago, Sceptra potitus.* Participium namque ἔχων, id est, *potitus*, non ad umbram, sed ad genus corporis, hoc est, ad ipsum Tiresiam accommodavit. Sæpe enim non ad vocem, sed ad sensum respicit, ut in hoc, *Omnibus est animus motus, motæque phalanges. Æaciden cupiunt, qui ad naves desidet altas.* Non enim phalanges, sed viri, unde illæ constant, Achillem desiderabant.

A μέ. Καὶ κατ' ἄλλον δὲ τρόπον τὰ γένη ἐξαλλάσσει· ὡς ὅταν εἴπῃ,

— νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε
Κυανέη· τὸ μὲν οὔποτε ῥωεῖ·

ἐπεὶ γὰρ συνωνύμως λέγεται ΝΕΦΕΛΗ καὶ νέφος, προειπὼν τὴν ΝΕΦΕΛΗΝ, ἐπήνεγκε τὸ οὐδέτερον ΝΕΦΟΣ. Ὅμοια δ' ἐστὶ τούτῳ κἀκεῖνα τὰ ἔπη,

Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ,
B Χηνῶν, ἢ γεράνων, ἢ κύκνων δουλιχοδείρων,
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι·

προθεὶς γὰρ οὐδετέρως τὸ γενικὸν τῶν ὀρνίθων ὄνομα, εἶτα, θηλυκῶς εἰπὼν τὰ εἰδικὰ, ἐπήνεγκε πάλιν οὐδετέρως τὸ

Κλαγγηδὸν προκαθιζόντων,

ἀποδιδοὺς τὸ οἰκεῖον τῷ γενικῷ ὀνόματι τῶν ὀρνίθων.

C μϛ'. Ἅμα δὲ τῷ γένει, καὶ τοὺς ἀριθμοὺς ἐναλλάσσει πολλάκις ὁ ποιητὴς, λέγων,

Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν ἀπονέοντο,

προθεὶς γὰρ ἑνικὸν, ἐπήγαγε τὸ πληθυντικὸν, δηλονότι πρὸς τὸ σημαινόμενον ἀναφέρων. Ἐπειδήπερ ἡ πληθὺς τὴν μὲν προσηγορίαν ἐστὶν ἑνικὸν, πολλοὺς δ' ἐν αὐτῷ περιείληφεν.

μζ'. Ἐκ τοῦ ἐναντίου δὲ ἐστὶ τὸ ὅμοιον, ἐπειδὰν προτεθέντος τοῦ πλη-

B. 3. θηλυκῶς] Xyl. ut vertit, ἀρσενικῶς, legiſſe videtur: quod item voluit Barneſius. At Erneſtus vulgatum tuetur referens ad ἀγαλλόμεναι et ὀρνίθων. Si ſententiæ abſolutionem quærimus, putem quid excidiſſe, ac talem fere in modum ab Auctore ſcriptum ſcribendumve fuiſſe: προθεὶς γὰρ οὐδετέρως τὸ γενικὸν (i. e. ἔθνεα πολλὰ), τὸ δὲ τῶν ὀρνίθων ὄνομα θηλυκῶς, εἶτα ἀρσενικῶς εἰπὼν τὰ εἰδικὰ, καὶ πάλιν θηλυκῶς τὸ ἀγαλλόμεναι, ἐπήνεγκε οὐδετέρως τὸ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων.

XLV. Præterea et ſecundum aliam mutationem, genera permutat, ut quum dicit, *Cærula contexit nebula hunc, immobile perſtans Hocce quidem.* Quum enim *nebula* et *nubes* ejuſdem ſignificationis ſint, et modo de nebula locutus eſſet, *νέφος*, quod neutrius generis apud Græcos eſt, intulit. Similia autem huic et illa carmina ſunt, *Ut volucrum iſtarum volitant examina multa, (Strymoniæque grues, anſer, colloque ſuperbus Albus olor) gaudent, alis hinc inde volant quum.* Etenim quum generale avium nomen in Neutro Genere præmiſiſſet, ac deinde illarum ſpecies in Maſculino ſubjunxiſſet, rurſus Neutraliter infert, nempe *cum ſtrepitu deſidentium*, reddens videlicet id, quod generali avium nomini familiare eſt.

XLVI. Non ſolum autem Genus, ſed et Numerum poeta ſæpe commutat, dicens, *Turba rates Græcas adeunt, permagna frequenſque.* Singulari enim ſuppoſito, Plurale appoſitum ſubdidit, dum videlicet ſenſum magis quam vocem reſpicit. Siquidem vox *multitudo*, appellatione quidem Singularis numeri eſt, multos autem in ſe complectitur.

XLVII. Simile autem a contrario eſt, quando

θυντικοῦ τὸ ἑνικὸν ἐπενεχθῇ· ὡς ἐν τούτῳ, A

—οἱ δ᾽ ἄλκιμον ἦτορ ἔχοντες,
Πρόσσω πᾶς πέτεται—.

τὸ γὰρ πᾶς, τῷ λόγῳ ἑνικόν ἐστι, τέτακται δὲ ἐπὶ πλήθους, ἴσον δυνάμενον τῷ πάντες. Τῆς δὲ αὐτῆς τοῦ σχήματος ἰδέας ἐστὶ κἀκεῖνο,

Οἱ δὲ Πύλον Νηλῆος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον
Ἷξον· τοὶ δ᾽ ἐπὶ θινὶ θαλάσσης ἱερὰ ῥέζον·

νοοῦνται γὰρ οἱ Πύλιοι. B

μη΄. Περὶ δὲ τὰς πτώσεις γίνεται ἀλλοίωσις παρ᾽ αὐτῷ, εὐθείας μὲν καὶ κλητικῆς ἐναλλασσομένης, ἐν τοῖς τοιούτοις,

Αὐτὰρ ὁ αὖτε Θυέστ᾽ Ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι·

καὶ,

Νεφεληγερέτα Ζεύς·

καὶ,

Δὸς φίλος· οὐ γάρ μοι δοκέεις ὁ κάκιστος Ἀχαιῶν. C

Γενικῆς δὲ καὶ δοτικῆς, ἐν τοῖς τοιούτοις,

Τρωσὶ μὲν προμάχιζεν Ἀλέξανδρος θεοειδής·

ἀντὶ τοῦ Τρώων. Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου,

Ἡ δ᾽ αὐτοῦ τετάνυστο περὶ σπέος γλαφυροῖο·

ἀντὶ τοῦ περὶ σπέει. Καὶ τούτων δέ ἐστιν ἡ αἰτία αὕτη, ὅτι συγγένειαν τινὰ ἐδόκουν ἔχειν πρὸς ἀλλήλας ἥτε εὐθεῖα, καὶ αἰτιατικὴ, καὶ κλητική. Διὸ καὶ ἐν τοῖς οὐδετέροις εἰσὶν αἱ αὐταὶ, καὶ ἐν πολλοῖς τῶν ἀρρενικῶν, καὶ θηλυκῶν, ἥτε εὐθεῖα, καὶ ἡ αἰτιατικὴ, καὶ ἡ κλητικὴ ἡ αὐτή ἐστιν.

